I Parte – fino a c. 193
II " da c. 194

OPVS AVREVM, ORNATVM OMNI LAPIDE PRETIOSO SINGVLARI,

NOVISSIME' EDITVM, ATQVE diligentissimè à pluribus erroribus emendatum,

Super Euangelijs totius anni, secundum vsum Romanæ Curiæ, & Ordinis Fratrum Prædicatorum.

CVM OCTO MILLE DVBIIS, TAM IN PRIMA, quàm in secunda Parte huius operis exactissimè declaratis, ac sensu quadruplici Sacræ Scripturæ.

AVTHORE FR. ANTONIO DE GISLANDIS de Iaueno, Ordinis Prædicatorum.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO DVBIORVM.



VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium.

M D XCVIII.

OPVS AVREVM
ORNATVM OMNI
LAPIDE PRETIOSO
SINGVLARI.

NOVISSIME EDITVM, ATQVE
diligentissime à pluribus erroribus emendatum,

Super Euangelijs totius anni, secundum vsum Romanæ Curiæ, & Ordinis Fratrum Prædicatorum.

CVM OCTO MILLE [illegible] PRIMA.
quot in secunda Parte huius operis [illegible],
ac festa [illegible]

AVTHORE FR. ANTONIO DE GISLANDIS
de Laude, Ordinis Prædicatorum.

CVM INDICE LOCVPLETISSIMO [illegible]

VENETIIS,

Apud Marcum Antonium Zalterium.
M D XCVIII.

DECLARATIO SVPER HOC OPERE

IN DVBIIS SACRORVM *Euangeliorum inueniendis.*

VT Facilius quærenti solutionem alicuius dubij occurrat, quod optat, in hac tabula ponentur solum aliquæ dictiones principales, circa quas proponuntur plura dubia, vel etiam quando declaratur quid significat talis dictio. Ita tamen quod omnia dubia occurrentia circa materiam talis dictionis, ibi sub eadem dictione inuenies: verbi gratia, sub hac dictione Eucharistia continebuntur omnia dubia, quæ possunt occurrere circa sacramentum corporis, & sanguinis Christi, quo ad institutionem, materiam, formam, ministrum, consecrationem, Missam, & effectus, quæ dubia ponuntur in Dominica in ramis palmarum, quoniam ibi in Euangelio passionis describitur, quod dominus Iesus instituit hoc Sacramentum, & ipse sumpsit, & manducare dedit suis discipulis in vltima cœna: & ponuntur ibi circa hanc materiam dubia 242. Similiter sub hac dictione matrimonium, ponitur institutio, & omnia alia dubia occurrentia circa matrimonium, & eius impedimenta, ac quid sint consanguinitas, affinitas, cognatio spiritualis, ordo sacer, votum, seruitus, & huiusmodi. In Dominica 19. post Pent. in Euang. Simile est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias, vbi ponuntur dubia 124. & sic de alijs dictionibus. Sciendum tamen vbi ponitur d. denotatur dominica. Numerus immediate sequens denotat, quota est, Ad, Aduentus. Epi. Epiphania. Quadr. Quadragesimæ. Pasc. Pascha. Pen. Pentecostem. vbi ponitur in Vi.i. Vigilia. Vbi ponitur Fest.i. in Festo, vbi ponitur de fe. denotatur feria. Et vbicunque post omnes quotationes ponitur o. significat quòd de materia illa plura dubia exponuntur in eodem Euangelio. Et quando in diuersis Euange. tractatur de tali materia, ponitur in medio quotarum vna parenthesis talis] verbis gratia. Hæc dictio, adoratio, in fes. Epi. 58. o [dom. 2. post oct. Epiph.] dom. 1. quadr.] i. in festo Epiph. dub. 5. & seq.

seq. Item. dom.2.post oct.Epiph.Item dom.1.quadr. & ita intelligatur de singulis, quæ sic reperientur. Verum quia exposui etiam quædam Euangelia secundum ordin.prædic. Sicut domin. 1.Aduen.in oct. Epiph. & fer. 5. post primam dom.quadrages.Ideo post quotationes ponitur sic: ordin. Prædic.i.secundum ordinem Prædicatorum. Non autem posui in hac tabula omnes dictiones contentas & declaratas in ipsis Euangelis, quia quando qui leget aliquod Euangelium, si in eo sit aliqua dictio in hac tabula non inserta, in expositione dicti Euangelij inueniet. Vbi etiam ponitur in com.i.communi Apost.i. Apostolorum.i.mar.i. vnius mart. plu.mar.i.plurimorum martyrum,confes.i.confessorum.virg.i.Virginum. postponitur principium Euangelij.i. Hæc mando, vel Ego sum vitis vera, & sic de alijs, vbi ponitur de mor.i. de mortuis. & vt sup.de principio Euangelij postposito.

FRATRIS ANGELI ROCCH. EREMITANI Sancti Augustini Profess. Con. de Camerino.

TETRASTICHON.

Adsit, qui cupit arcanos cognoscere sensus.
Scripturæ Sacrę, scandere & astra poli:
Interpres Gislandus enim demissus ab alto,
Explicat hos, monstrat sydereamque viam.

TABV-

TABVLA HVIVS OPERIS AVREI ORNATI,

SVPER EVANGELIIS TOTIVS ANNI,

Dubiorum declarationem tam Primæ, quàm Secundæ Partis complectens.

D

Dispu-

Matri-

Schisma.

T

V

FINIS.

REVE-

REVERENDISS. DOMINO, D. IOANNI LVDOVICO RVVERE,

DEI GRATIA EPISCOPO TAVRINENSI,

Frater Antonius de Gislandis Theologus, Artiumq; Doctor, Ordinis Prædicatorum, Taurinensis Ciuitatis, ac prauitatis hæreticæ Quæsitor. S. P. D.

REPETENTI mihi sæpenumero memoriam optime Antistes, vetus, dulceque commercium nostrum, familiaremque consuetudinem, quando sacerdotium Præpositi agebas in eo sacrosancto diui Ioannis templo, cui nunc dignissimus merito Pontifex præsides, memini inter loquendum prudentiam tuam sæpe a me conuitio efflagitasse, tum discendi studio, tũ in primis religione motus, vt nonnulla Euang. dubia tibi soluerem, atque iturus Venetias ad Synodum generalem pro diffinitione prouinciæ nostræ Longobardiæ diligenter, & exactè inquirerẽ in vrbe illa nobilium Bibliothecarum florentissima, librũ aliquem interpretantema, perteq; exponentem nodos Euangelicos. Id cum fecissem nec aliquid quod proposito tuo satisfaceret reperissem, pro mea in te beniuolentia statui votũ tuum ex minima doctrina mea, à Deo mihi concessa, pro viribus explere. Namque cognoscebam generosissimã stirpem tuam semper diuinarum scientiarũ studio summopere flagrasse, præsertim Reuerendissimum quondam Christophorum collegij doctorum arcis S. Angeli, (Cui nũc tu ex institutione Iulij Pontificis maximi præsides) splendidissimum lumen, ac desideratum Dominicum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ meritissimos Cardinales, nec non omnes consanguineos tuos, & fratres, vt Magnificum Martinum Vici noui condominum, Riualbæ principem, qui in Monte regali, & Cherij amplissimos magistratus gessit, ab eisq; immensa munera cum uexillis, & insignibus honorificis retulerit: deniq; nobilissimæ familiæ tuę literaria virtus ita insita, innata, copiosaq; fuit, vt facilius à Ioue fulmen, ab Hercule clauã eripere, quàm sapiẽtiæ amorẽ a stemmate tuo antiquissimo possimus. Nonne fulget cõspicuus inter alios celeberrimus nepos tuus Ioannes Franciscus, à te merito successor designatus, natus ex integerrimo Stephano Cinzani domino & Viciuoni condomino, ac præclarissima matrona Luchessa Summi Pontificis nostri

ſtri Iulij honeſtiſsima nepote, qui à me in Sacroſancto Baptiſmatis fonte ablutus fuit, bonarum literarum cognitionem in Gymnaſiis Bononienſibus, Thaurinatibuſque hauſit. Prætereo virtute præditum, boniſque animi, corporis, & fortunæ maximè nitentem Ioannem Iacobum alterum ſæculi noſtri Alcibiadem Vici noui condominum filium olim Magnifici Franciſci, & meritiſſimæ Mariæ celeberrimæ nepotis, famigerati, Iuſtitia, Prudentia, Temperantia, Sanctitate. R. D. D. Amedei ex Romagnani Marchionibus Epiſcopi Montiſregalis, & Sapientiſſimi Cancellarij, Illuſtriſſimæ Sabaudiæ domus, cuius tui nepotis laudes, & præconia Pariſienſis Academia, & Papienſis in artibus, & legibus abunde experta eſt: ſilentio quoque ſciens inuoluo innumeros alios, è maiorum tuorum decantata progenie clariſſimos, ne prolixa mea Epiſtola ingentes, ſacraſque occupationes tuas impediam, quos quidem maximis virtutibus tuis, amas, ſectaris, & imitaris. Igitur hoc qualecunque diuina gratia ac officina contextum opus tibi dedico candidiſſime Iudex, in quo (omnis liuor abſit) Euangelica dubia, veras in ipſis interpretationes, vna cum quadruplici ſenſu in medium adducam, ſoluamque præcipue inſerendo varia ſacratiſſimorum Doctorum dicta, maxime doctiſſimi, & Angelici doctoris Thomæ Aquinatis, qui inter alios ita fulget, vt inter Stellas Luna minores. Vale.

QVI

PROLOGVS.

QVI credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Io. 7. quòd quidem dictum sumitur, teste Hieronym. in prologo Gen. ex Prou. 5. c. vbi habetur, Deriuētur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Expositurus pro catholica vtilitate anni totius sacrosancta Euangelia quæ dietim in sacro Missarum officio decantantur, nō quidem ex meo id aggredi tritico tentans, sed meo ex spicis post terga sacrorum Doctorum metentium lectis, excussisq; in horreo reposito Christi verba ex Io. Euangelio assumpsi, in quibus fides cum Dei dilectione præmittitur. ibi, Qui credit in me, opere fidem approbando, & proximi charitas commendatur. ibi, de vētre eius fluent aquæ viuæ. quæ quidem verba, vt sacri exponunt Doctores, spirituali sensu accipienda sunt, fides autem, & bonitas cuiuscumque ad proximos deriuari debet, & hoc innuit Salomon dicens, Fontes tui foras deriuentur, i. sapientia ab aliquo hausta, alijs communicetur per doctrinam, in plateisque, i. in locis publicis sana instruatur doctrina: nec obstat, quòd ibidem subditur, Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui: quia ex hoc solum excluduntur increduli, & illusores, vt dominus præcipit Matth. 7. sanctum non debere proijci canibus, neq; margaritas porcis: alieni. n. à Deo, & veritate nullo modo participes efficiuntur fidelis doctrinæ, venter quidem, vt Aug. exponit interioris hominis est conscientia cordis eius: fons autem qui manat de ventre, est beniuolētia, qua vult consulere proximo: bibunt ergo qui credunt in Domino: si autem putet, quia quod bibit soli ipsi debet sufficere, non fluit aqua viua de ventre eius, si autem proximo festinat consulere, ideo non abeunt in sicco flumina, quia manant: flumina autem, & non flumen dicit dominus, vt Chrys. ait, copiositatē, & vbertatem insinuans, viuentemque aquam dicit agentem semper: spiritus. n. gratia cum in mentem intrauerit, & firmata fuerit omni fonte magis manat, & neque deficit, neq; euacuatur, neque stat. Pro paruitate igitur ingenij mei non confidens in proprijs viribus, hoc opus aggressus sum, in quo dicta sanctorū pro dubijs occurrentibus satisfactione interserui: annum, & diem quando historiæ Euangelicæ gestæ, aut verba prolata fuerunt, quantum fas fuit reperire annotaui. historicum sensum breuibus clausum verbis supposui, postquam dubia proposui, & solui, demum sensus tres spirituales, si omnes, vel aliquos ipsa Euangelia patiantur aggregaui, qui & quibus appellentur nominibus, & quæ ipsis sacra euangelia exponi possint, iuxta doctrinam Angelici Doctoris inferius declarabo. Operis vero assumpti intentio fuit, vt cum literis dediti fideles, deuoti, ac in sacra scriptura curiosi post illius diei Missam auditam in prandio, in quo non solum faucibus fercula ministranda sunt, sed vt & auribus esurientibus propinetur verbum Dei, vaniloquia ac scurrilia verba, quæ vt plurimū de conuiuijs miscentur, euitantes, libellū hunc oculis offerant, & quæ in Euangelio audito dubijs sunt enucleata prospiciant, sicque tres principales hominis sensus, visus, auditus, & gustus vno tempore satiabuntur: verumtamen cum aliquod euangelium, seu historia in eo contenta fuerint præfigurata in veteri testam. in eo, qui dicetur sensus allegoricus non ponā id, quod figurat, sed id in quo figuratum est, vt sensus allegoricus sit potius illarum auctoritatum vet. testam figurantium, quàm euangelij figurati. Procedam autem secundum ord. Romanæ curiæ, vt voto satisfaciam illius, qui me ad scribendum impulit: non pretermittam tamen aliquod euangelium ex vsu ord. Præd. interpositum, sed tabulam in fine apponam, vt facilius inueniri quodlibet possit. Tabula insuper vniuersalis ordine alphabetico totum concludet opus, in qua materiæ pro earum diuersitate hoc in libro digestæ, quibus in locis exaratæ sunt, describentur.

Cur præter alias scientias sacra scriptura quattuor sensibus exponatur.

ANGELICVS Doctor in quodlibetis, quodlibet. 6. q. 6 art. 1. & 2. & in 1. par. q. 1. artic. 10. & in prologo primi sententiarum. art. 5. & super epist. ad Gala. 4. c. lect. 6. talem assignat rationem. Sacra scriptura ad hoc diuinitus est ordinata, vt per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem: manifestatio autem, vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo rebus, & verbis, inquantum scilicet verba significant res, & vna res potest esse figura alterius. Auctor autem rerum non solum potest verba accommodare ad aliquid significandum, sed etiam res potest disponere in figuram alterius, & secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter: vno

modo

modo secundum quòd res significantur per verba, & in hoc consistit sensus literalis, & historicus, sub quo continetur sensus parabolicus, quia per voces significat aliquid proprie, & aliquid figuratiue, nec est literalis sensus ipsa figura, sed id quod est figuratum. Non enim cum scriptura nominat Dei brachium, est literalis sensus, quòd in Deo sit membrum huiusmodi corporale, sed id quod per hoc membrũ significatur scilicet virtus operatiua, & ita sensui literali sacræ scripturæ numquam potest subesse falsum. Alio modo secũdum quòd res sunt figuræ aliarum rerum, & in hoc consistit sensus spiritualis, & sic sacræ scripturæ plures sensus competunt, vnde ad sensum literalem totum id pertinet, quod ex ipsa verborum significatione recte accipitur: sensus vero qui ex figuris accipitur spiritualis vocatur: veritas igitur, quam sacra scriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinatur: scilicet ad recte credendum, & ad recte operandum. Si ad recte operandum, sic est sensus moralis, qui alio nomine tropologicus dicitur (quo vocabulo in seq. vtar) Si autem ad recte credendum, oportet distinguere secundum ordinem credibiliũ. Vt enim dicit Diony. 4. c. cœlestis Hierar. status Ecclesiæ medius est inter statum ecclesiæ triumphantis. Vetus ergo testamentum figura fuit noui, vetus simul & nouum figura sunt cęlestium: sensus ergo spiritualis ordinatus ad recte credendum potest fundari in illo modo figurationis, quo vetus testamentum figurat nouum, & sic est allegoricus sensus, vel typicus: secundum quod ea quæ in vet. test. contigerunt, exponuntur de Christo, & ecclesia: vel potest fundari in illo modo figurationis, quo nouum simul & vetus significant ecclesiã triumphantem, & sic est sensus anagogicus. Aduertendum tamen est, quòd leo, vitulus, aquila, & homo, quibus significantur 4. Euangelistæ, & hircus caprarũ quo significatur rex Græcorum, & aliæ huiusmodi similitudines, per quas aliæ personæ à Christo in scripturis designantur, non fuerunt res aliquæ, sed similitudines imaginariæ, & hoc solum ostendisse, vt illæ personæ significarentur, vnde talis significatio non pertinet nisi ad sensum historicũ: sed ad Christum designandum etiam illa quæ in rei veritate contigerunt ordinantur, sicut vmbra ad veritatem, & ideo talis significatio qua per huiusmodi res Christus, aut eius mẽbra significantur, sicut rubus ardens, & non cõsumens, virga Aaron, quæ floruit, & huiusmodi, significant semper Virg. Mariam, quæ protulit fructum inuiolata, &c. huiusmodi faciunt alium sensum præter historicum. Si alicubi vero inueniatur, ꝙ Christus significatur per has imaginarias similitudines, talis significatio non excedit sensum literalem, sicut Christus significatur per lapidem, qui excisus est de monte sine manibus. Dan. 11. Aduertendum quoque est, ꝙ quattuor isti sensus non attribuuntur sacræ scripturæ, vt in qualibet eius parte sit istis quattuor sensibus exponenda, sed quandoque istis quattuor, quandoque tribus, quandoque duobus, quandoque vno tantum: in sacra enim scriptura præcipue ex prioribus posteriora significantur, & ideo quandoq; in sacra scriptura secundum sensum literalem dicitur aliquid de priori, quod potest spiritualiter de posterioribus exponi, sed non conuertitur. Inter omnia autem quæ in sacra scriptura narrãtur, prima sunt illa quæ ad vetus testamentum pertinent, & ideo quæ secundum literalem sensum ad facta veteris testamenti spectant, possunt quattuor sensibus exponi. Secunda vero sunt illa, quæ pertinent ad statum præsentis Ecclesiæ, in quibus illa sunt priora, quæ pertinent ad caput respectu eorum, quæ pertinent ad membra, quia ipsum corpus verum Christi, & ea quæ in ipso sunt gesta, sunt figura corporis Christi mystici, & eorum quæ in ipso gerstur, vt in ipso scilicet Christo exemplum viuẽdi sumere debeamus. In Christo etiam futura gloria nobis pręmonstrata est, vnde ea quę ad literam de ipso Christo capite dicuntur, possunt exponi, & allegoricè referendo ad corpus eius mysticum, & moraliter referẽdo ad actus nostros, qui secundum ipsum debent reformari, & anagogicè inquãtum in Christo est nobis iter glorię demonstratum, sed quando secundum literalem sensum dicitur aliquid de Ecclesia, non potest exponi allegoricè, nisi forte ea, quę dicuntur de primitiua ecclesia exponantur quantum ad futurum statum Ecclesię pręsentis: possunt tamen exponi moraliter, & anagogicè: ea vero quę moraliter dicuntur secundum sensum literalem, non consueuerũt exponi nisi allegoricè, illa vero quæ secundũ sensum literalem pertinent ad statum gloriæ, nullo alio sensu consueuerunt exponi, eo quòd ipsa non sunt figura aliorum, sed ab omnibus alijs figurata.

EXPOSITIO

EVANGELIORVM TOTIVS ANNI,

SECVNDVM ORDINEM ROMANÆ CVRIÆ, Et ordinis Fratrum Prædicatorum.

Aedita à fratre Antonio de Ghislandis de Iaueno, sacræ Theologiæ, & Artium minimo doctore, Inquisitore Thaurinensi, dicti ordinis Prædicatorum.

DOMINICA PRIMA

In Aduentu Domini, secundum Curiam Romanam. Et secunda secundum Prædicatores.

Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis. Lucæ 21. Matthæi 24. & Marci 13.

Hæc verba dixit D. Iesus anno ætatis suæ 33. die 22. Martij, feria 3.

HISTORICE.

ADVENTVS suæ maiestatis magna cum potestate futuri, Dominus signa in cœli luminaribus, syderibusque præcedere debere prædixit: gentium quoque turbationem in terris ac pelagi confusionem sonitus, quibus terrigenæ tabescent: cœlorum namque commouebuntur virtutes. Iussit vero, vt talib. fieri exordientib. superius capita exigentes prospicere: quoniam tunc quo redimerentur presto; tempus afforet, ficulneæ cæterarumque arborum similitudine, quas cũ fructificare conspicerent, æstatem non longe fore scirent. ea etiam signa fieri cum cernerent, omnipotentis regnum adesse agnoscerent: eamq; generationem minime prætereundam, donec cũcta completa fuissent: quoniam eius verba perpetua forent, cœlũ verò, terramque præterire debere.

Restat nunc dubiorum dilucidatio.

1 DVbitatur igitur primò. Quæ signa futura sunt in cœli luminaribus? Respõdetur, quòd Matthæus 24. & Marcus 13. dicunt, quòd Sol obscurabitur, & Luna nõ dabit splẽdorem suum stellæq; erunt decidentes è cœlo. Ioelis etiam 2. c. habetur, ꝙ Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, idest colorem sanguineum.

2 Dubi. Quomodo stellæ cadent de cœlo? Respon. Origenes super Matt. dicens. Dicet autem aliquis, sicut in magnis ignibus succendi incipientibus tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli, sic in consumatione mundi ab igne, qui succendendus est, obscurabuntur etiam luminaria magna. marcescẽte stellarum lumine, reliquum earum corpus, cum exaltari non valeat. sicut primum, cùm a lumine ipso portatum extollebatur, cadet de cœlo, & ita suum perdendo lumẽ, stellæ dicuntur de cęlo cadere. Vide Dominica 24. post Trinitatem, dubio 36.

3 Dub. Cur potius dominus voluit signa apparere in Sole Luna, & stellis, quàm in alijs creaturis? Respondet sanctus Vincentius in sermone primo huius Dominicę, quòd ista luminaria a toto mundo videntur. Et ideo vt totus mundus agnoscere posset adesse iudicium, voluit dare illa signa in rebus manifestissimis.

4 Dub. Quæ erit illa pressura, & quarum gentium? Resp. Theophilus super Matthęũ, ꝙ vniuerso populo terrę pressura, i. communis miseria erit, vt tabescant timore & expectatione malorum irruentium mundo, Et Iacob. de Voragine in sermone super hoc euãgelio dicit, ꝙ erit maior pressura, quàm vnquã fuerit in mundo, quia pressura, quę dicitur a premo premis, maior quàm tyrannorum, & hęreticorum fideles persequentium, & quàm hypocritarum, & hæc erit persecutio Antichristi.

5 Dub. Quia videtur, ꝙ non debeant præcedere aliqua signa Aduentum Domini ad iudicium, quia primum Aduentũ Domini

talia signa non præcesserunt, ergo nec ſm debent præcedere. Item 1. Thessa. 5. dr̄ dies dn̄i sicut fur, ita in nocte veniet, & sic erit occultus: & per consequens nulla signa præcedent. Resp. S. Tho. super 4. sen. dist. 48. q. 1. ar. 4. q. 1. q; Christus ad iudicandum veniens, in forma gloriosa apparebit, pp auctoritatem, quæ iuduci debetur, sed ad iudiciariam dignitatem pertinet habere aliqua indicia, quæ ad reuerentiam & subiectionem inducant. Ideo ante iudicium multa signa pcedent: vt corda hominum in subiectioné venturi iudicis inducantur, & ad iudicium pparentur, huiusmodi signis communiti: & tn̄ dies dn̄i dr̄ venire sicut fur: quia ignoratur determinatum tempus, quod per illa signa cognosci non poterit: & in primo aduentu Christus venit occultus, quamuis determinatum tp̄s esset prius pcognitum a prophetis: & ideo non oportebat huiusmodi signa in primo aduētu apparere, sicut apparebunt in scd̄o aduētu, in quo veniet manifestus: quamuis determinatū tp̄s sit occultū.

6 Dub. Quæ erit illa confusio sonitus maris & fluctuum? Resp. Eusebius super Matt. q; hic docetur principium transmutationis vniuersi, ex defectu substantiæ humidæ. Hac.n. primò congelata uel deuorata non amplius audietur sonitus maris: nec contingent arenam fluctus eius causa exuberantis siccitatis: & sic nec tempestas, nec fremitus maris vlterius audietur. & isto modo talis sonus dicitur confundi, sed Theophilus, & Iacobus de Voragine vbi supra, dicunt, quòd mare & eius fluctus dabunt sonitus terribiles & inconsuetos, adeo quod erit quasi q̄dā confusio, & sic dicit gl. in hoc loco.

7 Dub. Quomodo arescent homines? Resp. quod sicut dicitur Prouer. 17. Spūs tristis exsiccat ossa: & quoniam tūc homines propter timorem malorum instantium, & expectationem maiorum futurorum erunt tristes, ideo arescent, idest exsiccabuntur.

8 Dub. Quando videbunt filium hominis venientem ante resurrectionem corporum vel post? Resp. quod Mat. ubi supra, dicit, qd̄ in cœlis apparebit signū filii hominis, i. crux multo solis radiis clarior, & hoc post mortē antichristi, ad consolationem electorum, & ad terrorem repoborum: sed post resurrectionem corporum veniet filius hominis, i. Christus, & tunc videbunt eum.

9 Dub. Cur veniet in nube? Respō. quia in eius ascensione angeli dixerunt, quòd veniret quemadmodum ascendit: sed ipse ascendit in nube, quia nubes suscepit eū ab oculis eorum: ideo veniet in nube.

10 Dub. An veniet corporaliter? Rn̄. Quod ex hoc euanglio habetur, quod veniet cum corpore, quia dicitur: Tunc videbunt filium hominis, sed filius hominis non est sine corpore: & etiam Theophilus vbi supra, dicit, q; veniet cum corpore; quia quod videtur, corpus est: sed videbunt eum, ergo veniet cum corpore: quia etiam cum eo ascendit, vt August. infert in homilia,

11 Dub. An videbitur in corpore glorioso, vel ne? Resp. Origenes vbi supra, quod sicut transformatus fuit in monte solum propter tres: ita transformabitur, & apparebit in gloria multa in consummatione mundi: ut omnes eum videant in forma gloriosa.

12 Dub. An videbitur in maiestate diuina vel humana? Resp. Aug. primo de Trinitate, quod visio filii hominis exhibetur ēt malis: sed visio formæ Dei nō nisi mundis corde, & ita iusti videbunt ī maiestate diuina & humana, sed iniqui solū in maiestate humana.

13 Dub. An reprobi cognoscent tūc Christū esse Deum? Resp. S. Th. super 4. dist. 48. q. 1. ar. 3. quod manifeste impij cognoscent eū esse Deū, nō p hoc qd̄ diuinitatē eius videāt, sed per manifestissima diuinitatis indicia.

14 Dub. Quæ erit illa potestas magna? Rn̄. qd̄ ut habetur Io. 6. erit potestas iudicium faciendi in forma humana, quia dedit ei potestaté iudiciū facere, quia filius hominis est.

15 Dub. Ad quid veniet? Resp. qd̄ vt ex supradictis patet, veniet ad iudicandū mūdū.

16 Dub. Qūo poterunt in fine mundi Apostoli leuare caput, cum tunc in monumētis sint? Resp. Eusebius super Mat. dicens, dicit aūt hoc ad discipulos suos, non tanquam ad eos, qui durare deberent in vita ista vsq; ad terminū mundi, sed quasi vno corpore existente ipsis & nobis, & posteris vsq; ad consummationé mundi credituris in Christū.

17 Dub. Cur sic debent leuare capita? Resp. Gregorius in homil. ista, quòd hoc dicitur ad consolationé electorum, quasi dicat dn̄s, Cū plagæ mundi crebrescūt, leuate capita, i. exhilarate corda, quia dū finitur mundus, cuius amici nō estis prope fit redēptio, quā quæsitis. In scriptura enim sacra sępe caput pro mente ponitur, quia sicut capitē reguntur membra, ita cogitationes mente disponun-

ſponuntur: capita itaque leuare, eſt mentes noſtras ad gaudia patriæ cœleſtis erigere: & hæc eſt figura, quæ dicitur omopaſia, quæ eſt attributio vnius partis alteri.

18 Dub. Quia dum arbores producunt fructum eſt æſtas, & hic dicit q̀ eſt prope. Reſ. q̀ hoc dēt intelligi ſicut dicūt Mat. & Marcus, vbi ſupra, videlicet cū ramus ficus fuerit tener, & nata folia fuerint, quę oīa ſunt ſigna proxima fructus ꝓducendi in arbore, & quæ poſtmodum paulatim progrediuntur ad maturitatē. tunc ſcitis, i. cognoſcetis per hmōi ſigna, quòd æſtas proxima eſt: & ita ꝑ ſigna ſupradicta cognoſcetis prope eſſe regnum Dei, i. gloriam cœleſtem, in qua electi ipſi transferentur.

19 Dub. Nunquid & nunc prope eſt regnū Dei? Pſal. 154. dicitur, prope eſt dn̄s omnib. inuocantibus eū, ſed nihil aliud eſt regnum Dei, niſi ipſe Deus, vt dicitur Ioan. 17. quoniam hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum. Reſp. quod ſemper ꝓpe eſt dominus ad gratiam infundendam, vt ſonāt verba pſalmi, ſed hic intelligitur quo ad fruitionē ipſius Dei, cū anima & corpore reſuſcitando.

20 Dub. Quia nedum illa generatio, cui tūc dominus loquebatur, tranſiuit, ſed & plures aliæ. Reſp. Euſebius ſuper Mat. quòd dicit nouam generationem eccleſiæ ſuæ ſanctæ, oſtendens duraturū populū fideliū uſq; ad id tēpus, quo viſa ſint omnia, & euentus verborum Saluatoris oculis apprehendi.

21 Dub. Quòd idioma eſt, Amen? ℞. ſanctus Tho. ſuper Iſa. 25. c. quod eſt Græcum: & ſignificat ſine defectu: quandoque Amen eſt hebræū, & tria ſignificat, ſ. verū, verè, & fiat, & ſicut ſignificat verè, accipiť in euangeliis.

22 Dub. Cur nullus trāſtulit Amen in latinum? ℞. S. Tho. ſuper Ioan. cap. 3. q̀ propter reuerentiam Chriſti, ſæpius vtentis eo.

23 Dub. Cur ſolū à Ioāne replicatur Amen, Amen? ℞. S. Tho. ſuper Iſa. ca. 25: quia ipſe Io. altiora in euāgelio ſuo narrat, quàm alij euangeliſtæ. Vide feria 5. primæ dominicæ quadrageſimæ, dubio 20.

24 Dub. Quia videť, quòd cęlū & terra non tranſibunt, quia Pſal. 148. dicitur, Statuit ea in æternū, & in ſæculū ſeculi, & Eccle. 1. ca. Terra in æternū ſtat. ℞. S. Tho. ſuper epiſtolā ad Hebręos, quòd cęlū & terra quantum ad ſubſtantiam eſſentialem ipſorum nō tranſibunt, ſed ſolum quantum ad qualitates & operationes accidētales, quas habēt, videlicet quantum ad motū, ex quo cauſantur generatio & corruptio.

25 Dub. Quomodo verba Chriſti nō trāſierunt: quia ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum? Reſp. quòd orolatio verborum tranſiuit, ſed ſignificata eorū nō tranſibunt: qm̄ infallibiliter adimplebuntur: non tranſibunt itaque abſque veritate ſubſequente.

ALLEGORICE.

Hoc nobis Euangeliū deſtructionē idolatrię ſignificare poteſt, & ſuſceptionem fidei Chriſti in mūdo, & ſic ſigna fuerunt in ſole, ideſt Chriſto, qui eſt ſol iuſtitię. annunciato paſtoribus per angelos, & Magis per ſtellā, & miracula per ipſum facta, vt hoīes ad eius fidē conuerterentur. Itē & in luna, i. ſemper virgine Maria, de qua dicitur Apoc. 12 c. Signū magnū apparuit in cęlo, mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus eius: ſigna magna fuerunt, quod per aurē cōcepit, & poſt partū inuiolata permanſit. Itē in ſtellis, i. Sāctis apoſtolis, & martyrib. Act. ca. 5. Per manus aūt apoſtolorum fiebant ſigna: & in terris, ideſt hominibus terrenè viuentibus, preſſura gentiū talia credere non volentiū, qua ꝓmebanť, cū Martyres ſuperare nequirēt, qnimo potius ab eis ſuperabanť, Datiano dicente de ſancto Vincentino martyre, Victi ſumus; præ cōfuſione ſonitus maris, i. ſcientiarū mundi, & fluctuū eius, i. ſapientiū: areſcentib. talib. hominibus, i. nullum humidū radicale, in quo fides ipſa fundari poſſet, habentibus: ſeu quaſi deficientib. prę timore cultus ydolatrię, quo erant imbuti deperdendi, & expectatione tali: quod tn̄ poſtea ſuperuenit vniuerſo orbi, qm̄ in omnē terram exiuit ſonus eorum: nam virtutes cęlorum, i. Sanctorū, quę erant a Deo, mouebantur, ideſt, manifeſtabantur, & apparebant in ipſius Sanctis, quę apparitio videbatur quidam motus: his autē fieri incipientib. i. fidē catholicā annunciare incipientibus, reſpicite & leuate capita veſtra, i. mentes veſtras ad Deum habete, ꝑꝑ imminentia tormenta, quę inferent, ne ipſam fidē annuncietis, habentes totā fiduciam veſtrā in domino, ſicut beatus Stephanus, qui intuēs in cœlū, vidit gloriā Dei: qm̄ appropinquat redemptio veſtra: quia ſtatim onere carnis depoſito per martyrium, collegio Angelorum adiungamini. Videte ficulneam &c. i. in paſſioni-

ſionibus illatis ne timueritis: quia per huiuſmodi afflictiones vberiores fructus ꝓducetis, ſicut ficulnea, vitis, & aliquæ aliæ arbores quædã, dum rami aliqui putantur, vberiores fructus producunt: & ex earũ pullulatione cognoſcitur æſtas delectabilis: ita & dum membra veſtra præſcindẽtur, & corpora cruciabuntur, plures ad fidẽ conuertentur, vt patuit in plurib. martyribus, dum paterẽtur: & tũc cognoſcetur vera æſtas, quæ eſt fides catholica: & veſtris corporibus deficientibus, regnum Dei propinquius efficietur. Amen, i. vere dico vobis, generatio hæc, i. Apoſtolorũ, & eorum doctrinã ſequẽtiũ, non præteribit, ideſt non deficiet, donec omnia fiant: ideſt compleantur, ſ. vſque quo omnis mundus catholicam fidem acceperit: cœlum, i. imperium: & terra, i. eidem imperio ſubiecti, tranſibũt, ſ. de idolatria ad fidẽ: ſicut Cõſtantinus tempore ſancti Silueſtri, cum ſibi adhærentibus: verba aũt mea, ideſt fides, quæ in verbis meis fundatur, non tranſibit, donec mundus finiatur: qa poſt mundi finem non erit fides, ſed clara viſio.

TROPOLOGICE.

Fideles inſtruuntur vt bene operentur, qm̃ præmia virtutibus debentur, nec exẽplo peccantium à via veritatis deuient: quoniam erunt ſigna in ſole, i. diabolo, qui tranſfigurat ſe in angelum lucis: & in luna, ideſt, eccleſia peruerſorum, & ſtellis, i. hominibus peruerſa dogmata prædicantibus, & vitia ſuadentibus: quoniam in extremo iudicio clare demonſtrabitur, quòd fuerũt tenebræ & non luminaria, & in terris, i. hominibus terrenè viuentibus preſſura: qm̃ prementur à peccatis proprijs, quia faciens peccatũ, ſeruus eſt peccati: præ confuſione ſonitus maris, i. honorum mundi, qui ſonant in auribus hominum: & fluctuũ, i. diuitiarum, quæ fluctuant, & hæc inducunt ad peccatum: areſcentibus talibus, i. nihil viriditatis ex charitate habentibus, prę timore vitam, honores, & diuitias dimittendi: & expectatione, qm̃ velint nolint expectabunt ea perdere, qm̃ ſic superuenient vniuerſo orbi, in præmiſſis ſpẽ ponentibus: nam virtutes cœlorum, i. angeli ad cuſtodiam taliũ deputati, mouebuntur, dolentes de eorum perditione His autẽ fieri incipientibus, i. dum talia incipietis videre, vos iuſti reſpicite, ne cæcitate ducti, in foueam cadatis: & leuate capita veſtra, i. erigite mentem veſtram ad Deum, eam à terrenis eleuantes, quia ſic agendo appropinquat redemptio veſtra. Videte ficulneam, i. exemplum capite in arboribus: quia ex bonis fructum producentibus, & non ex malis & aridis cognoſcitur æſtas, ita & vos cum videritis, i. recte iudicaueritis hæc fieri ꝑ malos: & ab eis vos auerteritis. ſcitote qm̃ ꝓpe eſt regnum Dei: cœlum, i. honores: & terra, i. diuitiæ terrenæ trãſibunt: verba aũt mea, i opera bona, quæ propter verba mea operati eſtis, non tranſibunt ſine præmio: quoniã vt dicitur Apoc. 14. c. opera illorum ſequuntur illos.

ANAGOGICE.

Gloria excellens beatorum, & pęna acerbiſſima dãnatorum, ex ſancti euangelii verbis demonſtratur, quoniã poſt reſurrectionem erunt ſigna magnæ gloriæ in ſole, ideſt Chriſto: quia ipſe illuminabit ſupernam Hieruſalẽ ſeptempliciter, quàm illuminet mũdũ nunc ſol naturalis: & in luna, i. ſuper virgine Maria, ꝗ illuminata ab ipſo Chriſto, ſuper omnes choros angelorum glorioſa ſedebit: & in ſtellis, i. angelis, & beatis omnib. qui tanto lumine fruentur: & verſa vice in terris, i. in inferno qui eſt in centro terræ, ꝓſſura, i. inextimabilis pœna premens gentium damnatorum præ confuſione: quoniã nullus ibi ordo erit, ſed omnia confuſa: ſonitus maris, ſ. diaboli, terribiliter ſibilantis: & fluctuum eius, i. ſequacium eius aliorum dęmonum: areſcentibus hominibus damnatis in igne præ timore, qui videntes turbabuntur timore horribili, ꝗ expectatione perpetua talium tormentorum, quæ ſuperueniẽt vniuerſo orbi damnatorum: nam virtutes cœlorum mouebuntur ſtupentes de ineffabili gloria beatorum, & intollerabili pœna damnatorum: his autem fieri incipientibus dum iudicabuntur omnes, reſpicite vos electi Deum ipſum, in quo eſt vera beatitudo veſtra, & leuate capita ueſtra, omnem iucunditatem accipientes: immo præſens eſt redẽptio veſtra à tanta miſeria pœnarũ: videte ficulneã, ſ. ſemper virginẽ Mariã, & oẽs arbores, i. Sanctos, qui iã producunt fructũ, i. fruuntur fructu ſuorum operum glorioſo, ſcientes æſtatem iucundiſſimam regnum, ſ. Dei aduenisse. Amen dico vobis, quòd hęc generatio beatorum & damnatorũ quãtum ad præmia & pęnas, non præteribit, donec omnia fiant, i. ſine fine gaudebunt iuſti, & impij pœnas luent. Cœlum & terra tranſibunt.

bunt. cessante eorũ motu, quæ in corporib. veris causabat corruptionẽ: verba aũt mea, id est laudes vestræ, quæ sunt uerba mea, cũ ego sim caput vestrũ, non transibunt, i. nunquam cessabunt cum sanctis spiritibus vna voce clamare dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus, altissimum sine fine laudando, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

DOMINICA I. ADVENTVS secundum ordinem prædicatorum.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis: & venisset Betphage. Mat. 12. Marci 11. Lucæ 19. & Ioannis 12.

Hist. huius Euangelij facta fuit anno Christi 33. dominica, quæ fuit die 20. Martij.

HISTORICE.

Propè Hierusalẽ cũ factus esset Iesus: ex Betphage montis oliuarũ: duob. discipulis, vt in castellũ, qđ contra eos situ erat pergerẽt, imperauit: atq; asinę alligatę pullũ vnà cũ matre soluta ad se deducerent; rogantibusq; fortassis aliquib. cur id agerent, rñderent, Dñm his indigere: quos statim dimittendi sibi cura esset. Illũ. n. sic asino insedendo venire debere, olim vatis eulogiũ pcinebat, regis sui mansuetudinẽ edocẽs: iussa verò discipuli perficiẽtes, animalia indumentis eorũ operta, vt desuper sederet, adduxerunt. Ipso igitur sic Hierosolymã versus incedente, a turbis plurimis via vestibus, ramisq. arborũ strata est: ac a præeũtib. sequẽtibusq. conclamatum. Hosanna benedicto Dauid nato, qui in nomine adueniret dñi.

Respondendum nunc est dubijs.

1 DVBITATVR igitur. Vnde tunc veniebat Iesus? Resp. Magister Hist. Sch. ꝙ dr̃ Io. 12. c. veniebat ex Bethania, quo in loco die pcedẽti, s. sabbato cœnauerat in domo Simonis lep. si, Martha ministrãte, & Lazaro quẽ a mortuis suscitauerat discumbente: & ibi Magdalena effudit vnguentum preciosum.

2 Dub. Quid est Betphage? Resp. Nicolaus de Ly. ꝙ est vna villa, quæ erat sacerdotũ: qui licet nil proprij in possessionib. haberent, habebant tñ domus ad habitandum, vt dicit Remigius super. Matt. & ad bestias nutriendum quando non vacabant seruitio diuino: & distabat a Hierusalem per vnum miliare, & erat in monte Olïueti, videlicet in latere, vt dicit Mag Hi. Scho.

3 Dub. Qui fuerunt duo discipuli missi? R. Magister Hi. Sch. quòd credunt fuisse Petrus & Philippus, ad significandũ ꝙ ipsi primũ adduxerũt Gẽtes ad Iesum, Petrus Corneliũ & eius domũ, & Philippus Samariã.

4 Dub. Cur dicit Hierusalẽ esse castellum, cum esset ciuitas? R. S. Vincentius, post Lyram, quòd Hierusalem erat clausa triplici muro cum propugnaculis, & fortalitijs ad modum castri, ideo dicebatur castellum: & est hic vitiũ vnũ grãmaticæ, quod dr̃ Tapinosis: vt si mare appelletur gurges, & per figuram hyperbole excusatur hoc vitium.

5 Dub. Cũ alij prophetę uocauerint Hierusalem ciuitatem, cur dñs vocat eam castellum? R. quòd merito sic eam potuit uocare: quia debebat priuari dignitate ciuitatis ppter occisionẽ summi sacerdotis Iesu Christi, dñi ipsius ciuitatis: quemadmodum seruatur, si quæ ciuitas interficiat episcopũ, priuatur dignitate episcopali, & licet Hierusalem adhuc non eum morti tradidisset: tamen quia de proximo hoc factura erat, ideo quasi iam factum esset quando animo conceperant, uocat eam castellum.

6 Dub. Cur dicit, quòd est cõtra vos? R. cõtra uos, i. ex opposito vobis: quia Hierusalẽ erat ex opposito montis Olïueti, in quo tũc erat dominus cum discipulis.

7 Dub. Cur aliàs cũ ueniret Hierusalẽ nũquam uenit in asina & pullo? R. Beda in homilia, quòd hoc ideo fecit, ut per hoc claresceret, quòd nõ inuitus, sed spõte pateretur: & in asino uenire, & a turbis rex appellari, & laudari uoluit, ut quisq; cognoscerent ipsum esse Christum, quem illũ uenturum tali modo pphetia olim pmissa signauerat.

8 Dub. Cur in sic uili iumento uenire uoluit? R. Iacobus de Voragine, quòd sicut in natiuitate habuit pauperem matrẽ, in uita pauperẽ societatẽ, in thalamo & in morte pauperẽ lectũ & strictũ, i. crucẽ, post mortẽ pauperẽ sepulturã, quia in alieno sepulchro positus fuit: ita & nunc uoluit habere pauperem equitaturã, uidelicet asinam & pullũ.

9 Dub. Cur alligabatur asina, & an similiter pullus ligaretur, & in quo loco, & cuius erant? Resp. magister hist. schol. quòd hæ

animalia erant communia pauperibus, qui propria iumenta nō habebant, & pullus ēt, vt dicunt Marcus & Lucas, erat ligatus, & hoc in biuio ante domum cuiusdam: vt refert Mar. & alligabantur ne perderentur, vt, qui eis vti voluisset, cito inueniret ea.

10 Dubitatur. An aliquis discipulis soluentib. aliquid dixerit? Resp. Marcus, & Lucas, q sic. & Marcus quidē dicit quod domini, i. qui illo die pro suo vso volebant, seu domini qui eos pauperibus concedebant ad hoc deputati, de hoc interrogarunt, cur soluebant eos. Lucas vero dicit, quòd fuerunt q-dam de astantibus: & discipuli responderunt, prout in mandatis habuerant a domino, & sic dimiserunt eos.

11 Dub. Ad quem referuntur illa verba confestim dimittet eos? Resp. quòd possunt referri ad illum, cui loquebantur discipuli, q auditis verbis ex parte Christi, confestim dimisit: uel possunt referri ad Christum, qui peracta via in Hierusalem, confestim dimisit eos.

12 Dub. Quis fuit propheta, de quo hic fit mentio? Resp. quòd fuit Zacharias c. 9 suæ prophetiæ, cuius verba ad literam sunt ista. Exulta satis filia Syon: iubila filia Hierusalem: ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ.

13 Dubitatur. Quæ est filia Syon, cū Syon esset turris & res inanimata? R. quòd in similibus loquutionibus sunt plures figuræ, videlicet metaphora, quando nomen vnius rei ponitur pro nomine alterius: vt hic Hierusalem appellatur filia Syon: quia sicut filia protegitur a matre, ita Hierusalem a fortalitio Syon. Item figura prosopopeia, cum quis loquitur rei inanimatæ, cum dicitur: dicite filiæ Syon. Item figura methonomia, quando continens ponitur pro contento, quia hic appellatur Hierusalem filia Syon, cui ciuitati non debebat dici, Ecce rex tuus, sed hominibus existentibus in ea.

14 Dubitatur. Quis fuit iste rex? Respō. Lyra, q Christus: quia etiam doctores Hebręi exponunt hanc literam de Christo.

15 Dub. Quia dicit venit tibi. i. ad vtilitatē tuam, vt exponunt doctores: nunquid venit pro alijs quàm pro Iudæis? Resp. qđ principaliter venit pp populū Israel, & post pro omnib. alijs gentibus: nam dixit: Non sum missus, s. principaliter, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel Matthæi. 15.

16 Dubit. Quia non videtur venisse ad utilitatem Hierusalem, quia propter eius mortem fuit destructa? Resp. quod venit ad eius vtilitatem, quia ad utilitatem eorum qui crediderunt ex Iudæis.

17 Dubit. Qūo potuerit simul sedere super pullum & asinam? R. quòd Mar. Lucas, Magister Histo. Scho. & Lyra dicunt, ipsum primò sedisse super pullo, qui nondum erat domitus, nec applicatus humanis usib. & postea pullo, qui erat lasciuus: & sic nō simul, sed successiue sedit super utrumque.

18 Dub. Quare asina dicitur subiugalis? Respon. Magister Histo. Sch. quod quidā putāt eam subiugalem dictam, quia omnium dominio exposita erat: sed subiugalis est Græcum nomē, quia asina Latine, Græce subiugalis dicitur, & utrumq; nomen ob eandem causam institutum est. Hoc n. iumentum primum insedit homo, & a sedendo asinū dixit. Vnde asinus quasi asidus: & Græcus dixit subiugalem.

19 Dubit. Cur imposuerunt super eos uestimenta sua? Respon. ut decentius Christus super eos sederet.

20 Dubit. Quia dicit in singulari, plurima autem turba, & in plurali strauerunt? R. qđ hic est figura anthiptosis, qn̄ numerus pluralis ponitur pro singulari, & ēt nomina significantia multitudinem, ut turba, & populus possunt coniungi cum utroq; numero.

21 Dub. Cur sternebant ramos in uia, qui uidebantur impedire transitū? Resp. Lyra, quòd uiriditas ramorum erat signum magnæ lætitiæ, nec erant rami magni, sed frondes, ut Marcus dicit, quare non impediebāt, sed potius iucunditatem præstabant.

22 Dub. Vnde erat illa turba, quæ ramos sternebat? Resp. magister Histo. Scho. quòd multi ueniebāt cum Iesu ex Bethania, qui sequebantur propter miracula, & multi uenerunt ex Hierusalem, s. plebecula, & pueri Hierosolymorum, & turba multa, quæ uenerat ad diem festum, & ut Ioannes dicit portantes ramos oliuarum, uenerunt obuiam ei.

23 Dub. Quid significat Osanna? Resp. Remigius sup Matt. Mag. Hi. Sch. & Lyra, qđ est nomen Hebræum cōpositum ex duobus uocabulis, s. integro & corrupto: uidelicet ex osī Hebræo, quod Latinè est salua, &

& ānnā, quod est aduerbium optandi apud Hebræos,& Latine dicitur vtinam,vel obsecro , & ita deberet dici Ossianna, & remoto per corruptionē si;dicitur Osanna,id est vtinam , uel obsecro , salua, filio Dauid, i. Christo,qui erat ex progenie Dauid.

24 Dub. Quam laudem attribuebant Christo? ℞.quod secundum Mat.laudantes dixerunt : Benedictus qui venit in nomine domini.secundum Marcū,Benedictum regnū patris nostri Dauid: secundum Lucam, Pax in cęlo & gloria in excelsis: secūdum Io. Benedictus rex Israel, qui venit in noīe dñi.

ALLEGORICE.

Hæc historia præfigurata fuit & prænunciata Zacha.9. c. ut dictum est Dub.12. Itē 1. Regum 19. quando Dauid triumphans cum capite Goliæ , venit Hierusalem , & à populo laudatus est. unde versus.

Hostem qui strauit laudatur carmine Dauid.

Item 4.Reg. 5. quando Helisæus redijt cū pallio Helyæ,& duplici spiritu, & adoratus fuit à prophetis,unde uersus.

Gloria nate Dei tibi conuenit hic Helisei.

Item Leu.vigesimo sexto, quando Moyses dixit filiis Israel. Sumetis uobis sportulas palmarum , frondesq; arboris pulcherrimæ, & leuabimini.Item 3. Regum 1.quādo Dauid dixit, Ponite filium meum super mulam meam,& ungite eum regem:sic hodie Christus rex fuit salutatus.unde uersus.

Carmē Hebræorum te laudat Christe sonorū.

TROPOLOGICE.

Volens Hierosolymam uenire.i. habere pacem cū Deo:transeat per Betphage.peccata sua confitendo,ueniat ad montem olиueti , opera misericordiæ implendo,mittat duos discipulos,intellectum,s.& uoluntatē, ut soluant asinam sensualitatis,& adducat, ad Iesum saluantem , & imponat desuper uestimenta uirtutum , & sedeat audiendo pdicatores, & sternat uestiméta animæ, ut corpus spiritui seruiat: cędat ramos de arboribus, i.Sanctorum scripta diligenter mēte reuoluat, quibus stantes ne cadant roborantur: Ipsi ne diutius iaceant hortantur resurgentes,ut uirtutibus exerceātur instruūtur,& laudes bñ gestorū Deo attribuantur.

ANAGOGICE.

Designatur ex hoc Euangelio triūphus Christi. quando peracto uniuersali iudicio cœlestem Hierusalē ascendet, per Betphage, i.per confessionem fidelium ad mōtem Oliueti,eos ungens exultationis oleo, duabus comitatus naturis,angelica,& humana: sedens super thronum gloriæ præeuntibus angelis & sequentibus iustis cum suis palmis uictricibus: cantantibus, & Deū laudantibus,qui in ęternum est benedictus. Amē.

DOMINICA SECVNDA Aduentus,secundum Curiam , & tertia secundum prædic.

Cum audisset Ioannes in uinculis opera Christi. Matt.11.& Luc.7.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi....die 31. Decembris.

HISTORICE.

Intellectis domini gestis Ioannes uinculis constrictus , rogauit duobus ad eum discipulis transmissis , an ipse qui uenturus esset,foret : an uerò quis alius expectandus mundo esset : quibus dominus imperauit , ut quę audissent,ac intuiti essent, Ioanni referrent:asserens cęcos depulsis tenebris clarè intueri , claudos incedere , lepra respersos sanari , sonos percipere surdos , defunctos in uitam redire , egenosq; Euangeliū annunciare: illumque fore fœlicē,qui scandalum non pateretur in eo:quibus abscedētibus, turbas dominus de Ioanne allocutus est , quid in deserto ꝓspecturi accessissent, & an ab his arundo uento iactata , seu uir mollibus indutus, qui regū palatia frequētant,uisi fuissent : an uerò prophetam quē piā prospexissent, subinferens ipsos nedum prophetā,sed excellētiorē fuisse cōspectos.

Aliqua dubia soluenda sunt.

1 DVBITATVR. In quib. uinculis tenebatur Ioannes? Respond.Mar.6. cap. quòd in uinculis fuit positus ab Herode,eo quòd eū arguebat propter Herodiadem , quam tulerat Philippo fratri suo uxorem .

2 Dubit. A quibus audiuit Ioannes opera Christi? Res.magister hist.scho.post Lucam c.7. ꝙ hæc audiuit Ioannes a suis discipulis, qui continuè ueniebant ad eum uisitandū: & idem sentit Glo.in hoc loco.

3 Dub.Cur discipuli Ioannis opera Christi retulerūt ipsi Ioanni?℞. Gl.quòd ex quadā æmulatione hæc retulerunt:dicentes, quod Christus faciebat multa miracula: idem dicit Beda super Matth.

4 Dubitatur. Cū Ioannes baptizasset Christum

stum,& dixisset, Ecce agnus Dei, cur nunc quarit an sit ipse, qui venturus est? Resp. Greg. in homil. quòd Ioannes non interrogabat Iesum per discipulos an uenisset ad saluandum mundum, quia hoc prædicauerat ipse Ioannes, sed quærebat an sicut per se venerat ad mundum saluandum, ita per se descendere vellet ad infernum ad liberãdum sanctos patres: ut sicut fuerat pcursor eius annunciando Christi natiuitatem mundo: ita & ipse Ioannes moriens fieret eius pcursor apud sanctos patres in inferno, eis annunciando eius aduentũ: vnde Hiero. dicit hic. Ioannes non dicit, Tu es qui venisti, quia sciebat ipsum ad saluãdum venisse, sed dicit. Tu es qui venturus es, scilicet ad infernum. Lyra uerò post magistrũ hist. scho. dicit, quòd Io. nõ dubitauit ipsum esse redẽpturum per se sanctos patres, cũ esset plusquàm propheta, hoc sciebat: nec hoc q̃siuit quasi dubitaret, sed propter suos discipulos dubitanter quasi eis dubitãtibus & interrogantibus a Ioanne an Christus esset Messias, responderit: vadatis ad eum, & uos ipsi eum de hoc interrogate: & ita etiam tenet Chrysostomus in hoc locò.

5 Dub. Cur Ioannes misit discipulos ad Christum? ℞. Chrys. hic, quòd fecit ex fraternali charitate, sciens se in breui moriturum, vt sui discipuli post eius mortem non remanerent in incredulitate.

6 Dub. Qui fuerũt illi discipuli missi? Res. quòd nomina eorum nullibi leguntur.

7 Dub. Cur duos misit, & nõ plures? Resp. Chry. in ho. & Iacobus de Vora. in sermone hodierno, quòd misit duos quosdam, quos nouerat fortassis alijs persuasibiliores existentes, ut insuspicabilis interrogatio fieret: & ex rebus ipsis discerent distantiam inter ipsum & Iesum. Misit autẽ duos, q̃m in ore duorum testium stat omne verbum: nec misit omnes discipulos, quia vbi multitudo, ibi confusio: & etiam vt ostenderet se esse mẽbrum Christi, qui mittebat discipulos binos prædicare.

8 Dub. Quid audierãt & viderunt, quæ debebant renunciare Ioanni? Respondet Cirillus super Matthæum, q̧ discipuli Ioannis audierant Ioannem prophetas legentem, & ipsum Christum viderunt dicta prophetarum adimplentẽ. Ideo dixit, nunciate Ioanni, quæ audistis ab eo de prophetis, & vidistis à me fieri iuxta prophetata ipsa: potest etiam esse ut discipuli Ioannis cum venerunt ad Christum inuenerant eum prædicantem, & post prædicationem languidos curantem: & ita dixit eis, vt renunciarent Ioanni, quæ audierant ab ipso prædicante, & viderant, scilicet miracula ab ipso facta.

9 Dub. Cur Christus non respondit clarè, q̧ esset Saluator mundi? Res. Chry in hom. dicẽs. Christus aũt noscens mentẽ Ioannis, non dixit, q̃m ego sum: quia per hoc rursus obsisteret hoc audientibus: excogitassent enim etsi non dixissent, quod Iudæi ad ipsum dixerunt, Tu de teipso testimoniũ perhibes. Ideo à miraculis fecit eos discere, insuspicabilem doctrinam faciens & manifestiorem: testimonium enim q̃d est à rebus, credibilius est testimonio, q̃d est à verbis.

10 Dubit. Quomodo potuerunt cognoscere per ista miracula, quòd Christus esset Saluator mundi? ℞. Iacobus de Vorag. sermone primo huius dominicæ. q̧ ista miracula clarè demonstrant Christum fuisse verũ Saluatorem mundi. Primò quidem ratione prophetiæ Esa. 35. c. dicentis Deus ipse veniet, & saluabit nos: tunc aperientur oculi cœcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Secundò ratione multitudinis & abundantiæ: quãuis enim ante Christum multa miracula facta fuerunt, Christus tñ in maiori abundantia ipsa fecit, Io. 15. Si opera non fecissem in eis, scilicet in abundantia, quæ nullus alius fecit, &c. Tertiò ratione singularis potentiæ: quia Christus imperio miracula faciebat. Vnde Ambrosius: si Thobias lumen recepit, hoc fuit angeli, non hominis medicina. si Helias mortuũ suscitauit, ipse rogauit: si Helisæus leprosum mundauit valuit, figura mysterij non auctoritas præcepti.

11 Dub. Quomodo surdi audiunt, & cœci vidẽt? ℞. quòd illi qui fuerant cœci & surdi, sanati vident & audiunt.

12 Dub. Quomodo pauperes euangelizantur? Resp. Lyra, id est denunciantur habere regnum cœlorum: & Iac. de Vora. sermone primo huius dominicæ: euangelizantur, id est per euangelium illuminantur, & conuertuntur: adeò vt dicit hic Hier. quòd inter diuites & egenos in prædicatione nulla distantia sit.

13 Dub. Multi ante Christũ & post non fuerunt scandalizati in Christo, qui tamẽ non sunt

ſunt beati. Reſpõdet Iacobus de Vorag. qđ Chriſtus dixit prædicta verba, vt tãgeret diſcipulos Ioãnis, qui erãt inuidi & increduli: vnde ſemel, vt dicitur Matt. 10. c. ſe adiunxerunt cum phariſæis, dicẽtes: quare nos & phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autẽ tui nõ ieiunãt, & ſcandalizabãtur in eo: tũ quia Ioannes fuerat auſteræ vitæ, Chriſtus autẽ largè comedẽdo & bibẽdo ex his, quæ ſibi apponebantur, tum etiam quia credebant ipſum eſſe purum hominẽ, videntes eum paſſibilem, & ideo eos tangendo in generali dicebat, licet faciam multa miracula quò ad cęcos, claudos, &c. Et ex hoc poſſit cognoſci diuinitas mea: tamen quia ſum paſſibilis, & vitæ cõis, beatus eſt, i. uos mihi adhærentes, & alij credentes per miracula, beati eritis ſi non fueritis ſcãdalizati in me cũ patiar: & ita iſta verba nõ dicuntur abſolutè, ſed habẽt relationẽ ad ſupraſcripta dicta Chriſti, & miracula: & ita licet multi ſint dãnati Chriſtũ ignorãtes, ad tales non dirigebantur verba Chriſti, ſed ſolũ ad eos, q eũ nouerant, & in ipſum crediderant, qui eſſent beati ſi non ſcandalizarentur in eo.

14 Dubi. Quid eſt ſcandalizari? Reſp. quòd ſcandalum iuxta gl. ſuper illud Matt. 18. c. væ mundo à ſcandalis, eſt dictum vel factũ minus rectum, præbens alijs occaſionẽ ruinæ, & ita in Chriſto non poterat eſſe ſcandalum aliquod, vel aliquid quod haberet alijs dare materiam ſcandali.

15 Dubi. Cur Chriſtus noluit laudare Ioannẽ præſentibus ſuis diſcipulis? ℞. Ciril. & Chryſoſtomus ſuper Matt. quòd hoc fecit, ut non videretur homini adulari.

16 Dubi. Vt quid voluit eum laudare corã turbis? ℞. Cyrillus & Chryſoſt. ſuper Mat. quòd dominus hoc fecit, tanquã cognoſcẽs ſecreta hominum: cognouit. n. aliquos dicturos, ſi vſq; hodie ignorat Ioãnes Ieſum, qualiter eum nobis oſtendebat, dicens, Ecce agnus Dei? vt igitur ſanaret hanc paſſionem, quæ eis acciderat, damnum quòd ex ſcandalo procedebat excluſit, laudado Ioã. firmitatem & ſtabilitatem.

17 Dubi. De quo deſerto hic loquitur? Reſ. quòd vt habet Matth. 3. c. Ioan. 1. loquitur de deſerto Iudæ: nam ibi dicitur, in diebus illis venit Ioannes Baptiſta prædicans in deſerto Iudææ: quod erat trans Iordanem.

18 Dubi. Quo uiderũt Ioannẽ in deſerto, cũ eſſet in carcere? ℞. hic Glo. dicens: non autẽ tunc exierãt in deſertũ ad hoc, ut uiderẽt Ioannem, nec enim erat tũc in deſerto, ſed in carcere: ſed præteritum refert, quia frequẽter exierat polulus in deſertum uidere Ioannem, cum adhuc eſſet in deſerto.

19 Dubi. Cur potius ipſum dixit non fuiſſe arundinẽ, quàm aliam arborẽ? Reſpon. Iacobus de Voragine in ſermone, quòd Chriſtus uolens oſtẽdere firmitatẽ & immobilitatẽ Ioãnis, dixit ipſum nõ eſſe arũdinẽ: qm̃ arundo habet radices in arena, & timet uẽtum, pluuiam, & flumen: & quia Ioannes nõ potuit flecti uento, quando phariſei volebãt eum habere pro Chriſto; Reſpondẽs, Non ſum ego Chriſtus: nec potuit cõmoueri pluuia, qñ poſitus fuit in carcerem propter Herodiadem: nec potuit per flumen a ſoliditate iuſtitiæ eradicari, quãdo fuit decapitatus: ideò ueraciter non fuit arundo, quæ prædicta tria timet: quæ nulla alia arbor omnia in ſe complectitur.

20 Dubitatur. Quid intelligitur per mollibus ueſtitum? Reſpon. Grego in homil. qđ molles ueſtes dicuntur ueſtes precioſæ, quibus non induebatur Ioã. ſed ueſtibus factis de pilis camelorum.

21 Dubi. An ſit peccatum uti precioſis ueſtibus ℞. S. Tho. ſecunda ſecundæ, q. 169 art. 1. quòd poteſt eſſe peccatum ex inordinato affectu per ſuperabundãtiã, & per defectũ; & quantum ad ſuperabundãtiam contingit inordinatio affectus tripliciter: uno modo per hoc quòd aliquis ex ſuperfluo cultu ueſtium hominum gloriam quærit, prout ſcilicet ueſtes & alia huiuſmodi pertinent ad quendam ornatum: Alio modo ſecundum quòd homo per ſuperfluum cultum ueſtiũ quærit delitias, ſecundum quòd ueſtis ordinatur ad corporis fomentum: Tertio modo ſecundum quòd nimiam ſolicitudinem apponit ad exteriorem ueſtium cultum, ẽt ſi non ſit aliqua inordinatio ex parte finis. Ex parte autem defectus ſimiliter poteſt eſſe duplex inordinatio per affectum. Vno modo ex negligentia homines, qui non adhibet ſtudium uel laborem, cùm ad hoc q exteriori cultu utatur ſecundũ quòd oportet. Vnde Philoſ. dicit in 7. Ethic. q ad mollitiem pertinet, q aliquis trahat ueſtimentum per terram, ut nõ laboret eleuando ipſum: Alio modo ex eo, q ipſum defectũ exterioris cultus ad gloriam ordinat. Vnde dicit Auguſtinus in lib. de ſermone dñi in monte,

monte. non in solo rerũ corporeatum nitore atque pompa:sed etiam in ipsis sordibus & lutosis esse posse iactantiã, & eo periculo siorẽ, quo sub noĩe seruitutis Dei decipit: & Philo.in 4. Ethi.dicit, ꝙ semp abũdãtia & inordinatus defectus ad iactatiã ptinet.

22 Dubi. Quia vr̃, ꝙ prælati ecclesiæ, qui vtuntur preciosis vestibus peccent. Respon. S.Thom.2.2.q.169.ar.1.ad 2.qd' illi qui in dignitatibus constituuntur:vel etiam ministri altaris pretiosioribus vestibus q̃ cæteri induuntur,non ꝑpter sui gloriam,sed ad significandam excellentiam sui ministerij,vel cultus diuini: & ideo in eis non est vitium.

23 Dub.Quia vr̃, quòd aliq̃ religiosi mendicantes, qui vtuntur vilibus vestibus peccẽt. Resp.S. Tho.loco prædicto, quòd nõ semꝑ qui vtitur vilioribus vestibus, quàm cæteri, peccat: si enim hoc facit propter iactantiã, vel superbiam,vt se cæteris præferat, vitiũ superstitionis est: si autẽ facit propter macerationem carnis, vel humilitatem spiritus, ad uirtutem temperantiæ pertinet. Præcipuè autem competit vilibus vestimentis uti his, qui alios & verbo & exemplo ad pœnitentiam hortantur: sicut fecerunt prophetæ. Vñ quædã gl.Mat.3.c.dicit. Qui pœnitẽtiam prædicat,habitũ pœnitẽtiæ ꝓtendit.

24 Dub. An ornatus mulierum sẽper sit cũ peccato mortali? Rñ.S.Tho.loco prædicto. arti. 2. ꝙ circa ornamenta mulierum sunt eadẽ attendenda, quæ dubio 21. dicta sunt, circa exteriorem cultum:& insuper quoddã aliud speciale, quòd scilicet in mulieribus cultus viros ad lasciuiam prouocat,secundũ illud Prouerb. 7. Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio, præparata ad decipiendum animas: potest tamen mulier licitè operam dare ad hoc,quòd viro suo placeat, ne per eius contemptum in adulterium labatur, & hoc potest facere absque peccato. Illæ autẽ mulieres,quæ uiros non habent, nec volunt habere, & sunt in statu non habendi, non possunt absque peccato appetere placere virorum aspectibus ad concupiscendum: quia hoc est dare eis incentiuum peccandi: & si quidem hac intentione se ornent,ut alios prouocent ad concupiscentiã, mortaliter peccant. Si autem ex quadam leuitate, uel etiam ex quadam uanitate propter iactantiam quãdam, non semper est peccatum mortale, sed quãdoque ueniale: & eadem ratio quãtum ad hoc est de uiris.

25 Dub. An mulieres sine peccato nudatis capillis possint incedere? Rñ. S.Thom.loco prædicto, quòd non, vt vult Augustinus in epistola ad Possidiũ,dicens, ꝙ capillos nudare fœminas, quas etiam caput uelare Apostolus iubet,nec maritatam decet: in quo tamen casu possent aliquæ à peccato excusari,qñ hoc non fieret ex aliqua uanitate, sed propter contrariã consuetudinem,quamuis talis consuetudo non sit laudabilis.

26 Dub. An mulieres possint uti pigmentis in facie ad se colorãdum absq; peccato? Rñ. S.Tho.ubi supra, quòd mulierũ fucatio est q̃dã species fictionis, quæ non põt esse sine peccato: non semper tñ est cũ peccato mortali: sed solum qñ fit propter lasciuiam,vel in Dei contẽptũ: & in his casibus loquitur Cyprianus in lib.de habitu uirginũ. Sciendum tamen,quòd aliud est fingere pulchritudinẽ non habitã,& aliud occultare turpitudinẽ ex aliqua cã prouenientẽ:puta ęgritudine,uel aliquo huiusmodi: hoc.n. est licitum,quia secundũ Apostolũ 1. Cor. 12.c.q̃ putamus ignobiliora mẽbra corporis esse, his honorem abundatiorem circundamus.

27 Dubi. An liceat mulieri uti ueste uirili, uel econtra? Respõ.S.Tho.ubi supra,quòd non,nisi propter aliquam necessitatem, uel causa se occultandi ab hostibus,uel propter defectum alterius uestimenti, uel propter aliquid aliud huiusmodi.

28 Dub. An alibi quàm in domibus Regum sint mollibus induti? Resp.Lyra,quòd Christus non negauit, quin alibi inueniantur sic induti: sed ut plurimùm in domibus Regũ & Ducum morantur.

29 Dub. Quia dominus hic dicit, Ioannem esse prophetam, & tamen ipse Ioannes negat se esse prophetam Ioan. 1.c.Rñ.Iacob. de Vorag.post Aug.& Origenem,quòd ꝓpheta dr̃ tripliciter: Vno modo in generali, & sic omnis prophetans dr̃ propheta, siue de præsenti reuelando secreta,uel de pręterito,uel de futuro, de quolibet solum prophetando:& isto modo Ioan. negauit se esse prophetam, scilicet de aliquo prædictorum temporum solũ,quia de præterito prophetauit, ꝙ Christus ante eum factus erat: de præsenti eum digito demonstrando: & de futuro quando dixit,Veniet post me,cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamenti. Alio modo in speciali quis dicitur propheta,& sic Messias uenturus dicebatur

batur propheta. Deute. 18. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris; & isto etiam modo negauit Ioannes se esse prophetam, i. Christum: Tertio, propheta dicitur in singulari, & sic apud Hebræos Helisæus dicebatur propheta per figuram anthonomasiæ, & sic quoque Ioannes negauit se esse Prophetam scilicet Helisæum.

30 Dubi. Cur dicatur plus quam propheta Ioannes? Rñdet quia de præterito, de præsenti & de futuro prophetauit: alij aũt prophetæ solum de vna differentia illorum tẽporum, vt dictum est dubio præcedenti.

31 Dub. Quomodo Ioannes dr̃ angelus, & vbi sic dr̃? Resp. quòd verba Christi habentur Malachiæ 3. c. & vt Tytus in commentarijs euangeliorum dicit, Angelum appellat hominẽ, nõ quia natura esset Angelus: homo.n. naturaliter erat, sed quia opus Angeli exercebat nunciando Christi aduentum: idẽ dicũt Gregorius & Hieronymus.

32 Dub. Quõ præparauit uiam ante Christum? Rñ. Amb. super Lucam, dicens, viam, in quo non solum nascendi secundum carnem fidei nuncio, sed etiam præcursu quodã parauit passionis. Glo. uero exponit sic. p̃parabit viã, i. peruia reddet sibi corda auditorũ, pęnitẽtiã p̃dicãdo, & baptizando.

ALLEGORICE.

Ioannes in vinculis, quia antè Christũ demonstrauerat, significat Mosaicam legem, quæ Christum futurum promiserat, quæ nunc in uinculis alligata non valens per se clare demonstrare: duos discipulos, i. populos, Iudæorum videlicet, atque Gentilium: ad Christum, idest eius euangelia mittit, vt agnoscant ipsum fore, quem ipsa lex vetus p̃nunciauerat futurũ, qui populi euãgelicã doctrinã audientes, & miracula Christi in Euangelijs descripta, euangelizantur, i. illuminant̃, qui erant pauperes uirtutibus, qm̃ sine fide erant, & cæci, & claudi bonis operibus surdi, & vita gratiæ priuati, & sanantur per fidem, quæ fuit arundo sed aurea. Arũdo, quia vento hæreticorum & tyrannorũ agitata, prout Apo. 21. c. dr̃, Qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineã auream, i. fidem catholicam. & mensus est ciuitatẽ per stadia duodecim millia, quæ sũt articuli fidei 12. & sunt millia, quia p̃fecti sunt. Aurea uerò quia semp stabilis per illã agitationẽ inuenta, & in sua maxima p̃tiositate p̃manẽs, s̃m illud Matt. 16. Portæ inferi nõ p̃ualebũt aduersus eã. s. fidẽ Ecclesiæ. In deserto huius mundi Xp̃s vestitus est mollibus vestibus, s. pietatis, & misericordię, vt nos in mãsiones regis regũ inducat, quę vetus lex p̃pheta est, & plusq̃ p̃pheta omnes comprehendens prophetas antiquos: & est Angelus Dei, q̃a à Deo data, Christũ annunciauit, & Christo per p̃cepta & ceremonias ipsum reprę̃sentãtes viã p̃parauit, cũ ipsã soluere non uenerit, sed adimplere.

TROPOLOGICE.

Peccator vinculis peccati constrictus, instruitur recurrere ad Xp̃m, mittẽdo duos discipulos, intellectũ, s. & uoluntatẽ: ipsum dep̃cãdo, vt cęcitas, surditas, & cæteri defectus p̃ peccatũ inducti auferant̃: & sic euangelizabit̃, illuminabitur, & erit paup. relictis põpis mundi, & beatus Deo adhærendo, & iam nõ erit arundo volubilis & iactata neq; mollibus vestib. libidinis indutus, sed erit p̃pheta, & plus quam propheta, dictis prophetarum & eorum consilijs acquiescẽdo, & angelus Dei ipsum custodiet ne offẽdat, sed per uiam rectam præparatam incedat.

ANAGOGICE.

Contemplari licet uitam futurã, postquã à vinculis carnis fuerimus soluti, ad q̃ ingrediemur cũ duob. discipulis post iudiciũ generale, anima scilicet, & corpore, in qua, cęcitate depulsa, Deũ omnipotẽtem cernemus sicuti est, audientes laudes & melodias angelicas, surditate abiecta, abstersa omni lepra, cęterisq; corporalib. defectibus: in qua & beati erimus, relicto huius mundi deserto, nec uero aliquo iactabimur, & nequaquã mollib. uestibus, sed p̃petuis induemur, clareq; intuebimur quęcũq; p̃ p̃phetas obscure dicta sunt, gaudebimusq; cũ angelis Dei, q̃ nobis illuc accedendi uiam præpararunt.

DOMINICA TERTIA ADVENTVS; Secundum Curiam, & quarta secundum prędic.

Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes et Leuitas. Ioan. 1. Luc. 3. & Marci. ...

Historia huius euangelij facta fuit anno Christi 31. die 15. Aprilis.

HISTORICE.

Ad Ioannẽ in Bethania trans Iordanem prędicantẽ & baptizãtẽ Israelitæ ex Hierosolimorũ urbe Sacerdotes atq; Leuitas ex pharisæis miserunt, ut ab eo percũctarẽtur quisnã foret: cũq. fassus fuisset nequaquam se esse Christum, rogabãt an Helyas foret,

aut

aut saltem propheta aliquis, ipso verò id quoque negāte, instabant, vt quis esset ediceret, quatenus eis quis eos miserant facerent satis? Respondet se esse clamantis vocem in deserto, vt altissimi vias directas faceret, iuxta Esaiæ vaticinium: cū uero qua potestate baptizaret ꝑquirerent, cū nullius ex nominatis ab eis foret? Respondit se quidem in aqua baptizare, sed in medio eorū stetisse, ipsis ignorantibus, qui post ipsum affuturus esset, & si factus ante ipsum fuisset, cuius calciamentorum soluere ligamina indignus existeret.

Tollere dubia per solutiones restat.

1 DVBITATVR igitur. Cur dī: miserūt Iudæi, cum omnes Hierosolymitæ Iudæi forent? Rñ. quòd Lyra dicit, quòd qui mittebant, erant ex tribu Iuda. Ideo dicitur miserunt Iudæi: verùm dici potest, ꝙ Hierusalem non solum Iudæi inhabitabant, sed etiam Gentiles, vt Pilatus cum sua familia. ideo dicitur Iudæi, ne quis crederet Pilatū eos misisse.

2 Dub. Cur Iudæi ad Io. miserunt? Resp. Aug. super Ioan. quòd hoc fecerunt, qa mouebantur excellentia authoritatis; quia ausus est baptizare.

3 Dub. Cur potius existimabant Ioan. esse Messiam, quàm Dominum Iesum? Respon. Chry. in ho. quòd tribus de causis: Primò propter genus illustre, qm̄ sciebant Ioā. esse filium summi sacerdotis, & Iesum putabant filium fabri, & pauperculæ mulieris: Secundo propter habitus asperitatem quia Ioannes erat indutus de pilis camęlorum, vestibus ex pilis camælorum contextis. Iesus autem ferebat vestes cōes: Tertio ꝑpter victus parcitatem, quia Ioānes habuit durissimum victum IESVS autem comedebat, & bibebat de his, quæ apponebantur: & potest addi quarta ratio, quia Ioannes stabat in deserto solitarius, fugiens consortia hominum: IESVS autem conuersabatur cū publicanis & peccatoribus.

4 Dub. Cur potius miserunt Sacerdotes, & Leuitas, q̄ doctores vel scribas? Rꝫ. Origenes super Io. Quia Ioan. erat de stirpe sacerdotali, iō potius mittunt ad eū sacerdotes, & leuitas, tanq̄ proximiores, q̄ alios nuncios.

5 Dubi. Cur potius miserunt ab Hierosolymis, q̄ ab alijs ciuitatibus? Rñ. ꝙ in Hierusalem, quæ erat metropolis & caput regni, summe vigebat studium legis, & ibi erat famosa opinio, quòd tēpus aduentus Messiæ erat de ꝓximo, qa videbant ablatū regnū. Gen. 49. c. Non auferetur sceptrū de Iuda, &c. Et quia uidebant impletas hebdomadas Dan. 9. c. Et ex alia parte considerabant mirabilem natiuitatem Ioan. & eius sanctitatem, ideo ab Hierosolymis miserunt, ut scirent ab eo si erat Christus.

6 Dub. Cur nuncij nō interrogarūt eū aperte si erat Xps, & cur ipse respōdit se nō esse Xpm, cū de hoc nō interrogaretꝰ? Rñ. Orig. sup Io dicēs. Ioā. aūt, vt vr̄, discernebat ex, qōne sacerdotum & leuitatū dubitationē ne forte Xps esset, baptizans; aptius tñ illud ꝓfiteri cauebāt ne temerarij putarent: qua pp meritò, ut eorū opinio fallax de eo primitus aboleretꝰ, ac subinde ueritas ꝓpalaretur, ꝙ nō sit Xp̄s ante oīa manifestat. Et vt Chry. & Ly. hic dicunt, Ioan. ad mentem, & non ad interrogationem eis respondit.

7 Dub. Cur bis replicatur, & cōfessus est. & in medio dr̄, & non negauit? Resp. Lyr. sic exponendo, confessus est. s. ueritatē, & non negauit usurpando sibi diuinum offim̄, ꝙ esset negare Christum, qui est ipsa ueritas: & confessus est, quia nō sum ego Christus.

8 Dub. Cur quærunt an sit Helias? Respō. quia Malachiæ vlt. dicitur, Ecce mittam uobis Heliam prophetam antequam ueniat dies Domini magnus: & ideo quærebant si erat Helias qui fuerat eis promissus.

9 Dub. Qūo Io negat se esse Heliam & dn̄s Matth. 2. Dicit Ioannem esse Heliam? Rñ. Greg. 2. homilia, ꝙ Ioannes in persona Helias non erat, sed in spiritu Helias erat: Vnde Lucæ 1. Angelus ad Zachariam ait. & ipse ꝑcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ: ergo quod dominus dicit de spiritu, Ioannes negat de persona.

10 Dub. Cur quærunt an sit ꝓpheta? Rñd. Lyra, ꝙ erat maxima opinio apud Iudæos, ꝙ ante Christum mitteretur unus magnus ꝓpheta, pro eo, qđ habetur Deut. 18. Prophetam suscitabit dominus Deus de fratribus uestris, tamen ista prophetia intelligitur de Christo, ut exponunt doctores, ideo ipsi interrogauerunt si erat ille propheta.

11 Dub. Cur Ioānes dicit se nō esse ꝓphetā, cum dominus dicat Mat. 11. qđ est ꝓpheta & plusquam propheta? Respon. Lyra, quòd Ioannes

Ioannes respondit, quòd non erat ille propheta, de quo loquitur prophetia, quæ inducta est in præcedenti dubio.

12 Dub. Cur Ioannes dicit se esse vocem, & vbi hoc dicit Esaias? Resp. ꝙ Esa. 49. c. sic habetur. Vox clamantis in deserto, parate viā dn̄i, directas facite in solitudine semitas Dei nostri. Et Ioannes dicitur vox metaphorice, quia vt dicit S. Vinc. in sermone, Ioānes vox dr̄ ꝑꝑ officium suum, nam vocis officium est manifestare conceptionem mentis, quia vt dicit Philo 1. Periher. Voces sunt signa earum, quæ sunt in anima passionum. Itaq; proprie loquendo magna est differentia inter vocem & verbū, licet vulgariter pro eodem sumantur, quia verbum est conceptio mentis antequā per os exprimatur, sed voces sunt quæ proferūtur, unde in principio Logicę Petri Hispani dr̄, vox est sonus ab ore animalis prolatus, & ita cum Christus sit uerbum æternum absconditum in mente diuina, Ioan. 1. In principio erat verbum apud Deum. Ioannes tanquā vox ipsum manifestauit dicens. Ecce agnus Dei, & sic patet quomodo Ioannes est vox.

13 Dub. Quia vr̄, ꝙ Ioannes melius dixisset, habeo vocem, quam ego sum vox? Respon. S. Vinc. in sermone, ꝙ exercitium boni prędicatoris est, ꝙ non solum os prædicet, sed eius membra, potentiæ, vita, mores, fama, & quicquid ex ipso est, & ita bonus prędicator debet esse totus vox. Et ideo Ioannes bene rn̄dit dicens. Ego vox, quasi diceret, quicquid in me est, totū est vox, q a totū ꝑdicat.

14 Dub. Cur vox Ioannis clamantis dr̄ esse in deserto, & quod est illud desertum? Rn̄. Lyra super Esa. c. 40. ꝙ secundum templum ædificatum per Zorobabel fuit desertum à quinq;, quæ erant in priori templo ædificato per Salomonem. Primum, quia in priori templo erat ignis continuus in altari holocaustorū, qui nō extinguebaī vēto nec pluuia, q̄uis esset sub diu. Scd̄m, arca testamenti. Tertium, vnctio Regū, & Pontificum, q a post captiuitaté non instituebantur per vnctioné, sed per institutionem Reges, quibus subiiciebantur. Quartū diuinitas, quæ dicebatur ibi habitare ꝑꝑ diuina rn̄sa, q̄ ibi dabantur. Quintum, secundum Iosephum, quidam fulgor subito prosiliens de lapidibus rationalis, & superhumeralis, quæ erant ornamenta Pontificis, qn̄ Deus acceptabat ꝑces summi Sacerdotis, & Deus deseruit Iudęos, ut dicit Iosephus, quo ad ꝑdicta quinque per annos centum & 58. ante passioné Christi. Et ideo Iudæa dr̄ deserta. Esa. 30. c. Lętabitur deserta & inuia. & quantum ad hoc vox clamātis. i. Ioannis erat in deserto.

15 Dub. Qui dicantur pharisęi? Rn̄d. Magister hist. sch. ꝙ in populo Iudęorum erant tres sectę à cōmuni aliorum vita, & opinione distantes, uidelicet Pharisæi, Saducęi, & Essęi. Pharisæi cultu austero & victu pauco vtebantur, traditiones suas statuentes, quib. traditiones Moysi determinabant pictatia chartarum, i. cedulas de membrana excisas in fronte gerebant, & in sinistro brachio circumligatas, quib. decalogus inscriptus erat, & hęc dicebantur philacteria, à philaxo. quod est consummare, & thorat, quod sonat legem. Isti etiam maiores fimbrias alijs deferētes, spinas eis alligabant, quibus puncti in deambulatione memores mandatorum Dei fierent, resurrectionem credebant corporum, & Angelos & spiritus esse fatebantur, & non solum quinque libros Moysi, sed etiam oracula prophetarum recipiebant. Saducęi interpretantur iusti, & vendicabant sibi quod non erant, corporum resurrectionem negant, & animam cum corpore interire dicunt, quinque tantum Moysi libros recipiunt, prophetarū uaticinia respuunt, unde Act. 24. cap. Saducæi dicunt non esse resurrectionem mortuorū, neq; angelorum, neq; spiritum, Pharisæi autem vtrumq; confitentur. Essæi ferè in omnibus monasticam agebant vitā, nuptias fastidientes, non quia coniugia, & hoīum successionem censerent perimendā, sed cauendā intemperantiā fœminarū, nullā earum fidē seruare viro putātes, omnia habebant cōia, squalorem decus putabant, dummodò in veste candida semꝑ essent, nulla eis certa ciuitas, sed in singulis domicilia habebant, ante solis ortum nihil prophanū loquentes, solē vt mitteretur orātes, post vsque ad quintam horam operātes, lotum corpus aquis, cum silentio, & simul edebant. iurm habebant pro periurio, nullum ad sectam suam recipientes, nisi post annū probationis, deprehensum in peccatis à se depellebāt, spuere in medium, vel in dexteram partem sui vitantes, adeo sabbatum obseruabant, ꝙ nunquam ea die aluum purgabant, dolabrum ferebant ligneum, quo in loco secretissimo fodiebant terram ad aluū purgandum, dimissa veste, se diligēter cōtegentes.

gentes: ne splendori diuino facerent iniuriam ob id etiam statim foueam replentes, viuebant quam longissime ob victus simplicitatem, mortẽ pro iustitia immortalitatem iudicabant meliorem, animas oẽs à principio creatas pro temporibus incorporari, & plura alia heretica tenebant.

16 Dub. Cur redarguerunt Io. pro eo quòd baptizabat? Resp. quòd Iudęi in magna reuerentia habebant baptismũ, quia Ezechiel Propheta 36.c. prædixerat, Effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ob omnibus inquinamentis vestris. credentes, vel quòd Messias venturus baptizare deberet, q ét erat Propheta p Moysen promissus, vł Helias, quẽ Deus mittere debebat, vt dictũ est dub. 8. & ideo redarguerent Ioã. quòd si non erat Christus, neq; Helias, neq; ille magnus Propheta per Moysen promissus, non deberet sibi vsurpare officium baptizandi.

17 Dub. Cur dicit, ego baptizo uos in aqua? Resp. quia solum in aqua baptizabat, & non in Spiritusancto, ut dicit ipse de Christo Math. 3. quasi diceret. ego solũ aqua lauo corpus vestrũ, sed Christus lauabit aĩam vestrã.

18 Dub. Vbi stetit Christus in medio pharisęorũ. Respon. Lyra, exponẽs illud, Medius vestrũ stetit, i. cõiter viuens inter homines quia Christus inter eos in corpore apparuit & communi conuersatione inter homines conuersatus est, sicut patet ex euangelijs.

19 Dub. Q̃o Pharisæi nesciebant Christũ? Resp. Greg. in homil. dicens. Per carnẽ dominus apparens, & visibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. Et ita pharisęi nesciebant eum quantum ad diuinitatem.

20 Dub. Cur dicitur. Qui post me uenturus est, cum iam Christus venisset, & eũ baptizasset? Resp. S. Th. super Io. quòd post Ioannẽ Christus vẽturus erat, q a post ipsũ erat prędicaturus, baptizaturus, & moriturus.

21 Dub. Quia Ioannes dicit, ante me factus est, quia Christus non fuit factus homo ante Ioãnem, sed post: nec fuit fiendus Deus, quia semper fuit? Resp. Iac. de Vora. in sermone 1. huius dominicæ, quod hoc põt intelligi inquantum homo; & inquãtũ Deus, Inquantum enim homo factus est Christus ante Io. non tempore, sed dignitate, ut sit sensus, ante me factus est, mihi prælatus. Et etiam inquantum Deus factus est ante Ioãnem, ante luciferum, & hoc modo factus dicitur impropriè, vt sit sensus factus, i. genitus, quia Deus non est factus.

22 Dub. Quomodo intelligitur, quòd Ioan. dicit. Non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti? Resp. Lyra, & Iaco. de Vora. post Aug. & Chrys. q̃d hoc metaphoricè dicitur, quia Christus nunquã portauit calciamenta, cum Luc. 10. prohibuerit apostolis ipsa portare, & ipse incepit facere, & postea docere Act. 1. & ita cum soluere calciamenta alicui, sit unum de minimis & uilibus obsequiis, ideo Ioannes dicit, se non esse dignum etiam quodcunque minimũ uel uile obsequium Christo præbere, secũdum quòd communiter dicitur de aliquo abiecto comparatiue respectu alicuius excellentis, tu non es dignus osculari terram, quam pedibus calcat.

23 Dub. Cum Bethania sit prope Hierusalem, & citra Iordanem, cur dicit Euangelista trãs Iordanem? ℞. Gl. quòd duæ sunt Bethaniæ, vna citra Iordanẽ prope Hierusalẽ vbi Lazarus fuit suscitatus: & altera ut dicit Magist. hist. scho. trans Iordanem Galileę.

ALLEGORICE.

Istud Euangelium præfiguratum fuit in ueteri testamento, q̃n Moyses trãsduxit populum ex Aegypto per mare rubrũ, & figurabat baptismum conferẽdum per Christũ: q̃m ipse non erat Deus, sed minister Dei, & tñ redargutus fuit a filijs Israel murmurantibus, & dicentibus, vtinam mortui essemus p manũ domini in terra Aegypti. Exo. 16. Et tñ semper fuit vox clamantis in deserto, in quo 40. annis steterunt, ut dirigerent viam domini, & qui eis prædixit, quòd dñs mitteret eis Prophetam. Deut. 18. qui ante eũ factus erat, i. excellentior & dignior eo, q̃d post eum venturus erat, & cuius non erat dignus corrigiam calciamenti soluere, vt acciperet sponsam sanctam ecclesiã Christi, quæ reseruabatur ipsi Christo.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc Euãgelio, quòd ex aliqua adulatione seu redargutione malignorũ nõ debemus à stabilitate ꝓpositi virtuosi recedere, sed quanto plus laudamur, tanto magis cogitare debemus fragilitatẽ nostra, & cõtinue debemus viam dirigere, nec sim⁹ singulares sicut pharisæi. Sed baptizemur aqua pura, & erit in medio nostrũ quẽ nos non scimus, quo ad diuinitatẽ, q infinita est, s. Christus, q in medio congregatorũ in nomine

mine eius medius existit, cuius non sumus digni soluere corrigiam calciamenti, cũ ex ratione humana comprehendi non possit vnio diuinitatis cum humanitate.

ANAGOGICE.

Ex his quæ in hoc mundo Dei amore toleramus, speramus peruenire dirigendo viã Domini ad Christi gloriam, cuius non sumus digni ex meritis nostris, vt ex nobis tãtum dependentibus Cum non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Sed quia in medio nostrum stat Christus Iesus, qui suos non deseret vsque ad consumationem sæculi, infundet Spiritum sanctum, quo mediante illa ineffabilis gloria trans Iordanem huius vitæ nobis fruenda dabitur.

FERIA QVARTA QVATVOR Temporum Aduentus.

Missus est Angelus Gabriel à Deo. Lucæ primo.

Historia huius Euangelij facta est ante conceptionem Christi, die 25. Martij, scilicet die Veneris.

HISTORICE.

In Nazaret vrbe Galileæ, Mariæ semper virgini, Ioseph ex stirpe Dauid desponsatæ, Gabriel nuncius à summo Opifice transmissus est, qui eam plenam gratia salutando, dominumq; secum esse, ac inter ceteras benedictam fore mulieres asseruit; Cum aũt huius nouis turbaretur verbis, & secum tacita mente reuolueret, qd protenderet huiuscemodi locutio; ab Angelo ne timeret hortata est, qm apud altissimum gratia polleret, quodq; conciperet, pareretq; natũ Iesum prædicit, cui cunctorum creator Deus regnum Dauid sui genitoris elargiturus esset, principaretur quoque absque fine in Iacob familia. Cumq; ipsa quonam hoc fieri valeret pacto, cum viri expers esset, percũctaretur, Spiritum almum superuenturum, & excelsi potentiam eam obumbraturam assernit, & ex ipsa genitum immaculatum filij Dei nomen assumere debere: quod vero hæc impossibilia apud summum Opificem non existerent, Helisabet eius cognatæ senis, & sterilis, iam mensibus sex nouã in vtero conceptam prolem denunciauit, quibus virgo semper Maria acquiescens, vti ancillam vltro se diuinæ voluntatis famulaturam celsi olympi nuncio retulit.

Est itaque iam dubijs respondendum.

1 DVBITATVR. Cur Deus nõ p se dixit sp Virgini ea, q misit p Angelũ annũciare, cũ ipsa Deo fuerit ppinquior, & oĩbus angelis dignior? ℞. Io. Car. de Turrecremata in apostilla sup Euãgelijs, q licet ipsa superior fuerit angelis dignitate, ad quã diuinitus eligebat, tñ q̃tũ ad statũ pñtis vitæ inferior erat angelis, q a ẽt ipse Xp̃s rõne passibilis vitæ modicũ ab angelis minoratus est, licet ipse nõ indigeret instrui ab angelis, qm erat simul & viator & cõprehẽsor, tñ sp virgo Maria nõ erat in statu cõprehensorũ, iõ de diuino mysterio erat instruẽda ab angelis: & licet vt dicit Albertus, in ea iã Deus habitaret p grãm, non tñ per corporalẽ præsentiam, ad quam necessaria erat annunciatio.

2 Dub. Cur potius angelus, q̃ homo missus fuit ad annunciandum? ℞. q pp mittentis, & mysterij excellentiã, & Virginis ad quam mittebat puritatem, excellentior & purior creatura, q̃ homo mitti debebat, & talis est angelica, iõ missus est angelus, & nõ homo.

3 Dub. Cur potius Gabriel missus est, quàm alius? ℞. Greg. in hom. dicens, ad Mariã virginem non quilibet Angelus, sed Gabriel mittitur archangelus: ad hoc qppe ministerium summum angelum venire dignũ fuerat, qui summum oĩum nunciabat, qui idcirco priuato nomine censetur, vt signetur per vocabulum in operatione quid valeat. Gabriel enim Dei fortitudo nominatur. p Dei ergo fortitudinem nũciandus erat, qui virtutum Dominus & potens in prælio ad debellandas potestates aereas veniebat.

4 Dub. Quid est angelus? ℞. q est substantia incorporea, & forma subsistẽs, à Deo creata, vt vult S. Tho. 1. par. q. 50. Et no. q sicut dicit Greg. Angelus est nomẽ officij, & nõ naturæ: nam sancti cœlestis patriæ Spiritus, semper quidẽ sunt spiritus, sed semper vocari angeli nequaquam pñt, quia tunc solũ sunt angeli, cũ per eos aliqua nunciant. Vñ & per psalmist. dr. Qui facit angelos suos spiritus, acsi aperte dicat: qui eos qui sunt spiritus, cum voluerit etiam angelos facit.

5 Dub. Cur dr missus à Deo? ℞. Basilius super Lucã, q angeli ad nos veniunt nõ quasi ex seipsis, sed ex eo, quod diuinæ sapien-

tiæ

tiæ conspiciunt ea, quæ disponit de bonis fieri & quandoque per angelos manifestat, eos ad nos mittendo.

6 Dub. Cur potius voluit filius Dei annunciari & incarnari in ciuitate, quam in villa? Respō. quia cum ciuitas dicatur ciuium vnitas, & ipse veniret vnire nos Deo, & ad vnitatem supernæ ciuitatis vocare, ideo potius in ciuitate, quàm in villa ad hoc designandum annunciari & concipi voluit.

7 Dub. Cur potius in ciuitate Nazareth, quàm in alia? Respon. Lyra, quòd vt adimpleretur prophetia Esa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, vbi hebræa veritas habet, & Nazareus de radice eius ascendet.

8 Dub Cur potius in Galilæa, quàm in alia prouincia concipi voluit? ℞. q; Galilæa interpretatur volubilis, siue rota, cuius motus vbi incipit finitur, & cum egressus eius fuerit à summo cœlo, & ad summum eius regressus, vt inquit Psal. ideo in Galilæa ad hoc designādū cōcipi, & annunciari voluit.

9 Dub. Cur potius de virgine concipi voluit, quàm per humanū semē? ℞. Anselmus in sermone, q; sic voluit, vt opera sua perficeret & compleret. Nam quatuor modis potest Deus hominē formare s. sine viro & sine fœmina, sicut fecit Adam. de viro sine fœmina, sicut fecit Euam: de viro & fœmina, sicut nos: & restabat vt de fœmina sine viro faceret, quod & fecit in hac conceptione, vt eius opera essent perfecta.

10 Dub. Cur voluit ipsam esse desponsatā? ℞. Amb. super Lu. quod hoc voluit, ne Virgo aliqua infamia notaretur fornicationis, vel adulterij, si concepisset nō desponsata: quid. n Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natū viderentur ex adulterio persecuti? & ēt post, vt hoc mysteriū diabolo celaretur, q; cōceptū iudicasset eē diuinū, si nō despōsata sine viro cōcepisset: & ēt vt dicit Orig. in hom. vt fugiēs in Aegyptū viri solatio vteretur, & nati infanti curam gereret Ioseph.

11 Dub. Cur dicit Ioseph de domo Dauid, & non semper virginē Mariam, de qua conceptus est Christus nō p Ioseph, q; Christus dicitur esse de fructu ventris Dauid? Resp. Lyra, q; Nume. 36. habetur, q; mulieres in hæreditate paterna succedentes non poterant contrahere matrimonium, nisi cū viris suæ tribus, ne fieret confusio sortium ad vnamquamque tribum spectantium; & cum semper virgo Maria fuerit vnica filia Ioachim, cui successit in hęreditate, sequitur q; ipsa, & Ioseph fuerunt de eadem tribu & familia. s. Dauid. Et euangelista nominando Ioseph de domo Dauid, cōsequēter dat intelligere, q; ei⁹ spōsa erat de domo Dauid.

12 Dub. Cur hic ponūtur tot propria nomina, scilicet angeli annunciantis, ciuitatis in qua facta fuit annunciatio, personæ annunciatæ, & sponsi sui? ℞. q; hoc factum est ad demonstrandum, q; hæc historia est verissima & certissima; & ex his perpenditur certitudo eius, vt dicit Lyra.

13 Dub. Vbi erat, & quid agebat semp Virgo cum angelus ingressus est ad eam? Resp. Ber. super, Missus est, q; Angelus ingressus est in secreto cubiculo, vbi clauso super se ostio orabat patrē in abscondito. Sāctus vero Vinc. in sermone de annunciatione dicit, q; ipsa reuelauit Sanctę Helisabeth, q; quādo angelus intrauit, legebat actualiter, & cōtemplabatur illud Esa. 7. Ecce virgo concipiet & pariet filiū, dicens intra se, q;, & qualis erit talis Virgo, quæ sit digna tanto conspectu, & sit mater Dei, ac regina celi? Deū enixè rogans, ne gustaret mortē, donec eā videret, & audiret, ac sibi in q̄buscūq; possibilib. seruiret, flēdo præ admiratione & dignitate tantæ Virginis. Nullo modo valens cogitare, q; ipsa esset sic electa ex maxima humilitate, cui sic p̄missa contēplāti, subito Archangelus Gab. ingressus, eam salutauit.

14 Dub. Cur nō apparuit ei Angelus in somnis sicut Ioseph, & Magi? ℞. Chrys. super Lu. de Angelo Zachariæ apparenti, q; manifeste apparuit non in somnis, eo q; nimis arduum annunciabatur. Vnde manifestiori & mirabilior visione agebat. Applica tu.

15 Dub In qua forma Angelus apparuit? ℞. Damas. q; angeli, non vt sunt hominib. patefiunt, sed transfigurati prout possunt visores aspicere, quomodocūque iusserit Deus, & ita apparuit in forma humana.

16 Dub. Cur nō annunciauit corā toto mūdo Angelus incarnationē Christi, vel saltem publice, q̄a incarnatus est pro salute mūdi? ℞. q; vt colligitur ex dictis S. Thom. 3. par. q. 36 ar. 1. allegando illud Esa. 45. Vere tu es Deus absconditus. & illud Esa. 53. quasi absconditus est vultus eius, & despectus. q; si coram oībus annunciata fuisset semp virgo Maria, vel in publico pluribus audientibus, impedita fuisset humana redēptio, q̄ p crucem

crucem eius facta est, quia vt dr 1. Cor. 2. si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, Ideo ipsi soli angelus apparuit, vt hoc mysterium secretum esset.

17 Dub. Cur primò angelus non annunciat Christum concipiendum, quàm matris dignitatem cum eius dignitas a Christo dependeat? Rñ. S. Tho. 3. par. q. 30. ar. 5. ꝙ Angelus intendens attentam reddere mentem Virginis, ad tãtæ rei considerationẽ, incipit exprimere dignitatẽ semper Virginis, qm̃ animo humili nihil est admirabilius quàm auditus suæ excellentiæ, & admiratio maxime facit attentionem animi, & ideo Angelus primo a laude Virginis incipit.

18 Dub. Cur dicatur plena gratia, cum solum hoc cõpetat Christo, inquantũ est vnigenitus a patre? vt dr Ioan. 1. c. Rñ. S. Tho. 3. par. q. 7. ar. 10. quod plenitudo gratiæ cõsideratur dupliciter, vel ex parte gratiæ, & sic dr quando quis pertingit ad summũ gratiæ: & quantum ad essentiam & quantum ad uirtutem, quia, s. habet gratiam in maxima excellentia, quæ possit haberi & in maxima extensione ad omnes gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo soli Christo conuenit. Vel consideratur ex parte habentis gratiam, s. qñ quis habet plene gratiam secundum suam conditionem vsque ad termi num præfixum sibi a Deo, & sic Stephanus dr plenus gratia, & semper Virgo fuit plena gratia, qui habebat gratiam sufficientem ad statum suum, ad quem erat electa a Deo vt esset mater vnigeniti eius.

19 Dubi. Quia cum Dñs Deus sit in omnibus per essentiam, potentiam, & præsentiã, & in Sanctis per gratiam, nihil vr ad maiorem dignitatem semper Virginis attinere supra alios, qn dixit Dñs tecum. Rñ Lyr. ꝙ dominus nedum fuit ĩ semper Virgine modis supra dictis, sed etiam per carnis assumptionem, quia corpus deitati vnitum, fuit formatum de Beatæ semper Virginis purissimo sanguine, & intra semper Virginis viscera latuit nouem mensibus.

20 Dub. Quomodo dicitur, Benedicta tu in mulieribus? Rñ. Greg. dicens, vna s. præ cunctis mulieribus, uel ẽt benedicent in te mulieres, sicut matres in filio tuo, s. magis vtrique in vtrisque, uelut enim ꝑ vnum, & vnã matrem, & fœminam peccatum simul ac tristitia intrauit. sic & nunc per vnam, & vnum benedictio reuocata est, & lætitia ad singulos profusa. Nota quòd ibi, Dominus tecũ, benedicta tu in mulieribus, est eclipsis, qui est defectus verbi principalis, & fit causa uitandæ prolixitatis.

21 Dub. Cur turbata fuit ad dicta angeli? Resp. S. Vincentius in sermone annunciationis, quòd si eam Angelus salutasset modo consueto, nunquam turbata fuisset. Et ideo turbata fuit turbatione admirationis, vt etiam prius Orige. tetigerat.

22 Dub. Cur cogitabat qualis esset ista salutatio? Rñ. Cyril. dicens, attende autẽ semper Virginis & prudentem, & pudicam animam simul & vocem, audita lætitia dictũ examinauit, & neq; manifeste obstitit per incredulitatem, nec statim paret ex leuitate; Euæ leuitatem euitãs, simul & duritiã Zachariæ.

23 Dub. Cur nunc vocat eã Mariam, & non in principio? Rñ. ꝙ vt ex supradictis colligitur, primò subticuit nomen semper Virginis, vt eam attentam redderet, sed nunc in consolatione timoris, eius nomen exprimit, vt familiarius confabuletur.

24 Dub. Quia ẽt alij Sancti inuenerunt gratiam apud Deum. Rñ. Greg. dicens, Inuenit gratiam semper Virgo coram Deo, quia splendore pudicitiæ propriam exornãs animam, gratum Deo se habitaculum præparauit: nec solum cœlibatum inuiolabilem conseruauit, sed etiam immaculatam conscientiam custodiuit.

25 Dub. An ꝑles concipi possit extra vterum, quia dicit in utero? Rñ. ꝙ licet hic sit vitiũ grãmaticæ pleonasmos, quod est superflua additio verborum, tñ ut dicit S. Vinc. in sermone de annunciatione, non absque cã dr in vtero, quia ipsa iam ante aduentũ Domini conceperat Deum in mente, contemplando prophetiam dictam, dub. 13 Sed Angelus declarans sibi maternalẽ conceptionem dixit ei, concipies in vtero, non solum in mente, in qua iam concepisti, declarans sibi modum conceptionis: ut auellana concipit nucleũ sine fractura: ita ipsa cõciperet in vtero sine commixtione viri.

26 Dubi. Cur dicit, & vocabitur nomen eius Iesum, cum Es. 7. dicatur. Vocabitur nomen eius Emanuel. & Esa. 8 Voca nomẽ eius accelera, spolia, detrahe, festina, ꝑdare, & Es. 9. Vocabitur nomẽ eius admirabilis, consiliari9, Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. & Esa. 54. Vocabitũ tibi nomen nouũ quod os Dñi nominauit, & Zach. 6. Ecce vir

oriēs nomen eius, & sic oībus istis nominibus vel saltem aliquo eorū debebat vocari; nec istud nomen Iesus, est nomen nouum, quia & filius Naue vocatus fuit Iesus? Respon. S. Tho. 3. p. q. 37. ar. 2. quod hoc nomen Iesus collatū est Christo, vt per ipsum oēs saluarentur. Iesus enim interpretatur Saluator: in omnibus autem supra scriptis nominibus quodāmodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum salutis. Emanuel. n. interpretatur nobiscum Deus, per quòd designatur causa salutis nostræ, quæ est vnio diuinę & humanæ naturę. per hoc quod dicitur accelera, spolia, detrahe, significatur à quo nos saluauit, s. a diabolo, cuius spolia abstulit: quod autem dicit̄ admirabilis, cōsiliarius, Deus fortis &c. designatur via, & terminus nostræ salutis in quātū admirabili diuinitatis consilio, & uirtute ad hæreditatē futuri sęculi perducimur: vbi ipse Deus erit princeps, & sub ipso erit pax perfecta filiorum Dei: quòd aūt dicitur viroriēs nomen eius, refertur ad incarnationis mysteriū: q̄a exortum est in tenebris lumē rectis corde: & licet alicui præter Christū potuerit conuenire hoc nomē Iesus secūdū aliquā particularem & tpalē salutem, quam attulerunt aliquibus: Hoc tñ nomen Iesus fuit nouū nomen, secundū totā suā significationem, videlicet secundū rōnē spiritualis, & vniuersalis salutis Xp̄o impositā, q̄a nullus pręter Xp̄m habuit plenā, & vniuersalē significationem huius nominis, sicut Xp̄s, q̄a & Iesus Naue saluauit partē populi inducendo in terrā promissionis tātum; unde fuit particularis Saluator.

27 Dubit. Nunquid Xp̄s fuit semp. magnus? Respō. S. Vin. in sermone de annūciatione, q̄ nō propter hoc dicitur, hic erit magnus, quia non semper fuerit magnus, sed quia sicut erat magnus in cęlo ante incarnationem, debuit etiam ostendi magnus in terra corā hominibus, per miracula: & Lyra dicit, quòd semp fuit magnus Deus, sed futurus erat magnus homo, & magnus ꝓpheta.

28 Dubi. Q̄ūo dedit ei Dominus sedē Dauid q̄a ipse dixit Pilato, Ioānis 18. Regnum meū nō est de hoc mūdo? Respō. Basilius in Homi. di. Non aūt in materiali sede Dauid sedit Dominus, translato Iudaico regno ad Herodem, sed sedem appellat Dauid, in qua resedit Dominus indissolubile regnū.

29 Dubi. Quia debuisset dicere, Regnabit in domo Abraham, cui fuit facta repromissio, & non in domo Iacob. Item appellatur rex Gentium, non ergo regnauit in domo Iacob. Resp. Lyra ad primum, quod in domo Abraham fuit reprobatus Hismael, & in domo Isaac, Esau: sed in domo Iacob omnes duodecim patriarchæ a sanctis doctoribus inter electos computantur. Ad secundum, Resp. Beda, super Luc. dicens, dicit domum Iacob, totam ecclesiam, vel quæ de bona radice nata, non quæ oleaster esset, tamen merito fidei in bonam inserta oliuam: vel potest dici, quòd Iacob dicitur supplantator, & in eius domo regnabit, i. in domo illorum, qui supplantant vitia, & iugum eius suaue assumunt.

30 Dub. Quia uidetur, q̄d semper Virgo dubitauerat de verbis Angeli, cum dixit, Q̄uo fiet istud? quoniam Zacharias dubitauit, cum dixit. Vnde hoc sciam? ꝓpter quod fuit punitus, perdiditq; loquelam. Resp. Ambr. super Luc. dicēs, Temperatior est ista respōsio, quàm uerba sacerdotis. hęc ait, Quomodo fiet istud? Ille respōdit, vnde hoc sciam, negat ille se credere, & quasi fidei adhuc alium quærit auctorem. Ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciendum, sed quomodo fiat inquirit, quo s. modo fiat. ita q̄d hic sunt duæ dictiones, quo, & modo.

31 Dub. Quia semper virgo dicit, virum nō cognosco. Vnde Angelus dixerat, cōcipies; & ita potuisset post cognoscere virum? Resp. quòd sic glossatur, virum non cognosco, i. non cognoscere proposui.

32 Dub. Quia Angelus dixit, Spiritussanctus superueniet in te, quia iam in ea erat Spiritussanctus, quoniam casti viuentes templum Dei sunt, & Spiritussanctus habitat in illis. 1. Cor. 3. Resp. S. Tho. 3. par. q. 32. ar. 2. & q. 27. art. 5. quòd Spiritussanctus fuit semper in Virgine, antequam annunciaret ab Angelo, quo ad perfectionem gratiæ inclinātis ad bonum: sed dicitur superuenisse quo ad præparandam, & formandam materiam corporis Christi.

33 Dub. Quomodo intelligitur, Et virtus altissimi obumbrabit tibi? Resp. San. Tho. 3. par. 3. q. 32. art. 1. quòd Greg. ait decimo octauo Moral. per obumbrationis vocabulum incarnandi Dei vtraque natura figuratur. Vmbra enim a lumine formatur, & a corpore: diuinitas quidem lumen est incorporeum, quia ergo diuinitas quæ est lu-

men

men incorporeum in vtero semper Virginis erat incorporandum, recte dicitur, Virtus altissimi, qui est Christus, obumbrabit tibi, i. corpus, in re humanitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis.

34 Dub. Quia non uidetur magnum, cum dicitur, vocabitur filius altissimi, quia Ioannis primo dicitur, quod dedit eis potestatē filios Dei fieri. Res. Lyra, quod tales dicuntur filij adoptiui. Christus autem vocatur filius Dei naturalis.

35 Dub. Quomodo Helisabeth dicitur cognata semper Virginis? Respon. quod vt dicit Iacob de Vora. in legenda sanctorum, de natiuitate semper Virginis, q. Ioachim habuit vxorem nomine Annam, quæ habuit sororem noie Hismeriam, quæ Hismeria genuit Helisabeth, & Anna semper Virginem Mariam. & ita semper Virgo, & Helisabeth fuerunt consobrinæ filiæ duarum sororum. Et ideo vocat Helisabeth cognatam semper Virginis Mariæ, quoniam in veteri lege, vt habetur in vocabulario iuris, cognati vocantur omnes, qui per sexum fœmineum in cognatione sunt coniuncti: agnati vero q. solum per virilis sexus lineā coniuncti sunt in consanguinitate, & ideo ipsæ duæ dicuntur cognatæ.

36 Dub. Quia per verba Angeli dando exēplum de Helisabeth non videtur probari, quòd semp Virgo deberet concipere, quoniā Helisabeth sterilis conceperat, quia maius est Virginē parere, quàm sterilē, & maius nō debet probari per minus. Res. S. Tho. 3. par. q. 30. ar. 4. q. Angelus inducit cōceptum Helisabeth sterilis, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exemplum: & ad corroborationem huius exempli inducitur ratio ex omnipotentia diuina, cum dicitur, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

37 Dub. Cur Helisabeth, quæ iam sex mensibus erat prægnans, vocatur sterilis? Resp. Lyra. quòd Helisabeth iam erat senex, & semper vsque ad conceptum Ioannis fuerat sterilis, & erat iam a tanto tempore nota, quòd ad omnibus vocabatur sterilis, & ipsa Helisabeth occultabat se, vt dicit Lucas, mensibus quinque, & in sexto mense Angelus nunciauit semper Virgini.

38 Dub. Quia non vr̄ verū quòd nō sit impossibile apud Deum omne verbum, quoniam Deus non potest peccare, nec mentiri, nec facere, quòd cōtradictoria sint simul vera vel falsa, nec potest vinci, nec qđ præteritum non sit præteritum, nec potest moueri, nec plura alia. R. S. Thom. quòd Deus dr̄ esse omnipotens, secundum potentiam actiuam, quæ dicit perfectionem, & non secundum potentiam passiuam, quæ dicit imperfectionem, & defectum, & ideo Deus nō potest vinci, nec pati, nec moueri, quæ pertinent ad potentiam passiuam, nec etiam potest peccare, quia peccare est deficere a perfecta actione, & est deficere in agendo, qđ etiam dicit defectum & imperfectionem: quòd autem una res simul sit, & non sit, uel quòd præteritū nō fuerit præteritum, quòd quasi idem est, Deus non potest facere: quia non habet rationem factibilis, nec passibilis, quia implicat: nec potest ab aliquo cogitari seu concipi, quòd una res simul sit, & non sit, nec hoc potest facere Deus, non propter defectum diuinæ potentiæ, sed q̄a res ex se non potest habere aliquam caussam quòd possit fieri.

39 Dub. Cum annunciaretur, quòd esset mater, cur dixit se ancillam? Respon. Amb. super Lucam, dicens, ancillam se dixit quæ mater eligitur, nec repentina exaltata promissione est, mitem enim humilemque paritura humilitatem debuit etiā ipsa pferre.

ALLEGORICE.

Præfigurata fuerunt quæcunq; in hoc euangelio continentur, in ueteri testamento: qđ Angelus apparuerit, patet, quoniā apparuit Abrahæ, Genes. 13. Iacob. Gens. 32. Agar ancillæ Sarræ. Gene. 16. Gedeoni. Iudi. 6. & pluribus alijs, s. Thobię, ac reliquis apparuerunt Angeli, quòd Gabriel apparuerit, patet Lucæ 1. quādo apparuit Zacharię nunciando Ioannem Baptistam esse cōcipiēdum, salutatio Angelica, quo ad Aue, in canticis canticorum. Cap. 4. Tota pulchra est amica mea, & sic fine Aue gratia plena, Hester, cap. 15. quando ipsa dixit Assuero, Facies tua plena est gratiarum. Dominus tecum. Dixit Angelus Gedeoni. Iudi. 6 Benedicta tu in mulieribus Iudi. 5. Benedicta inter mulieres Iahel uxor Abet cinei de turbatione, & consolatione Angeli, Iudic. 6. Angelus dixit Gedeoni, ne timeas, non morieris de inuentione gratiæ apud Deum. Gene. 6. Non inuenit gratiam corā dño Deo. Ecce concipies. Gen. 16. Angelus

dixit Agar, ecce concepisti, vbi Hebræus, vt dicit Nicola. de Lyr. habet, Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius Hismael, quia filius primò conceptus per abortum periit in pœnam despectionis Sarræ dñæ suæ, sed pòst humiliata rursum concepit, & similiter talia verba per Angelum dicta fuerunt matri Sampsonis. Iud. 13. quòd fuerit magnus. ps. 47. Magnus dominus, & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri. i. in semper Virgine Maria, in cuius vtero tanquam in ciuitate fuit. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid. psal. 141. De fructu vētris tui ponam super sedem tuam. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Daniel 7. potestas eius potestas æterna quæ nō auferet̃, & regnum eius, quod nō corrumpetur. Virū non cognosco. Iudicum 19. Filia Iepte vsque ad mortem virgo permansit, quæ qñ interfecta fuit a patre, virum ignorabat. Spiritus sanctus superueniet in te. Prouerb. 9. Sapientia per operationem Spiritus sancti ædificauit sibi domum in semper Virgine Maria. Et obumbrata fuit a luce diuinitatis, mediāte corpore Christi ex eius purissimo sanguine formato. Helisabeth sterilis cōcipiens Gene. 28. & 21. Sarra vxor Abrahæ. Gen. 25. Isaac deprecatus est dominum pro Rebecca uxore sua sterili, quæ cōcepit. Ecce ancilla domini, 1. Reg. 25. Abigael, quæ fuerat vxor Nabal a rege Dauid in vxorem postulata, respondit, Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei.

TROPOLOGICE.

Instruimur exemplo Angelicæ creaturę semper Virginem deuotè ac reuerenter salutare. Ipsa est. n. Maria. i. domina, cui genua flectere debemus, cum rex regum se humilians ex cęlo descenderit ad terram: instruuntur, mulieres virgines vt turbentur, nec aures porrigant salutationibus uirorū inusitatis. Frequēter semper Virginem salutantes consequuntur bona, quæ sequuntur, aufertur timor diabolicę persecutionis, ne timeas: Dei gratia acquiritur, inuenisti gratiam: concipiuntur bonæ cogitationes, pariunt fructum bonorum operum, sic salutantes, efficiuntur magni, ac filij Dei vocantur, quiescunt sedentes, seruiunt Deo regnātes, perseuerant vsque in finē bene operando, Spiritus sanctus in eis superuenit, & Dei virtute roborantur, & senes steriles virtutibus ad Deum conuertuntur, nec ex tot bonis collatis superbiunt, quinimo veluti serui, & ancillæ Deo obedire satagunt.

ANAGOGICE.

Contemplari licet ineffabilem gloriam semper Virginis, quæ Gabrielem Archangelum ad se distinatum conciuē agnoscit, Iesum filium regem regum se coronantem intuetur, regnantem in domo Iacob, cuius regni non erit finis. Qui, & eam super omnes Angelorum choros exaltauit, & a cunctis supernis ciuibus laudatur, & benedicitur in sæcula sæculorum. Amen:

FERIA SEXTA QVATVOR Temporum Aduentus.

Exurgens Maria abijt in montana. Luca 1.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi primo vsuali die 4. Aprilis.

HISTORICE.

Festinans semper Virgo ad montem ascēdit, & Iudæę vrbem ingrediēs, Zachariæ domum petijt, & Helisabeth salutans dixit, cuius uocem primo audiuit Helisabet, eius in utero inclusus infans exultauit, & ipsa diuino numine repleta vocem extollendo semper Virginem cæteras inter mulieres eiusque fructum benedictos fore ait, nec se meritā fore ut sui domini genitrix ipsam visitare dignata fuisset, asserens infantem in vtero exultasse suo statim, ut salutationis uox aures eius attigerat, ipsamque fœlicem fore, eo quòd Angeli verbis fidem adhibuisset, quoniam cuncta a Domino promissa perficerentur. Magnificas itaque semper Virgo gratias decantauit.

Restat dubijs occurrere.

1 DVBITATVR. Vnde surrexit semper Virgo, quando abijt in montana? Respon. Lyra, quod a quiete deuotionis, & orationis, quæ erat præuia omnibus operibus eius.

2 Dub. Quia uidetur beatā semper Virginem dubitasse Helisabeth fuisse prægnātē, ex quo ita festinans ad eam visitandā accessit? Rñdet Amb. super Lucam, dicēs, qđ hoc fecit non quasi incredula de oraculo, nec

quasi

quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exemplo, sed quasi leta pro uoto, religiosa pro officio, festina præ gaudio in montana perrexit.

3 Dubitatur. Cur dicitur, quòd abijt in montana? R. Theophilus super Lucam, quia Zacharias in montanis habitabat.

4 Dubi. Quæ erat illa ciuitas Iuda? R. Magister Histo schola. quod Iuda ibi non accipitur pro tribu Iuda, sed pro regno Iuda, q̄m Hierusalem per quam forte transiuit semper Virgo eundo ad oppidum, in quo morabatur Zacharias, quarto miliario ab Hierusalem, non erat in tribu Iuda, sed in tribu Beniamin.

5 Dubi. Cur abiit cū festinatione? Respon. Origen. super Lucā quòd ideo sic abijt, q̄m Iesus qui in utero illius erat, festinabat Ioānem adhuc in uentre matris sanctificare: & ut dicit Lyra, ideo abiit cū festinatione, ut ostenderet, qđ uirgo nō debet morari in loco publico, nec ibi contrahere colloquia.

6 Dubi. Cur prius ipsa salutauit Helisabet? R. Ambro super Luc quod hoc fecit ex humilitate, & quia erat iunior quæ debent deferre senioribus, & etiam causa pietatis, quia uenerat, ut adiuuaret.

7 Dubi. Q̄uo Ioannes audiuit uocem semper Virginis, qui adhuc non habebat usum auditus, nec aliorum sensuum? Respō Ambro. super Luc. dicens, uocem prior Helisabet audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit: illa naturæ ordine audiuit, iste exultauit ratione mysterij, illa Marię, iste domini sensit aduentum. Et Grego. sic ait, propheta enim parente, idest matre acutius uidet, & audit, salutatque prophetatum, sed quoniam uerbis non poterat, salutat in utero, quod maximum existit in gaudio. Quis unquam nouit tripudium natiuitate antiqus insinuauit gratia, quę naturæ ignota extiterant, reclusus uentre miles agnouit dominum, ac regem oriturum uentris termino nō obstante mistycę uisioni: inspexit enim non palpebris sed spiritu.

8 Dubi. Quomodo potuit exultare beatus Ioannes sine usu rōnis? Respō. S. Thom. in quarto sententia. dist. 6. in expositione literę, quòd Ioānes nondū natus habuit usum liberi arbitrij ad illud momentum, & Spiritus sancti illustrationem, per quem cognouit dominum præsentem, & gauisus est, & fuit acceleratus in eo usus rationis, nec est inconueniens si postea fuit subtractus sicut & raptus Pauli fuit subtractus, quia istæ sunt gratiæ gratis datæ, quæ possunt auferri, immo de facto auferuntur absq; culpa, non autem gratia gratum faciens subtrahitur absque culpa.

9 Dub. Cur non ita dicitur Ioannes repletus Spiritusancto, sicut dicitur de matre, cū Lucas 1. cap. dicat. Replebitur Spiritusancto adhuc ex utero matris suæ? Res. Origenes super Lucam, dicens, Non autem dubium est quin, quæ tunc repleta est Spiritusancto, propter filium sit repleta, non autem antea repletus fuerat Spiritu, donec assisteret quæ Christum gerebat in utero: tunc autem a spiritu erat plenus, & resultabat in parente, scilicet matre.

10 Dubit. Cur Helisabeth exclamauit, & non submisse dixit? Respon. quòd hoc fuit à Spiritusancto, quo repleta erat, qui eam maximo cum feruore fecit proferre dicta uerba: & quia magis exprimitur talis feruor uoce magna, quàm submissa, ideo exclamauit.

11 Dub. Cum nemo possit clamare nisi uoce magna, uidetur superfluum addere uoce magna? R. quòd hic est uitium in grammatica, quod dicitur pleonasmos, quasi superabundantiam nominis: & in sacra scriptura ubi nihil est superfluum, quotiescumq; inuenitur pleonasmos, nomina quæ uidentur superflua, important aliquod mysterium, ut dicit Remi. super Matth. Ideo hic additur uoce magna, quia magna erant, quæ dicta erant per Helisabeth.

12 Dub. Quomodo intelligitur Benedicta tu inter mulieres? require supra feria quarta quatuor temporum, dub. 20.

13 Dubit. Cur eodem modo ab Helisabeth benedicitur, sicut ab Angelo? Resp. Bed super Lucam quatenus, & Angelis, & hominibus ueneranda monstretur.

14 Dubitatur. Cur primo Helisabeth benedicit matrem, & post filium? Respond. Theophilus super Luc. dicens. Dixerat benedicta tu inter mulieres. deinde quasi interrogante aliquo, subiungit: & benedictus fructus uentris tui, ita quod ly & accipitur pro quia, sicut sæpe consueuit sacra scriptura accipere, sicut ibi, benedictus qui uenit in nomine domini Deus dominus, & illuxit nobis: ubi ly &, accipitur etiam pro quia.

15 Dubitatur. Quis est iste fructus uentris semper Virginis? ℞. Orige. super Luc. dicés Fructũ aũt uentris Dei genitricis dñm dicit, qa nequaquam ex viro, sed ex sola semper virgine Maria pcessit, nã q semen sumpserunt a parentibus, fructus eorũ existunt.

16 Dubi. Cur talis fructus dicitur benedictus. ℞. Græcus, quòd hic fructus solus dicitur benedictus, quia absq; viro, & absque peccato producitur.

17 Dubi. Cur Angelus nõ dixit, Benedictus fructus vẽtris tui? ℞. Lyra, quòd ideo Angelus hoc non dixit, quia tunc semper virgo nõdum conceperat filium Dei, & ideo nullus adhuc fructus erat in uentre: nunc autem iam fructus erat in ventre, ideo benedictus fuit ab Helisabeth.

18 Dubi. Cur Helisabeth uidetur ignorare cãm aduentus sẽper virginis Mariæ; dũ dicit. Vñ hoc mihi, vt veniat mater dñi mei ad me? ℞. Amb. super Lucam, dicens, quòd hoc nõ quasi ignorans dicit. scit. n. esse Sancti Spiritus gratiã, & operationem: ut videtur mater Dñi matrem prophetæ ad profectum sui pignoris salutet, sed quasi non humani hoc meriti, sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat, ita dicit. Vñ hoc mihi, i. qua iustitia? quibus factis? p qbus meritis?

19 Dubi. Cur Helisabeth vocat semper uirginẽ matrẽ dñi, cũ adhuc non peperisset filium? ℞. Origenes super Lucã, quòd hoc fecit poccupãs euentũ ex dicto pphetico. qa iã conceperat dñm, & prophetando Helisabet, quod futurum erat, s. quòd cum pareret, eam matrem domini vocauit.

20 Dubi. Cum Helisabeth dixit exultauit infans, cur addidit in gaudio, cum exultatio non possit esse sine gaudio? ℞. quòd nihil est ibi superfluum, qa secũdum grãmaticos exultare cõponitur ab ex & saltare, & est exultatio tã verborum q̃ mẽbrorum, sed lætitia est mentis gaudium: voluit ergo dicere, quòd saltauit corpore, & lætatus est mente.

21 Dubi. Qũo Helisabeth sciuit, quòd semper Virgo crediderat Angeli verbis? Respõ. quòd ex Spiritu sancto, quo erat plena.

22 Dubi. Cũ dñs non fuerit locutus semper Virgini, cur Helisabeth dicit, Perficientur in te, quæ dicta sunt tibi a dño? Respon. q dominus locutus fuit per Angelũ, & q̃ per alios facimus, per nos ipsos facere uidemur.

23 Dubi. Quia videtur, q semper virgo non debuerit cantare Magnificat. put tñ exponit Lyra, q cãtauit, quia solum cãtico spirituali debuisset cãtare? Respon. Cardinalis de Turrecremata super hoc Euangelio, q cantica spiritualia possunt dici non solum ea quæ interius canuntur in Spiritu, sed etiam ea quæ exterius ore cantantur, inquãtum per huiusmodi cantica spiritualis deuotio prouocatur.

24 Dubitatur. Quia magnificare est magnũ facere, sed Deus non põt fieri maior, igitur non debuit dicere, Magnificat. Resp. Origenes super Lucam, q si consideramus Xpm esse imaginẽ inuisibilis Dei, & animam nostram factam esse ad eius imaginem, ut aĩa nostra sit imago imaginis, videbimus quòd sicut pictores depingentes imagines magnificè magnificare dicuntur eos, quorum sunt imagines, ita si nos magnificauerimus animam nostram opere, cogitatione, sermone, quæ est imago Dei, tunc ipsa imago Dei grãdis efficitur, vt ipse dominus, cuius imago est in anima nostra, magnificetur.

25 Dubi. Nũquid & corpore magnificabat dñm, quia dicit anima mea? Respon. Lyra, quòd hoc nõ dicit per exclusionẽ corporis, quin & corpore ipsum magnificaret, sed dicit, qa cum labijs magnificaret, voluit ostendere, quòd nõ solum labijs, sed & anima magnificabat, & etiam hic potest esse figura synechdoche, qñ accipitur pars pro toto, vt anima accipiatur pro toto homine.

26 Dub. Cur dicit exultauit spũs meus, i. anima, cum exultare pertineat ad corpus, vt dicitur dub. 20. ℞. quòd hic est figura euphemismos, quæ est verbi pro verbo positio, & ita hic exultare ponitur pro lætari.

27 Dubi. Qđ nõ bñ dicat Salutari meo, quia Deus est salutare omniũ, & nõ solum semper Virginis. ℞. Lyra, quod hoc quod non dicitur in Deo hẽt respectum ad creationẽ, q vero dicit salutari, hẽt respũm ad recreationẽ, & q dicit meo ad humanitatis assumptionẽ; & sic licet salutẽ aliis attulerit, non tñ ab alijs, quã a semper Virginẽ carnẽ assumpsit. Et isto modo fuit salutare solius semper Virginis, & non alicuius alterius.

28 Dub. Cum Deus cũcta respiciat, cur dicit Respexit humilitatem? Resp. Augustinus in sermone de assumptione, q respexit, i. approbauit. Multi. n. videntur in cõspectu hominum humiles esse, sed eorum humilitas à Deo non respicitur. i non approbatur.

29 Dub. Cũ charitas sit pcipua virtutũ. Cur non

non dicit, qa respexit charitatē? Rñ. Car. de Turrecre. sup euangelijs, dicens, q. licèt charitas sit radix meriti, humilitas tamē inter alias uirtutes fuit dispositiua ad conceptionem filij Dei, & ad exaltationem spiritualem, qm̄ qui se humiliat exaltabitur, nō qa ipsa sola mereat, sed quia eius est proprium contemnere fœlicitatem terrenam: nā semper uirgo audierat ab angelo, Quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. & tñ nihil rñdit se esse, nisi ancillam. Itē cum Helisabeth miraretur personā semper Virginis uenientis ad se, commendaret uocem ipsius salutantis, beatificaret eius fidem ex deuotissima humilitate, nihil semper uirgo reputabat sibi, sed omnia beneficia quæ in ea laudabantur, in Deum referebat. Tu inquit, Helisabeth magnificans matrem Dñi. Sed Magnificat anima mea dominum uoce mea perhibes exultasse infantē p̄ gaudio in utero tuo. Sed exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo, & ex hoc bene sapiēter, & conuenienter semper Virgo dixit, quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

30 Dubi. Quia non oēs generationes beatā dicunt semper uirginē Mariā, quia non Iudæi, neq; Mahometistæ? Rñ. q. hic est figura synecdoche, & est sensus, oēs generationes, i. ex omnibus generationibus aliqui, qm̄ ut dicit Lyra, ex oībus generationibus conuersi sunt aliqui ad fidem Christi, qui semp Virginē beatā dixerunt. Et etiā ut ipse dicit in Alchorano Mahometi, plures laudes ponuntur semper uirginis Mariæ.

31 Dub. Quia vr̄ q. semper Virgo in hoc se exaltet, & ex inani gloria? Respon. Grego. non beatam se appellat inani uexata gloria. Vñ enim fucus in ipsa superbiæ, quæ se ancillam domini nuncupauit, sed sacro tacta spiritu, quæ futura sunt, præsciuit, & nō per suam virtutem, vt dicit hic Theophilus, ostendit se beatam prædicandam. Sed causam assignat, dicens: Quia fecit mihi magna qui potens est.

32 Dub. Quæ sunt illa magna, q̄ sibi Deus fecit? Rñ. Theophilus super Lucam, dicens, quæ tibi magna fecit, credo, vt creatura ederes creatorem, famula dñm generares, vt per te mundum Deus redimeret, per te illuminaret, per te ad uitam reuocaret.

33 Dub. Cur dicit q potens est? Rñ. Tyrus super Lucā, qđ ideo dicit, vt si quis diffideret in conceptionis negocio, dum uirgo manens concepit, retorqueat miraculum ad potentiam operantis.

34 Dub. Quā sanctitatē habet nomen dñi? Rñd. Basilius in homil. quòd sanctum dicit nomen Domini, non quod in syllabis quādam sanctificatiuam uirtutem contineat, sed quia quomodolibet Dei speculatio sancta dignoscitur, & syncera.

35 Dub. Quia vr̄ qđ in Deo non sit misericordia, quæ est tristitia de aliena miseria, cum in Deo non sit tristitia? Rñd. S. Tho. 1. par. q. 21. ar. 3. qđ misericordia est maxime Deo attribuenda secundum effectum, non tamen secundum passionis affectum, nam cum misericordia importet tristitiā de aliena miseria, ac si esset propria, ex hoc quod si aliquis tristatur de miseria alterius tanq̄ de propria, operetur ad repellendum miseriam alterius tanquam propriam, & iste est misericordiæ effectus. Tristari igitur de miseria alicuius non competit Deo, sed repellere miseriam alterius, hoc maximè cōpetit Deo, & sic misericordia secundum suum effectum competit Deo.

36 Dubi. Cur dicit a progenie in singulari, & in progenies in plurali? Rñ. Lyra, qđ primo dicitur a progenie, i. Iudæorum, qm̄ ut dr̄ Ioan. 4. Salus ex Iudæis est, quia incarnatio facta est in semper Virgine Iudæa. Postea dicitur in plurali in progenies, s. omniū gentium, quia beneficium incarnationis se extendit ad omnes gentes.

37 Dub. Cur addit, Timentibus eum? Rñ. ne crederes quòd generaliter in omnes gentes esset misericordia eius, & quòd omnes tandem saluarentur & boni & mali. Ideo illud addidit, s. timentibus, eum, qui, s. vt exponit Greg. pęnitentia ducti, & ad fidem, & pęnitentiam conuertuntur, nam qui obstinati sunt incredulitatis vitio clauserunt sibi ianuam pietatis.

38 Dub. Quia cū Deus nō habeat brachiū, cur dicit, Fecit potētiā in brachio suo? Rñ. qđ methaphorice accipitur hic brachium, qm̄ sicut nos operamur per brachium, sic Deus operatus est mundū p filium suum. Et ideo methaphorice mēbra corporalia Deo attribuuntur, ut dictū est, ut nos per corporalia trahamur ad considerationē spūaliū.

39 Dub. Quam potentiā fecit Deus in brachio, i. in filio suo? Respō. Theophilus super Luc. quòd fecit potentiam, quia natura deuicta est Virgine pariente, & Deo humana

to. Grego. aũt, Cyrillus, & Lyra dicũt, qđ ponitur ibi, fecit, pro faciet, per emphitheosim, qm̃ ut dicit hic Cyrillus adueniens dominus demones in terra dissi pauit, & compeditos ab eis obedientiæ suæ restituit.

40 Dub. Qui fuerunt superbi, quos dispersit? Rñ. Lyra, quòd fuerũt legisperiti, & pharisæi, qui fuerunt superbi mente cordis sui, spernentes consilium Dei; qui postea, & ipsi, & cæteri Iudæi per Titum, & Vespasianũ anno Christi 42. fuerunt & captiuati, & per orbem dispersi.

41 Dub. Quis potentes deposuit de sede? Cyrillus super Luc. quod potentes & magni sapientes erant dæmones Gentiles sapientes Pharisæi, & scribæ, quos omnes deposuit.

42 Dub. Qui fuerunt humiles, quos exaltauit? Respon. idem quòd fuerunt Apostoli quos exaltauit dans illis potestatẽ calcandi super serpentes, & scorpiones, & oẽm potestatem inimici: similiter ex gentibus ignobiles, & humiles per fidem ad apicem uirtutum conscenderunt.

43 Dub. Quos esurientes repleuit, & quos diuites dimisit inanes? Respõ. Basilius super hoc euangelio in hom. dicens. Esuriebat genus humanum exceptis Iudæis. hos namq; ditauerat legis traditio, & sanctorum dogmata prophetarum: quia uero non humiliter hęserunt uerbo humanato dimissi sunt inanes nihil deferentes, non fidem nõ scientiam, & spe bonorum priuati sunt, & a terrena Hierusalem, & a uita futura exclusi: quos uero de gentibus fames sitis contriuerat cum hæsissent domino, repleti sunt spiritualibus bonis.

44 Dub. Qũo Deus suscepit Israel puerum suum, & quando? ℞. Lyra, quòd hoc fuit, qñ Deus suscepit carnem puerilem de populo Israel, & ita hoc beneficium fuit illi populo à Deo datum, quod hic recolit semper Virgo in illo uersu.

45 Dub. An Deus unquam obliuiscatur alicuius? ℞. Lyra, quòd Deus dicitur recordatus, quia habuit se per modum recordantis, quando filium suum promissum patribus, in mundum misit, & ita Deus methaphorice dicit recordari, quæ tamen omnia actualiter, & præsentialiter ac semper scit: quoniã se habet per modum recordantis.

46 Dub. Quibus patribus locutus est Deus & qñ locutus fuit Abrahæ? Respon Lyra, quod per patres nostros intelliguntur Patriarchæ, & Prophetæ, quib. Deus reuelauit aduentum filij sui in mundum. Abrahæ vero locutus est Gene. 22. dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Et Genes. 17. c. Statuam pactum meum inter me & te, & semẽ tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, ut sim Deus tuus, & seminis tui post te.

47 Dub. Cur dicitur in sæcula? Respon. Gl. dicens, quoniam ipsa promissio hæreditatis nullo fine claudetur, & vsque in finem sæculi credentes non deerunt, & beatitudinis gloria erit perennis.

48 Dub. quia semen Abrahæ sunt Iudæi, & tamen ipsi non credentes Christo, non gaudebunt promissione æternæ hæreditatis? Resp. secundum Apostolum ad Galathas 3. non dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, quod est Christus. Iudæi sunt semẽ carnale: credentes aũt Christo, sunt semen Abrahæ spirituale.

ALLEGORICE.

Hæc visitatio præfigurata fuit, 1. Reg. 25. qñ Abigail vxor Nabal festina venit ad mõtem, & occurrit Dauidi dans ei donaria, quæ erat prudentissima, & speciosa post cuius salutationem, Dauid dixit ei, Benedictus dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum. Et benedicta tu, ecce audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuã, & magnificauit Abigael Dauid, dicens. Faciens. n. faciet Dñs tibi Domino meo domum fidelem.

TROPOLOGICE.

Instruũtur mulieres, vt quamuis sint magnæ, & in dignitate constitutæ, non abhorreant imò festinent visitare, & obsequia præstare cognatis, & agnatis suis, nec eas deterreat asperitas viarum, & altitudo montium, quinimo exemplo semper Virginis omni cum humilitate, & promptitudine seruiant, & maxime prægnantibus, & in partu laborantibus, cum lætitia, & exultatione in omnib. magnificantes dominum.

ANAGOGICE.

Exurgere iubemur a terrenis affectibus, & contemplari montes, s. Sanctos. Vnde veniet auxilium nobis, qui sunt in illa cœlesti Hierusalem, in qua est sita domus Zachariæ, i. agnoscẽtis Deũ, quoniã tunc cognoscemus eum sicuti est, & in hoc consistit uita æterna, & salutabimus Helisabeth, quæ inter-

interpretatũ Dei mei requies, vbi requiẽ æternam cõsequemur. Benedicemusq; Dominum exultantes atq; lætantes, magnificantes eum, quoniam fecit nobiscum misericordiam, & tunc perfecte cognoscemus omnia perfecta esse quæ seruis suis Dominus promisit, dicens. Oculus nõ vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quã præparauit Deus diligentibus se.

SABBATHO IIII. TEMPORVM Aduentus. Hoc Euãgelium seruit etiam Dominicæ quartę. Aduentus secundum Curiam.

Anno quintodecimo Tyberij Cæsaris. Lucæ 3.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 3.

HISTORICE.

Tyberij Cæsaris quintodecimo principatus anno, Iudæã regente Pontio Pilato, Herode Galileę dominãte, germano vero eius Philippo regionib. Itureę & Trachonitidis, præsidente Anna, & Caypha principatu fungentibus, altissimi sermo Ioanni Zacharię filio in deserto degenti factus est perambulãs omnẽ Iodanis regionem, pęnitentiæ lauacrũ quo peccata abluunt denunciabat. Esaia prophetic attestante, Vocẽ, s. in deserto clamãtis esse, vt uiã dño ppararẽt, & eius semitas rectas efficerent, omnem ẽt vallẽ replendam esse, & montes ac colles ad ima deducẽdos. Praua quoq; in directa, & in vias planas aspera fieri debere, omnemque carnem salutare creatoris prospecturam esse.

Ad dubia me conuertens

1 DVBITATVR. Cuius ętatis erat Io. quando incepit prædicare? Rñ. Lyra, quod tunc erat triginta annorum.

2 Dub. Quis fuit Tyberius Cæsar? ℞. quòd fuit ille Imperator qui successit Octauiano Augusto.

3 Dub. Cur Pilatus dicitur Pontio, & quis miserat eum in Iudæam? ℞. Lyra, quòd dicit Pontius ab insula quæ dicitur Pontus, unde erat oriundus. Ioseph tamẽ dicit fuisse oriundum ex Lugduno territorio Galliæ: fuit autem missus a Tyberio Imperatore procurator ad regendam Iudæam.

4 Dub. Cur in hoc euangelio designatur tẽpus Imperatoris Gentilis, regniq. Iudęorum, & Pontificum? Resp. Origenes super Lucam dicẽs. Et in prophetico quidem sermone solis Iudæis prædicato, solũ Iudæorum regnũ describitur. Visio inquit Esaiæ in dieb. Oziæ, Ioathã, Achaz regum Iuda. At in Euangelio quod erat prædicandum vniuerso mundo, dñium describitur Tyberij Cæsaris, qui totius orbis dñs uidebatur; verum si solum hi qui sunt de Gentibus essent saluandi, satis erat solius Tyberij facere mentionem: sed quia oportebat & Iudæos credere, ob hoc etiam Iudæorum regna describuntur seu tetrarchiæ.

5 Dub. Quis dr̃ tetrarcha? Resp. ẽm Isidorum, q. dr̃ ille qui principatur seu dominatur super quarta parte alicuius regni, & dr̃ a tetras, quod est quatuor, & archos, quod est princeps, quasi principans super quarta parte: & quia Herodes principabatur Galileæ quæ est quarta pars regni Iuda. Et alij ẽt sic principabantur, uidelicet quilibet super quarta par. ideo dicuntur tetrarchæ.

6 Dub. Qui fuerũt isti tres, s. Herodes, Philippus, & Lisanias? Res. Beda super Lucam, q. fuerunt filij illius Herodis sub quo natus est Christus. Et primo Archelaus frater eorũ regnauerat annis decem, sed post accusatus Apud Augustum, missus fuit in exilium apud Viennam. vbi & mortuus est: & ipse Augustus illud regnũ Iudæorũ, ut min⁹ ualidũ fieret, p tetrarchias diuidere curauit.

7 Dub. Dum ẽm legem nõ deberet esse nisi vnus summus sacerdos qũo hic describuntur duo? Resp. Ambrosius super Lucam, q. Annas fuit princeps sacerdotum isto anno 15. Imperij Tyberij: Cayphas vero anno, quo dominus crucifixus est: alijs tribus, vt dicit Iosephus, s. Hismael, Eleazaro, & Symone sacerdotio in medio tempore persunctis: sed quia Annas, & Cayphas maximè ad passionem domini pertinent, ideo alijs omissis, de istis ab euangelista fit mentio, & vterque eorum fuit solus in anno suo.

8 Dub. Quomodo fuit factum verbum domini super Ioannem? ℞. Lyra, quòd verbũ domini fuit quædam reuelatio diuina, s. per inspirationem, per quam habuit mandatum de prædicatione exequenda.

9 Dub. Cur Lucas nihil dicit de asperitate vitæ Io. sicut Matthæus, & Marcus? Rñ. Ambrosius sup Lucã, q. Lucas satis declarauit Ioãnem fore prophetã, cum dicit, Factũ esse verbũ domini super eũ, qa ex hoc clare perpenditur, ipsum fuisse prophetam cũ verbũ domi-

domini nõ legat̃ factũ, nisi super prophetis: nullus.n. eget iudicio sui, qui verbo Dei abundat; unum itaq; dicens, oĩa declarauit.

10 Dub. Cur factum fuit verbum dñi in deserto? ℞. Theophilus super Lucã, quòd Ioãnes per totum tẽpus præteritum occultus fuit in deserto: vt nulla suspitio innascatur hominibus, ut gratia affinitatis ad Christũ, vel conuersationis a teneris annis talia de ipso testaretur, prout testatus est.

11 Dub. Cur Ioannes potius uenit in regiones circa Iordanem, q̃ in alias? Resp. Orig. super Lucam, dicens. Quę aũt loca decebat perambulare Baptistam, nisi Iordani circũadiacentia. vt si quem pęnitere contigeret, protinus occurreret fluenti humilitas ad recipiendum pęnitentiæ baptismum.

12 Dub. Cum baptismus Ioannis non remitteret peccata cur dr̃ prędicans baptismum pęnitentiæ in remissionẽ peccatorũ? Resp. ẜm Gregoriũ in homilia hodierna, & alios doctores, qđ Ioannes licet baptizaret, tñ baptismus eius non conferebat remissionem peccatorum, sed inducebat ad pœnitentiã, per quã remittuntur peccata: sed hoc quòd dr̃ prædicans baptismum pœnitentiæ, intelligitur de baptismo Christi, quem Ioannes prædicabat: & per quem remittunt̃ peccata.

13 Dubit. Ad quid ergo ualebat baptismus Ioannis? ℞. S. Tho. 3. par. q. 28. & 4. senten. dist. 2. quòd baptismus Ioannis fuit conuenienter institutus quadruplici rõne. Primo quia oportebat Christum a Ioanne baptizari ut consecraret baptismum. Secundo, vt Christus per baptismum Ioannis manifestaretur. Tertio, vt suo baptismo assuefaceret homines ad baptismũ Christi. Quarto, ut ad pœnitentiã homines inducens præpararet ad digne suscipiendum baptismum Christi, & ita erat præparatorius ab baptismum Christi, & ille baptismus erat quædã protestatio, & professio veræ pœnitentiæ, quam imponebat baptizatis.

14 Dub. Cur Ioannes dicit se uocem, & ubi hoc dicitur in Esaia propheta? require in domin. 3. aduentus super Euangelio Miserunt Iudæi du. 12.

15 Dub. Qũo debent parari viæ dñi, & semitę eius rectæ fieri? Resp. ẜm Ambr. super Lucam, q̃ parare uiam domini, est prædicare fidem rectã, & bona opera facere, ut quilibet audientium rectas Deo semitas faciat formando in animo rectas cogitationes per sermonem bonæ prædicationis.

16 Dub. Quæ differentia est inter uiam, & semitã? ℞. quòd uia est illa, per quam potest ire currus uel uehiculum, ut uolunt Grammatici, & Legistæ. & debet esse lata latitudine octo pedum, ubi est recta, nõ tortuosa, sed in anfractu, i. ubi est reflexa: 16. pedũ: Semita aũt dicitur a semis, quod est dimidiũ, quasi dimidium iter, & debet esse latitudinis duorum pedum, & sic est stricta, ut alter cum altero simul transire non possit.

17 Dub. Qũo omnis uallis implebit, & omnis mons, & collis humilliabitur? ℞. Lyra, quòd sicut uia corporalis dr̃ difficilis ad ambulandum ꝓpter profunditatẽ uallium, & eleuationẽ colliũ. Ita uia spũalis, qua Deus graditur super corda fidelium, impedit̃ per depressionẽ terrenę cupiditatis, & per eleuationẽ mundanæ uanitatis: & quia utrumq; impedimentum fuit amotũ per aduentum Christi in multis, & maximè in Zachæo, & Matthæo, qui ad terrenas diuitias, quas reliquerũt, atq; in mundi Principibus, qui colla Xpo subiecerẽt. Ideo methaphoricè ualles ipletæ sunt, & colles & mõtes humiliati.

18 Dub. Quæ differentia est inter montem & collem & uallẽ? ℞ quòd colles sunt præeminentiora iuga mõtium, quasi colla. Et dicit Chryso. collis nullum fructum ꝓducit. Montes aũt sunt tumores terrarum altissimi, sic dicti, quia sunt eminentes, & uallis dicitur quod uallata sit montibus.

19 Dub. Qũo omnis caro uidebit, cum non possit uidere nisi per animã? Itẽ quia caro bestiarum nõ uidebit. Item quia ẽt oẽs homines non uiderunt Xp̃m, qui est salutare Dei? ℞. ẜm Chrysostomum super euangelijs, quòd caro accipitur hic pro toto hoĩe, per figurã synechdochẽ, sicut pars ꝓ toto, & ẜm Greg. Homil. omnis caro, i. omnis homo per eandem figuram, qñ totum ponitur pro parte. Vidit autẽ omnis homo, vel Xp̃m in carne inquantum ex omnib. hominib. tam Iudæis quàm gentilib. Christum uiderunt: uel Christũ per fidẽ, sicut cõtinue uidebit̃ usq; ad finẽ mundi per aliquos de omnib. nationib. per prædictam figurã: Vel ẜm Greg. in Homil. in die iudicij, in quo uidebitur ab omnib. tã beatis quàm malis.

ANALOGICE.

Tota historia istius Euangelij præfigurata fuit Malachiæ 3. c. ubi dr̃ Ecce ego mittã angelum meum, i. Ioannẽ Baptistã, ex eius

vita

vita angelica. quod autē hæc prophetia sit de eo, patet Mat. 11. vbi Saluator hoc de eo exponit, q̄ pparabit viā ante X̄p̄m per prædicationē, & baptismum, corda hominum ad Christū suscipiēdum incliuādo, vt patet hic, Anno 15. imperij Tiberij, q̄n Iudæa tot regibus subiecta erat, seu dn̄is, quod significabat, vt dicit Greg. in Homil. q̄ ipsa ꝑ culpa perfidiæ erat dispergenda: q̄n omne regnum in seipsum diuisum desolabitur. Et tunc Ioan. fuit angelus. i. nuncius Dei, quia factū est verbū Dn̄i ad eum, & impleta est ꝓphetia Esa. 40. c. Vox clamātis in deserto, q̄a totus Ioan. & eius opera erant vox ꝑdicans, parate viam dn̄i, q̄ est prædicatio Ioan. Ōis vallis implebitur, i. apostoli humiles q̄ repleti sunt Spū sancto, & oīs mons, & collis humiliabitur, q̄a Iudæi superbi humiliati sunt, & dispersi: & praua, i. actiones prauorum fuerunt indirecta in his qui conuersi sunt recte agentes: & aspera, i. lex aspera in vias planas, in iugum dn̄i, quod suaue est. & vidit oīs caro salutare Dei, i. ex oī natione homines, quæ sub cœlo est, quæ habitabant in Hierusalem, ut dicitur Act. 2 viderunt Christum qui venerat saluare mundum.

TROPOLOGICE.

Edocemur ex hoc euagelio ut ꝑdicatores libēter audiamus, aliosq; recta docētes, & verbis eorum credamus, & opere impleamus, ita ut in 15. anno, i. per quindecim gradus bonorum operū ad Deum ꝑueniamus. Primus gradus insinuat̄ ꝑ Tiberium, q̄ īterpretatur vidēs, & Cæsarē, quod interpretatur possidens, vt Deū oīa videntē & possidētē īuocemus cōtra tētationes mūdi, carnis, & dęmonis, dicētes primum Psalmum gradualē. Ad dn̄m cum tribularer clamaui. Secundus gradus significat̄ ꝑ Pōtium. declinātē cōsilium, & dilatū os mercatoris, vt declinemus mala cōsilia dæmonis, carnis, & mundi, & adhęreamus Deo ori malleatoris, qui tn̄ oīa fabricauit martello, i. verbo, q̄a dixit & facta sunt, dicētes secundum cāticum graduum Leuaui oculos meos in montes, i. ad Deum q̄ habitat mōtes, i. cęlos. Tertius gradus significat̄ per Iudæam interꝑtatam cōfessionē, vt cōfiteamur bonitatē Dei per q̄ sua gratia, & non nostris meritis pducit nos ad Hierusalē supnā, dicētes tertiū cāticum. Lætatus sum in his q̄ dicta sunt mihi. Quartus gradus insinuat̄ per Herodē, i. gloriantē in pellibus, vt in iniurijs uindicandis nos glorioso Deo cōmēdemus, dicentes quartū psalmum Ad te leuaui oculos meos. Quintus gradus figuratur per Galilęam, i. rotā, ut morū ꝑsecutionū, q̄ trāseunt sicut voluitur rota, contēnamus, Deū inuocātes per quintū cāticū. Nisi q̄a dn̄s erat in nobis. Sextus significatur per Philippū, i. os lampadis, vt a Deo, qui illuminat omnē hominem, quæramus lumen, dicentes, qui confidunt in domino, qui est sextus psalmus. Septimus gradus per Yturea figuratur, i. sublimen, vt ad Deum sublimen, qui humilia respicit in cęlo & in terra, & conuertit luctum nostrum in gaudium nos cōsolando dicamus eidem septimum canticum. In conuertendo dominus captiuitatem Syō. Octauus significatus per Traconitidem, i. tristitiam, vt deposita omnia tristitia, hilariter Deo seruiamus, & ei cor nostrum, vt dirigat, offeramus, quia sine eo in uanum laboraremus, dicentes: Nisi dominus ædificauerit domū. qui est psal. octauus. Nonus gradus insinuatur per Lysaniā, i. tentationē, vt tentationes fugare possimus, eis obijcientes timorem domini, nonū canticum cantantes, Beati oīs qui timent dominū. Decimus per Abilinam, i. lugentē, significatur, ut lugentes in persecutionibus, cōsolemur orātes ꝑ eis, ne ab ipsis expugnemur dicentes decimum psal. Sæpe expugnauerunt me. Vndecimus gradus figuratur per Annā, i. donū a Deo, postulantes maximum, q̄ nobis conferre donū pōt, quod est super omnia opera eius, s. misericordiā, humiliter dicentes 11. psal. De profundis clamaui. Duodecimus significatur ꝑ Cayphā, i. inuestigatorē, vt hō in bonis non se exaltet, sed omnia bona attribuat Deo inuestigatori cordiū, dicendo duodecimū cāticum, Dn̄e non est exaltatum cor meum. Tredecimus gradus figuratur per Ioānem, i. in quo est gratia, gratias referendo Deo de gratia ꝑ eum nobis data, ipsum deprecātes, vt perseuerātiā in ea nobis cōcedat, dicentes, Memento Dn̄e Dauid, q̄ est psal. 13. Decimus quartus gradus significatur per Zachariā, i. memorātem Deū, vt memoremur Deum, & suos ministros honoremus, cū honor eis delatus in Deū referat̄, dicēdo 14. psal. Ecce q̄ bonū. Quintusdecimus & ultimus gradus figuratur per Esaiam, i. salutare Dn̄i, vt os, cor, anima, & omnia membra nostra resonent dn̄m Saluatorem, dicentes vlt. psal. grad. Ecce nunc benedicite dn̄m. deprecantes

-tes beatum Ioannem Baptistam vt intercedat pro nobis, quatenus eius prædicationẽ ad effectum deducamus, dicẽtes, & cantãtes cum ecclesia. Sic potens nostri, meritis opimis, pectoris duros lapides repelle, asperum planans iter, & reflexos dirige calles. Vt pius mundi sator, & redemptor mentibus pulsa liuione puris, ritè dignetur veniens sacratos ponere gressus.

ANAGOGICE.

Ex hoc sacro Euãgelio ducimur in contẽplationẽ cęlestis curię, in qua principabitur summus Deus, vidẽs, & possidens omnia, q nos impiorũ consilia declinare fecit, & malleo suo præparauit æterna tabernacula, & circundedit pelles gloriosas, ut confiteamur nomini sãcto eius, q de rota volubili huius sęculi nos eduxit, & sublimes fecit, deposita oĩ tristitia, & deuictis tẽtationibus omnẽ lachrymã abstersit, vt nõ sit amplius luctus, dona ineffabilia cõtulit, ut inuestigare valeamus eius essentiam sicuti est, ex qua omnis gratia procedit vt ipsius memoremur, semper iubilantes Deo salutari nostro. Amen.

IN VIGILIA NATIVITATIS Domini.

Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph. Matthæi primo.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi primo vsuali.

HISTORICE.

Ioseph dũ mẽte reuolueret nolle semper Virginem sibi despõsatã traducere, sed cum iustus foret clam eã relinquere, eo q cuius intumuerat aluus, quod tñ patratum erat diuino operante numine: dumq; talia cogitãs sopori membra dedisset, ab angelo respõsum accepit, vt nequaquam illa de causa timore afficeretur, quoniam quod eius in vtero cõceptum erat diuini obumbratione spiritus formatum fuerat, pareretque filium, cui vt nomen Iesus imponeret imperauit, quoniam a commissis criminibus suam immunem redderet gentem.

Nunc dubia resoluam.

1 DVBITATVR. Quando fuerit desponsata semper virgo, cum nullus euangelistarum hoc dicat? Respon. Hieron. in historia Ioachim, & Annæ, quem sequuntur Iac. de Vorag. & Vin. historialis quod in 14. anno ætatis suæ; Dum adhuc maneret in templo cum alijs virginibus, Pontifex pronunciasset vt virgines quæ attigissent 14. ann. domum redirent, vt nuptui traderentur: semper Virgo rñdit, se hoc non posse facere, quia Virginitatẽ Deo vouerat: & orantib. cunctis sup hoc Deũ, facta est vox cunctis audientibus, Vt quilibet de domo Dauid certo die cum virga sua venirent in templũ: & cuius virga, iuxta Esaiæ vaticiniũ 11. c. floreret, & super eã Spiritus dñi descẽderet, semper Virginẽ accipere deberet in coniugem: & ita uirga Ioseph floruit, & super ipsam Spũsanctus in specie columbę descẽdit, & ita despõsauit sẽper Virginẽ: & post Ioseph accessit Bethleẽ vñ erat oriundus, ut pararet necessaria p nuptijs, & sẽper uirgo iuit in Nazareth ad parẽtes suos: & ibidẽ angelus Gabriel ei apparuit annũciãs, q ẽet paritura filiũ Dei.

2 Dub. Cur fuit desponsata, cum uouisset uirginitatem? Rñ. S. Tho. 3. par. q. 29. ar. 1. & 3. sen. di 30. q. 2. art. 1. q. 2. qđ licet uouerit uirginitatẽ quòd fuit per uotũ simplex, tñ ex familiari instinctu Spũsancti credẽda est desponsari uoluisse, confidens de diuino auxilio qđ nunq ad carnalẽ copulã peruenirer, hoc tñ diuino cõmisit arbitrio; unde in nullo detrimentum passa est uirginitas.

3 Dub Cur Christus uoluit de desponsata nasci? Rñ. S. Tho. ubi immediatè supra, qđ hoc conuenienter fecit, tũ propter ipsum, tũ propter matrem, tum ẽt propter nos. Et qdem propter ipsum Christum quadruplici ratione. Primo ne ab infidelib. tanquã illegitime natus abijceret. Secundo, ut consueto modo eius genealogia describeretur, quia non erat consuetudo apud Hebręos ex parte mulierum genealogiam computare. Tertio, ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum uehementius nocumenta procurasset. Quarto, ut à Ioseph nutriretur. Vnde & pater eius dictus est quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis, ne s. lapidaretur à Iudæis tanquam adultera, quam pęnam nedum patiebantur nuptæ, sed etiam innuptæ, ut hẽtur Deu. 12. c. Secundo ut ab infamia liberaretur: ut dicit Amb. super Lucam, ne temeratę uirginitatis aduretur infamia. Tertio ut ei à Ioseph ministerium exhiberetur. Quarto, ut maior perfectio uirginitatis in ipsa ostenderet dũ in ipso matrimonio uirgo permãsit. Tertio ex parte nostra fuit cõueniens. Primo, quia testimonio Ioseph cõprobatũ est Xpm ex Virgine natũ. Secundo qa ipsa uerba

ba virginis matris magis credibilia redduntur suã virginitatẽ asserentis: tertio, vt virginibus excusatio tolleretur si de fornicatione infamanẽ propter suã incautelam: quarto, vt nuptias Xp̃s sua natiuitate approbaret: item, & ut matrimonium, & virginitas honorarentur. Vide dub. 17. & 18. in media nocte natiuitatis Domini.

4 Dubi. Quia euãgelista dicit mater Iesu, cũ nõdũ natus esset Iesus? R̃n. quòd cum in vtero hẽret Iesum, quẽ iã conceperat, poterat dici mater Iesu; & istud dictum refertur ad tempus quo scripsit euangelium, & tunc nedũ Iesus erat natus, sed crucifixus, mortuus, & resurrexerat, & ad cœlos ascenderat. Nã historiographi scribentes gesta Imperatorũ, præponũt vitam Caroli Imperatoris, & describunt natiuitatem, pueritiam, & adolescẽtiã, in q̃bus tñ nondũ erat Imperator.

5 Dubi. Q̃ũo intelligitur antequam conuenirẽt? Resp. Chrys. in Homil. & gl. antequã cõuenirent, s. ad carnis cõmixtionẽ, ad quã nunquã peruenerunt. Sanctus autem Vinc. exponit, antequam conuenirent, s. ad cohabitãdũ, quod dictũ concordat cũ dicto Hierony. in historia Ioachim, & Annę sup dub. i.

6 Dubi. A quo semper Virgo fuit inuenta in utero habere? R. Lyra, quòd ab ipso Ioseph & hoc etiam dicit Hierony.

7 Dubi. Q̃ñ sic fuit inuẽta prægnãs? Resp. Chryso. sup Mat. & Hiero. in hist. Ioachim q̃ post annunciationẽ angelicã semper Virgo iuit ad uisitandum Helisabeth, & cũ ea, vt dicit Lucas, mansit quasi tribus mensibus, & post cum rediit, fuit inuẽta a Ioseph prægnans, eo quod vterus intumuerat.

8 Dubi. Quia si Ioseph inuenisset eam hẽre in utero de Spiritusancto, non cogitasset eam dimittere? Resp. gl. quòd hoc euãgelista ex parte sua adduxit: ut cum diceretur habere in vtero, omnis mala remoueretur suspitio a mentibus audientium.

9 Dubi. Q̃ũo dicatur prægnans de Spiritusancto? Resp. S. Tho. 3. par. q. 37. ar. 1. quod licet tota Trinitas operata sit corpus Xp̃i ĩ semper Virgine, tamen attribuitur Sp̃ũisancto. Primo quia filius Dei incarnatus est p̃pter maximũ amorem ad naturã humanã Io. 3. Sic Deus dilexit mundũ, ut filium suũ vnigenitum daret, & q̃a Spiritussanctus est amor patris, & filij, ideo sibi attribuitur. Secundo attribuitur Sp̃ũisancto: q̃a hoc congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ, q̃ assumpta est a filio Dei in vnitate personæ, nõ ex aliquib. meritis, sed ex sola gratia, q̃ Sp̃ũisancto attribuitur. 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarũ sunt, idẽ autẽ Sp̃ũs. Tertio, quia hoc congruit termino incarnationis, quia ad hoc terminata est incarnatio, vt ille homo, qui concipiebatur, esset sanctus, & filius Dei: sed facere hoĩes filios Dei attribuitur Spiritusancto, ad Galat. 4. Q̃m estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, clamãtẽ, abba pater. Similiter eidem attribuitur facere hoĩes sanctos: q̃a ipse est sp̃ũs sanctificationis, ad Ro. 1. Sicut ergo alij sanctificãtur per sp̃ũm sanctum sp̃ũaliter, vt sint filij Dei adoptiui, ita Christus per sp̃ũmsanctum est in sanctitate conceptus, vt esset filius Dei naturalis. Vnde Ro. 1. ẽm vnam glo. quod præmittitur, s. qui prędestinatus est filius Dei in virtute, manifestatur per id, quod immediate sequitur ẽm Spiritum sanctificationis, i. per hoc, quod est conceptus de Spiritusancto.

10 Dub. Quid egit Sp̃ũssanctus in cõceptione Xp̃i? Res. vt dicit Amb. in lib. de Sp̃ũsancto, q̃d corpus Xp̃i non fuit formatum de Sp̃ũsancto tanquam de substantia Sp̃ũsancti, sed quia Sp̃ũssanctus per potestatem, & virtutẽ suã ex purissimis sanguinib. semper Virginis efficienter formauit corpus Christi, ideo dr̃ esse de Sp̃ũsancto. Et vt dicit S. Tho. ibidem, conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed ẽt ipsi Christo ratione corporis. Et ideo dicimus Christum esse conceptum de Sp̃ũsancto; ita vt efficientia Spiritussancti referatur ad corpus Christi.

11 Dub. An aliquo modo Sp̃ũssanctus possit dici pater Christi? Resp. S. Tho. 3. par. q. 33. ar. 3. q̃ Sp̃ũssanctus non põt dici pater Christi, nec ẽt tota Trinitas, q̃ñ nomina paternitatis, & filiationis consequuntur generationem uiuentium, & præcipue animaliũ: quę fit, q̃ñ illud quod generatur, generatur in similitudinem generantis: & si generatio sit p̃fecta, erit perfecta filiatio: si autẽ sit imperfecta, erit ẽt filiatio imperfecta: sicut homo inquantum est creatus, ad imaginem Dei, & recreatus in similitudinẽ gratiæ, est quædam in eo similitudo Dei, sed imperfecta. Et ideo dr̃ filius Dei utroq; modo imperfecte, & q̃ñ aliquid de aliquo dr̃ ẽm perfectam rationem, illud idem non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam. Sicut Petrus dicitur homo secundum

perfe-

perfectam rationē hominis:nunquā tñ Petrus dicitur homo secundum illā significationē qua pictura hominis dicitur homo: licet forte ipse Petrus assimiletur homini alteri:cum igitur Christus sit filius Dei,secundum perfectam rōnem filiationis, quia est de substantia patris generantis,& secundum perfectam similitudinē quātum ad diuinitatem: ideo licet sit creatus quantum ad naturam humanā & iustificatus,non tamen propter hoc debet dici filius Dei, neque rōne creationis, neq; rōne iustificationis, sed solū rōne generationis æternæ, secundum quā est filius patris solius: & ideo nullo mō debet dici Xps filius Spiritussancti:nec etiam totius Trinitatis, quamuis & Spiritussanctus, & tota Trinitas fuerit principium effectiuum corporis Christi, & animæ;quia non est ẽm perfectā similitudinem.

12 Dubitatur. Quia videtur ꝙ Ioseph non fuerit iustus, volendo occultare crimē quod credebat cōmisisse semper Virginem? Res. Hieronymus super Matthæū, quod scriptura vocat eū hic iustū,i.virtuosum, videlicet vt benignus & mitis existens, voluit occulte dimittere eam,quæ ẽm legem pœnæ subiacere debebat.Origines tamen,& Remigius, ac sanctus Vicentius,dicunt, quòd cū hęret rōnes ad vtramque partē, s.ex vna qđ erat prægnans:ex alia, quia cognoscebat eā castā, & sciebat prophetiā Esaiæ 7.c. Ecce Virgo cōcipiet & Esa.11. Egredietur Virga de radice Iesse, cogitabat sup pmissis qđ agere deberet,& agnoscendo tantum mysteriū, & sacrm,timebat se eidē appropinquare, ideo eā occulte dimittere volebat, vide dub.15.

13 Dubi. Quō intelligitur, quòd nolebat eā traducere? Resp.Glo.qđ nolebat eam traducere in publicum. sed S. Tho.3. par.q. 29 ar.2.dicit, quòd per non traducere iuxta Chrysostomum melius intelligitur diffamare,quam ad domum conducere.

14 Dubi.Cur tantū stetit in illa cogitatione? Resp.Glo. quòd ex hoc notatur animus sapientis, qui nihil temere vult incipere.

15 Dubit. Quid Ioseph cogitabat? Respon. Aug.in sermone de natiuitate dñi,dicēs,Intelligēs.n.Ioseph Mariæ vterum grauidari, mirabatur,quòd Mariā, quā de templo dñi acceperat, & nōdū cognouerat,grauidā sentiebat,secumq; ęstuabat disputās,& dicens, qđ faciā? prodo,aut taceo? Si pdidero,adulterio nō consentio,sed vitiū crudelitatis incurro,quia secundū Moysi sententiam lapidādā eam cognosco Si tacuero malo cōsentio.Et cū adulteris portionem meam pono: qm ergo tacere malum est, adulterium prodere peius est. Dimittā ergo eā a cōiugio.

16 Dub.Cur semper Virgo nō reuelauit diuinū secretū Ioseph? R. Lyr. quòd talia non sunt reuelāda nisi quātū se extendit voluntas diuina. Et ideo beata semper Virgo tacuit,tenens firmiter, qđ sicut istud secretū fuerat reuelatū sanctę Helisabeth: ut hētur Lucę 1.sic reuelaretur alijs competenti tpe ex bnplacito voluntatis diuinæ. Sed Chrysost.in Homil dicit, quòd hoc non reuelauit, quia non estimabat sibi credi a sponso.

17 Dubit. Cur Ioseph non q̄siuit ab ea quō impregnata fuerat? Resp. Lyra. qđ pro nihilo petijsset,quia ipsi Mariæ pro se dicenti non credidisset, & iterū diuina dispensatione hoc factum est,ut per reuelationē Angeli ipse Ioseph ita certificaretur, quòd de cætero nullo modo dubitare posset.

18 Dubit. Quis Angelus apparuit Ioseph? Resp. Aug. in sermone de natiuitate domini,quòd fuit Gabriel.

19 Dubit. Cur hic dicitur apparuit, & non beatę semper Virgini? Respon. Gl.qđ in hoc quòd dicitur apparuit significatur potestas apparentis,qui quando vult,& quomodo vult,exhibet se videndum.

20 Dubi.Cur apparuit in sōnis,& non manifeste,sicut alijs? Resp.Chrys.in Hom.1. dicens. Ideo aūt non apparuit manifeste Ioseph sicut pastoribus, quia valde fidelis erat. Pastores autē indigebāt quasi rudes,semper Virgo ēt indiguit quasi primò de maximis instruenda. Similiter & Zacharias indiguit mirabili visione ante conceptionem prolis.

21 Dub. Cur angelus uocat Ioseph noīe pprio? Res. Gl. ꝙ quasi notū,& familiarē sibi.

22 Dubi Cur dicit eū filium Dauid? Resp. Chrys.super Matthæū, quòd in memoriam promissionis Dei ad Dauid, ut de semine eius Christus nasceretur.

23 Dub. Qua ex causa apparuit Angelus? Resp. Chrys. super Mat. quòd propter tres causas apparuit. Primo,ne iustus homo faceret rē iniustam ex proposito iusto.Secundo propter honorē ipsius semper Virginis. Nam si dimissa fuisset,apud infideles turpi suspitione carere nō poterat.Tertio ut intelligens Ioseph sanctam conceptionem, diligentius se custodiret ab illa, quam prius.

24 Dub.

24 Dub. Cur Angelus non apparuit Ioseph antequã semper Virgo conciperet? ℞. quod sibi non apparuit ante conceptionem ne pateretur, quæ passus est Zacharias, culpam infidelitatis incurrens de conceptione coniugis iam longæuę. Incredibilior. n. erat res, Virginem posse concipere, quàm anum.

25 Dub. Cur etiam non distulit annunciare semper Virgini post conceptionem? Resp. Chryso. in Homi. quòd ideo fecit, ne si post cõceptionẽ differret, in angustia esset. Oportebat aũt extra turbationem esse illam matrem, quæ omnium conditorem accepit.

26 Dub. Quia uidetur, quòd sufficisset Angelum dixisse Ioseph. Noli timere, quia nõ concepit de adulterio absque hoc quod reuelaret ei diuinũ mysterium? Resp. Chrys. in homil. quòd Angelus non solum uoluit a Ioseph timorem auferre, sed & lætitiã uoluit addere, ideo supra naturam eam concepisse dicit, cũ ait. Quod enim in ea natum est, de Spiritusancto est.

27 Dub. Cum aliàs Angelus dixerit semper Virgini, quod ex te nasceẽ, cur hic dicit Ioseph quod in ea natũ est, & non ex ea? Res. Nic. de Lyra post glos. q̃ aliud est nasci in ea, & aliud ab ea. Nasci ab ea, est prodire in lucem, & nasci ex vtero: sed nasci in ea idẽ est, quod concipi siue nasci in vtero.

28 Dub. Quia vocat cõiugẽ cũ qua se nõ copulauerat? Res. Amb. super Lucã, dicẽs: Non aũt te moueat quod eam coniugem vocat. Non. n. virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio nuptiarũ celebratione declaratur.

29 Dub. Cur nõ dixit Ioseph, Pariet tibi filiũ, sicut dixerat Zacharias? Resp. Chys. super Mat. q̃ ideo non dixit tibi, quia mulier quæ ex viro concipit, marito suo filiũ parit, quia magis ex illo est, q̃ de ipsa, hæc autem quæ de viro non conceperat, non uiro filiũ peperit, sed sibi tm̃modo. Vel, ut ipse dicit in Homilia, non dixit tibi, sed indeterminate posuit, pariet filium, vt ostenderet, quod eũ parere debebat orbi terrarum vniuerso.

30 Dub. Cur non dixit, Impones sibi nomẽ, sed dixit vocabis? Respon. Rabanus super Euangelijs, quòd non dixit impones, quia ab æterno impositum est.

31 Dub. Cur addit: Ipse. n. saluũ faciet, &c. Resp. Hieronymus super Matthæum, q̃ Iesus Hebręo sermone Saluator dr̃. & ideo dicens, Ipse. n. saluum faciet. ethymologiam nominis significat. Et ita Christus est verus homo, & est uerus Deus, qui saluum facit populum a peccatis, quia nemo potest peccata dimittere, nisi solus Deus.

32 Dub. Quia Christus saluauit non solum suũ populum, s. Iudaicum, sed & Gentilem? ℞ Hieron. super Math. dicens quod in hoc qd' dicit saluum faciet populũ suum, ostendit eũ totius mundi Saluatorem, & nostræ salutis auctorem saluat q̃dem nõ icredulos, sed populũ suũ, hoc est, in se credẽtes saluat, nõ armis pugnando, sed peccata relaxando.

33 Dub. Quia uidetur incongruum dicere, populum suum in singulari, & peccatis eorum in plurali? ℞. quod hic est figura sillepsis, ubi ponitur numerus pro numero.

ALLEGORICE.

In ueteri testamento præfiguratum fuit hoc euãgelium quo ad oẽs sui partes, & qđ semper Virgo inuenta sit in vtero habens antequam conuenirent, habetur Genes. 1. quod terra absq; omni opere humano cum nõdum esset creatus homo, protulit herbã virentẽ: sic semper Virgo, quæ est terra, protulit Christum absque semine & opere humano. Psal. 84. Dñs dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum: quod Ioseph pauens tãtum mysterium voluit eam occulte dimittere, nolẽs eam traducere, pręfiguratum fuit. 2. reg. 6. quando Dauid noluit traducere archam in domum suam ob timorem Domini, sed cogitauit occulte dimittere eã in domo Obededõ Gethei & tandem per Angelum, i. nuncium intelligens q̃ benedixisset dñs domui Obededon propter archam Dñi, reduxit eam cum iubilo in domum suam. sic & Ioseph admonitus ne timeret, traduxit archam, in qua latuit Christus mensibus nouem. i. semper Virginem in domum suam. Pariet aũt filium prænunciatum fuit Esa. 7. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Quòd saluũ faceret populum. Zacha. 8. Ecce ego saluabo populum meum. & Zach. 9. c. Tu quoq; in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non erat aqua.

TROPOLOGICE.

Peccatores instruuntur ex hoc euãgelio, vt desponsent Mariã, quæ interpretaẽ mare amarum. i. pęnitẽtiã, quæ vr̃ amara, vt sint Ioseph. i. accrescentes in uirtutibus, nec eam dimittant, pp hoc q̃ habet in vtero, s. obseruantias, labores, & pœnas, sed sint filij Dauid, i. manu fortes, & constantes in persceue-

seuerando, nec timeat eius amaritudinem, quoniam quicquid est in ea, a Spiritusancto est, & pariter Iesum, idest salutem eis acquiret, quoniam per ipsam Christus saluat populum sibi credentem a peccatis eorum.

ANAGOGICE.

Celestem gloriam designat hæc desponsatio Marię, quæ interpretatur ēt stella maris. i. gloria cœlestis, quæ est desponsata. i. promissa Ioseph. i. accrescentibus de virtute in uirtutem, qui antequā conuenirent, i. antequam ea homo fruatur, inuenta est in vtero. i. in corde hominis ipsam contēplando ex dono Spiritussancti per fidē, & spem. Homo uero iustus cum nollet eā traducere, reputans se ea suis meritis indignum cū Centurione dicendo. Dñe non sum dignus meis meritis eam obtinere, admonetur ab Angelo per intrisecam inspirationem in somnis. i. in quiete, & solum ab intrinseco, vt non timeat, quia bona quæ facit a Spiritusancto sunt. i. per gratiā Dei operat ipsa, & ideo non dēt diffidere ipsam posse consequi, quia ipsa gratia facit eum dignum, & sic pariet filium Iesum ipsa gloria, qui erit rex gloriæ, fortis & potens, & Dñs uirtutū, qui populū suū purgatū a peccatis eorum introducet in illam sempiternā gloriā. Amen.

IN MEDIA NOCTE Natiuitatis Domini.

Exijt edictum a Cæsare Augusto. Luc. 2.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi primo vsuali die 25. Ianuarij.

HISTORICE.

Maria semper Virgo dū a Nazareth Galileæ vrbe cū Ioseph cō uge in ciuitatē Iudæ Bethleē, ut in ea profiterent, qm̄ erāt ex regia Dauid stirpe progeniti, iuissent, nam iussu Cęsaris Augusti vniuersus describebatur mundus, cōpleto partus tpe, suum primogenitū enixa est filium, & pānis circundatum, cum nequaquā alius sibi daret locus, in præsepio reclinauit. Pastorib. autē custodientib. nocte gregem illa in regione, omnipotētis Dei Angelus maxima cū luce affuit, eisq; tanto fulgore territis, ut timorem abiicerent imperauit, cū immēsum eis gaudiū vniuersæ genti affuturum euāgelizaret, natum eis videlicet die ipso Saluatorē dñm Christū in vrbe Dauid. Signū uero quo id cernere possent, dedit, quod s. infantem in præsepio pannis amictum inuenirent iacentem. Ilico autē Dei omnipotentis magnus exercitus, angelo nunciāti additus est, Deo laudes decantans, gloriā siquidem Deo altissimo in supernis esse, in terris vero hominibus bona volentibus, pacem aduenisse.

Tramite consueto ad dubiorum dilucidationem venio.

1 DVBITATVR. Propter quòd Augustus illud edictum fecit de descriptione orbis? Resp. S. Vinc. in sermone hodierno. quòd hoc præcepit Cæsar. vt sciret quot prouincię, & in prouinciis quot ciuitates, & in ciuitatibus quot homines essent: & ut dicit Lyr. ut sciret quanta tributa possent singulæ prouinciæ persoluere, & qualiter regerent sub Roma. Imperio.

2 Dub. Quare Octauianus dictus est Cęsar Aug. Res. quod ut hr̄ in Chronicis Octauianus fuit nepos Cęsaris & ab eo adoptatus in filiū, & in eius honorem assumpsit nomen Cęsaris: & quia deuicit Antonium, & Cleopatram reginam Aegypti, & eorum opes transuexit Romam: ab aucta Republica dictus est Augustus; & Sextilis mensis in eius memoriam dictus est Augustus.

3 Dub. Quia nō vr̄ totus orbis posse describi, qm̄ multa in eo cōtenta latent humanā cognitionem? Resp. Hic est figura synecdoche, quoniam ponitur totum pro parte. quia non præcipit quod describeretur nisi illas pars orbis quæ Romano subiecta erat Imperio, ut dictum fuit dubio primo.

4 Dub. Quia ista descriptio non vr̄ prima, quia 2. Reg. 23. & 1. Parali. 21. Dauid fecit describere populum Israel? Resp. Lyra post Bed. qd̄ hæc descriptio dr̄ prima quantum ad gn̄ales descriptiones totius orbis, qa ante istā nulla fuit gn̄alis descriptio; licet ante eam fuerint partiales descriptiones.

5 Dub. Qui fuit Cyrinus hic noīatus? Res. p ex historiis hr̄, qd̄ fuit unus Cyrinus filius Herculis q primo inhabitauit Corsicā insulā, sed fuit p lōgat tpa añ Octauianum, sed iste, qui hic est noīatus, fuit quidā Cyrinus, quem Octauianus præfecit Syriæ regioni.

6 Dub. Cur dicitur præses? Res. secundum Grāmaticos, quod dicit præses, quasi super alios sedens, quia alijs dicitur præesse.

7 Dub. Cur posuit quod Cyrinus erat præses? R. Ambr. super Lucā, quod posuit euāgelista

gelista, ut seriem temporis designaret, nam si Consules ascribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus ascribi?

8 Dub. Quae prouincia est Syria? ℞. quòd ex historijs habetur, Syriam dictam esse a Syrim, qui fuit nepos Abrahæ. Vnde, & eius coloni dicti sunt Syrij: & olim dicebantur Assyrij, qui fuerunt potentissimi, & eorũ rex fuit Nabuchodonosor, & est in Asia, & Iudæa est prouincia Syriæ.

9 Dub. Quia non omnes poterant ire, s. infirmi, & debiles, ac incarcerati? ℞. quòd hic accipitur totum pro parte, quia licèt dicatˉ omnes ibant, tamen, ut dicit Magister His. scho. de qualibet domo solum vnus ibat, qa describebantur solùm capita domorum.

10 Dub. Quid debebant profiteri? Resp. Lyra, Quòd profitebantur dupliciter se esse subiectos Romano Imperio, s. scripto quia eorum nomine scribebantur de mandato Imperatoris: & etiam facto, quia soluebant censum Imperatori, propter quod, in numismate census erat imago Imperatoris, ut habetur Mat. 22. cap.

11 Dub. Cur singuli debebant profiteri in sua ciuitate? Respon. Quia cum sub ciuitate cõtineantur suburbia, uillæ, castra, & oppida, ideo, ex talibus locis veniebant ad ciuitatem, & etiam vt cognosceretur quod ciues erant ex qualibet ciuitate, & licet ad alias iuissent ciuitates, venirent ad ciuitatẽ, ex qua ipsi, vel eorum progenitores erãt oriundi propter eandem causam.

12 Dub. Cur dicit ascendit aũt & Ioseph? Respon. Quòd, quia ex Nazareth eundo in Bethleem non põt ire nisi ascendẽdo, quia situs Bethleem est altior situ Nazareth.

13 Dub. Cur Ioseph iuit in Bethleẽ, ut profiteretur? Resp quòd ideò, quia genus suũ oriundum erat ex Bethleem, in qua ciuitate natus est Dauid, ut habetˉ 1. Re. 16. ideò, uenit Ioseph ad profitendum ibi, quia erat de domo, & familia Dauid, ut dicitur in hoc euangelio.

14 Dub. Cur duxit Ioseph semper Virginẽ secũ ad profitendũ? Res. Lyra. Quia semper Virgo erat de eadem tribu, de qua erat Ioseph, & ipsa successerat in hæreditate paterna, quia Ioachim nõ habuit nisi illam filiã. Et ideò, illã duxit, ut simul profiterentˉ pro hæreditate paterna. Et hoc factũ est, ut dicit Chri. super Matthęũ, ut adimpleretur prophetia Michęę. 5. quę dicit. Et tu Bethleem Effrata, paruulus es in millib. Iuda, ex te mihi egredietˉ, qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à dieb. æternitatis.

15 Dub. Quot dies fuerunt impleti? Res. secundum August. super Matthæum, Quòd fuerunt a conceptione Christi vsq; ad eius natiuitatem dies 276. quibus stetit in utero uirginali: & ita stetit spatio nouem mensium, & adueniente ultimo die dicuntur dies semper Virginis impleti, ut pareret.

16 Dub. Cur Christus voluit de fœmina nasci? Resp. S. Tho. 3. par. q. 31. ar. 4. Quòd licèt filius Dei potuisset carnem humanam tàm de masculo, quàm de fœmina assumere, tamen fuit conuenientissimum, ut de fœmina carnem acciperet, quia sic tota natura humana nobilitata est cùm uirum suscepit, qui est honorabilior sexus: decuit ut de fœmina nasceretur, ut sic appareret, quia totum hominem, s. marem, & fœminam liberaret, quia etiam magis ueritas carnis Christi appareret, quàm si de masculo assumpsisset, quoniam plures errores secuti fuissent, quia hoc est naturale, & illud fuisset supernaturale: & illi, qui crediderunt carnẽ Christi fuisse fantasticã, seu quòd de cœlis eam adduxerat, magis habuissent occasionem confirmandi errorẽ suum, quàm de fœmina nascendo. tum etiam, quia sic completa fuit omnis diuersitas generationis humanæ, quia primus homo sine viro, & fœmina ex limo productus est, Eua ex uiro producta fuit sine fœmina, Alij nascũtur ex viro, & fœmina, Et hic quartus modus quasi Christo proprius relictus fuit, vt de fęmina sine uiro nasceretur: & quia sexus masculinus est nobilior fœminino, ideò, sexum masculinum assumpsit, & ne uideretur sexum fœmineum contemnere, congruum fuit ut carnem assumeret de fęmina.

17 Dub. Cur voluit, quòd eius mater esset desponsata? ℞. Origenes in homilia, quod ut hoc mysterium diabolo celaretur, credẽs Christum conceptum fuisse non de Spiritu sancto, sed per hominem. Vide dub. 3. in uigilia natiuitatis Domini.

18 Dub. Quõ potuit celari diabolo, qui uiget perspicacitate intellectus, & ea quæ corporaliter fiunt, cum non possint latere? Res. S. Thom. 3. par. q. 28. ar. 1. quòd ut Ang. dicit i tertio lib. de Trinitate. Licet diabolus hoc potuisset cognoscere uirtute suæ na-

turæ, prohibeatur tamen uirtute diuina.

19 Dubit. Videtur q; non fuit conueniens Christũ nasci temporaliter, qui ab æterno natus erat, & perfectus? Resp. S. Tho. 3. par. q. 32. art. 2. Quòd cũ persona filij Dei semper fuerit perfectissima, non indiguit nasci temporaliter propter se, sed natus est propter nos homines, & propter nostram salutem hodierna die.

20 Dub. Quia cùm ista natiuitas fuerit miraculosa, non videt, quòd semper Virgo fuerit mater Christi? Res. S. Tho. vbi supra, ar. 3. quòd natiuitas Christi partim fuit miraculosa inquantum conceptus fuit sine virili semine, sed per operationem Spũssancti: & partim fuit naturalis ex parte matris, inquantum eius caro ex purissimis sanguinibus semper Virginis formata fuit, & ipse in vtero nutritus per nouem menses, & quia ipsum peperit: Euæ autem productio fuit totaliter supernaturalis, ideò semper Virgo dicitur vere mater Christi: Non aũt Adam potest dici pater Euæ.

21 Dub. An semper Virgo possit dici mater Dei? Resp S. Thom. 3. q. 35. art. 4. & D. Io. de Turrecremata super Euangelijs. qđ ex hoc aliqua mulier dicit mater alicuius, quando eum cõcepit, & genuit, sed semper Virgo concepit, & genuit eum, in cuius persona erant vnita natura diuina, & humana: & cui personæ attribui põt quicquid conuenit diuinæ naturæ, vel humanæ. Vnde dicimus Deum crucifixum, & passum fuisse: quia Christus, qui erat Deus, & homo crucifixus, & passus est. & ita cũ Christus Deus, & homo conceptus sit, & genitus de semper Virgine Maria: ipsa verissimè dicitur mater Dei: & licèt hoc nõ inueniatur expressè in sacra scriptura, quòd vocetur mater Dei, inuenitur tamen expresse, quod Christus est Deus verus. i. Ioãnis vltimo: & semper Virgo est mater Christi: & sic sequitur ex necessitate, qđ sit mater Dei: & licet hoc nomen Deus sit cõe patri, filio, & spiritui sancto, tñ aliqñ stat, siue supponitur pro patre, sicut cũ dicimus Deus generat, aliqñ ꝑ Spiritusancto, sicut cùm dicimus, Deus descendit in columbæ specie. Ita hic stat pro sola persona filij, cũ dicitur, qđ semper Virgo est mater Dei: nõ potest autem dici mater deitatis, quia licet Deus, & deitas sint realiter idem, tamen differunt ẽm modum significandi, quia deitas significat diuinam naturam in abstracto, vndè non uidetur stare, & supponere pro persona: sicut nec humanitas videtur supponere pro aliqua persona hominis: sed Deus significat diuinam naturam per modum concreti. i. habentis deitatem, sicut homo pro habente humanitatẽ. & ita potest esse vera locutio pro persona. Et ita ipsa semper Virgo potest dici mater Dei. i. habentis deitatem, nõ autem deitatẽ, quæ supponit pro natura, & ita est mater secundum humanitatem, sed tamen personæ habentis deitatem.

22 Dub. Cur Christus nõ statim incarnatus est post peccatũ Adæ: qñ multò plures saluati fuissent? Resp. S Tho. 3 par. q. 1. ar. 5 q; Christus distulit vsq; nunc nasci, ꝑp dignitatem uerbi incarnati, quia super illud ad Gal. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, dicit gl. quanto maior iudex veniebat, tanto præconũ series longior præcedere debebat: & etiã ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem mundi refrigescet charitas multorũ. Luc. 7. c. Cum filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra? Nec propter hoc plures salui fuissent, ẽt si in principio mundi incarnatus fuisset: quia etiam tunc quando uenit, plures viderunt per eum miracula fieri, qui tamen non fuerunt salui.

23 Dub Quia videt, quòd debuisset differre incarnationem vsq; ad finem mundi, quia unus aduentus suffecisset, s. in carne, & ad iudicium? Resp. S. Tho. ubi supra, ar. 6. quod si distulisset usque ad finem mũdi, totaliter Dei notitia & reuerentia, & morum honestas abolita fuissent in terris: & etiam magis fuit cõueniens nũc, quàm in finẽ mundi, quia magis manifestatur diuina uirtus, quæ pluri b. modis homines saluauit, nõ solùm per fidem futuri, sed etiam per fidem præsentis, & præteriti: & non conueniens fuisset utrumque aduentum simul coniungi, quia primus remittit peccata, & secundus iudicat mũdum: & si in uno solùm uenisset in carne, & ad iudicium, uniuersi simul perditi essent, omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei.

24 Dub. Cum dicat propheta, Esaiæ 2. c. de Syon exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem: cur non natus est in Hierusalem? ℞. S. Tho. 3. par. q. 35. ar. 7. quod cõuenientius natus est in Bethleem, quia in ea ciuitate natus fuit Dauid, cui facta fuerat promissio

missio specialis de Christo, ut ex ipso loco natiuitatis promissio eidem facta completa ostenderetur: & etiam, vt Gregor. in Hom. dicit, quia Bethleem domus panis interpretatur, Christus est panis verus, qui de cœlo descendit: conuenientius natus est in Bethleem, quam in Hierusalem; Prophetia auté Esaiæ allegata intelligitur, non de natiuitate verbi, sed doctrina legis, & prædicationis, quia ipsam Christus in passione sua elegit sedem regni, cũ esset rex sedens in throno crucis, & in ea templum ædificauit, cum esset sacerdos, & ita doctrina prædicationis in ea ortum habuit.

25 Dubit. Quia videtur, quod conueniẽtius natus fuisset in urbe Roma, quæ erat dña orbis, ut eius fides innotuisset vniuerso orbi? ℞. S. Tho. 3. par. q. 35. quod sicut dicitur in quodam sermone Ephesini Concilij. Si maximam Romam elegisset ciuitatem, potentiã ciuium mutationem orbis terrarum putarent. si filius fuisset Imperatoris, potestati vtiq; ascriberent: sed ut diuinitas cognosceretur orbẽ formasse terrarũ, pauperculam elegit matrẽ, pauperiorem patriam, qm̃ infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. 1. Cor. 1. Et ideo, vt suam potestatẽ magis ostenderet, in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit in signum perfectæ uictoriæ, vt exinde fides deriuaretur ad uniuersum mundũ.

26 Dub. Quia ex quo veniebat nos liberare, videtur, quòd nõ debuerat nasci sub seruitute, qñ præcipiebatur mundum describi, vt tributariũ? Resp. S. Th. 3. par. q. 3. ar. 5. 2. quod ipse cũ sit cõditor temporum, elegit sibi tẽpus quando nasci uoluit, nec fuit subiectus necessitati tpis, sicut alij homines, qui sic subiecti nascuntur. Et sicut moriendo nos ad uitã reuocauit, ita subiectus censui nascitur, ut nos liberos redderet & etiã tempore, quo totus mundus uni Principi subditur, ut nos congregaret in vnum, ut esset unũ ouile, & vnus pastor, & etiam tempore, quo erat maxima pax, quoniam ipse est pax nostra, & inter nos, & Deum mediator fuit ad pacem faciendam.

27 Dub. Quo anno mundi natus est? Resp. Magister histo. schola. quòd natus est anno à creatione mũdi 5199. Olimpiade autem 193. ab Vrbe condita anno 752. anno Cæsaris Augusti 42. & regno Herodis 30. 8. Kal. Ianuarij, & est 25. Decembris, in nocte præcedente diẽ Dominicã, circa mediã noctem.

28 Dub. Quia cum dicat primogenitum, videt quòd semper Virgo post Christum habuerit alios filios, quia primogenitus dicitur respectu sequentium, & ita non semper fuerit virgo? ℞. S. Tho. ubi supra, q. 38. ar. 3. quòd mos diuinarum scripturarum est, vt primogenitum uocet, non solum eum, quẽ fratres sequuntur, sed etiam, qui primus natus sit, alioquin, si non esset primogenitus nisi, quem sequuntur fratres, tamdiu, secundum legem, primogenita non deberentur, quamdiu, alia fuerint procreata, quod patet esse falsum: cum infra unum mensem primogenita redimi mandarẽtur. Adde, quòd primogenitus dicit dupliciter, scilicet ante alios genitus, & sic habet respectum ad sequentes. Alio modo, antequam nullus genitus, & sic quis potest esse primogenitus, & vnigenitus, & isto modo semper Virgo peperit primogenitum, & unigenitum.

29 Dub. An semper Virgo in partu pertulerit aliquos dolores? ℞. S. Thom. 3. par. q. 35. ar. 6. quòd nõ, quia Christus egressus est ex clauso utero matris, & sic nulla uiolentia meatuum, ex quarũ operatione, dolor causatur, ibi fuit sicut nec aliqua corruptio, sed ibi fuit maxima iucunditas, ex hoc quòd homo Deus natus est in mundũ. Vnde Esa. 35. Germinans germinabit sicut lilium, & exultabit lætabunda, & laudans.

30 Dub. An ibi fuerit aliqua obstetrix ad leuandum puerum? ℞. S. Tho. 3. par. 35. ar. 7. quòd ipsa sẽper Virgo puerum pannis inuoluit. Vnde Hieronymus contra Heluidium, Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularum sedulitas intercessit, ipsa pannis inuoluit infantẽ, ipsa mater obstetrix fuit. Vndè ille liber de ortu Saluatoris, est apocriphus, id est dubius in dictis suis, liber ẽt de infantia Saluatoris non recipitur ab Ecclesia.

31 Dub. Quib. pannis eum inuoluit? Resp. Beda super Lucam quòd uilibus, dicẽs, qui totum mundum uario uestit ornatu, pannis uilibus inuoluitur.

32 Dub. Vndè ipsos pannos habuit? Resp. S. Vincẽtius in sermone hodierno, quòd semper Virgo antequàm recederet, præparauit panniculos laneos, & lineos, quos secũ portauit, quibus inuoluit infantem.

33 Dub In quo præsepio posuit Christum? Resp. Lyra, quòd Ioseph ex Nazareth duxit secum asinum ad portandum uxorem

prægnantem, & bouem ad vendendum in Bethleem, vt ex eo solueret expensas, vel etiam, censum Cæsari: & illis duobus animalibus fecit Ioseph præsepium iuxta se. Vel ut dicit Sanctus Vin. ubi supra: cum nõ inuenissent aliquam domũ, quæ eos reciperet, & inuenissent vnã porticum in via publica, in qua erat præsepe, & in qua forenses quandoque ponebant animalia sua, ibi in illa porticu requieuerunt: & asinum, & bouem ligauerunt ad illud præsepium, & in illo reclinauit puerum.

34 Dubi. Cur nõ potuerunt reperire hospitium in aliqua domo? ℞ S. Vicentius vbi supra. Quòd propter tres rationes. Primò, quia fuerunt de ultimis adueniẽ. quia à longè venerant & iam hospitia erant capta. Secundò, quia licèt Bethleem esset parua ciuitas, abundabat tamen in militibus, ciuibus, & nobilibus, qui erant de genere Dauid, qui fuit natus in illa ciuitate, qui & præmiserant nuncios pro habendis hospitiis. Tertiò, propter auaritiam hospitum, qui videntes Ioseph pauperem cùm muliere grauida, cogitabant, quòd occuparent vnam camerã, & quod modicum lucrarentur cùm eis, ideò, non inuenerunt hospitiũ.

35 Dubi. Cur reclinauit puerum inter bestias, quæ potuissent ipsum offendere? Res. Sanctus Lucas, pro excusatione semper Virginis, Quia non erat ei locus in diuersorio.

36 Dub. Cur potius non tenebat eum in brachiis? Resp. Sanctus Vincentius, quòd posuit in præsepio, quoniam frigus vigebat, ut calefaceretur à boue & asino, & sic impleta fuit prophetia Esaiæ, dicentis: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui.

37 Dubi. Quid est diuersorium? Resp. Glo. & Lyr. post eã, quòd est domus inter duos muros, duas habendo ianuas, vt scilicet diuersis viis suscipiat aduenientes, & ita sunt hospitia, ad quæ diuertunt venientes ab extra ad hospitandum.

38 Dubi. Vbi erant pastores vigilantes? Respon. Magister histo. scholasti. quòd erant vno milliario longè à Bethleem.

39 Dubi. Cur custodiebant vigilias noctis? Respon. Magister histo. scho. quòd mos fuit antiquis in vtroque solstitio, scilicet hiemali & æstiuali, quando sunt longiores, & breuiores dies in anno, uigilias noctis custodire ob solis venerationem, qui mos fortè apud Iudæos ex vsu cohabitantium inoleuerat.

40 Dubitatur. Quæ sunt vigilię noctis? Respond. idem, qui supra, quod excubantes in castris faciunt quatuor vigilias, diuidentes scilicet noctem in quatuor partes. Prima uigilia dicitur concennium, in qua omnes simul vigilant. Secunda intempestum, in qua adolescentes vigilant. Tertia gallicantum, in qua uiri vigilant. Quarta, antelucanum, in qua vigilant senes. Has aliter vocat Dominus, Marci 13. capit. dicens. Sero, an media nocte, an gallicantu, an mane.

41 Dubi. Quis angelus, apparuit pastoribus? Resp. Grig. super Lucam, quòd creditur quòd fuerit Gabriel.

42 Dubi. Quia cùm in ore duorum stet omne verbum, & natiuitas ista fuerat manifestata semper Virgini, & Ioseph: Videt quòd superfluum fuit eam annunciare pastoribus? Respond. Sanctus Thom. 3. par. q. 36. articul. secundo, quòd hæc natiuitas futura fuerat manifestata Ioseph, & semper Virgini, antequam s. Christus nasceretur, quia de hoc erant instructi, quia ad eos pertinebat reuerentiam exhibere proli conceptæ in utero, & etiam obsequi nascituræ. sed quia eorum testimonium erat domesticum, fuisset habitum suspectum circa magnificentiam Christi. Et ideò, oporuit quòd alijs manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

43 Dubi. Quia videtur, quòd ipsa natiuitas statim omnibus debuisset esse manifestata, quia dicitur in psalmo 49. Deus manifeste veniet? Respond. S. Thomas, vbi supra, articul. primo, quòd non debuit omnibus ipsa natiuitas communiter esse manifesta, quia humana redemptio fuisset impedita, quæ fuit peracta per crucem. 1. Corint. 2. Si cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifixissent. Et auctoritas allegata intelligitur de aduentu Christi ad iudicium, secundum quod glos. ibidem exponit.

44 Dubitatur. Videtur quòd potius debuisset angelus annunciare sacerdotibus in templo, qui nouerant legem, quàm pastoribus? Respon. Sanctus Thom. vbi supra, articu. 3. quòd vt Chrys. dicit super Matthęũ angelus manifestans Christi natiuitatem non iuit Hierosolymam, non requisiuit scribas, & pharisæos, erant enim corrupti

& prę

& pre inuidia cruciarent. Sed pastores erãt synceri, antiquã conuersatione patriarcharũ & Moysem colẽtes, & etiã quia pastores significabãt doctores ecclesię, qbus Xpi mysteria reuelantur, q̃ latebãt Iudęos. Et ideo conuenientius eis fuit manifestata.

45 Dubi. Quæ fuit illa claritas, quæ circũfulsit pastores? Resp. S. Vinc. in sermone hodierno, quòd qñ Christus natus est, corpus suum resplenduit sicut sol, qñ oritur, & nox facta est tanquàm meridies, & ita claruit, & claritas illa processit à corpore Christi, & illuminauit noctem per vniuersum orbem. Et ita tenet Lyra.

46 Dub. Cur pastores timuerunt aduentũ angeli, qui non erat malus? Resp. S. Tho. prima secundę, q. 41. ar. 3. & quæst. 42. ar. 1. ꝙ licèt malum timeatur, inquantũ est priuatiuum boni amati, tamẽ etiam bonum timetur, non inquantum bonum, sed inquãtum potest infligere malum: & isto modo Deus timetur: & hoc modo dico, ꝙ timuerunt pastores angelum cùm tã subita claritate apparentẽ, qui qdem timor dicitur admiratio, q̃ est vna ex speciebus timoris, qñ s. qs considerat aliquod magnũ malum, vel aliquẽ magnum, q possit tale malum infligere, cuius exitum considerare non possit.

47 Dubi. Cùm angelus non ꝑdicaret euãgelium, quomodo euangelizabat? Resp. secundum Grammaticos, ꝙ euangelium interp̃tatur bona annũciatio, qm̃ εὖ Græcè, bonũ dicitur Latinè, & ἄγγελος nuncius interpretatur. Ille ergo dicitur euangelizare, q bona annunciat: q. a angelus annunciabat bona vniuersalia toti mũdo & salutifera, ideo, rectè ipse dixit, Euangelizo.

48 Dubi. Cur euãgelizabat gaudium, quod potius deberet pellere, vt patet per Boetiũ vltimo metro primi libri de consolatione? Resp. S. Tho. secunda secundæ, q. 28. ar. 4. ꝙ sicut duplex est bonum, s. secundũ se, & apparens, & gaudiũ sit de bono, ideò, etiã est duplex gaudium, quoddã de bono secundũ se, ꝙ non est quidẽ virtus, sed est actus charitatis, & tale gaudium est bonum, nec de tali intelligit Boetius. Gaudiũ vero de bono apparenti, & non existenti, quemadmodum sunt bona transitoria, est malũ, & tale docet pellere Boetius. Vt autẽ gaudium verum sit, debet habere quatuor conditiones, quas tãgit Apostolus ad Phil. 4. dicens, Gaudete in dño semper, iterum dico gaudete, modestia vestra nota sit oĩbus hominibus. Prima conditio, ꝙ gaudiũ sit de bono hominis increato: Ideo, dicit in Dño: Secunda, quòd sit cõtinuum, vt, s. non interrumpatur per peccatum: ideò, dicit semper. Tertia, quod gaudiũ sit multiplicatiuum, vt qui gaudet de Deo, gaudeat etiam de sua incarnatione, vt annunciat hic angelus. Itẽ & de contẽplatione, & de bonis operibus suis, & proximi; ideo, dicit iterum. Quarta, quòd gaudium sit moderatum s. quod non effluat per voluptates, sicut facit gaudium mundi: ideò, dicit, modestia vestra.

49 Dubi. Quomodo illud gaudiũ fuit magnum? Resp. Iac. de Vora. sermo. 6. de natiuitate dñi, quòd fuit magnũ quantũ ad quadruplicẽ dimensionem, s. altitudinem, profunditatem, longitudinem, & latitudinem: fuit altum, quia ascendit vsq; ad cœlum, & angelos lætificauit, qui cęlum relinquentes suũ gaudiũ pastoribus nunciarunt: profundũ fuit, qa infernum penetrauit, & sanctos patres lætificauit. Esa. 9. c. Habitãtibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis: fuit longum, quia fuit vsq; in orientem, & Magos ꝑduxit lætos, & vsq; ad occidentem vbi Augustum Octauianũ lætificando, visa imagine Virginis cum puero in sole, sibi ꝑ Sybillam ostẽsa, eidẽ thura obtulit: fuit latum, quia perfudit præteritos. Io. 8. c. Abraham pater vester exultauit Præsentes, sicut hodie pastores: & futuros, quoniã, vt dicit Ambr. in sermone: hæc est gloria natalis Domini, vt in futurum transeat ad ꝑdestinatos, & in perpetuũ maneat apud deuotos.

50 Dub. Quomodo fuit gaudium omni populo: quia vt dicitur Matth. 2. c. Herodes turbatus est, & omnis Hierosolima cũ eo? Res. Beda in Homil. dicens. Non oĩ populo Iudęorum, neq; oĩ populo Gẽtiũ, sed oĩ populo credẽtium. Et Lyra sup illud Mat. 2. oĩs Hierosolyma, dicit, quòd hic accipĩt pars pro toto, per Sinecdochen. Vnde, oĩs Hierosolyma accipitur pro illa parte, quæ fauebat Herodi: & ita hic Gaudium erit omni populo, intelligendum pro generibus singulorum, & nõ ꝑ singulis generum: quia licet non oẽs de oĩ populo gaudium habuerunt de natiuitate Christi, tamen de quolibet populo aliqui gauisi sunt. Nec etiã angelus dixit, quòd est omni populo, sed quod erit: qa notitia Xpi tunc nõ fuit omni populo, sed postquã in omnem ter-

ram exiuit fides catholica, de quolibet populo aliqui crediderunt, qui gauisi sunt. Vide in Epiphania, dub. 28.

51 Dubitatur. Cur dixit natus est hodie, cũ tũc esset nox? Respon. Lyra, ꝙ q̃a illa nox fuit clara sicut dies. Vt dicitur Psal. 138. Et nox, sicut dies, illuminabitur, ideò, dicitur dies, propter claritatem diurnam.

52 Dub. Cur angelus dixit, Vobis, excludendo angelos, & non dixit, Nobis, eos includendo? Respõ. Iaco. de Vora. in sermone exponendo dicens. Vobis. i. de vestra ꝓgenie. Ad Hebręos 1. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Adde tu, ꝙ ideo dicit, eo q̃a venerat saluare q̃d perierat de hominibus, & non de angelis: quia angeli sancti non indigebãt, cum essent salui: nec dęmones poterant saluari, ipsorũ libero arbitrio in malum obstinato, sed solum homines fidem mediatoris habentes. Vndè, in symbolo dicitur. Qui propter nos homines, & propter nostrã salutẽ descendit de cœlis. Ideò, angelus dicit pastoribus, natus est Vobis.

53 Dubi. Quia cũ Christus dicatur vnctus, & dominus Iesus non fuerit vnctus in natiuitate, nec post, nisi per Magdalenã, videtur ꝙ angelus non debebat dicere, Qui est Xp̃s Dominus? Respondet Cirillus sup Lucã, dicens. In Christo saluatore vnctionem fore celebratã fatemur, non tñ singularẽ, sicut olim in regibus ex oleo, quasi ex ꝓphetica gratia, neq; ad ꝑfectionem alicuius negotij, iuxta illud Esa. 46. Hæc dicit Dñs Xp̃o meo Cyro: q quãquã esset idololatra, dictus est Xp̃s, vt cœlesti censura totã occuparet Babyloniã prouinciã. Fuit aũt vnctus Saluator Spiritu sancto humanitatis in forma serui, vngens autẽ, vt Deus Spiritu sancto credentes in eũ. Vnde Esaiæ 61. c. Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me.

54 Dubi. Cum Paulus dicat de Xp̃o ad Philip. 2. Formã serui accipiẽs: quomodo angelus dixit, Xp̃s Dñs? Resp. S. Paulus ad Gal. 4. dicens: Quanto tẽpore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, & tñ est Dñs omnium, & ita Xp̃s, licèt esset verus dñs, vt dicitur Ioã. 13. Vos vocatis me magister, & dñs; & bñ dicitis; sũ etenim: tñ venit in hũc mũdũ cũ maxima paupertate, & in modũ serui,

55 Dubi. Videtur, ꝙ signum datum ab angelo, ꝙ sit pãnis iuolutus, & positus in ꝑsepio non sit signũ nati Saluatoris? Resp. Beda in Homi. quod hoc est indiciũ assumptæ infirmitatis: quòd infans & pãnis inuolutus est & paupertatis, ꝙ non in strato, se in ꝑsepio positus inuenitur; signumque nati Saluatoris datur non Tyrio exceptũ ostrò, sed pãnis squalentibus inuolutũ, non in ornatis auro stratis, sed in præsepibus inuentũ. Et Lyra. Fuit signũ, ꝙ nõ veniebat tẽporaliter regnare, vt scribę Iudęorũ credebãt Xp̃m vẽturũ.

56 Dubi. Cur post verba angeli venit multitudo cœlestis exercitus? Resp. Beda in Homil. dicens. Ne parua vnius angeli videretur auctoritas, postquam vnus sacramentum nouę natiuitatis edocuit, statim multitudo cœlestium agminum affluit.

57 Dubi. Cur cœlestes spiritus dicũtur militiæ? Resp. Beda in Homil. dicẽs. Benè chorus adueniens angelorũ militiæ cœlestis vocabulũ accipit, qui, & duci illi in ꝓlio, qui ad debellandas aereas potestates apparuit humiliter obsecundat, & ipse potestates eisdẽ contrarias ne mortales tantũ tentare ualeant, quantum volunt, fortiter armis cœlestibus perturbat.

58 Dubi Cur angeli canũt Deo gloriam, & hominibus pacem? Resp. Beda in Homi. dicens. Quia verus Deus & homo nascitur: iure hominibus pax, & Deo gloria canitur.

59 Dub. Cur dicunt Gloria in excelsis, cùm etiam in infimis sit gloria Deo, q est vbicũque? Resp Lyra, quod licèt eius gloria vbique reluceat, maximè tñ in cœlo empyreo, vbi est angelorum & beatorum habitatio.

60 Dubi. Cur dicunt Hoibus bonæ voluntatis, cum uenerit propter peccatores, qui sunt malæ voluntatis? Resp. quòd vt dicitur Esa. 48. c. Non est pax ipmij, dicit Dñs: Christus non uenit pro peccatoribus in peccato obstinatis, sed pro illis, qui post peccata commissa cõteruntur, & dolent.

61 Dubi. Cur potius dicit bonæ voluntatis, quam boni intellectus? Resp. Lyr. ꝙ ex volũtate dicitur homo bonus, vel malus simpliciter, cũ ipsa moueat alias potẽtia ad actus suos: & ideo hõ bonæ volũtatis dicitur bonus hõ, & malę volũtatis, malus hõ: sed ẽm bonitatẽ aliarum potentiarum dicitur bonus secundum quid, sicut habens per intellectum logicã perfectam, nõ dicitur bonus homo, sed bonus logicus. Bonitas nãq; voluntatis in oẽs alias potentias redũdat. Figuræ, & ꝓphetiæ huius natiuitatis, Es. 9. Paruulus natus est nobis, Michęę 5. & Mar-

2. c.

2.c. Tu Betheleem terra Iuda, nequaquã minima es in principib. Iuda: ex te.n. exiet dux qui regat populum meũ Israel. Daniel 12. Lapis abscissus est de monte sine manibus. Esa. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Esa. 60. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Ps. 141. De fructu ventris tui ponam super sedé tuã. Ps. 2. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Et ferè tota scriptura veteris testamenti fuit figura aduentus redemptoris in carnẽ, & salutis per eum præstandæ. Act. 10. vnde versus. Virgo parit prolem, lux solé, virgula floré. Lucet, & ignescit, sed non rubus ille calescit.

ALLEGORICE.

Hæc sacri Euangelij historia designat clarè mutationẽ ueteris legis in fidẽ Christi, & eius legem: quoniam Deus nouum bellum indicens dæmoni, & aereis potestatibus, nouam militiam elegit, s. Christianitatem: & in ea omnes volentes militare, describi mandauit. Et sic exijt edictum, id est præceptum Imperiale, & regale, à Cæsare, id est Deo, qui possidet omnes principes: Augusto, i. augente semper beneficia humano generi. vt describeretur vniuersus orbis, i. de vniuerso orbe aliqui ad militiam Christianitatis: quæ descriptio prima facta est à Præsidæ Siriæ Christo sublimi: Cyrino hærede patris, & ibant omnes, qui volebant huic militię scribi. i. effici Christiani, vt profiterentur se velle sequi Christum: singuli, s. de per se; quia baptismus vnus, in quo describitur Christianus, alteri non prodest non baptizato: in suam ciuitatem, ut unanimes sint in fide catholica: ascendit autem derelinquendo terrena, & Ioseph accrescens in virtutibus: a Galilæa, s. uolubilitate huius mundi, & ciuitate Nazareth, id est unctione uitiorum, delectationes uoluptuosas, & ungentes abiiciendo: in Iudæam confitendo dominum Iesum esse Christum: in ciuitate Dauid, manu fortiter resistendo dæmoni in fide, in Bethleem gustando panem suauem, s. quàm suauis sit dominus, & profitebatur fidem Christi cùm Maria, id est, gratia Dei illuminatrice, desponsata sibi uxore, ipsa gratia indissolubili prægnante, ut pariat bonos fructus: & factum est dùm essent ibi, s. in Christianitate, impleti sunt dies ipsius gratiæ, ut pareret, quia extra fidem Catholicam, nihil parturitur ad salutem conducens: & peperit ipsa gratia primogenitum filium, i. fidem primam inter uirtutes: & pannis inuoluit, bonis, s. operibus, quib. sine mortua est, & reclinauit in præsepio humilitatis custodis omnium uirtutum, quia nõ erat ei locus, s. fidei in diuersorio hominũ, s. diuertentium se à præceptis diuinis: & pastores, i. apostoli, & doctores, & prælati erãt in regione illa Christianitatis, uigilantes, & custodientes uigilias noctis, i. admonentes gregem suum ne in tenebris peccati decidant suasione principum tenebrarum. Et ecce angelus unicuique ad custodiam deputatus, stetit iuxta illos, ad bonum inducendo: & claritas Dei circumfulsit illos, Spiritusancto adueniente: & timuerunt timore magno, quoniam factus est repente de cœlo sonus aduenientis spiritus uehementis. Et dixit angelus, Nolite timere, quia cõfortati statim fuerunt uirtute ex alto, & euangelizauerunt uniuerso orbi gaudium magnum, qualiter natus est Christus dominus Saluator mundi, qui in Bethleem pane cęlesti reficiet sibi credentes, corpore, s. & sanguine suo: & quòd venerit, salutare dedit signum: inuenietis infantem mansuetũ, pannis carnis humanæ inuolutum, vt possit compati: & positum in præsepio, ut omnibns aditus pateat, cùm ostia regalia obseruata non sint: & multitudo angelorum de noua religione Christiana inchoata incepit laudare Deum, decantando, Gloria in excelsis Deo, non nouam gloriam, sed quia nouiter per totum orbem decantata est per fideles Christi: & in terra pax hominibus Christianis bonæ voluntatis, perseuerandi in fide Christi.

TROPOLOGICE.

Exemplo Christi nati inducuntur homines, ut religionẽ ingrediantur, in qua viuit purius, caditur rarius, surgitur frequentius. Exiit ergo edictum, i. consiliũ, ab altissimo Deo auctore, & augmẽtatore omnium bonorum operum, ut de uniuerso orbe aliqui efficiantur religiosi: quæ descriptio, prima facta est à Christo capite omnium religionum, ut vadant omnes, religiosi effici uolentes, in monasterium, vbi ciuiliter viuitur. Ascendant autem ab illecebris mundi proficientes de virtute in virtutem, deserentes sumptuosas uoluptates, quasi uisco linitas, detinentes, & volubiles, ingredientes

monasteria spũalis refectionis, & maximæ vnionis: & profiteatur cũ Maria. i. obedientia, quæ uelut stella maris ad portum producit, ex ore indiuisibili religiosi, pgnante fructu bonorum operũ: & cùm impleti fuerint dies probationis, pariet filiũ suum primogenitũ, quod est uotũ solenne, & pannis uirtutum inuoluat, & reclinet in præsepio humilitatis: & nec sit ei locus indiuersorio sæculi, quia sicut piscis extra aquã, ita religiosus extra claustrum morit̃: & habebit pastores prælatos custodientes eũ, & alias bonas exhortationes & exempla, ne in nocte peccati ruant, timentes timore magno, ne cogantur rõnem reddere de perditione fratris. Sed ab angelo prælatis deputato timor expellit̃, & ut gaudeant suadetur, quia omni die religiosis nascitur Christus per contemplationem, & signũ sui ducis sequantur, pretiosas euitãdo uestes, & lecti mollitiem in præsepium commutantes, & multitudo angelorũ assistet ipsis in choro canentibus, de eorum salute Gloriam in excelsis Deo decantent, & in monasterio pax sit omnib. habentib. bonam uoluntatem perseuerandi.

ANAGOGICE.

In cõtemplationẽ cælestis gloriæ, in qua omnipotens Deus electos suos describere non desinit, hæc nos natiuitas eleuat, qm̃ exijt edictũ ab altissimo Deo. i. ab eo præordinatũ, vt ex uniuerso orbe aliqui saluent̃; & hæc descriptio prima facta est à Christo, qui natus est tpe, quo mundus describitur, vt electos suos ascriberet in æternitate, & ibunt singuli, quia vnusquisq; s̃m suum laborem mercedem accipiet, vt profiteantur se eius gratia fore saluatos in ciuitatẽ supernam omniũ electorum ascendẽtes per augmentũ uirtutum, & meritorũ: cum Maria. i. anima uxore corporis indiuidua, prægnante, cõceptione bonorum operum, quod postquàm impleti sunt dies. i. stabilita uoluntas bene operandi, parturit corpore id exequente, & in luce producente, & tandẽ ipsa tanquàm primogenita beatificatur, corpore in cinerem redacto, quæ post judicium vniuersale, pannis carnis inuoluet̃, & in præsepio pascuæ dñi reclinabitur, nec locus ei patebit in diuersorio damnatorũ, in quo tot diuertent, ut stultorũ ferè infinitus sit numerus: & pastores apostoli ibi gaudebũt, & præmia suscipiẽt de bona custodia saluatorum. Et angelus Michael ipsos electos introducet in paradisum exultationis, & claritas Dei circumfulget eos, qm̃ fulgebũt iusti, & timor omnis aberit; erit quinimo ibi gaudium magnũ omni populo electorum uidẽtiũ Xp̃m eorum ꝑ salute natum, & passum, regem totius præfatæ gloriæ, qui licèt ex signis natiuitatis pannorum, & præsepij, ac passionum, purus homo putaretur, tamen nunc clarissimè apparet ipsum esse filium Dei, quem adorat multitudo angelorum eidem gloriam canentium una cùm hominib. bonæ uoluntatis, qui iam in sedib. supernis sine fine cùm ipso regnant in pace.

IN AVRORA NATIVITATIS Domini.

Pastores loquebantur ad inuicem. Luc. 2. c.

Historia huius Euangelij facta est die supra in media nocte natiuitatis Domini.

HISTORICE.

Discussio à pastoribus, firmatoq; consensu, ut Bethleem quatenus euangelizata per angelum intuerentur, pergerẽt, celeriter admonentes, semper Virginem, Ioseph, ac infantẽ in præsepio inuenerunt, & quæ audierant uera esse, agnouerunt: uniuersos autem quib. ea enarrabant admiratione replebãt. Ipsi uerò regressi omnipotentẽ Deum ex his omnibus, quæ contigerant, glorificabãt. At uerò infantis genetrix præmissa animo uersans memoriæ commendabat.

Offerunt se dubia vt soluantur.

1 DVBITATVR. Quid mouit pastores, ut irent in Bethleem? Respon. Gregor. dicens, Quæ uisa sunt, & relata stuporem iniecerunt pastorib. & sic ouilia sua omiserunt & profecti sunt nocte Bethleem lucem indagante Saluatoris. Lyr. uero dicit, quòd moti sunt ex deuotione.

2 Dub. Quo pastores poterant uidere uerbum dictum ab angelo? Resp. Beda in Homil. uerè quasi uigilantes non dixerunt, uideamus puerum, sed uerbum quod factum est. i. uerbum quod semper erat, uideamus quomodo pro nobis caro factum est.

3 Dub. Cur dicunt, quod fecit dñs, cùm angelus eis locutus fuerit, & nõ dominus? Rñ. Lyra qd' hoc nõ est de textu, quoniam Græci, & antiqui libri hoc non habent, sed

tantum, quod dominus ostendit nobis, supple, loquendo per Angelum.

4 Dubi. Cur iuerunt festinanter? Respon. Ambro. super Lucam. Quoniam nemo cũ desidia Xpm requirit. Lyra verò dicit, ꝙ festinarunt desiderio videndi Christum: & secundario, vt citius redirent ad gregem, quem sine custodia reliquerant.

5 Dubi. Quomodo ex sola visione cognouerunt quod dictum fuerat eis de puero? Respon. Lyr. quòd ipsi fuerunt illuminati non solùm exterius, sed etiam interius de cognitione uerbi incarnati.

6 Dubi. Qui sunt illi, qui audierunt? Resp. Greg. qui primitus viderant, & perceperãt Angelo nunciante, non solùm Maria, & Ioseph promebat, sed etiam cęteris: & quod est amplius, eorum mentibus infigebant.

7 Dubi. Videtur quòd de aliquo alio mirati sunt, quàm de enarratis à pastoribus: qa dicit. Et de his, quæ dicta &c. Resp. Lyra, ꝙ illa cõiunctio, &, accipitur ibi pro idest, vt sit sensus, quòd mirati sunt, &. i. de his, quæ à pastoribus dicta erant.

8 Dubi. An conferentia qua semper Virgo erat, conferens in corde suo, fuerit alicuius dubitationis in mẽte? Resp. dñs Ioannes de Turrecremata Cardinalis super hoc Euangelio, ꝙ non, sed erat delectabilis, & admirabilis cõtẽplatio: & prudentissima attentio, q̃uo prophetiæ implebantur in puero ñato. Conferebat. n. vt ait Beda in homilia, qđ acta videbantur conformia his, quæ agenda legerat. Videbat namq; se de stirpe Dauid ortã, in Nazareth de spiritu sancto concepisse. Legerat Esa. 11. Exiet uirga de radice Iesse, & Nazareus de radices eius ascendet, & requiescet super eum spũ dñi. legerat ẽt Micheæ 5. c. Et tu Bethleẽ Effrata, nequaquã parua es ex millibus Iuda, ex te .n. egredietur q sit dñator ĩ Israel, & regressus eius ab initio à diebus æternitatis. Videbat se peperisse in Bethleẽ, filium, Legerat Esa. 7. c. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Legerat Esa. 1 c. Cognouit bos possessorem suũ, & asinus præsepe dñi sui: videbat dñm in præsepio, quo bos, & asinus solẽt nutriendi aduenire. Meminerat sibi dictũ ab Angelo Luc. 1. c. Spũs sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quòd nascet̃ ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Legerat modum natiuitatis eius non nisi reuelante Angelo potuisse cognosci. dicẽte Esa. 53. c. Generationem eius qs enarrabit? Legerat Micheę 4. Et tu turris nebulosa filia Syõ ad te veniet: & veniet potestas prima regnũ filiæ Hierusalem. Audiebat angelicas uirtutes, quæ sunt filiæ supernæ ciuitatis apparuisse pastoribus in loco, quia à conuentu pecorum antiquitus Gulgeis vocabatur: & est uno milliari ad oriẽtem Bethleem: ubi etiã nũc tria pastorũ illorũ monumenta in ecclesia monstrantur. Nouerat tũc in carne uidisse dñm, cui vna æterna est cùm patre maiestas, qui regnum daret ecclesiæ filiæ s. cęlesti Hierusalem. Cõferebat ergo semper Virgo hæc, quæ facienda legerat, cùm his, quæ iã facta cognouit: non tñ hoc ore promens, sed clausum seruãs in corde. Hæc autem collatio non solum fuit beatissimæ semper Virgini valde delectabilis, sed etiam toti ecclesiæ summè vtilis, quia ſm quod dicit Hiero. in sermone de assumptione, Post ascensionem filij remãsit ad tempus in terris cùm Apostolis, ut eos plenius instrueret de verbo incarnato, de quo erat plenius docta p Spũm sanctum, & familiarius uiderat, & tractauerat; de quibus Apostolos plenius instruebat de verbo incarnato, quod melius exprimere poterat: qa, secundum ꝙ dicit Herony. qđ melius nouimus, melius proferimus.

9 Dub. Q̃uo intelligitur, sicut dictum est ad illos, cùm non legatur, ꝙ eis dictum fuerit; ut glorificarent, & laudarent Deum? R. Bed. in Homi. glorificãtes & laudãtes Deũ in oĩbus, q̃ audierãt s. ab Angelis, & uiderãt s. in Bethleẽ, sicut dictũ est ad illos. i. in hoc glorificabãt, ꝙ nõ aliud uidẽtes inuenerãt, quã dictũ est ad illos, siue sicut dictum est ad illos, gloriã Deo, laudesq; referunt. Etenim hoc illis facere dictum est ab Angelis, nõ q.dem uerbo imperantibus, sed formam suæ deuotionis offerentibus, cùm Deo in excelsis gloriam resonarent dictum est.

10 Dubi. Quæ differentia est inter glorificare, & laudare? Resp. ſcđm Grãmaticos: glorificare componitur a gloria, & facere: indè glorificare, quasi gloriosum facere: & est gloria frequens fama cùm laude. Laudare uero est aliquem propter uirtutem extollere: & laus ipsa uirtuti innitens.

ALLEGORICE.

Hæc historia pastorum ꝓfigurata fuit in antiquis patribus s. Abrahã, & cęteris prophetis,

phetis, qui in veritate, pp prophetias, videntes appellati sunt: & qui fuerunt pastores, & in spiritu viderunt Deum humanatum. Et hoc modo pastores, s. patres veteris testamenti, loquebant ad inuicé, i. eandem inspirationem habebant a Spiritu sancto, & cupiebant transire vsq; in Bethleem, i. refici visione prophetica de Saluatore venturo, ut viderent hoc verbum. i. filium Dei, qd factũ est caro: qd fecit dñs ex maxima dilectione hominis, & ostendit ipsis sanctis patribus, & venerunt festinantes, cum maximo, s. desiderio expectantes, & clamantes. Festina domine, ne tardaueris: & inuenerunt, quòd ex sẽper Virgine, tanquàm de radice Iesse oriundus erat ex stirpe Dauid, ex qua Ioseph pater putatiuus pcessit, qui maxima paupertate, & humilitate veniens, collocandus erat in præsepio inter bestias. Videntes autem cognouerunt, qm Abrahã vidit, & gauisus est: & sic alij pphetæ, sicut dictũ fuerat ad eos per Spiritũ sanctum. Alij aũt audientes has pphetias mirati sunt, q. Deus tñ se humiliaret. Maria autem, i. sacra scriptura, recondebat omnia verba prophetarum cõferens in corde, sub cortice literæ celata custodiendo, & ipsi sãcti patres ad se ipsos reuertentes glorificabãt, & laudabant Deũ in oĩbus, q audierãt a Spiritu sancto, & uiderãt spiritu pphetico, sicut dictũ est ad illos, tñ. s. cognoscentes, quantum Deus eis reuelabat.

TROPOLOGICE.

Pastores gregũ intellectualium ex historia huius Euangelij: imò, omnes Xpiani instruuntur exemplo istorũ pastorum per nouã cogitationẽ trãsire vsq; in Bethleem, & incarnationem Christi dignis celebrare honoribus: & hoc modo videbũt hoc verbũ quod caro factũ est, quod fecit dñs per potẽtiam suam, vt sine virili semine ex purissimis sanguinibus semper Virginis nascereť, & ostendit nobis viam salutis: ut vadamus festinãtes, nec retro respicientes qm nemo mittens manũ suã ad aratrũ, & respiciẽs retro, aptus est regno Dei: & inueniamus Mariam illuminantẽ, & Ioseph uirtutes augmentantem; & compatiamur puero uagienti in præsepio: & cognoscamus ipsum esse natum pter nos homines, sicut dictũ fuit per pphetas: admirantes de tãta gratia humano generi collata, prout dictũ fuit per pastores patres nostros & prophetas, & conseruemus has dulces cogitationes conferendo mysteria Christi in cordibus nostris, & reuertamur cũ pastoribus, glorificantes & laudantes Deum in oĩbus, quæ audiuimus per prædicatores, & uidimus in sacris mysteriis Missæ, sicut dictum est nobis per psal. Gustate, & uidete, quoniam suauis est dominus.

ANAGOGICE.

Transeamus in Bethleem supernã & reficiamur pane cęlesti, uidentes puerũ olim in præsepio uagientem, sedere à dextris patris in excelsis. Cui assistant pastores ecclesiæ loquentes adinuicem, Deum magnificando cernentes clare hoc uerbum diuinũ indutum carne humana, festinantes ipsum adorare præsentibus semper Virgine, & sanctissimo Ioseph patre putatiuo, & cognoscunt quòd uerus est Deus, sicut dictũ fuit, & prædicatum per eos: & conseruant omnia uerba aliàs dicta de ipsa gloria, conferentes præsentiam eius uincere famam, glorificantesque altissimum cùm angelicis spiritibus, dicẽtes, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus Sabaoth.

IN MAIORI MISSA Natiuitatis Domini.

In principio erat uerbum. Ioan. 1

Nequaquam dubia præterire uolens insoluta, etsi hoc euangelium ob sublimitatem à nullo exponatur ex sensibus.

1 DVBITATVR igit. Cũ Deus non habeat principium, cur dr in pricipio? R. Origenes super euãgelijs, dicẽs Verbum filium intelligas, in principio, id est, in patre dictũ esse. Et Aug. in 6. de Trinitate dicit, in principio, sicut dictum est ac si dicere uelit, ante omnia.

2 Dub. Quid est uerbum? R. secundum Grãmaticos, quòd uerbũ est ęquiuocũ ad quatuor: nam sermo oris dr uerbũ, quia in eius prolatione aer uerberatur. Itẽ, secũda pars orõnis dr uerbum per excellentiã, qa frequentius in eius prolatione aer uerberať, q̃ in prolatione alicuius alterius partis orõnis. Item uerbum capitur pro deceptione: uerbum ẽt dr Dei filius. Et isto ultimo modo accipitur in hoc Euan. Vñ uersus. Hoc

nomen

nomen verbum designat quatuor ista. Deceptio, pars est, & filius, atq; loquela. Sed loquendo secundũ Theologos, verbũ propriè dr̃ id, quod intellectus concipit ex re intellecta : & vox exterior si sit significatiua, dr̃ verbum, inquantum significat mẽtis cõceptum. Vñ vox non significatiua non põt dici verbum. Et tertiò, ipsa imaginatio vocis dr̃ verbũ, ut vult S. Tho. 1. par. q. 34. arti. 1. subinferens, q̃ verbum interius cõceptum, ꝑ modũ egredientis se hẽt, qđ testat̃ uerbũ exterius uocale, qđ est eius signũ: & ita cõceptio rei ĩ aĩa est verbũ ĩterius. Prolatio ãt illius cõceptionis ꝑ vocẽ, est uerbũ exteri⁹.

3 Dubi. Cur euangelista nõ fecit mẽtionẽ de patre, eum nominando, sicut fecit de verbo? ℞. Chrys. super Ioannem, dicens, q̃ pater manifestus omnibus erat, & si non ut pater, tñ ut Deus. Vnigenitus autem ignorabatur: ideò, decenter eam, quæ de isto est cognitionẽ, confestim in initio studuit imponere his, qui nesciebant eum.

4 Dub. In quibus naturis inuenit̃ uerbũ? ℞. S. Tho. in lib de dr̃ia uerbi diuini & humani; quòd uerbum, solùm ponitur in natura intellectuali: & cùm non sint nisi tres naturæ intellectuales, s. humana, angelica, & diuina, ideo, solum in istis tribus naturis ponitur uerbum : & sic ẽt triplex uerbum, s. humanum. Ps. 13. & 15. Dixit insipiens in corde suo : non est Deus: angelicũ, Zach. 1. Dixit ad mẽ angelus dñi, qui loquebatur in me. & infra : & r̃ndit Dominus angelo qui loquebatur in me uerba bona. Et est uerbũ diuinum Gene 1. Dixit Deus, fiat lux, & facta est lux. Et istud ultimum est uerbum, de quo fit mentio in euangelio: quia istud uerbum est filius Dei.

5 Dub. Quæ dr̃ia est inter uerbum diuinũ, & humanũ? ℞. S. Tho. in libro immediate su prascripto, quòd est triplex dr̃ia. Prima est secundum Aug. quia uerbum nostrũ prius est formabile, quàm formatum, quia cũ intellectus noster vult intelligere, & formare uerbũ, oportet, q̃ ratiocinãdo illud faciat, & ad ipsum uerbum ratiocinãdo ꝑueniat: quod fit cùm discursu rationis, & sic prius est in potentia, quam in actu: sed uerbũ diuinum semꝑ est in actu, & uerbum humanum ꝑ cogitationem formatur : sed verbo diuino, ut dicit Aug. de Trinita. proprie non conuenit cogitatio. Secunda dr̃ia est, quia uerbum nostrum est imperfectum, quia nõ possumus oĩa, quę sunt in anima nostra, vno uerbo exprimere, sed oportet, q̃ multis uerbis ea exprimamus: sed Deus unico actu, & se oĩa intelligit, & ita unitum uerbum diuinum est expressiuum totius, q̃ in Deo est. Tertia dr̃ia est, quia uerbum nostrum non est eiusdem naturæ cùm nobis, sed est accidens: Verbum autem diuinum est eiusdem naturæ cùm Deo, qm̃ in Deo est idem esse, & intelligere, non autem in nobis.

6 Dub. Quia non ur̃, q̃ in principio fuerit uerbũ, i. filius Dei, qm̃ sicut uidemus in aĩalibus, puta, in homine, pater qui generat filium extat ante filiũ, si ergo pater in diuinis generat filium, pater erat anteq̃ filius ei nasceretur? ℞. S. Aug. de uerbis Dñi, q̃ ista exempla sunt de creaturis, in quibus cũ nihil sit æternum, non possumus exempla dare qđ sint coęterna: sed si dabimus exemplũ in creaturis, q̃ aliqua sint coæua, i. eiusdem temporis, & durationis, & q̃ uno existente, semꝑ aliud sit, poterimus credere patri coęternum filium. Nam ignis generat splendorem. Dicamus ergo, q̃ splendor sit filius ignis: tùnc qñ dabis mihi ignem sine splendore, dabo tibi patrem sine filio: similiter si aliquod uirgultum natũ fuerit, semper nonne cùm imagine sua nascitur: si ergo semꝑ esset uirgultum, semꝑ esset imago de uirgulto. Quod aũt de alio est, utiq; natum est: poteit ergo semꝑ esse generans, & semper cùm illo, quod de eo natum est.

7 Dub. Quia ex hoc uideretur, qđ filius nõ esset eiusdem perfectionis cum patre, sicut nec splẽdor cũ igne, nec imago cũ uirgulto? ℞. Aug. ubi immediatè supra, dicens. Fortassis aũt inuenimus in creaturis, qũo intelligimus filium esse coæternum patri, & nequaquàm minorem, sed illud non possumus inuenire in uno genere similitudinũ. Iungamus ambo genera, unum, unde ipsi dãt similitudines, & alterum, undè nos dedimus. Dederunt enim illi similitudines ex his, quæ præcedunt tempore, ea à quibus nascuntur, sicut homo de homine: sed tñ homo, & hõ eiusdẽ sunt substantiæ. Laudamus ergo in ista natiuitate æqualitatẽ naturæ. Deest æqualitas tẽporis in illo etiam genere similitudinũ qđ nos dedimus de splẽdore ignis, & de imagine uirgulti æqualitatem naturæ non inuenies: inuenies coæuitatẽ: totum ergo ibi qđ hic, & in partibus singulis, & rebus singulis inuenitur, & non

hoc solum, quod in creaturis totum inuenio ibi, sed tanquam in creatore.

8 Dub. Quia vr quòd uerbum nō pcesserit creaturas: & sic non fuerit simpliciter æternum. Et qm̄ quemadmodum hic dr. In principio erat uerbum, Ita & Genes. 1.c. dr. In principio creauit Deus cœlum & terram: ergo tàm uerbum, quàm creaturæ fuerant ab æterno, uel in principio: & ita uerbum non præcessit creaturas? Resp. Chys. super Ioan. quod uerbum fuit ab æterno increatum, & coęternum patri: & licet ī principio dicat Deus cœlum, & terrā creasse: & hic dicatur. In principio erat uerbum. Tamen magna dfia est inter erat, & fecit, seu creauit: sicut enim est, cum de homine dr, significat tēpus præsens tm̄: cùm uerò de Deo dr, significat id, quod est semper, & æternaliter: ita, & erat, cum dr de nostra natura, significat tempus præteritum, cum autem de Deo dr, æternitatem ostendit. Nota, qđ nō dicit in principio creauit, seu fecit verbum, sicut dicit de cœlo, & terra, sed dicit, erat uerbum.

9 Dub. Quia vr, quòd uerbū nō sit Deus, qa dicit quod erat apud Deum? ℞. Basilius in Homil. quòd non intelligit apud Deum, quo ad locum, cùm incircumscriptibilia in loco non ponantur, sed secundum Theod. & Chrys. super Ioannem, hoc dr, ad denotādū, quòd esset genitus a patre: & quod alia est persona verbi, & alia patris: quia si erat apud Deum .i. patrem, iam non erat pater, contra Sabellium, qui dicebat eundem esse patrem, & filium, & Spiritum sanctum.

10 Dub. Quia dicit, & Deus erat verbū: ergo pater, vel Spiritussanctus, qui est Deus, erat verbū? ℞ Lyra, quòd hoc dr ad denotādum, quòd licèt verbum sit apud Deū, vt dictum est: non tm̄ est aliquid extraneæ naturæ à patre, sicut est uerbum nostrum: sed est omnino eiusdem naturæ diuinæ cùm patre, & ita hoc nomē Deus intelligit a parte prædicati: seu est appositum, ut sit sensus: & verbum erat Deus.

11 Dub. An qlibet persona cōcipiat vnum uerbum in diuinis? Res. S. Tho. 1. par. q. 27. art. 5. quòd cū Deus, vno simplici actu oīa intelligat, & similiter oīa velit, in eo nō potest esse processio uerbi ex uerbo, neq; amoris ex amore: sed est in eo unū solū uerbum perfectum, & unus amor perfectus: & ī hoc eius perfecta fęcunditas manifestatur.

12 Dub. Cur additur hoc. In principio apud Deum? ℞. Hylarius, quòd qa dixerat quòd uerbum erat Deus. Ne qs hoc existimaret esse cōtra prophetas. q tantū unum Deum pdicauerunt: Euāgelista refert ad unum oīa sine contumelia, sine abolitione, sine tēpore, dicēs: Hoc erat in principio apud Deum, idest apud unum ingenitum Deum, ex quo ipse unigenitus Deus prædicat esse: vel s̄m Theophilum, hoc dicit, ne suspitio diabolica aliquos conturbaret, ne forte cum uerbum Deus sit, insurrexit cōtra patrē, ut aliqui fabulantur Gentium, & superatus à patre, fuerit ipsi patri contrarius. Ideo dicit: hoc erat in principio apud Deū, quasi dicat, hoc Dei uerbū nūq̄ à Deo extitit separatū.

13 Dub. Cur euangelista non addidit Dei. dicendo. In principio erat uerbum Dei &c. ℞. Origenes super euāgelijs, quòd ideo nō addidit, eo quia cum unica sit ueritas, & unica sapientia per ueritatē demonstratā, erit ēt unicum uerbum, quòd & ueritatem annunciat, & sapientiā expādit, q̄ est sapientia patris, & ueritas, & uerbum. & sic dicendo uerbum solū, intelligitur quod sit Dei.

14 Dub. An demonstrando Xp̄m, possimus ueraciter dicere: iste homo fuit ī principio apud Deum? R̄nd. S. Tho super epistola ad Ro. 1. quod ista ppositio est uera, iste homo sēper fuit, qm̄ homo supponit suppositum æternum, unde ad Hebræos ultimo c. dicitur Iesus Xp̄s heri, & hodie, ipse, & in sęcula. Non esset tm̄ uera ista propositio cum reduplicatione dicendo, iste homo, inquātum homo, fuit ab initio, uel semper qa non secundum quòd homo semper fuit, sed secundum quòd filius Dei.

15 Dub. Cur potius dicit, oīa per ipsum facta sunt, q̄ ex ipso? uel in ipso? Res. S. Th. 1. par. q. 26. ar. 8. quòd intellectus noster, q ex creaturis in cognitionē creatoris manuducitur, oportet quod unum Deum cōsideret s̄m modum, quē ex creaturis assumit. Quadrupliciter autem a nobis consideratur creatura, & in eius consideratione quatuor nobis occurrūt: primò, cōsideratur inquātum est res quædā. Scđo, inquātum est una. Tertio, secundum q̄ inest ei vis ad operādum, & causandum. Quarto, s̄m quòd habet habitudinē ad causata, q̄ quadruplex cōsideratio ēt nobis circa Deum occurrit. Secūdum igitur primā cōsiderationē, qua Deus cōsideratur absolutè scđm suum esse, secundum

Hyla-

Hylarium, ęternitas appropriatur patri, species filio, usus spirituisancto, quoniam æternitas inquãtum significat esse non principiatum, habet similitudinem cum proprio patris, qui est principiũ, non de principio, species siue pulchritudo, habet similitudinem cùm proprijs filij, quia ad pulchritudinẽ tria requiruntur. Primò, integritas, quia quæ sunt diminuta, turpia sunt. Secundò, debita proportio, siue consonantia. Tertiò, claritas, vnde, quæ habent colorem nitidum, pulchra esse dicuntur: & quantum ad primum habet similitudinem cùm proprio filij, inquantum habet in se perfectè, & uerè naturam patris, & quantum ad secundum inquãtum est imago expressa patris, vnde uidemus, quod aliqua imago dicitur esse pulchra si perfectè reprę sentat rem, quamuis turpem. Et etiam inquantum ad tertium, inquantum filius est verbum, quod quidem lux est, & splendor intellectus. Vsus autem habet similitudinẽ cùm proprijs spiritussancti, largo modo accipiendo vsum, secundum quòd vti cõprehendit sub se etiam frui, prout uti est assumere aliquid in facultatem uoluntatis, & frui est cum gaudio uti. Vsus ergo, quo pater, & filius se inuicem fruuntur, conuenit cum proprio spiritussancti, inquantum est amor. Vsus verò, quo nos fruimur, similitudinẽ hẽt cùm proprio spiritussancti inquantum est donum. Secundum autem secundã considerationem Dei, inquantum consideratur vt vnus, secundum Augustinum de doctrina Christiana, appropriatur patri vnitas, filio æqualitas, spirituisancto concordia, siue connexio. Et ita tria vnitatem important, ut manifestum est, sed differunt, nam vnitas dr absolutè, non præsupponens aliquid aliud, & ideò, patri appropriatur, qui non præsupponit aliquam personam, cum sit principium non de principio; æqualitas autem importat unitatem in respectu ad alterum: nam æquale est, quòd habet vnã quãtitatem cùm alio, & ideò, appropriatur filio, qui est principium de principio; connexio autem importat unitatem aliquorum duorum, vndè appropriatur spirituisancto, inquãtum est à duobus: & hoc est, qđ dicit Augu. tria esse, vnum pp patrem, æqualia ppter filiũ, & connexa propter Spiritũsanctum. Manifestũ est enim, quòd illi attribuitur vnumquodq; in quo inuenitur primo, sicut omnia inferiora dñr viuere pp animã vegetatiuam, inquantum primo inuenitur ratio uitæ in istis inferioribus. Vnitas autẽ statim inuenitur in persona patris, etiam per impossibile, remotis alijs personis, & ideò, aliæ personæ à patre habẽt vnitatem, sed remotis alijs personis non inuenitur æqualitas in patre, sed statim, posito filio, inuenitur æqualitas: & ideò, dicuntur omnia æqualia propter filium, non quòd filius sit principium æqualitatis patri, sed quia nisi esset patri æqualis filius, pater æqualis non posset dici: æqualitas enim eius primò considerãtur ad filium, hoc enim ipsum quod spiritussanctus patri æqualis est, à filio habet. Similiter, excluso spiritusancto, qui est duorum nexus, non posset intelligi duorũ vnitas connexionis inter patrem & filium, & ideò, dicuntur omnia esse connexa propter Spiritumsanctum, quia posito spiritusancto, inuenitur ratio connexionis in diuinis personis: unde pater, & filius possunt dici connexi, Secundũ uerò tertiam considerationem, qua in Deo sufficiens uirtus consideratur ad causandum, sumitur tertia appropriatio secundum eundem August. scilicet potentiæ, sapientiæ, & bonitatis, & ista appropriatio fit secundum rationem similitudinis, si consideretur, quòd in diuinis personis est potentia, sapientia, & bonitas. Nam, potentia habet rationem principij, unde habet similitudinem cùm patre cœlesti, qui est principium totius diuinitatis, sed deficit interdum patri terreno propter senectutem. Sapientia habet similitudinem cùm filio cœlesti inquantum est uerbum, quod nihil aliud est, quàm conceptus sapientiæ. Deficit autem interdum in filio terreno propter temporis paucitatem: Bonitas autem cùm sit ratio, & obiectum amoris, habet similitudinem cùm Spiritusancto, qui est amor, sed repugnantiam vr habere ad spiritum terrenum, secundum quòd importat uiolentiam quandam, & impulsionem, prout dicitur Es. 26. Spiritus robustorum, quasi turbo impellens parietem. Secundum autem quartam considerationem: prout Deus consideratur in habitudine ad suos effectus, sumitur illa appropriatio, secundum August. in libro de Trin. ex quo, per quẽ, & in quo. Hæc enim præpositio, ex, importat habitudinẽ quandam causę materialis, quæ non habet locũ in diuinis, sicut uerbi gratia dicimus, quod ex

farina

farina fit panis, ex lapidibus, & cemento fit domus, & ex ære fit statua. Aliqñ vero im portat habitudinem causæ efficientis, quæ quidem competit Deo, rône suæ potentiæ actiuæ, vñ appropriatur patri, sicut & potẽtia. Hæc vero præpositio, per, designat quidẽ qñque causam mediam, sicut dicimus, q faber operatur p martellũ: & sic hæc pręositio, q, qñq; non est appropriata, sed ꝓprium filij, sicut hic, cũ dr̃ oĩa per ipsum facta sunt, non qa filius sit instrumentum, sed qa ipse est principium de principio: Qñq; vero, hæc ꝑpositio, p, designat habitudinem formæ, p quã agẽs operatur, sicut dicimus, q artifex operatur p artẽ. Vnde sicut sapiẽtia, & ars appropriat̃ filio, ita, & per quem. Hæc aũt ꝑpositio, in, denotat ꝓpriè habitudinem continentis. Continet aũt Deus res dupliciter: uno modo secundũ suas similitudines, prout s. res dicuntur esse in Deo inquãtũ sunt in eius scientia, & sic hoc quòd dico in ipso esset appropriatũ filio. Alio vero modo, continent̃ res in Deo inquãtũ eas Deus sua bonitate cõseruat, & gubernat, ad finẽ cõuenientem adducẽdo, & sic in quo, appropriatur Spiritui sancto, sicut, & bonitas: Et sic ex præmissis, q̃ videbant̃ hic inter seri pp istã apꝓpriationẽ, ex quo, per quẽ, & in quo: patet, cur potius euãgelista dixit oĩa per ipsum facta sunt s. p filiũ, cui appropriatur per quem, quàm ex ipso, & in ipso.

16 Dub. Vr̃, quòd nõ oĩa per verbum facta sunt, qa Sapientiæ. j. dr̃, Deus mortem nõ fecit? ℞. S. Thom. 1. par. q. 28. ar. 2. qd̃ cùm in Deo nullus sit defectus, sed summa perfectio, Deus non fecit aliquod malũ, qđ consistat ĩ defectu actionis, seu ex defectu ipsius agentis. Et ita Deus nõ est auctor mali, qd̃ est culpa, sed pęnæ: Deus cũ intendat maximè formam in rebus creatis & principanẽ uniuersi requiratur, & cũ ad ordina inferatur, ut peccatoribus pœna. Deus est auctor mali, quod est pœna, & isto modo Deus mortẽ fecit: & ad illud quòd obijcit̃, q̃ Deus mortẽ nõ fecit, intelligitur, quòd eã non fecit, quasi per se intentam, sed ad punitionem malorum.

17 Dub. Quia mors animalium non est inflicta pp peccatũ, & tñ causatur à Deo: ergo Deus mortẽ fecit, etiã absq; punitione malorũ? ℞. S. Tho. ubi immediatè supra. q qñ aliquod agẽs sua uirtute ꝓducit aliquã formã, ad cuius ꝓductionẽ sequit̃ corruptio, & defectus, tale agẽs, sua uirtute, causat illã corruptionẽ & defectũ: & cũ ordo uniuersi & bonũ q Deus pricipaliter ĩtẽdit, q ordo reqrit vt qdã deficere possint, & interdũ deficiãt: ita Deus causando ĩ rebus bonũ ordinis uniuersi, ex cõsequẽti, & quasi pcedẽs, creat mortẽ, & corruptiones rerũ secũdũ illud 1. Reg. 2. Dñs mortificat, & viuificat.

18 Dub. Videlicet, q dicit euãgelista, quasi superfluè, & sine ipso factum est nihil, quia includitur in illa parte, oĩa p ipsũ facta sunt. ℞. Chrys. super Ioan. quod additũ fuit, ne fortè aliquis æstimaret, quòd solũ ea, quę à Moyse facta fuisse dñr, per ipsum facta fuisse: ideò addidit, & nihil, siue inuisibile, siue visibile factum est, quod per ipsum factum non fuerit: vel dicendum secundum Augu. super Ioan. Peccatum per uerbum factum non est, manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil fiunt homines cum peccant, quod quidem intelligendum est, secundum S. Tho. 1. par. q. 49. ar. 2. qd̃ in peccato sunt duo, s. entitas aliqua, puta, motus, defectus, s. inordinatio: & quantum ad id, quod est entitatis, & pfectionis, Deus est causa rei, quæ est in peccato; nõ aũt q̃tũ ad id, quòd habet de defectu, sicut quicquid est motus ĩ claudicatione causat̃ a virtute motiua, sed q est obliquitatis in ea, non est ex virtute motiua, sed ex curuitate cruris. Vnde Deus nullo modo est causa peccati, ut peccatũ est.

19 Dub. Quia vr̃, quòd nõ quicquid factum est, sit in uerbo uita, qa inanimata sũt facta, & tñ non habent vitam, quia non habent animam, sicut terra, aqua, lapides, & hmôi. ℞. S. Tho. 1. par. q. 18. ar. 4. quòd cùm viuere Dei sit eius intelligere, & in Deo sit idem intellectus, & quòd intelligitur, & ẽt ipsum intelligere eius; cõsequenter, quicquid est in Deo, vt intellectum ab eo, est ipsum viuere Dei, vel vita eius; sed cum oĩa, quæ facta sunt à Deo in ipso, vt intellecta sũt sequit̃ q oĩa in ipso sint ipsa uita diuina; & licet terra, aqua, lapis, & hmôi, in seipsis uitã nõ habeãt, cùm sint materialia, & sine anima, tñ in mente diuina sunt uita, quia in mente diuina habẽt esse immateriale & diuinum, cùm quicquid est in Deo, sit ipse Deus.

20 Dubi. Quia si res inanimatæ habeãt uitã in Deo, vr̃ quòd uerius sint in Deo, q̃ in seipsis? Resp. S. Tho. ubi supra, quòd si de ratione rerum naturalium non esset materia, sed tantum forma, oibus modis ueriori modo essent

do essent res naturales in mente diuina per suas ideas, seu similitudines, à seipsis. sed qa de rõne rerũ naturalium est materia, dicẽdũ, qđ res naturales verius esse habent simpliciter in mente diuina, q̃ in seipsis: quia in mente diuina habent esse increatũ, sed esse hoc, ut, s. homo, vel equus uerius habẽt esse in propria natura quàm in mente diuina, quia ad veritatẽ hominis pertinet esse materiale, quòd nõ habent in mẽte diuina, sicut domus nobilius habet esse in mente artificis, q̃ in materia: sed tñ verius dicitur domus, q̃ est in materia, q̃ q̃ est in mente, quia hæc est domus in actus, illa autẽ quæ est in mente artificis, est solum in potentia.

21 Dubi. Qũo vita sit lux hominum? Resp. S. Tho. 4. cõtra Gẽtiles, c. 13. quòd sicut operans per intellectum, & per rationem, quã apud se habet, res in esse ꝓducit, ita etiam, qui alium docet per rõnem, quàm apud se habet, scientiam causat in illo, cum scientia discipuli sit deducta à sciẽtia doctoris, sicut imago quædã ipsius. Deus aũt nõ solum est causa per intellectũ suũ, omniũ quæ naturaliter subsistunt, sed etiã omnis intellectualis cogitatio ab intellectu diuino deriuatur. Oportet igiť, quòd per verbũ Dei quod est ratio intellectus diuini, causetur omnis intellectualis cognitio: ideò, uita erat lux hominum, qa s. ipsum verbum, quod vita est, & in quo oĩa vita sunt, manifestat vt lux quædam, mentibus hominum veritatem.

22 Dubi. An sit lux brutorum animalium, sicut hominum? Res. Aug. super Ioan. dicens. Ex ipsa. n. vita illuminãtur homines, pecora non illuminantur, quia non habent rationabiles mentes, quæ possint videre sapientiam: homo autem factus ad imaginem Dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam: ergo illa vita, per quam facta sunt omnia, lux est, & non quorumcunque animalium, sed hominum.

23 Dubi. An omnium hominum sit lux? R. Theophi. sup Ioannẽ, qđ sic, qm̃ omnes homines inquãtum intellectum, & rationẽ recipimus ab eo, qui nos cõdidit, verbo, intantum ab eo illuminari dicimur. Nã ratio nobis tradita, per quã rationales dicimur, lux ẽst, ad opera nos dirigens, & non operanda.

24 Dubi. An etiam sit lux Angelorũ, qa hic solum dicit hominum? R. Orige. in Hom. dicens, nõ quicquid dicitur aliquorum, illorum solum est: Scriptũ est. o. de Deo, quod sit Deus Abraham, Isaac, & Iacob: non tñ istorum tãtum patrum dictus est Deus: nõ ergo ex hoc quod dř lux hominum, excluditur quin sit aliorum, qm̃ cùm dicit faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, quicquid ad imaginem, uel similitudinẽ Dei factum est, intelligi debet per hoĩem: sic igitur lux hominum, lux cuiuslibet rationalis creaturæ est. Chrysost. super Ioannem dicit, Ideo autẽ nõ adiecit angelorũ, qm̃ ei de natura humana sermo est, quibus uerbũ uenit euangelizãs bona.

25 Dubit. Cur non ꝑmittit lucem, dicendo, & lux erat uita hominum? Res. Orig in Homil. dicens, ꝙ ideo non dicit, quia illuminatio præsupponit uitam, & non econtra: cùm multa habeant uitam, quæ non illuminantur, cum non habeant intellectum; ut dictum fuit dub. 22. nihil aũt põt illuminari per intellectum, quin habeant uitam.

26 Dubi. Quid sunt tenebræ? Res. ẜm grammaticos, qd tenebræ dñr à teneo, & umbra, quasi tenentes umbrã, & est etymologia uocabuli & sunt tenebræ, & obscuritates. Et S. Tho. in potentia Dei, q. 3. ar. 6. dicit, ꝙ tenebræ, de quibus dř in principio Gen. Et tenebræ erant super faciem abyssi, non fuerunt aliqua creatura, uel creaturę, sed sola carentia lucis in aere, qui quidem aer, qui est corpus dyaphanum, est subiectum lucis quando illuminatur, & tenebrarum quãdo caret luce. Et quoniam intellectus, qui est subiectum scientiæ, & per eam illuminať; si est sine scientia, remanet sine luce, & dř obtenebratus, & ita transumptiuè ignorantia, quæ est carentia scientię, dř tenebra. Et omnis, qui non habet ueritatem, est in tenebris falsitatis. Et idem S. Tho. super Es. 13. dicit, quòd tenebræ sunt triplices, s. ignorãtiæ, culpæ, & ęternæ damnationis, quoniam culpa contrariatur gratiæ, quæ est lux animæ: & æterna damnatio cõtrariatur glorię & luci ineffabili sanctorum.

27 Dub. De quibus tenebris intelligit hic euangelista? Res. S. Tho. 4. contra Gen. c. 13. qđ intelligit de tenebris ignorantiæ, & culpæ, ut dictum est dub. 21. Cũ uerbum, quod est uita, manifestet hominibus ueritatem.

28 Dubit. Qũo lux tenebris locat, quia ubi est lux, non sunt tenebræ? Rñd. Chry. super Ioannẽ quòd lux sensibilis non in tenebris lucet, sed sine illis. Prædicatio autem Christi in medio erroris regnantis fulsit. Et Augustinus

gustinus super Ioãnem dicit. Q̃uo.n.homo positus in sole cęcus, præsens est illi soli, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus cæcus est: & præsens est illi sapientia, sed cũ cœco præsens est, oculis eius absens est, non quia illi absens est, sed quia ipse absens est ab illa. Et sicut dicit S. Thomas vbi supra, lux verbi lucet in peccatoribus obtenebratis, qui licèt habeant lucem præsentem: tamen nolentes conuerti ad lucem, lux in tenebris lucet.

29 Dub. Quomodo tenebræ, idest peccatores, non compræhenderunt lucem? Respõ. S. Tho. vbi supra, qđ hoc nõ est ex defectu verbi, quòd non omnes homines ad veritatis cognitionem perueniunt, sed aliqui tenebrosi existunt. Prouenit autem hoc ex defectu hominum, qui ad verbum non conuertuntur: nec enim plene capere possunt. Vnde adhuc in hominibus tenebræ remanent, vel maiores, vel minores, secundum qđ magis, & minus cõuertuntur ad uerbũ, & capiunt ipsum: vnde Ioannes, vt omnem defectum à manifesta verbi uirtute excludat, cum dixisset, quòd uita est lux hominum, subiungit, quòd in teneribus lucet, & tenebræ eã non comprehenderunt. Non enim tenebræ sunt ex hoc, quòd verbum luceat, sed ex hoc, quòd aliqui lucem verbi non capiunt, prout luce corporei solis per orbem diffusa, tenebræ sunt ei, qui oculos, vel clausos, vel debiles habet.

30 Dubi. Quid sit lux, & quæ dfia est inter lucem, lumen, splendorem, & radium? Resp. S. Tho. in 2. de aïa, lect. 14. q̧ lux est qualitas primi corporis alterantis participatio, vel effectus lucis in dyaphano vocatur lumen, & si sit f̃m rectam lineam ad corpus lucidum, vocatur radius: si autem causetur ex reuerberatione medij ad corpus lucens vocatur splendor. Lumen autem est cõe ad omnem effectum in dyaphano.

31 Dub. Cur vocat Ioannem hoïem, quia Malachiæ 3.c. dr̃ de Ioanne. Ecce ego mittam angelum meum? Res. Lyra qđ Ioannes fuit homo conditione naturali, & fuit Angelus ab officio, & puritate virginali.

32 Dub. Cur dicit, fuit homo, quia sufficiebat dicere, fuit Ioannes missus à Deo? Res. Lyra, quòd dicit hõ, quasi diceret, Ioannes est homo, idest viuit vita hominis secundum dict imen rectæ rationis.

33 Dubit. Cur præcursor Saluatoris potius fuit homo, q̃ Angelus? R. Ly. quod q̃a aduẽtus Saluatoris hoïbus cõïter debebat annũciari, conuenientius fuit, quod homo annunciaret, quia homines, cõïter loquendo, magis sunt apti recipere doctrinam hominis, quàm Angeli, & pp similitudinem naturæ, & propter consuetudinem locutionis, & vitæ, quæ requiritur inter discipulum, & doctoré. Licèt qñque aliquibus excellentibus viris Angelus excellentia nunciauerit, sed cum Xp̃i aduentus nedum excellentibus, sed cõïter omnibus debebat nunciari, ideo conuenientius fuit hoïem esse præcursoré Saluatoris, q̃ Angelũ, & vt Chry. dicit, præconé misit hominem, vt cognatam audientes uocem facilius aduenirent.

34 Dub. Q̃uo tépore Ioannes fuit missus à Deo? R. quod fuit missus anno 15. Tiberij Cęsaris qñ factum est uerbum Domini super eum in deserto, ut habetur Luc. 3.

35 Dub. Ad quid fuit missus Ioannes? Rñd. Euangelista, quòd fuit missus ad perhibẽdũ testimonium de Christo, ut per Ioannem omnes in Christum crederent.

36 Dub. Quia, cùm dicatur Ioan. 5. c. Ego testimonium ab hoïe non accipio, uidetur quòd Ioannes nõ fuit missus ad perhibẽdũ testimoniũ? Rñ. Origenes in Homil. quòd cum sint multæ causæ inducentes ad credẽdum, plerumq; quidem ex una non credũt: ex alia uero credunt, & causam habent ut credant. Et licet uirtutes prodigiosæ, quas fecit Christus, possent prouocare ad credendum eos, qui tempore Christi erant, nõ tamen eos, qui post longa tempora fuerunt, quoniam à multis fabulosa quædam existimata fuerunt, & ideò, prophetia cùm uirtutibus plus facit ad credulitatem, quàm uirtutes solũ. Et ideò, tàm Ioannes, quàm alij prophetæ testimonium perhibuerunt de Christo, ut magis homines crederent Christo. Nec accepit testimonium ab homine, ut ipse indigeret propter se, sed accepit propter nos homines, pro quorum salute etiã mori uoluit.

37 Dub. Quale testimonium perhibuit Io. de Xp̃o? R. quòd ut ex euangelijs habeẽ, testimonium perhibuit de Christo prædicando, & dicẽdo, Qui post me uẽturus est, &c. Vt clare hr̃ Ioan 5. Similiter baptizando, & dicẽdo, quòd uiderat columbã descendẽtẽ super eum in baptismo, & quòd, qui miserat eum baptizare, eidem hoc signum

dederat

dederat, quòd Christus baptizaret in Spiritusancto. Item, ipse Ioannes dixit: & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei, vt Ioannis 1.c. habetur.

38 Dubit. Cur potius dixit, vt crederent per illum, quàm in illum? Rñ. Beda in Homil. ideò non dixit, quia maledictus homo, qui confidit in homine: sed vt omnes crederent per illum, idest per illius testimonium crederent in lucem, quæ est Christus Iesus.

39 Dub. Videtur, ꝙ vanum fuerit testimonium Ioannis quo ad multos, qui noluerũt in Christum credere? Respon. Chrysost. super Io. quòd si aliqui non crediderunt, excusabilis permanet ipse Ioannes. Nam si aliquis includens se in domo caliginis, & ipsum Solis radius non illustret, ipse causam tribuat, & non Sol, sic Ioannes vt omnes crederent missus fuit: sed si minimè consecuti sunt, ipse huius rei causa non extitit.

40 Dub. Quia Esa. 4. cap. de Ioanne dicitur. Dedi te in lucem gentium. & Matt. 5. c. Dominus discipulis dicit, Vos estis lux mundi. Ergo videtur, quòd Ioãnes sit lux. Et Euangelista dicit, ꝙ non erat lux? Respon. Theo. super Ioannem, quòd lux est duplex, scilicet lux per essentiam, & lux per participationem. Christus est lux per essentiam, sed S. Ioannes, & alij Sancti sunt lux per participationem, & ideò Ioannes non erat lux essentialis, sed benè erat lux, vt dicunt Esa. & Matth. participatiuè.

41 Dubit. Cùm semel dixerit, vt testimoniũ perhiberet de lumine: cur idẽ nũc replicat? Resp. Chrysost. super Ioan. ꝙ ideò replicauit, quia cũ apud nos maior sit, qui testatur, eo cui testimoniũ perhibet, & dignior fide esse vr̃, ne quis hoc de Ioanne suspicetur, hanc suspicionem destruit dicens: Non erat lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Si autem non pp hoc resumpsit, superfluum esset quod dicitur, & magis iteratio sermonis, quàm explanatio doctrinæ.

42 Dub. Quia vr̃ ꝙ testimoniũ Ioannis non sit validum, quia testimonium vnius non valet, cùm Matth. 8 c. dicatur, ꝙ in ore duorũ, vel trium stat omne verbum? Respon. quòd Ioannes non erat solus, quoniam Deus, qui mittebat eum, etiam testimoniũ perhibuit, vt habetur Ioannis 5. vbi Christus dixit, Ego habeo testimonium maius Ioanne, s. testimonium patris, & etiam opera, quæ faciebat, testimonium perhibebant de eo.

43 Dub. Quia vr̃ ꝙ Christus non sit lux vera, quia in spiritualibus, vt dicunt Dionys. & Ambr. non inuenitur lux propriè, sed solùm metaphoricè? Resp. S. Tho. super tertio sent. dist. 14. art. 2. ꝙ cùm lux sit qualitas per se visibilis, & species quædam determinata in sensibilibus, non potest in spiritualib. inueniri, nisi æquiuocè, vel metaphoricè: quoniam nullum per se sensibile conuenit spiritualibus, sed corporalia transferuntur in spiritualia per quandam similitudinem, quę est similitudo proportionabilitatis: & ita in proposito, in spiritualibus dicitur lux, quòd ita se habet ad manifestationem intellectiuam, sicut se habet lux corporalis ad manifestationem sensitiuam: sed manifestatio verius est in spiritualibus, & ita exponitur id, quod dicit August. 4. super Genes. vbi dicit: non Christus sic dicitur lux, quomodo dicitur lapis, sed illud propriè, hoc autem figuratiuè: hoc est, s. quantum ad rationem manifestationis, prout etiam dicitur in 1. Canonica Ioan. quòd omne, quod manifestatur, lumen est; per quem modum etiam dicitur, quòd omne quod manifestum est, clarum dicitur, & occultum obscurum. Deus igitur est lux vera, quantum ad veritatem eius, à quo sumitur similitudo, & non quantum ad veram naturam lucis, per quem etiam modum Ioan. 15. dicitur, vitis vera.

44 Dub. Cur additur lux vera, cũ sufficeret dicere, erat lux quę illuminat? Rñ. Aug. per Ioannẽ, ꝙ ideò, quia & homo illuminatus dr̃ lux, sed vera lux est illa, quæ illuminat.

45 Dub. Quia non vr̃, ꝙ illuminet omnem hominem, quia non Ioannem, qui testimonium perhibuit? Respon. August. vbi supra, ꝙ etiam Ioannes per ipsum fuit illuminatus, & dat exemplum dicẽs: quomodo enim plerumque fit in aliquo corpore radiato, vt cognoscatur ortus esse Sol, quem oculis videre non possumus, sicut, verbi gratia, in montibus altis illuminatis in ortu Solis, per quos cognoscimus Solem ortum esse, quamuis ipsum oculis nostris videre non possimus: & etiam si qui habent oculos lippos non sunt idonei videre Solem, quamuis possint videre vbi Sol resplendet: sic si omnes, ad quos venerat Christus minus erant idonei eum videre, radiauit Ioannem, & per illum confitentem se illuminatum, cognitus est ille, qui illuminat.

46 Dub. Si vult illuminare omnẽ hominem,

quomodo tot homines sine lumine permanent,& damnantur? Respon. Chryso. super Ioan. dicens, illuminat omnem hominem, quantum ad eum pertinet: si autem quidã mentis oculos claudentes noluerint recipere lucis huius radios, non à lucis natura obtenebratio est eis, sed à malitia eorum, qui voluntarie priuant seipsos gratiæ dono: nam gratia quidem ad omnes effusa est: quia vero nolunt dono hoc frui, sibi ipsis hanc debent reputare cæcitatem: vel illuminat omnem hominem, secundum Aug. sic intelligitur, non quia nullus est hominum, qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur.

47 Dubita. Quia ait, Deus vult illminare, aut non: si vult, quare non illuminauit? Res. vult quidem, sed conditionaliter, scilicet, vult illuminare volentem illuminari.

48 Dub. Quia ex hoc, quod dicit, venientẽ in hunc mundum, videtur quòd homines iam fuerunt antequam veniant in hunc mundum? Respon. Lyra, quòd hoc non est intelligendum, quòd homines fuerunt in alia vita antequam venirent in hunc mundum: vel quòd animæ fuerint a principio mundi creatæ, sicut dixerunt quidam hæretici. Sed Euangelista vtitur tali modo loquendi, ad denotandum, ꝙ alia intellectualis datur ab extrinseco per creationem, & dicitur hic ipsa anima homo, eodem modo, quo pars principalior rei, dicitur ipsa res, & est figura synecdochen.

49 Dubit. Quia vr̃, ꝙ non erat in mundo, quia ad Heb. 10. dicitur, Ingrediens in mũdum: dicit ergo si ingressus est, antè nõ erat in mundo? Respon. Sanctus Tho. super epistolam ad Heb. 10. c. quòd uerbum erat in mundo, quasi regens totum, inquantum dicitur esse in omnibus per essentiam, præsentiam, & potentiam: sed est extra mundum, quia a mundo non comprehenditur, sed habet bonitatem separatam à toto mundo, a quo causatur bonitas uniuersi, sed propter nos factus humanæ naturæ suppositum, dicitur ingredi mundum propter humanæ naturę assumptionem, sicut etiam dicitur ad Heb. 1. ubi dicitur: Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, &c. Et Beda dicit, quòd in mundo erat per diuinitatem, & in mundum uenit per incarnationem. Venire enim, & abire est humanitatis: manere uerò diuinitatis.

50 Dubit. Si in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, uidetur contemporaneus mundo? Respon. Orige. in Homil. dicens, Non autem putes, quòd sic erat in mũdo, quomodo in mundo est terra, pecora, & homines, sed quomodo artifex regens quod fecit: si ergo erat in mundo, quomodo, per quem factus est mundus. Et ut dicit Chrys. quia non erat in mundo, ut mundi contemporaneus, propter hoc induxit Euãgelista, & mundus per ipsum factus est.

51 Dub. Quid hic intelligitur nomine mũdi? Respond. quòd secundum grammaticos, mundus dicitur à moueo moues, quia semper est in motu. Et sic mundus dicitur multipliciter, uidelicet uniuersitas creaturarum, scilicet, illud, quod constat ex quatuor elementis identicis, & sic dicitur mundus, quia est in motu. Item, mundus quandoque dicitur mundus, quandoque dicitur archætipus, id est, princeps figurarum, quia est principalis figura sensibilis. Item, homo quandoque dicitur mundus, unde & microcosmus dicitur. Item, superior, & dignior pars mundi, scilicet firmamentum dicitur quandoque mundus per excellentiam, quia præcipuè est in motu, & quia præcipuè mundum est, nihil habens terrenæ fœcis, & grauitatis. Item, mũdi amatores dicuntur mundus. Et isto vltimo modo intelligitur mundus, cùm dicitur, & mundus eum non cognouit: Et cùm dicitur mundus per ipsum factus est, intelligitur mundus primo modo dictus, accipiẽdo mundum pro uniuersitate creaturarũ, ex quatuor elementis consistentium.

52 Dubita. Quia principes Iudęorum, quia erant amatores mundi eum cognouerunt, ut dicit Chryso. super Matthæum, quòd principes, scilicet, Iudæorum non per ignorantiam, sed per inuidiam crucifixerunt filium Dei: Ergo cognouerunt eum, & sic mundus eum cognouit? Respon. S. Thom. super prima epistola ad Corinth. capitu. 2. quòd principes Iudæorum pro certo sciebant ipsum esse Christum promissum in lege, quod populus ignorabat: ipsum autem esse uerum filium Dei non sciebant pro certo, sed aliqualiter coniecturabant, sed hæc coniecturalis cognitio obscurabatur in eis ex inuidia, & ex cupiditate propriæ gloriæ, quam per excellentiam Christi minui uidebant. Adde, quòd falsi Christiani

stiani eum non cognoscunt, quoniam factis eum negant.

53 Dubitatur. Cùm dicit venit, Vnde venerit, cùm omnia impleat? Resp. Chryso. super Ioan. quòd omnia implet per diuinitatem, sed venit per humanitatem.

54 Dubi. Quomodo venit in propria, cùm Greg. dicat in Homil. quòd in alieno nesciebatur? ℞. Chryso. vbi supra, quòd nō intelligitur, quòd venerit in propria, secundū humanitatem, sed secundum deitatem, quia & mundus suus est, & per consequens Iudæa, in qua natus est, sua est, secundum potestatem, sed exponitur de aduentu ad prædicandum. Nam venit in propria, scilicet, patria, in qua natus est: & ad propriam, scilicet gentem, de qua natus est, & in ea, atque ad eam prædicauit.

55 Dubi. Cùm semper Virgo eum recepit & similiter Apostoli, cur dicit, & sui eū non receperunt. Respon. Beda in Homil. quòd per suos intelliguntur homines, quos ipse creauit, Iudæos, quos peculiarem sibi elegerat in plebem, quibus suis cognitionis reuelauerat arcanū, quos mirificis patrum glorificauerat actis, quibus suæ legis doctrinam contulerat, ex quibus se incarnandum promiserat, & in quibus se incarnatum, vt promiserat, ostendit, ipsi eum veniētem ex magna parte recusarunt: Alioquin, nullus esset saluus, & superuacua esset eius incarnatio. Nunc autem multi eum ex vtroque populo respuerunt non credendo, multi, credendo receperunt.

56 Dubi. Qui receperunt eum, quibus potestatem dedit filios Dei fieri? Respon Chrysost. super Ioan. dicens. Siue sint serui, siue liberi, siue Græci, siue Barbari, siue insipientes, siue sapientes, siue mulieres, siue viri, siue pueri, siue senes: quotquot receperunt eum, omnes eodem digni facti sunt honore: quicunque ergo eius fidem receperunt credendo, & baptismū suscipiēdo, & operibus eius mādata adimplendo, eū receperūt.

57 Dubit. Quia ut dicit Augusti. de prædestinatione Sanctorum, posse credere naturæ est: ergo potestas credendi nō est à Christo? Resp. quòd duplex est posse, scilicet, perfectum, & actiuum, & tale posse credendi est à Christo. Aliud imperfectum, & passiuum, & tale est à natura.

58 Dubitatur. Cur non fecit tales ipse filios Dei, quòd daret ei potestatē vt fierent? Respon. Chrysosto. super Ioannem, dicens qd' ideò ostenderet multo opus esse studio, ut eam quæ baptismo adoptionis formata est imaginem incontaminatam semper custodiamus, simul autem ostendens, quoniā potestatem hanc nullus nobis auferre poterit, nisi nosipsi auferamus. Si enim qui ab hominibus aliquarum rerum dominium suscipiunt, tantum habent robur, quantum ferè hi qui dederunt: multo magis, nos, qui à Deo potimur hoc honore: simul autem ostendere vult, quoniam, hæc gratia aduenit uolentibus, & studentibus. Etenim in potestate est liberi arbitrij, & gratiæ operatione, filios Dei fieri.

59 Dubitatur. Cùm in diuinis non sit nisi vnus filius unigenitus, quomodo possunt filij Dei fieri? Respon. Sanctus Thom. super epistola ad Rom. 8. quòd ista filiatio nō est naturalis, quia solus unus est filius Dei per naturam, sed est filiatio per adoptionem.

60 Dubitatur. Quid prodest esse filium Dei per adoptionem? Respon. Sanctus Thom. ubi supra, quòd prodest nobis ad hoc, quòd consequimur hæreditatem patris, & regnū eius unà cum filio naturali: quoniam, ut ipse dicit, non solùm filio naturali, sed etiam adoptiuis debetur hæriditas.

61 Dubitatur. Quia per filiationem talem Dei nihil amplius habemus à creaturis insensibilibus, quæ etiam dicuntur filij Dei, ut dicitur Iob. 38. c. quis est pluuię pater, uel quis genuit stillas roris? & sic pluuia & stillæ dicuntur filij Dei? Respon. Sanctus Thom. 1. parte, questio. 33. artic. 3. qd' Deus dicitur pater alicuius creaturæ, secundum similitudinem uestigij tantum, quod reperitur in creaturis: quod quidem uistigium non est aliud, quàm similitudo Dei reperta in creatura, confusè nos ducens in cognitionem creatoris. Alio modo Deus dicitur pater alicuius creaturæ, secundum similitudinem imaginis, ut in rationabilibus creaturis, quæ sunt ad imaginem creatoris, prout habetur Deute. 32. Nonnne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? & de istis duobus modis non intelligitur illud. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Alio modo dicitur Deus pater alicuius creaturæ, secundum similitudinem gratiæ, qua etiam dicuntur filij adoptiui, secundum illud ad Rom. 8. ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod su-

mus filij Dei: & de ista filiatione adoptionis intelligitur hic, secundum quam, nulla creatura dicitur filius Dei, nisi per gratiam: & ita nec irrationales creaturæ, nec homines irrationabiliter, seu bestialiter viuentes, possunt dici filij Dei per adoptionem.

62 Dubitatur. Cur potius dicit, qui credunt in nomine eius, quàm qui credunt in eum? Respondit glos. credere in nomine eius, est credere ipsum esse Deum, & Saluatorem. Nam Iesus Grecè, Saluator dicitur Latinè. non ergo credendum est syllabis, sed in significato nominis.

63 Dubit. Cur potius dicit, qui credunt in eum, quàm qui amant eum? Respon. quia fides est prima virtutum, & fundamentum omnium aliarum virtutum.

64 Dubit. Cùm sanguis non declinetur in plurali, cur dicit ex sanguinibus? Respondit August. & Lyr. quod licèt Latinè sanguis non reperiatur in plurali, tamē in Gręco bene reperitur: & ideò, translator transtulit, prout reperit in Græco, non curans de regulis Grammaticalibus Latinorum. Priscianus tamen dicit, quòd deficit in plurali solo vsu.

65 Dubit. Quid significatur per hoc quod dicit ex sanguinibus? Respondit Lyra post August. quòd homines naturaliter nascuntur, & procreantur ex sanguine viri, & ex sanguine mulieris, quia ex semine viri, quod est sanguis digestus, formatur homo, & ex sanguine menstruo mulieris nutritur, & ita qui solum ex sanguinibus nati sunt, non sunt filij Dei adoptiui.

66 Dubitatur. Quid intelligitur per voluntatem carnis? Respōdet August. super Ioannem dicens, carnem pro fœmina posuit: quia cùm de costa facta esset, Adam dixit, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: ponitur ergo caro pro vxore, quomodo aliquando spiritus pro marito, quia ille spirare debet, ista seruire: quid enim peius est domo, vbi fœmina habet imperium super virum? Et sic illi, qui solum nati sunt ex viro, & fœmina, non sunt filij Dei adoptiui.

67 Dubitatur. Quomodo nascuntur homines ex Deo? Respondit Lyra, quòd quodammodo nascuntur ex Deo homines, inquantum à Deo gratiam recipientes trahuntur quodammodo ad naturam diuinam, quia per donum gratiæ efficiuntur consortes diuinæ naturæ, vt habetur secundæ Petri 1. capitulo, per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hæc efficiamur diuinæ consortes naturæ. Et sic ex prædictis patet, quòd filij carnales contrahunt quandam maculam, & fœditatem ex modo suæ generationis: non sic autem filij spirituales, sed magis contrahunt nobilitatem.

68 Dubitatur. Quare verbum factum est homo, & non solùm caro, & hic dicit, verbum caro factum est. Respondet Sanctus Thomas tertia parte, quæstione quinta, articulo tertio, quod caro ponitur hic pro toto homine, sicut ac si diceretur, & verbum homo factum est: & quod in scriptura sacra sic communiter accipiatur, patet Esaiæ vndecimo: Et videbit omnis caro salutare Dei. & ad Galatas secundo, ex operibus legis iustificabitur omnis caro. & ad Hebręos quinto, qui in diebus carnis suæ. & in Psal. 64. ad te omnis caro veniet. in quibus locis caro accipitur pro toto homine: & subdit Sanctus Thomas, quòd ideò totus homo hic significatur per carnem, quia per carnem filius Dei visibilis apparuit. Et est hęc figura Grammaticalis, quæ, vt sæpe dixi, dicitur synecdochen.

69 Dubitatur. Quomodo verbum factum sit homo, cùm adhuc permaneat verbum? Respondet Chrysostomus super Ioannem, dicens: Cùm autem audieris Verbum caro factum est, ne turberis: neque enim substantiam conuertit in carnem: hoc enim verè imperium est intelligere, sed manens quod est, serui formam assumpsit. Quia enim sunt, qui dicunt, quoniam fantasmata quædam fuerunt omnia, quæ incarnationis sunt, eorum blasphemias destruens, hanc dictionem, Factum est, posuit: non transmutationem substantiæ, sed carnis verè assumptionem repræsentare volens.

70 Dubitatur. Videtur quòd non possumus verè dicere, quòd Deus est homo, vel quòd homo est Deus: quia magis conueniunt inter se tres personæ diuinæ, quàm natura diuina, & humana: Et tamen non possumus verè dicere, quòd pater est filius: ergo, nec quòd Deus est homo, vel econtra? Respondet Sanctus Thomas, tertia parte, quęstione decimasexta, artic. primo & secundo, quòd

quòd præsupposito, secundum veritatẽ catholicæ fidei, ꝙ vera natura diuina iuncta est cũ vera natura humana, nõ solũ in persona, sed ẽt in supposito, vel hypostasi. Dicimus hanc propositionẽ esse veram, & propriam, Deus est homo: & hãc etiam; homo est Deus, nõ solum propter veritatẽ terminorum, quia, s. Christus est verus Deus, & verus homo, sed etiam propter veritatem prædicationis: qm̃ persona filij Dei, pro qua supponit hoc nomen Deus, est suppositum humanæ naturæ, & de quolibet supposito humanæ naturæ vere ꝑdicatur homo. Ergo ista est vera, Deus est homo, & ita ẽt homo põt supponere pro persona filij Dei, quam dicimus hypostasim, & suppositum humanæ naturæ, & de qua vere prædicat̃ hoc nomen Deus. Vndè relinquitur, quòd hæc sit vera, & propria, homo est Deus: & licèt tres personæ diuinæ conueniant in natura, distinguuntur tamen in supposito. Et ideò, non prædicãtur de se inuicem. In mysterio autem incarnationis, naturæ quidẽ, quia distinctæ sunt, de se inuicem nõ prędicantur, secundum quod significantur in abstracto. Non enim natura diuina est humana, sed quia conueniunt in supposito, prædicantur de seinuicem in concreto, dicendo, Deus est homo, & homo est Deus.

71 Dub. Cur pater & Spiritus sanctus non fuerunt incarnati, sicut filius? Resp. S. Th. 3. senten. dist. 1. q. 2. ar. 1. quòd decentius fuit filium incarnari, eo, quia filius uerbum imago, & media in Trinitate persona, quia filius, cui conuenit nasci, ut qui in diuinitate est Dei filius, in humanitate sit uirginis filius, ut non sint plures filij in Trinitate, inquantum uerbum, quia habet congruentiam ad officium prædicationis, & doctrinæ, quia uerbum manifestat docentem, & ipse manifestauit patrem. Io. 17. c. Pater manifestaui nomen tuum, inquantum media persona sibi congruit, ut esset medius ad reconciliandum hominem ad Deum: inquantum est imago patris congruit, ut hominem ad imaginem creatum assumeret.

72 Dub. An vnquam ante aduentum Christi fuerit factum mysterium istud, s. uerbum caro factum est? Respon. sanctus Thom. super epistola ad coll. 1. quòd nullus sciuit, nec scire potuit uerbum caro factum est. Nam, etsi philosophi, antiqui, quædam de Christi deitate viderentur dixisse, uel propria, vel appropriata, sicut Augustinus inuenit in libris Platonis, in principio erat verbum &c. Tamen, quòd verbum caro factum est, nullus scire potuit, quamuis prophetæ sciuerint inquantum pertinebat ad Euangelium, & etiam non ita apertè, sicut Apostoli sciuerunt.

73 Dubita. Quid sit maioris difficultatis ad intelligendum, Verbum caro factum est, vel Verbum erat apud Deum? Res. S. Tho. super epistolam ad Heb. 5. quod cognoscere verbum caro factum est, per simplicem fidem est satis facile: quia potest cadere in imaginatione, & aliqualiter in sensu; sed Verbum erat apud Deum, excedit omnẽ sensum, & non nisi ꝑ rõnem potest, & cum multa, & maxima difficultate cõprehendi.

74 Dubit. Quomodo intelligitur, quòd habitauit in nobis? Respondet Chrysosto. super Ioannem, quòd hoc dicitur ab Euangelista, ne forte quis suspicaretur, quod natura diuina versa esset in humanam: quoniam quod habitat non est idem cùm habitaculo, sed aliud: aliud autem dico, secundum naturam, vnione vera, & copulatione, vnum est Deus uerbum caro, neque confusione facta, neque destructione substantiarum, uel ut dicit Alcuinus, habitauit in nobis, idest, inter homines conuersatus est.

75 Dub. Quomodo vidimus gloriam eius, cum Exod. 33. dicatur, non uidebit me homo, & uiuet? Respondet gl. interlinearis exponendo uidimus, idest, intelleximus, gloriam eius, idest, maiestatem eius, per humanitatem. Et ita hic uidere capitur pro intelligere: & bene possumus intelligere, & uiuere: & uidimus, idest, intelleximus, ipso docente, & uerbis, & miraculis, a patre testimonium perhibente.

76 Dub. Quia si est quasi vnigenitus, ergo non uidetur, quòd sit vere unigenitus? Respon. Grego. in Homil. quòd in sacro eloquio, sicut, & quasi, aliqñ non pro similitudine ponit̃, sed ꝓ ueritate, ut hic. Et Chrysosto. super Ioannem, exponens dicit. Vidimus gloriam eius quasi unigeniti, ac si diceret, uidimus gloriam qualem decebat & conueniens est habere unigenitum, & naturalem filium. Consuetudo enim multorũ regum, ualdè ornatum uidentium, ubi cum alijs numeratis non possint uniuersã represẽtare claritatẽ hoc iducit, qđ oportet mul

ta dicere quasi habeat: & ita euangelista dicit. Vidimus gloriã eius quasi vnigeniti.

77 Dubi. Quo Christus erat plenus gratiæ. & veritatis? Rnd. Origenes in Homi. quòd Christus fuit plenus gratia, quantum ad humanitatem, quoniam maximum, & principale gratiæ exemplum, quia, nullis præcedentibus meritis, homo efficitur Deus, in ipso primordialiter manifestũ est: & plenitudo veritatis ad diuinitatẽ, referẽ: vel pôt intelligi, quòd plenitudo gratiæ noui testamẽti est per Xpm donata, & legaliũ symbolorum veritatẽ in ipso esse impletam. Vel, vt dicit Theophilus super Ioãnẽ, Christus dr plenus gratia, prout eius verbum gratiosum erat, dicente Dauid, psalm. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis, & ueritate, ſm quod Moyses, & prophetæ loquebanẽ, aut operabanẽ in figura, Christus autem in veritate.

78 Dub. Quia vr, q Christus non habuerit alias aliquas virtutes nisi gratiam, & ueritatem, quia dr plenus gratia, & veritate, quibus si erat plenus, aliæ virtutes non poterãt in eo capi? Ref. S. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4 q spiritualia non se excludunt inuicem, nec vna virtus alteri contrariatur. Vnde, licet vnus sit plenus sapientia, non per hoc excluditur quin posset habere iustitiam, ut patet de beato Stephano, de quo dicitur, quòd erat plenus gratia, & fortitudine: ergo non habebat fidẽ, spẽ, charitate, aut alias uirtutes. Hoc non sequitur; imò, nullus perfectè pôt habere una uirtutem quin omnes habeat, ut dicit idem S. Tho. 62. q. 149. art. 3. qm omnes virtutes morales sunt connexæ saltem quantum ad habitum; sed modus loquendi aliquando est quòd quãdo quis excellit in una uirtute, dicitur plenus tali virtute, ut uerbi gratia dicitur de aliquo, est totus bonus, vel est plenus bonitate, & sic de alijs, & ita Christus dicitur plenus gratia, & ueritate per excellentiam, quoniam in eo maximum gratiæ exemplum fuit, & ex eo omnis gratia diffusa est.

DOMINICA INFRA OCTA. Natiuitatis Domini.

Erant Ioseph, & Maria. Luc. 2.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi primo, die secunda Februarij, feria quinta, scilicet die Iouis.

HISTORICE.

Ioseph, & semper Virgine Iesu genitrice mirãtibus super his, quæ de eo ferebantur, Symeone bñdictis. Matri Symeon dicit hunc ruinã multorum, ac aliorum erectionẽ esse futurũ, ac pro signo, cui dicetur contra positũ gladiũ, vsque eius genitricis animam trãsuerberare debere, ut plurimorum arcana cordium innotescant. Eadem autẽ superueniens hora, Anna quædam Phanuelis filia, orbata marito, cui annis septẽ coniunx fuerat, plena dierũ, ex Asser tribu pgenita, Deo altissimo sine iteruallo deseruiẽs, Xpm dominum salutem optãtibus denunciabat aduenisse, omnipotẽtis mirabilia cõfitendo. Parentes uerò cunctis, quæ lex mãdabat erga infantem peractis, Nazareth redierunt: augmentabatur autem atque a domino confortabatur puer sapientia plenus, diuina eum comitante gratia.

Iam ad dubia soluenda me conuerto.

1 DVBITATVR igitur, Cũ Ioseph non esset pater Christi, cur Lucas 2. c. dicit, erant pater, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Ref. Beda super Luc. dicens, quòd patrẽ Saluatoris appellat, non quòd vere pater fuerit ei, sed quòd ad famam semper Virginis, conseruandam pater sit ab omnibus æstimatus. Lyra vero dicit, quod meruit uocari pater Christi, quia nutritius eius fuit.

2 Dub. quæ dicebantur de Christo, propter quæ mirabantur? Resp. Lyra, quod ea, quæ dicebat Symeon, & de pastoribus, at Magis, de visione stellæ, & prædictis à Zacharia, & Helisabeth.

3 Dub. Quomodo prædixit illis Symeon, cum soli semper Virgini locutus fuerit? Respon. Græc. expositor, dicens, Laudibus aũt diuinis exhibitis, vertit se Symeõ ad benedictionem ad ducendũ puerũ, benedictionẽ igitur vtrique donat, occultorum verò præsagia dirigit tantum ad matrem, quatenus per communem benedictionẽ non priuetur Ioseph similitudine patris, per ea verò, quę dicit matri seorsum a Ioseph, verã eam prædicat genitricem.

4 Dub. Quomodo Christus fuit positus in ruinã multorum, cùm ipse illuminet oẽm hominem? Ref. Origenes super Luc. dicens, qui

qui simpliciter exponit, potest dicere in ruinam eum uenisse infidelium, & resurrectionem credentium: qui autem curiosus interpres est, dicit, nequaquam eum cadere, qui ante non steterit, da mihi igitur quod fuerit ille, qui stetit, in cuius ruinam Saluator aduenerit. Et Greg. hoc declarans, dicit, qd per hoc designat ruinam ad infima, quasi non puniendus æqualiter ante incarnationis mysterium, & post datam dispensationẽ, & prædicationem. Et licet Christus sit lux, tamen, ut dicit Chry. etiam lux turbat oculos debiles, & nihilominus non desinit esse lux: sic Christus lux uera malos dissipat, cujus tamen officio non attribuitur destructio, sed eorum uesaniæ.

5 Dub. De qua resurrectione intelligitur hic? Res. Chrys. dicens, resurrectio quidem est conuersatio noua. Cum enim lasciuus castus efficitur, auarus misericos, atrox mãsuescit, resurrectio celebratur: mortuo quidem peccato, resurgente uero iustitia. Lyra autem ad literam exponit hoc, dicens, quod in passione Christi futura, multi Iudæi fuerunt cadentes a ueritate excæcati, & multi illuminati, qui prius erant simplices, sicut Apostoli, quibus aperuit sensum, ut intelligerent scripturas.

6 Dub. An Christus dicto, uel facto fuerit causa ruinæ alicuius? Resp. S. Tho. super 4. sen. dist. 28. q; quia aliqui ex factis, uel ex dictis Xpi sumpserunt occasionem ruinæ, dicitur esse positus in ruinam, & in scandalum: non q; dederit ipse aliquam, uel modicam occasionem ruinæ. Vnde non legitur, q; aliquos scandalizauerit, sed qđ aliqui ex dictis, uel factis eius scandalizati sunt; nec dicto, aut facto aliquem ad ruinã duxerit, quia aliàs peccasset contra charitatem. Vide Dominicam 1. aduentus dub. 14.

7 Dub. Cur Christus non uenit in resurrectionem omnium a peccato? Resp. q; quantũ in se fuit, uenit omnes homines saluos facere; sed ille se interimit, q; prçcepta Medici seruare contemnit.

8 Dub. Quia uĩ, q; non uenerit in resurrectionem multorum, quoniam licet multi sint uocati, pauci tamen sunt electi? Respõ. S. Tho. super epistola ad Roma. 12. c. quod electi dicuntur pauci per comparationem ad usufructuosam multitudinẽ, iuxta illud Mat. 7. Arcta est uia, quę ducit ad uitam, & pauci inueniunt eam: tamen absoluti sunt multi, Apoc. 7. Vidi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat.

9 Dub. An solum uenerit in ruinam, & resurrectionem in Israel, uel etiam in Gentibus? Respond. Gregor. dicens, maxime ij sunt ex Israel, quo necesse erat, & pristinis bonis carere, & pœnas luere grauiores, quam omnes aliæ gentes, eo quod dudum prophetatum in eis, adoratũ & ex eis productum minime suscipiunt: idcirco specialiter minatus ruinam, non solum a spirituali salute, sed etiam propter destructionem urbis, & habitantium ciuitatem. Resurrectio uero promittitur credentibus, partim quidem, uelut sub lege iacentibus, & ab eius seruitute subleuandis: partim uero uelut consepultis cum Christo, & ei consurgentibus.

10 Dubitatur. Quia uidetur, quod Christus non sit in signum, sed potius significatum, quia fuit figuratus, & significatus in lege? Respond. quod ut dicitur 1. Petri 2. Christus mortuus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. In hoc fuit signum, & exemplum agendorum a nobis, & etiam fuit figuratus, & significatus in lege: nec est cõueniens, idem esse signum, & significatum respectu diuersorum.

11 Dubita. Quia dicit in signum, in quod signum fuit positus, & ei fuerit contradictum? Respond. Basilius in Homil. quod istud signum fuit crux, in qua positus fuit, significata per serpentem æneum, quem fecit Moyses, & posuit pro signo, cui cruci contradicitur: quoniam ipsa est Iudæis scandalum, Gentibus autem stultitia: sed nobis credentibus salus.

12 Dubit. Quomodo gladius materialis potest transire animam spiritualem? Respon. Sanctus Thomas 3. par. q. 27. artic. 4. quod illud uerbum Symeonis, Et tuam ipsius animam per transibit gladius, Origenes, & quidam alii Doctores exponunt, de dolore, quem passa est semper Virgo in Christi passione. Vnde, Damascenus ait, dolores, quos effugit pariens, tempore passionis sustinuit. Aug. uero in libro uete. & noui testamenti, & quidam alii dicunt, quod semper Virgo in morte Christi stupore quodam dubitauit, quæ tamẽ dubitatio nõ est intelligenda dubitatio infidelitatis, sed admirationis, & discussionis: dicit enim Ba-

silius in epistola ad Optimum, quòd semper Virgo assistens cruci, & aspiciens singula post testimonium Gabrielis, post ineffabilem diuinę cōceptionis notitiam, post ingentem miraculorum ostensionem, animo fluctuabat ex vna, scilicet, parte, & ex alia, considerans eius mirifica: & sicut gladius transiens iuxtà hominem, terrorem facit, non percutit: ita dubitatio mœstitiā facit, non tamen occidit, quia non sedit in animo, sed pertransit, quasi per vmbram.

13 Dubi. Quæ cogitationes reuelatę sunt, & quomodo? Resp. Lyr. post Greg. Nisenū, quòd illa dictio, vt, non tenetur ibi causaliter, sed consecutiuè, vel concomitatiuè, quia omnibus his supradictis aduenientibus, secuta est erga multos cogitationum diuersitas. Alijs dicētibus eū esse Deum in cruce. Alijs vero infamijs & criminationibus insistentibus. Glo. autem marginalis dicit, quòd ante erat incertum, qui Iudęorū Christi gratiam reciperent, sed audita natiuitate reuelantur cogitationes. Et Herodes, alijque turbantur, quidam ad Christi magisterium accedunt.

14 Dub. Cur Anna describit ex nomine, patre, & tribu. Resp. Theophilus super Lucā, dicens. Immoratur Euangelista circa Annę descriptionem, & patrem, & tribū enarrans, testes quasi multos adducens, qui patrem, & tribum viderunt: vel vt dicūt Gregorius Nissenus, & Lyra, vt distinguatur ab alijs, quæ fortè vocabantur hoc nomine.

15 Dubi. Cur ista Anna laudatur à virginitate, & alijs, cùm alij prophetæ inducti ab Euangelistis non sic laudentur, sed solùm dicunt, sicut dictum est per Esaiam, vel Hieremiam &c. ℞. quòd prophetia est gratia gratis data, & potest haberi absque gratia gratum faciente, sicut habuerunt Balaam, & Cayphas. Et vt hæc Anna non credatur ex illis esse, describitur eius bona conuersatio ab Euangelista. De alijs autem prophetis vete. testamenti, non sic fit, quoniam iam approbati erant, nec indigebant testimonio Euangelistarum.

16 Dub. Quia videtur, qd' iste textus implicet contradictionē, cùm dicit primo, quòd non discedebat de templo: & post dicit, & hac ipsa hora superueniens, quia si superuenit in templo, iam discesserat de templo? Respō. Lyra. quòd nō sic intelligitur, quòd semper esset in templo, sed frequenter, sicut communi modo loquendo dicitur de aliquo homine benè frequentante ecclesiam, talis semper est in ecclesia; & eodem modo intelligitur die, ac nocte. i. frequenter ualdè; vel quia non erat ibi interruptio per peccatum mortale.

17 Dub. An Anna ibidē superuenerit à casu, vel aliter? Resp. Lyra, quòd superuenit non à casu, neque humana dispositione, sed Spiritussancti reuelatione, sicut & de Symeone dicetur in festo purificationis.

18 Dub. In quo confitebatur, & quid loquebatur Anna de domino. Respon. Lyra post Gregorium Nissenum, quòd confitebatur, id est, gratias referebat Deo de tanto beneficio recepto, & videndo Saluatorem mūdi in Israel.

19 Dub. Cur Euangelista non apertè dixit, quæ Anna loquebatur? Res. Gregorius Nissenus, quòd ipsa Anna modicū aliquid, & non nimis clarum de Christo disseruit: Et ideo, Euangelista non seriatim induxit, quę ab ea dicta sunt. Lyra tamen dicit, quòd annunciabat natum esse redemptorem.

20 Dubita. Qui erant illi, qui expectabant redemptionem Israel? Respon. Lyra, quòd erant communiter omnes Iudæi, maximè docti in lege, quia videbāt terminum prophetarum aduenisse, & regem alienigenam regnare, quòd esse non debebat: prædixerat Iacob Patriarcha donec ueniret, qui mittendus erat pro salute mundi, Genes. 49. sicut etiam clare loquitur Euangelium in præsenti capit. 2. de Symeone iusto & timorato, qui expectabat redemptionem Israel: & ita iusti, & timorati Deo seruientes maximè id expectabant.

21 Dubitatur. Quia istud Euangelium Lucę uidetur esse diminutum: quia ante Angelo admonente Ioseph fugit in Aegyptū cùm puero, & matre: ergo non stetit in Nazareth? Respon. Beda super Lucam, quòd prætermisit hoc loco Lucas, quæ à Matthæo satis exposita nouerat, dominum uidelicet post hoc, ne ab Herode necandus inueniretur, in Aegyptum à parentibus esse delatum: defunctoque Herode sic demū in Galilęam reuersum Nazareth ciuitatē suam inhabitare cępisse Solent enim Euangelistæ singuli sic omittere quædā, quæ uel ab alijs commemorata uidētur, uel ab alijs commemoranda in spiritu præuiderant, ut continuata suæ narrationis serie, quasi nul-

si nulla prætermisisse videantur, quæ tamē alterius Euangelistæ considerata scriptura quo loco tradita fuerit, diligens lector inueniat.

22 Dub. Quæ sunt illa, quæ perfecerunt secundum legem Domini? R. quòd vt habetur Luc. 2. Obtulerunt puerum Domino, & pro eo par turturum aut duos pullos columbarum: & semper Virgo licèt non indigeret purificatione, tamen voluit obseruare quod habet Leuit. 12. c. videlicet, quòd mulier pariens masculum, post octo dies demũ 33. diebus maneret in sanguine purificationis suæ. Et ita perfecerunt omnia, quia præsentarunt puerum in templo: & oblationē obtulerunt ad ipsum redimendum, & etiã pro purificatione eiusdem semper Virginis, ut clarius declarabitur in euangelio purificationis, Deo concedente.

23 Dub. Quomodo Nazareth dicitur ciuitas Christi, cùm in ea natus non fuerit? Respon. quòd illa dictio suam, refertur ad parētes, qui postquàm perfecerunt omnia, reuersi sunt in ciuitatem suam, à qua, & venerant Bethleem cùm describi deberent: potest autē esse, & ciuitas Christi, quia in Bethleem peregrè natus est, & quasi in alieno, vt Gregorius dixit in Homil. sed in Nazareth nutritus, & educatus fuit.

24 Dub. Cum corpus Christi fuerit formatum de Spiritusancto, Cur non statim fuit perfectum absque eo, quod cresceret? Resp. Theophilus super Lucam, dicens, quod poterat ex ipso utero secundũ corpus in mensura maturæ ætatis prodire, sed videretur hoc secundum fantasiam, propterea paulatim crescit.

25 Dub. Quõ confortabatur, & an à principio habuerit plenitudinem scientiæ? Require infra octauam Epiphaniæ dub. 29.

26 Dub. Quia non videtur, quòd Christus esset plenus sapientia, quia Luc. 2. dicitur proficiebat sapientia, & ætate? Respon. Sanctus Thom. 3. par. quæst. 8. artic. 12. quòd secundum habitus sapientiæ & gratiæ augmentatos Christus non proficiebat, sed erat plenus sapientia, sed bene proficiebat secundum effectus, inquantum sapientiora, & virtuosiora opera faciebat, quemadmodum etiam, secundum processum ętatis perfectiora opera faciebat, vt se verum hominem demonstraret, & in his quæ sunt ad homines.

27 Dubitatur. Quomodo gratia Dei erat in illo? Require; In principio erat verbum dubio 76.

ANAGOGICE.

Historia huius sacri euangelij præfigurata fuit 1. Reg. 1. cap. & sequentibus, de Samuele oblato domino, & Heli sacerdote, & Anna prophetante, & ita Samuele, qui interpretatur exauditio domini. i. Christo proficiente, mirabantur pater, & mater de his quæ dicebantur de illo. Videlicet cognouerunt omnes à Dan vsque Bersabeæ, quòd Samuel fidelis propheta esset domini: & benedixit illis Heli, id est fortis & significat Symeonem, qui interpretatur audiens mẹrorem tabernaculi, quia Heli audiuit archam Domini captam: ita post Symeonem pontifices tabernaculi fuerunt mali, sicut Annas, & Cayphas. Et Samuel fuit positus in ruinam Philistinorem, & domũ Saul, & in resurrectionem radicis Iesse, quoniam eius filium Dauid vnxit in regem. Et Samueli contradictum fuit à populo petente regem, & animam matris eius pertransiuit gladius exprobationum sterilitatis à Fẹnenna æmula eius. Et cogitationes cordium filiorum Israel regem petentium reuelatæ sunt, quoniam derelinquebant, dominum, ne regnaret super eos. Et Anna prophetauit dicens. Exultauit cor meum in domino, & in fine testimonium Christo perhibuit, dicens. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et parentes Samuelis cùm perfecerunt sacrificium secundum legem Domini, reuersi sunt in patriam suam. Et puer Samuel crescebat, & confortabatur, plenus sapientia ministrando Domino accinctus ephot lineo, & gratia Dei erat in illo.

TROPOLOGICE.

Omne genus hominum instruit ex hoc Euangelio vt in quocunq; statu sit, videlicet, parentes, filij, senes, pueri, virgines, coniugati, & uiduæ. Primò, parentes dũ dicitur erant pater & mater mirantes, vt s. ducant, filios libenter ad ecclesiam, & bonos mores doceant, & in seruitijs Dei super omnia occupent, ut eius mandata adimpleant: & timeant ipsum offendere, & ꝙ sint humiles

...ues, & gratiosi omnibus, quodque literas addiscant, adeò quòd merito possint homines admirari eorum bonam vitam, & mereantur à senioribus benedici, ibi. Et benedixit eis Symeon. Secundò, instruuntur filij, vt non crescant in ruinam. i. in scandalum multorum malè viuendo, & opera mala faciendo, suis malis exemplis alios scandalizando, sed potius in resurrectionem aliorum bene operando, vt lux eorum luceat hominibus, nec timeant linguas discolorũ contradicentium, & dicentium, Tu es hypocrita, vel ethicus, aut pthisicus: interim ꝙ iuuenis es, debes lætè viuere, tu vis esse ante senex, quàm puer: qui in iuuentute vult esse sapiens, in senectute erit fatuus & consimilia uerba ad malum inclinatoria non curant, sed contradicunt, & sint in signum bonum contra quod mali emittunt sagittas acutas malarum linguarum. Tertiò, docentur senes, ut sequantur S. Symeonem, vt scilicèt sint iusti & timorati, expectantes resolutionem corporis, & redemptionem animæ, & si in iuuentute lasciui, & peccatores fuerint, saltem in vndecima hora, id est in senectute laborent, virtuosè agendo in uinea Domini, ut mereantur denarium diurnum præmij cœlestis accipere. Quarto, instruuntur pueri, vt taliter se gerant, ꝙ eorũ uita ab omnib. laudetur, & approbetur, ne uitam talem iniquam ducant, vt ad uiolentam mortem, & turpem ueniant, ne gladius eos interficiens animam matris ex dolore pertranseat. Sed imitentur puerum Iesum, & proficiant in sapientia, sicut proficiunt in ætate, semper animum confortantes ad bonum. Quintò, admonentur uirgines, vt uirginitatem usq; ad coniugium, quando uolunt nubere inuiolatam cõseruent, & sequantur Annam filiam Phanuel contemplantes Deum, ut uirginitatem suam Deo commendent, sicut beata Cæcilia, quæ pudicitiam suam domino commendabat, dicens. Fiat domine cor, & corpus meũ immaculatum, ut non confundar, & perseuerent, nõ gloriando se de uirtute uirginitatis, sed semper se humiliando. Sextò, instruuntur uiduæ, ut exemplo Annæ persistant in uiduitate, non nubendo post morte primi uiri ex libidine, sed stent usque ad annos 84. id est, usque in ultimum senium. Et continuè visitent tẽpla, & ecclesias, & Deo seruiant, die, ac nocte in ieiunijs ad carnem domandam, & orationibus ad perseuerantiam impetrandam, die ac nocte s. orationes non interrumpendo per peccata intermedia, & confiteantur domino ipsi gratias agendo. Semper de illo, & non de fabulis, uel lasciuis uerbis loquendo, & non cùm dissolutis, sed cùm uiris timoratis, expectantibus redemptionem Israel, id est, uitam æternam. Septimò, instruuntur coniugati, ut uiuant uxores cùm uiris suis, & uiri cùm uxoribus in sobrietate, & dilectione, cùm sint duo in carne una, & supportent se adinuicem, & intendant procreationem prolis, & nutritionẽ, semper postulantes à Deo, ut det eis gratiam suam.

ANAGOGICE.

Omnium sexuum, ętatum, ac statuũ hominum magnam gloriam in cœlesti patria contemplari, ex hoc Euangelio licet: quoniam ibi electi erunt tanquàm pater, mater frater, ac soror Christi, & præmia recipient, prout in hoc sęculo affectum erga minimos pauperes Christi demonstrarunt, & erunt admirantes de tàm sublimi gloria: & benedicentur à sancto Symeone s. Deo patre, qui eorum orationes exaudiuit, & non patientur ruinam, sed gaudebunt de resurrectione suorum corporum, & dotibus gloriosis eorum. Et uidebunt, ꝙ licet contra dictum fuerit signo sanctæ crucis, tamen ipse Christus, qui in eo triumphauit, erit fulgẽs in cicatricibus suis. Et semper Virgo, cuius animam in passione gladius filij, pertransiuit, coronabitur ab eo, & cogitationes cordium omnes notæ erunt. Ibique alij prophetæ una cùm Anna prophetissa, luce clarius cognoscent, quòd ea, quæ uiderant per similitudines imaginarias, & in ęnigmate, uerissima erunt: & facie ad faciem Deum sicuti est, uidebunt: & confitebuntur domino, perpetuo eum laudantes, quoniam bonus, quoniam in sæculũ misericordia eius: & fruẽt sapientia Iesu Christi, qui ex plenitudine dat omnibus affluenter, eos sua sempiterna gratia amplectendo.

IN CIRCVNCIS. DOMINI.

Postquam impleti sunt dies octo. Luc. 2. c.

Historia huius Euangelij facta est anno primo Christi, die dominica, prima die Ianuarij.

HISTO-

HISTORICE.

Christo domino octauo circunciso die, Iesus ab angelo primo vocari iussus, id ipse nomen ab hominibus sortitus est.

Venio ad dubiorum dilucidationem.

1 DVBITATVR igitur. Quia videtur, quòd nona die Christus circũcisus fuerit, quia dicitur postquam impleti sunt dies octo, sed non implentur nisi finiti sint: ergo post dies octo, idest die nona circuncisus fuit? Respond. quòd vt dicitur Leuit. 12. Infans octo dierum circuncidi debebat. Et ita Christus octauo die circuncisus fuit, & per figuram sinecdochen fuerunt octo dies, accipiendo partem, in qua natus est, & vltimam, in qua fuit circuncisus, & ita potest exponi, cũ impleti essent, idest aduenissent octo dies; vel quòd illa dictio, impleti, referatur ad tempus in lege determinatum, vt sit sensus: postquàm impleti sunt, idest, postquam tempus in lege determinatum, impletum est, circuncisus est.

2 Dubi. Quid est circuncisio? Respõ. quòd circuncisio, ut dicit Damascenus, est signũ determinans Israel à Gentibus, cũ quibus conuersabatur: vt alij dicunt, circuncisio, est signaculum curationis ab originali. vel secundũ Grãmaticos, circũcisio est abscisio circumcirca facta, & fiebat in carne præputij, ita quòd, pellis abscissa erat ad modum circuli.

3 Dubi. Ad quid erat necessaria circuncisio? Respon. Sanctus Thom. 4. Sentẽ distin. 1. q. 2. q. fuit necessaria propter duo. Primò, & principaliter, quia habuit expressiorem significationem, quàm sacramenta præcedentia. Nam habuit expressam similitudinem oblationis originalis peccati, quantum ad quatuor. Primò, quantum ad membrũ generationis per quòd originale transfunditur. Secundò, quantũ ad figuram circularem, in qua significatur circulus, qui est in processu originalis infectionis, secundum qđ persona corrumpit naturam, & natura personam. Tertiò, quantum ad pœnã, quæ erat in circuncisione contra delectionem cõcupiscentiæ, in qua præcipuè viget fomitis virtus. Quartò, quantum ad sanguinis effusionem, in qua significatur passio Xpi, per quam pro originali satisfaciendũ erat; Et quantum ad hoc, conuenit sibi illa diffinitio, q. erat signaculum curationis ab originali. Secundò, fuit alia vtilitas in circuncisione, scilicet, distinctio populi fidelis ab infideli, propter fidem eius, cui data fuit circuncisio, & quantum ad hoc, conuenit ei diffinitio Damasceni suprapoſita.

4 Dubitatur. Quia videtur, q. nõ debebat fieri in præputio, quia purgatio originalis est secũdum totum hominem, & non secũdum vnam partem solùm. Item, & quia sacramenta debẽt habere maximã honestatem per se, quam non videtur habere illud membrum? Respon. Sãctus Tho. 4. Senten. di. 1. quæst. 2. ar. 3. quæst. 2. q. circuncisio erat in signũ purgationis originalis peccati, & in signũ distinctionis populi, ex quo Christus propagandus erat, & in signũ castitatis seruandæ: & quãtum ad omnia hęc, decuit, vt in membro generationis fieret, quia per actum generationis, & originale contrahitur, & Xps ab illo populo descendit, & in illo actus castitatis cõsistit. Et licèt peccatum originale, quantum ad essentiã, non determinet aliquam partem corporis, neque quantum ad effectum, tamen, quantum ad causam, determinat membrũ generationis per quod transfunditur Et licet etiam illud membrum, q. de se nobile erat, sit factum ignobile, propter concupiscentiã, quæ præcipuè in illa parte viget, oportuit, ut in illo membro præcipuè medicina apponeretur, quia quæ inhonestiora sunt nostra, maiorem honestatem habent, ut dicitur 1. Corin. 12.

5 Dubi. Quia videtur, quòd octauus dies non requiratur determinatè ad circũcisionem, quia in lege naturæ, & etiam nunc in lege gratiæ, remedia contra originale peccatum non habent tempus determinatum, & posset accidere, q. octauus dies esset sabbatum, in quo non licebat aliquid operari; Item, & proseliti. i. illi, qui conuertebantur ex Gentibus ad Iudæos, circuncidebantur post octauũ diem, & sic videtur, q. pueri potuissent circũcidi ante, & post octauũ diẽ, & eis valuisset circuncisio? Respon. S. Tho. vbi supra, quæstiuncula prima, q. octauus dies erat de necessitate circuncisionis propter præceptum, quod obligabat, sed non quantum ad efficaciam sacramenti, quia etiam alio die effectum sacramẽtalem habebat,

bebat, sicut etiam accidit nunc de ministrãtibus sacramenta ecclesiæ, qui seruant & materiam, & formam sacramenti, & aliqñ dimittunt aliquid de ritu solennitatis, & tamen sacramentum habet efficaciam. Et octauo die circuncisio fiebat: vt dicunt Rabi, Moses, & Lyra, quia puer ante octauũ diem erat ita tener, ac si esset quasi in vêtre matris, ideò non circuncidebatur propter periculũ mortis, nec differebatur vltra ꝑ ꝑ præceptũ: & etiam, quia si diù distulissent, sensissent maiorem dolorem. In lege autẽ naturæ, vt dicit Hugo de Sancto Victore, sacramenta non habebant tantã determinationem, sicut sacramenta legis scriptæ, ad quàm, quodammodo, pertinet circuncisio, nec baptimus debuit ita restringi, cùm sit magis generale, & perfectius sacramentum, Nec dies sabbati impediebat circuncisionẽ, quia non erat opus purè corporale, sed sacramentale, vt dicitur Ioan. 7. c. Circuncisionem accipit homo in sabbato, & non soluitur lex Moysi. Nec est simile de ꝑueniẽdo & differendo, quia præceptum nullo modo quis, transgredi debet, vt præueniat, sed si transgressus fuerit differendo, debet citius quantum potest, illud implere in quocunque tempore.

6 Dubitatur, An pueri, qui moriebãtur ante octauum diem incircũcisi, essent purgati à peccato originali? Resp. S. Tho. vbi supra, q. Hugo de Sancto Victore dicit, quòd illi, qui ante octauum diem moriebantur, valebat ad salutem remedium, quòd antè circuncisionem fuerat, scilicèt, fides parentum cùm protestatione, seu aliqua oratio, quæ verisimiliter fiebat per parentes, cùm immineret mors pueri incircuncisi, sicut legitur 2. Reg. 12. de Dauid, qui affligebatur pro filio, quem ex Bersabe susceperat,

7 Dubi. Cur, cùm simus in lege gratiæ, nũc pueri non possint sine baptismo saluari? Respon. S. Tho. 4. Senten. dist. 4 q. 3. artic. 3. q. 2. q. si pueri saluari debeãt, oportet, quod in eis aliqua causa salutis sit: & quia per proprium motum liberi arbitrij saluari non possunt, oportet quòd per sacramentũ baptismi saluentur. Plus enim valet adulto fides propria, quàm paruulo fides aliena. Quòd enim aliquando fides aliena puero sufficiebat ad salutem cum aliqua protestatione, hoc erat, inquantum illa protestatio habebat vim sacramenti, quam vim nũc habet baptismus aquæ: & tertia partẽ, quæst. 68. art. 1. Nullus potest saluari nisi per Christum: oportet ergo, quo si quis debet saluari, incorporetur Christo, & fiat membrum eius, sed per baptismum hoc fit, quoniam ante baptismi institutionem sancti patres Christo incoporabantur per fidem futuri, in cuius fidei signaculum, erat circuncisio: sed antè circuncisionem ꝑ solam fidem, ut Gregorius dicit, cùm sacrificiorũ oblatione Christo futuro incorporabantur: sed post aduentum Christi, homines Christo incorporantur, sed alio signo manifestatur fides rei iã præsentis, qua demonstraretur, qñ erat futura, sicut etiam alijs uerbis significatur præsens, præteritũ, & futurum. Et licet sacramentum baptismi non semper fuerit, & sine ipso ante Christi aduentum saluarentur. Fides tamen, cuius baptismus sacramentum est, semper necessaria fuit ad salutem.

8 Dub. Cur mulieres non circũcidebãtur, cùm etiam ipsæ contrahant originale peccatum, sicut uiri? Resp. S. Tho. 4. senten. distinctio. 1. artic. 2. quæstio... quòd peccatum originale, quantum ad culpam, & reatum descendit à patre in filios, quàntum ad pęnalitatem, descendit à fœmina, quia pater est efficiens in generatione, & mater materiam ministrat. Circuncisio autẽ, data est contra originale ad tollendum culpam, non autem ad tollendum carnis corruptionem. Et ideò, viris, & non mulieribus data est: & licèt peccatum incęperit à fœmina, tamen transfusionis originalis peccati cã non fuit fęmina, sed uir: quia si uir non peccasset, originale trãsfusum nõ fuisset. Ideo, dicit Apostolus ad Ro. 15. quòd per unum hominem peccatum intrauit in mundum.

9 Dubi. Cum omnes gentes contrahãt peccatum originale, cur circuncisio soli populo Israel data fuit? Resp. S. Tho. ubi supra quæstiuncula prima, qđ sicut peccatum per Adam in omne transiuit, ita oportebat per Christum sanctificationem à peccato in omnes transire, Vnde ad ꝓrogatiuã sanctitatis eius insinuandam oportebat quicquid ad Christum pertinebat speciali sanctitate pollere. Et ideò, i pupillo de quo Christus nasciturus erat, oportebat specialiter cultũ Dei esse, & ipsũ apud eos signari: & quia circuncisio, vt dictũ est supra, dubio

bio

bio 2. & 3. est signum distinctionis populi Dei ab alijs, ideo, oportebat populo Israel specialiter circuncisionem datam esse.

10 Dub. Quod remedium habebant alij populi contra peccatum originale? Resp. S. Tho. vbi immediate supra, quòd circuncisio erat remedium contra originale peccatum, cùm significatione sanctificationis nasciturí seminis: propter quòd erat in mébro generationis. Et ideò, hoc remedium illi tantum populo competebat, ex quo Christus nasciturus erat. Apud alios auté manebant adhuc eadem remedia, quæ fuerant antè circuncisionem data, quia eis non oportebat specialia sanctitatis documenta, & remedia dare.

11 Dub. Quot remedia fuerunt data cótra originale peccatum? Resp. Iacobus de Voragine in sermone, q quinq; sunt remedia contra ipsum originale peccatum. Primū fuit oblatio, quæ incepit ab Abel, & durauit vsq; ad diluuiū. Secundū fuit sacrificiū, qđ incepit à Noe, & durauit usq; ad Abraham. Tertiū fuit decimatio, quæ incepit in Abraham, & durauit usq; ad Melchisedech. Quartum fuit circuncisio, quæ etiam incepit in Abrahã, & durauit usq; ad Christū. Quintū fuit baptismus, qui incepit in Christo, & durabit usque ad finem mundi.

12 Dub. Cur nunc non est necessaria circuncisio, maximè cum dicat dominus Abrahæ, Gen. 17. c. eritque pactum meum in carne vestra in fędus æternum? Resp. S. Thom. 4. sen. dist. 1. q. 2. ar. 5. q. 1. q cùm uenit illud quod perfectum est, euacuari debet id, quod ex parte est, si ad idem ordinetur: quia gratia nó facit per duo, quod per unum potest facere, sicut nec natura. Circuncisio autem imperfecta erat, respectu baptismi, tripliciter: Primò, quantum ad significationé, quia non ita significabat expresse emundationem totius culpæ originalis, sicut ablutio baptismalis. Secundò, quantum ad efficaciam, quia nó tàm abundans gratia ad operandum, & reprimendū fomitem in circuncisione dabať, sicut in baptismo. Tertiò, quãtum ad utilitaté, quia nó erat eius utilitas ita communis, sicut baptismi, cùm haberet determinatum populum, determinatum sexum, & determinatum tempus, quòd in baptismo non accidit: ideò, adueniente tépore plenitudinis debuit cessare, baptismo substituto: & ita id, quod dicitur in fœdus æternum, intelligitur quantum ad suum significatum, & quantum ad id, quod ei succedit, quòd est baptismus.

13 Dub. An liceat nunc circuncidi? Resp. S. Tho. 12. q. 103. ar. 4. quòd non, quoniam circuncisio, & aliæ cærimonię veteris legis sunt quædã protestationes fidei, in qua consistit interior Dei cultus: sic aũt fidem interiorem potest homo protestari factis, sicut & verbis: & in vtraque protestatione, si aliquid homo falsum protestatur, peccat mortaliter, quamuis auté sit eadem fides, quam habemus de Christo, & quã antiqui patres habuerunt: tamen, quia ipsi præcesserunt Christum, nos autem sequimur, eadem fides diuersis verbis significatur à nobis, & ab eis: nam ab eis dicebatur: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, quæ sunt uerba futuri temporis. Nos autem idem repręsentamus per uerba pręteriti temporis, dicentes, quòd uirgo concepit, & peperit: & similiter cerimoniæ ueteris legis significabant Christum, & nasciturum, & passurum: nostra autem sacramenta significant ipsum, & natū, & passum: sicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc suam fidem protestando diceret, Credo in Christum nasciturum, quod antiqui patres veraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter, si quis nunc circuncisioné, & alias cerimonias ueteris legis obseruaret, quas antiqui patres fideliter obseruabant. Et hoc est, quod Augustinus dicit contra Faustum, iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabant, sed annunciatur quòd natus sit, passus sit, & resurrexit, quòd hæc sacramenta, quæ ex Christianis aguntur, iam personant.

14 Dub. Cur Christus uoluit circũcidi, cùm non contraxerit peccatum originale? Respon. Sanctus Tho. tertia parte, quæstione 33. articulo 1. quòd propter septem causas Christus uoluit circuncidi. Primò, ut ostenderet se habere ueram carnem humanam. Secundò, vt approbaret circuncisionem, quã olim Deus instituerat. Tertiò, ut comprobaret se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatū acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quartò, vt Iudæis excusationem tolleret, ne eum reciperent, si esset incircuncisus. Quintò, ut obediendi uirtutem nobis suo commendaret exemplo. Sextò, ut qui in similitudine carnis

carnis peccati aduenerat remediū, quo caro peccati mundari consueuerat, non respueret. Septimò, vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secundum illud ad Galatas 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret: & licet peccatum originale non contraxerit, tamen circuncidi voluit, vt nos a iugo legis liberaret, sicut etiam mori voluit, dum absque peccato esset, vt nos ab æterna morte liberaret.

15 Dub. Cur vocatum fuit nomen eius Iesus, cùm prophetæ nunciauerint alia nomina? quære Feria quarta quatuor temporum aduentus, dubio 26.

16 Dubi. Cur dicit vocatum est, & non impositum est? R. quòd, vt dicit Lyra, iam impositum fuerat ante, quando angelus virgini concipiendum nunciauit, & à Deo fuerat sic impositum.

17 Dubitatur. Cur distulerunt vocare eum Iesum vsque in diē octauum? Resp. Lyra, q; tunc imponebantur nomina in circuncisione, sicut nunc imponuntur in baptismo, vt patet de B. Io. Baptista, Luc. 1. c. octaua die venerunt circūcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et quia circuncisio non poterat fieri vsque ad octauum diem, vt dictum est dub. 5. ideò non uocauerunt eum antè diem octauum.

18 Dub. Cur nos potius dicimur Christiani, ab hoc nomine Christus, quàm Iesuani, ab hoc nomine Iesus, Resp. quòd vt colligitur ex S. Tho. 3. parte. q. 1. 16. ar. 5. & super 1. c. epistolæ ad Hebr. hoc nomen Christus dat intelligere vtramque naturam, scilicet diuinam, & humanā: intelligitur ungens diuinitatis, & humanitas vncta. Sed hoc nomē Iesus, solùm dat intelligere humanam naturam: & quia Christus idem est, quòd unctus, & solùm reges, sacerdotes, & prophetę ungebantur, & ipse fuit rex, sacerdos, & propheta: Ideò, fuit unctus, oleo exultationis: quæ unctio etiam cōpetit Christianis, quoniam sunt reges, & sacerdotes. 1. Pet. 2. c. Vos estis genus electum, regale sacerdotium: & Apoc. 5. c. Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes. Itē, habet spiritum sanctum, qui est spiritus prophetiæ. Ideò, potius dicuntur Christiani à Christo uncto, quàm Iesuani à Iesu, qui interpretatur Saluator, quoniam licèt, possimus ungi, sicut Christus, non tamen possumus saluare sicut Iesus: & licèt nūc in præsenti uita Christiani dicamur per gratiam baptismalem, in qua ungimur, in cœlesti tamen uita Iesuitæ dicemur, id est saluati per gratiam.

19 Dubit. Quando primò inceperunt credētes in Christū Christiani uocari? R. quòd ut habet Actuum 11. Primo impositū fuit hoc nomen Antiochię. Cùm antè, dicit Chrys. in Homil. uigiliæ Epiphanię, uocarentur Nazarei.

ALLEGORICE.

Sanctus Vincen. in sermone hodierno allegoriā ponit, dicens. Quod hæc historia significat totam passionem Christi, ex eius circunstantijs. Primò, in hoc, quòd Ioseph cùm dies octauus aduenisset, dixit semper Virgini, oportet, quòd circūcidatur infans, & respondit, fiat uoluntas Dei. Et tūnc Ioseph accessit ad Rabinos, ut uenirent ad effundendū sanguinē per circuncisionem. Figurat Iudam euntem ad principes sacerdotum, dicentem. Quid vultis mihi dare, & ego eū uobis tradam? Secundò, quando Ioseph uenit cū multitudine Iudæorū ad circuncidendū puerū, quoniā tunc mos sic erat, sicut nunc in baptismo, ut gētes congregentur, figurabat turbam magnā, quæ cum Iuda ueniebat cum gladijs & fustibus. Tertiò, quando semper Virgo præsentauit filium Rabinis, ut circunciderètur, figurabat quando Christus fuit præsentatus Annæ, & Cayphæ, Pilato, & Herodi. Quarto, quando impositū fuit nomen Iesus, figurabat sententiā contra eū datā irreuocabilē, per quā saluum fecit populū suū à peccatis eorū. Quintò, quando eleuauerunt sibi uestes ut circunciderètur, figurabat nudationem Christi in passione circa crucē. Sextò, quando Iesus ex dolore circuncisionis clamauit, flendo, figurabat quando Iesus in cruce clamauit uoce magna. Septimò, quādo semper Virgo recipiebat sanguinem circuncisionis in panno lini, figurabat semper Virginē stantē iuxta crucē in passione, recipientē eius sanguinē in uelo. Octauò, quando unctus fuit unguento in loco vulneris circuncisionis, figurabat unctionē sui corporis in sepultura. Nonò, quando semper Virgo cùm Ioseph posuerunt filium circūcisum in presepio, figurabat Ioseph ab Arimathia & Nichodemū ponentes corpus in sepulchro. Decimò, quando semper Virgo flebat

flebat respiciendo puerum flentem in præsepio, figurabat ipsam plangẽtem post mortem respiciendo corpus in sepulchro.

TROPOLOGICE.

Docemur ex hoc euãgelio, ut postquàm cõsummati fuerint dies octo. i. octauo die, qui est dies dominicæ resurrectionis, qui est post sabbatum. i. postquàm resurrexerimus per baptismum, & incorporati fuerimus Christo resurgẽtes à peccatis, vt sic permaneamus necesse est, etiam si volumus vocari Iesus. i. saluati, vt circũcidamur adhuc pueri, quoniam, nisi quis efficiatur, sicut paruulus, non intrabit in regnum cœlorum: & ita circuncidamur corde, omnia terrena respuentes, & monitis sancti Spiritus acquiescentes, & obtemperantes. Circuncidamur auribus, ne audiamus vana, oculis, ne vanitatem videamus; lingua, ne loquamur aduersus Deum, & proximum iniquitatem; gustu, vt non inebriemur vino, in quo est luxuria, sed vt possimus gustare q̃ suauis sit dominus, olfactu, ne sequamur meretrices spargentes cubilia sua myrrha, & cinamomo; manibus, ne dextera nostra repleatur muneribus, sed viam pacis cognoscere valeamus; tactu, ne inhonesta tangamus, & sic Christum circuncisum imitabimur, & vocabimur saluati, adiuuante angelo nobis ad custodiam deputato.

ANAGOGICE.

Ad cõtemplationem ducimur ex sancti Euangelij historia cęlestis patrię, q̃ nõ põt possideri nisi octauo die. i. cum consummati fuerint omnes dies vitę nostræ temporales, & tũc anima deposita carne præputij. i. onere carnis, & corporis satisfactione pro peccatis peracta, veluti puer sine malitia, & macula, vocatur Iesus. i. saluata, quod sibi promissum fuerat per angelum testamenti Christum Iesum, dicentem, q̀ gaudium est angelis super peccatorib. pęnitentiam agentibus, quĩ ipsorum ruina reparatur, & sedes eorum, qui cùm lucifero ceciderunt, implebuntur in utero matris nostræ cœlestis Hierusalem angelis sociati perpetuo Deũ laudabimus dicentes, quoniam bonus est.

IN VIGILIA EPIPHANIAE Domini.

Defuncto Herode. Matth. 2. c.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi octauo.

HISTORICE.

Post Herodis obitum Dei omnipotentis angelus Ioseph in somnis allocutus est, ut exurgens, puerum eius cum genitrice acciperet, & ut ad Israel patriam proficisceret̃ imperauit, cùm uita functi essent necẽ pueri perquirentes; qui statim iussa perfecit. Timore uero Archelai in Iudæa post genitoris Herodis obitum regnantis, nequaquàm illuc accessit, sed in sopore præmonitus Nazaret Galileæ verbem ueniens, eam inhabitauit, ut prophetæ uaticiniũ dicentis, quoniam Nazareus uocaretur, compleretur.

Superest dubia resoluere.

DVBITATVR. Cum Lu. 14. c. habeat̃, q̀ Pilatus misit Christum ad Herodem, quõ hic dicitur, q̀ erat defunctus? Res. Hieron. super Matthæũ, dicens. Multi propter ignorantiam historiæ labuntur in errorẽ, putantes eundẽ esse Herodẽ, à quo in passione dominus irridet̃, & q. nunc mortuus esse refertur. Ergo, Herodes ille qui cũ Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai, quẽ Tyberius Cæsar Lugdunum relegauit, fratremque eius Herodem successorem regni fecit.

2 Dub. Cur angelus apparuit in somnis Ioseph, & non manifeste? Require in vigilia natiuit. Domini. dub. 20.

3 Dub. Quis angelus sibi apparuit? Resp. q̀ uerisimiliter creditur esse Gabriel, ut patet ex dictis Aug. du. 18. uigilię natiuitatis dñi.

4 Dub. Quæ est terra Israel? Resp. q̀ terra Israel erat totũ regnũ Iudęorũ, q̃ terra olim erat Cananęorũ. Et in principio regni totũ uocabat̃ regnũ Israel, sed post diuisionẽ regni, q̃ fuit facta tpe Roboã filij Salomonis, ut habet̃ 3. Reg. 121. Reges, q. ꝓcesserũt ex Salomone, dicti sunt reges Iuda, & eorũ patria dicta est Iudæa. Alij uero reges. i. Hieroboam, & successores sui, dicti sunt reges Israel: & isti obtinebant Samariã, Galilæam, & alias regiones. Itaq; tota terra Iudęorum dr̃ terra Israel, & Iacob pater eorum: etiam aliquando Iudęa dr̃ tota terra: aliquãdo verò Iudæa dicitur solum illa pars, quæ erat tribus Iuda, s. Hierusalẽ, & iacens patria, ut in hoc euangelio, & ita istud nomen Iuda

ali-

aliquando significat totam patriam Iudæorum: aliquando verò, solam illam regioné, quæ erat regnum Iuda.

5 Dub. Cur dr in plurali, defuncti sunt, cũ solum Herodes quæreret mortem Iesu? Respon. Hier. super Matthęum, ꝙ ex hoc loco intelligimus non solùm Herodem, sed etiã sacerdotes, & scribas eo tempore necem domini fuisse meditatos. Et Chrys. super Matthæum dicit, ꝙ hoc ideò dicitur, quia consilio eorum factum est, ut Herodes quæreret puerum, & interficeret, quoniam turbatus est Herodes, & omnis Hierosolyma cum eo, vt habetur Matth. 2. c. Vel secundum S. Tho. 1. 2. q. 82. ar. 2. post Remigium ponitur numerus pluralis pro singulari, per figuram Antipthosim.

6 Dub. Cur Angelus non determinatè dixit de aliqua parte regni, sed generaliter in terram Israel? Respon. Lyra post glo. dicens ꝙ ideò nullam determinatam ciuitatem angelus nominauit, vt ex responsione angeli instruentis eum de loco, Ioseph ex frequenti locutione cum angelo magis consoliretur.

7 Dub. Q̃ro dubitabat ire in Iudæam, cum vt habetur Luc 2. Parentes Iesu per omnes annos irent in Hierusalem? Res. Aug. de consensu Euangelistarum, ꝙ hoc dissoluere non est difficile. Fieri. n. poterat, vt per diem festum inter tam ingentem turbam latenter ascenderent mox reuersuri: cũ tamen alijs dieb. habitare metuerent, vt nec solennitate prætermissa, essent irreligiosi, nec in cõtinua mansione perspicui. Iste quoq; intellectus patet, ut quod Lucas dicit eos ꝑ omnes annos ascendere solitos in Hierusalem, tunc accipiamus factũ, cũ iam non metuerent Archelaum, qui secundum historiam Ioseph, solum nouem annis regnauit.

8 Dub. Cur non timuit ire in Galilæam, in qua regnabat Herodes frater Archelai, vel ét ipse Archelaus, qui successit in toto regno patris? Rep. ẽm gl. ꝙ potuit melius latere cum puero in Nazareth, q̃ in Hierusalé, vbi erat caput regni Archelai.

9 Dub. Per quos prophetas dictum est, ꝙ Nazareus vocabitur? Resp. Hier. super Matthæum, dicens: si fixum de scripturis posuisset exemplum, nunquam diceret, ꝙ dictum est per prophetas, sed simpliciter quod dictũ est per prophetam: nunc autẽ pluraliter prophetas vocans, ostendit se nõ verba de prophetia sumpsisse. Nazarenus interpretatur sanctus, sanctum autem dominum futurum omnis scriptura cõmemorat. Possumus etiã aliter dicere, ꝙ etiam eisdem verbis iuxta Hebraicam veritatem in Esaia scriptum sit. Exiet virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius cõsurget. Et Chryso. in homi. dicit: aut forte legerũt & aliquos prophetas ita dicentes, qui non sunt nobis canonizati, sicut Natham, & Esdran: Et quoniã hoc prophetatum erat, manifestat Philippus dicens ad Nathanaelẽ, quem scripsit Moyses in lege, inuenimus Iesum á Nazareth.

10 Dub. Cum Christus natus sit in Bethleẽ, & non in Nazareth, cur non vocatus fuit Bethleemita, sed Nazareus? Respon. S. Th. 3. par. q. 35. ar. 7. allegando Gregorium in homil. dicentem, ꝙ per humanitatẽ, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur, non secundum potestatem, sed secundum naturam: nec voluit florere secundum carnis originem, sed secundum virtuosam conuersationem. Et ideò, voluit in Nazareth, quod interpretatur flos, educari, & nutriri, & sic Nazareus vocari, & nõ Bethleemita. Et potius conuenit sibi Nazareus, quàm Bethleemita: primò, quia factus fuit Dan. 9. c. Item etiam quia floridus, vt dictũ est supra Esa. 11. Egredietur virga. i. semper Virgo de radice Iesse, & flos. i. Christus, de radice eius ascendet. Item, quia conceptus fuit in Nazaret. Item, quia ibi nutritus fuit. Itẽ, quia parentes eius, s. pater putatiuus Ioseph, & mater vera, s. semper Virgo habebant domicilium in Nazareth. Vnde Lucæ 2. c. dicitur. Postquàm perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in ciuitatem suam Nazareth.

ALLEGORICE.

Vt volũt Hilarius, & Rabanus, Historia huius euangelij significat ꝑdicationem apostolorũ, & aliorum discipulorum per totum mundum. Nam Ioseph apostolorum tenet speciem, quia quemadmodũ Ioseph Christum circunfert, ita apostoli defuncto Herode. i. populo eius in passione dñi deperdito, admonentur in somnis. i. in quiete mentis, vt Iudæis prædicent Christũ, quoniam Christus missus fuerat ad oues quæ perierũt domus Israel, sed manẽte hæreditariæ infidelitatis dominatu, metuũt, & ut Actuũ 14. c. dicit, Pau. & Barnabas dixerunt: vobis

primum

primum oportebat loqui verbum Dei, sed qm̃ repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce cõuertimur ad Gẽtes, & ita ad Gẽtes, prædicando Apostoli ferunt Xp̃m. Qđ Ioseph non vult in Iudæã, ire vbi regnabat Archelaus, sed mãsit i Nazareth, significat ꝙ in nouissimo tp̃e plurimi Iudæorũ ad prædicationẽ Enoch, & Heliç cõuertẽtur. Cæteri ad instinctũ antichristi pugnabunt: pars igitur Iudeç, in qua regnabat Archelaus, antichristi sequaces ostẽdit. Nazareth aũt Galileæ, quo transfert Xp̃s, partẽ eiusdẽ gentis, quæ fidẽ est suscepturã designat. Vndè Galilæa trasmigratio, Nazareth flos virtutũ interpretaĩ, qa eccl̃a quo ardentius à terrenis ad cęlestia transmigrat, eo magis virtutũ flore, & germine abundat.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc Euangelio, vt si tp̃e persecutionũ fugimus, iuxta Saluatoris doctrinam, ex vna ciuitate in aliam, ꝙ cessante persecutione, & sublatis persecutionibus, reuertamur in patriam nostram, maxime cũ possimus proximo subuenire, & non vadamus in Iudęam, vt simus obstinati, quia super obstinatos regnat Archelaus. i. diabolus: sed habitemus in Nazareth. i. taliter flores bonorum operũ producamus, ut simus Christo bonus odor, & sic proximum ędificemus, ut simul postmodum in Nazareth cœlesti florere possimus. Instruimur etiam ut semper, uel in quiete, vel in persecutionibus, & tribulationibus Christum in corde nostro feramus, quia sic associabimur semper Virgini Mariæ, quæ interpretatur illũminatrix, quia erimus in tenebris persecutionum illuminati, & cum Ioseph de uirtute augebimus in virtutem, qm̃ ipsa uirtus in infirmitatibus tribulationum perficitur.

ANAGOGICE.

Trahimur ex historia ista ad supernorũ contemplationem, vt defuncto corpore nostro, quod bellũ continuum gerit aduersus animã, mereamur deferri per sanctum angelum in terrã Israel, cœlestem, s. patriam, in qua intuebimur puerum, & matrẽ eius: nec erit illa gloria Archelai. i. eorũ, qui non q̃runt aliã gloriam, q̃ mundanã, sed erit in Galilęa p̃ trãsmigrationẽ, & in Nazareth florentissima, qm̃ ibi sancti florebunt sicut liliũ, & sicut odor balsami erũt antè Deum, qui nos vocauit ad ipsam gloriã, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

IN EPIPHANIAE Domini.

Cũ natus esset Iesus in Bethleẽ Iuda. Matt. 2.

Histor. huius Euang. facta fuit anno Christi 1. die 6. Ianuarij, in die Veneris.

HISTORICE.

Iesu in Bethleẽ Iudę nato, Herode regnãte, Magi Hierosolymam ex oriente aduenerunt, inquirẽtes ubinam Iudęorum Rex foret natus: cuius ipsi sydus splendidissimũ eorum viderat in regione, & vt eum adorarent proficiscebantur: his nouis turbatus Rex, omnisque Hierosolymorum populus. Sacerdotum principes, & populi scribas celerius Herodes iubet euocari: eisq́; imperat, vt in quo Christus nasciturus sit, locum demonstrent: qui cũ in Bethleem Iudæ, teste prophetia, oriturum affirmassent, agnouissentq́; clanculo a Magis diligenter edoctus tẽpus visi syderis, monuit Bethleem ut pergerent, diligentiusq́; nouiter in lucem editum puerum perquirerent, protinusq́, eo inuento, ad sui deducerent notitiam, ut pari eum adoratione prosequereĩ. Talib. à Rege mandatis acceptis cum abijssent, stellam ipsorum ducẽ dum offendissent, maximo affecti fuerunt gaudio, quæ eis, & ducatũ prębuit, & locum nati regis demonstrauit. Domum verò introgressi, puerum tãto itinere perquisitum, cum Maria semper Virgine, eius genitrice prospicientes, suppliciter proni adorauerunt, & ex his, quos detulerant thesauris, Aurum, Thus, atq; Myrrham pro munerib. obtulerunt, & oraculo in somnis ut Herodem deuitarent accepto, alio ab eorum tramite regressi sunt in regionem.

Gradatim occurentia dubia dilucidabo.

1 DVBITATVR. Cur Euãge. in principio historiæ ponit nomen pueri, locum, & tempus natiuitatis? Respon. Remigius, quòd hæc tria ponuntur ad confirmationem rei narrandæ.

2 Dub. Cur potius natus est in Bethleem, quàm alibi? require in media nocte nati. Domini, dub. 24.

3 Dub. Cur Euangelista addidit Iudæ, & an debeat scribi per vnum, uel duo e? Resp.

E Hie-

Hierony. super Mat. & Glos. ꝙ in hoc loco debet scribi Iudæ per vnum e, & non per duo, quoniam iudæ hic ponit ad differentiã alterius Bethleem, quæ est terra Zabulon, & ita terra Iuda, & terra Zabulon sunt distinctæ, quia alia est terra, quam inhabitabat trib. Iuda: & alia, quam inhabitabat trib. Zabulon, quæ tamen ambæ sunt in Iudæa: quoniam Iudæa complectitur totam terram, quam inhabitabant Iudæi: & si dixisset Iudeæ per duo e, videret dici ad differentiam alterius Bethleem, quæ esset extra terram Iudæorum, sed nulla est in terris Gentium, quæ vocetur Bethleem.

4 Dub. Cur Euangelista facit mentionem de Herode ꝙ erat alienigena? Resp. Chrys. super Mat. ꝙ ideò, vt impletam demonstraret prophetiam, Gen. 10. c. quæ dicit. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.

5 Dub. Quis fuit iste Herodes, & an fuerit ille, de quo legitur Luc. 14. in passione dñi? require in vigilia Epiphaniæ, dub. 1.

6 Dub. Quõ Herodes erat alienigena? Res. Ambr. super Luc. dicens, fertur, qđ Idumæi latrones ingressi Ascalonam Antipatrem inter alios, abduxerunt captiuum. Is igitur huius mysterijs Iudęorum Hyrcano Iudeę regi amicitia copulatur, quem pro se ad Pompeiũ Hyrcanus dixerit, & quia relegationis fructu potitus est per eũ gratiam, partem regni affectauit. Occiso autem Antipatre, filius eius Herodes sub Antonio Senatusconsulto, Iudæis regnare præceptus est, in quo claret Herodem nulla affinitate generis Iudæorum regnum quæsisse.

7 Dub. Cur dicitur regis? Resp. Chrys. in hom. qđ dicitur Herodis regis dignitatẽ addens, quia, & alius fuit Herodes, qui Ioannem interfecit. Et vt ex historijs colligitur, & maxime a Iosepho, tres fuerunt Herodes. Primus fuit Herodes Ascalonita filius Antipatris, qui primus regnauit in Iudæa post Hyrcanum, & obtinuit regnũ Iudæorum dolo, vt dictum est dub. præced. Et iste est, de quo hic loquitur Euang. sub quo natus est Christus & qui interfecit Innocentes: alius fuit Herodes Antipas, qui fuit filius istius, sub quo, vt habetur Luc. 23. passus est dominus, qui etiam fecit decapitare Ioannem Baptistam, vt habetur Mat. 14. Ille dijudicante Cæsare Imperatore successit patri in Galilęa, & frater eius Archelaus in Iudæa. Tertius fuit Herodes qui dictus est Agrippa, nepos primi Herodis, à quo Iacobus frater domini occisus est gladio, vt habetur Act. 12. Vnde versus.

Ascalonita necat pueros, Antipa Ioannem:
Agrippa Iacobũ, claudens in carcere Petrũ.

Dicitur ergo regis, ad differentiam alterius Herodis, qui non fuit Rex.

8 Dub. Quõ isti Magi, s. malefici audebant venire ad adorandum Christum? Resp. Rabanus super Mat. qđ Magi sunt, qui de singularis reb. philosophantur, sed sermo communis Magos pro maleficis accipit, qui aliter tamen habentur apud gentem suam, eo qđ sint philosophi Caldæorũ, & ad huius artis scientiam Reges quoq; ac principes eiusdem gentis omnia sapiunt, & ipsi primum ortũ Domini intellexerunt. Et ut dicit Iacobus de Vorag. Magus Persicè dicitur, hebraicè scriba, græce philosophus, & latine sapiens, siue magister, dicitur.

9 Dub. Quot fuerunt isti Magi? Resp. qđ licèt euangelium de hoc non faciat mentionem: vna glo. tamen dicit, qđ licet dicantur tria munera obtulisse, non ideò, non plures quàm tres fuisse probantur. Alia verò Glo. dicit tres Magi vno itinere adorare veniebant. Et ita est dicendũ, qđ fuerunt tres, & ita tenent cõiter doctores, & cũ sepulti essent in ecclesia S. Eustorgij ordinis prædicatorum Mediolani, Federicus Mediolanum deuastando, ipsorum tria corpora in Coloniam deportauit, vbi, & nunc requiescunt.

10 Dub. An isti tres Magi fuerint de magno genere? Resp. Glo. qđ fuerunt Reges, qui venerunt cum magno comitatu.

11 Dub. Quorum regnorum reges fuerunt? Resp. Lyra, qđ aliqui exponunt eos fuisse reges Tharsis, & Insulæ, & Arabum, & Sabba prout dicit Ps. 71. Remigañ super Mat. dicit, qđ varia est opinio de hoc, qm̃ aliqui dicunt eos fuisse Caldæos. Caldęi n. stellã pro Deo colebant: Et ideò dixerunt, qđ nuncupatius eorũ Deus ostendit eis verũ Deum natum. Alij dicunt eos Persas fuisse: nõnulli dicunt, vt ẽt refert S. Thom. 3. par. q. 36. ar. 3. de vltimis terræ finib. fuisse. Alij verò dicunt, qđ magis credendum est, vt dicit Lyra, qđ fuerunt nepotes Balaam pp prophetiam eius, Nume. 24. Orietur stella ex Iacob &c. Et vt dicit Magister hist. cho. venerũt de finib. Persarum, & Caldæorũ, vbi est fluuius Sabaa, à quo Sabea regio dicitur.

Dub.

12 Dub. Quo nomine vocabâtur dicti Magi? Resp. Magister histo. scho. & Iac. de Vora. quòd in Hebræo eorum nomina sunt Appelius, Amelius, & Damascus: in Græco Galaath, Malgalath, & Saratim: & in Latino Gaspar, Balthasar, Melchior.

13 Dub. Quia cùm, ecce, sit aduerbium demonstrandi, & ipsi tertiodecimo die venerũt post natum Christum, quo demonstrantur per ecce? Resp. Glo. quòd visa stella, statim se ad iter præpararunt, & semper itinerantes tertiodecimo die applicuerunt.

14 Dub. Quia non videtur, quòd in 13. diebus potuerunt venire ab oriente? Resp. Glo. quòd non est mirandum eos in 13. diebus venisse in Bethleem, cũ equos Arabicos, & dromedarios haberẽt, qui s. sunt veloces ad iter, qui secundum Hiero tantum currunt vno die, quantum equus in tribus. Vel, vt dicit Remigius, puer, qui tũc natus est, in tàm breui spatio temporis de vltimis finib. terræ ad se perducere potuit, & etiam si fuerunt successores Balaam, regio eorum non longe distat à terra promissionis: idcircò, in tàm breui spatio tẽporis venire potuerunt; & tunc dicuntur venisse ab oriente, qui ab illa regione venerunt, quæ in orientali parte Iudæis posita est.

15 Dub. Cur stella nõ conduxit eos in Bethleem, vbi Christus natus erat? Resp. S. Tho. 3. par. q. 36. ar. 8. q. sicut Aug. dicit in sermone Epiphaniæ, Stella, quæ Magos perduxit vbi erat, cum matre semper Virgine, Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatem Bethleem, in qua natus est Christus. Sed tamen subtraxit se, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, etiam Iudæi testimonium perhiberent: ut sic geminato testimonio confirmati, sicut Leo Papa dicit, attentiori fide expectarent, quem, & stellæ claritas & prophetię manifestabat auctoritas, ita ipsi annunciabant Iudæis Christi natiuitatem, & interrogabant locum: credũt, & quærunt tanquàm significantes eos, qui ambulant per fidem, & desiderãt per spem, ut August. dicit in sermone Epiphaniæ. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Christi, similes facti sunt fabris archæ Noe, qui alijs, ubi euaderent, præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt. audierunt, & abierũt, inquisitores dixerunt, & remanserunt doctores, similes lapidibus milliarijs, qui viam ostendunt, nec ambulant. Diuino autem nutu factum est, vt aspectu stellæ subtracto Magi humano sensu in Hierusalem venerint, quærentes in ciuitate regia Regẽ natum, vt in Hierusalem primò Christi natiuitas publice annunciaretur, secundum illud Esa. 2. c. De Syon exibit lex, & verbum domini de Hierusalem: & ut etiam studio Magorum de longe venientium, damnaretur Iudæorum pigritia prope existentium.

16 Dub. Cur Magi antè nunquàm venerũt adorare alios reges Iudęorum? Resp. Aug. in sermone Epiphaniæ, dicẽs. Cùm autem multi nati, atque defuncti essent reges Iudæorum, nunquã quemq; eorum Magi adorandum quæsierunt, quia nec quẽquam eorum de cęlo loquentem didicerunt. Neque enim huius ętas erat, saltem, cui adulatio humana seruiret; nõ de membris purpura, nõ in capite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, non gratiosa fama pliorũ; hos ad eũ uiros ex remotis terris cum tanto uoto supplicationis attraxerunt: iacebat in præsepio puer ortu recens, exiguus corpore, contẽptibilis paupertate, sed magnum aliquid latebat in paruo, quòd illi homines primitiæ Gentiũ non terra portante, sed cęlo narrante, didicerant.

17 Dub. Cur Magi nõ timuerũt uiuente Rege Iudæorũ alium annunciare Regẽ natũ? R. Chrys. super Matthæũ, quòd Magi dum considerabant regem futurũ, non timebant regem præsentem: adhuc nõ uiderant Christum, & iam parati erant pro eo mori. Et ut dicit S. Tho. 3. par. q. 36. art. 8. credẽdum est Magos à Spiritusancto inspiratos, sapiẽter Christum quæsisse, & eidem reuerentiã fecisse, & sic eum natum annunciasse.

18 Dub. An Christus natus sit sub dominio stellæ? Resp. Aug. contra Faustum, dicens. Si autem sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, liberum arbitrium uoluntatis ab omni necessitatis uinculo uindicemus, quanto minus illius temporalẽ generationem sub astrorũ conditione credimus factam, qui est uniuersorum æternus creator, & dominus? Itaq; illa stella, quam uiderunt Magi Christo, secũdum carnem, nato, non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabat. Non ideo, Christus, natus est, quia illa extitit, sed illa extitit, quia Christus natus est, ipse quippe illi, non illa huic nascendi attulit causam.

19 Dub. Cur hæc stella eius dicit, nunquid

aliæ stellæ non sunt eius? Resp. Gl. quòd dicitur eius. i. propria eius, quia ipse hanc creauit ad sui ostensionem. Itaquè, omnes stellæ sunt eius, quia ab ipso creatæ. Sed hæc propria est eius, quia ipsum ostendit, & demonstrauit. Et Maximus in sermone epiphaniæ dicit, bene eius, quia specialiter eius annunciabat aduentum: & certè quidem stellæ factæ sunt, vt mundi huius opera, cursusq; distinguerent: hæc autem prodire iussa est, ut ipsum mundi dominum, & regni cœlestis ad esse tempus ostendere.

20 Dubi. An hæc stella visa fuerit à Magis in oriente, uel potius ipsis existentibus in oriente uiderint eam in partibus Israel? R. quòd quamuis Gl. hoc relinquat sub dubio, tamen S. Tho. 3. par. q. 36. art. 7. dicit, quòd verbum Magorum dicẽtium, Vidimus stellam eius in oriente, non est sic intelligendũ, quasi ipsis in oriente positis, stella apparuit existens in terra Iuda, sed quia uiderunt eã in oriente existentem, & pręcessit eos vsque in Iudæam.

21 Dub. An hæc stella fuerit creata in principio mundi? Resp. Chryso. super Matthęũ, quòd non fuit vna cœlestium stellarum, sed fuit de nouo creata: primò, quia nulla alia stella mouetur motu recto, sed circulari ad motum cęli. Hęc autem recto motu, & lineali mouebatur ducendo Magos. Secundò, quia aliæ non lucent, nisi nocte. Hæc autẽ etiam in meridie lucebat. Tertiò, quia hæc quãdoque apparebat, & q̃nq; occultabatur, vt patet quando Magi intrarunt Hierosolimã. Quartò, quia non habebat motũ continuũ sicut aliæ, sed cũ oporteret ire Magos ibat, cùm oportebat stare, stabat, & multis alijs rationibus vnde S. Tho. 3. par. q. 36. ar. 7. dicit, quod ꝓbabilis uidet̃, qđ fuerit de nouo creata, non in cœlo, sed in aere vicino terræ, q̃ secundũ diuinã volũtatẽ mouebat̃.

22 Dub. A quibus audierunt Magi, ꝙ stella illa Christum demonstrabat? Resp. Leo Papa in sermone epiphaniæ, dicens; Præter illam stellæ speciem, quæ corporeum incitauit natum, fulgentior veritatis radius eorũ corda perdocuit Aug. autem in sermone epiphaniæ dicit, quòd hoc profecto scierunt ab angelis, aliqua monitione reuelationis: & in libro de quęstionibus noui, & vete. testamenti dicit, vel Iudæorum natum regem intellexerunt.

23 Dub. Cur angelus nõ apparuit ipsis Magis, sicut apparuit pastoribus ad annunciandum Christi natiuitatem? Respon. Greg. in Homi. dicens. eisdem autem gẽtibus Christum, cũ perfecte esset ætatis, apostoli prædicant, eumque paruulum, & necdum per humani oris officium loquentẽ, stella Gentibus denunciat, quia nimirum rationis ordo poscebat, vt loquentem iam dominũ, loquentes nobis prædicatores, & necdum loquentem elementa prædicarent.

24 Dub. Quo tempore stella apparuit Magis? Resp. S. Tho. 3. parte. q. 36. art. 6. quod de hoc est duplex opinio: nam Chryso. sup Matthæum, & Aug. in sermone Epiphaniæ dicunt, ꝙ stella apparuit Magis per biẽniũ ante Christi natiuitatem, & tunc præmeditantes, & se ad iter præparantes ab remotissimis partibus orientis, peruenerunt ad Christum tertiodecimo die à sua natiuitate: vndè, & Herodes statim post recessum Magorũ, uidens se ab eis illusum, mandauit occidi pueros à bimatu, & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset, quando apparuit stella, secundum qđ à Magis audierat. Alij uero, ut Fulgẽtius, & ẽt refert Gl. stellã apparuisse primò, cũ Christus natus est, & statim Magi visa stella iter arripiẽtes, lõgissimũ iter in tredecim diebus peregerunt, partim quidẽ adiuti diuina uirtute, partim autẽ dromedariorum uelocitate, & hoc dico, si uenerunt ex extremis partibus orientis. Quidam tamen dicunt eos uenisse de regione propinqua, unde fuerat Balaã, cuius doctrinæ successores fuerunt. Dicuntur autem ab oriente uenisse, ut dictũ est dub. 14. Quia terra illa est ad orientalẽ partem terræ Iudæorũ, & secundũ hoc Herodes nõ statim recedẽtibus Magis, sed post biẽnium pueros interfecit. Vel quia dicitur interim accusatus Romã iuisse, uel aliquo modo periculorũ terroribus agitatus, à cura interficiendi pueros destitisse. Vel, quia potuit credere Magos fallacis stellæ uisione deceptos, postquam non inuenerunt, quẽ natũ putauerunt, erubuisse ad se redire, ut Aug. dicit in lib. de cõsensu euangelist. Ideò, autẽ non solos bimos pueros interficit, sed infra, quia ut Aug. dicit in quodã semone Innocẽtiũ, timebat ne puer, cui sydera famulabantur, speciem suam paulo super ætatem, uel infra transformaret.

25 Dub. An Magi existentes in Hierusalem, uiderent stellam? Respond. Chrysostomus super

super Matthæum, quòd non viderunt eam, quoniam cum stella deduxisset Magos prope Hierusalem, abscondita est ab eis.

26 Dub. Cur sic stella abscondita est ab eis? Resp. Chryso. vbi supra, quod vt Magi relicti a stella, cogerentur in Hierusalem interrogare de Christo, simul & manifestare propter duo. Primò, ad confusionem Iudæorum, quia Gentiles stellæ tantùmmodo visione confirmati, Christum per alienas prouincias requirebant, & Iudæi ab infantia prophetias legentes de Christo, & in suis finibus natum, non susceperunt Deum, ut interrogati sacerdotes vnde nascitur Christus? ad præiudicium suum responderent, de Bethleem, quia, qui Herodé docuerant, dè Christo, ipsi ignorabant de illo. Et ideò, post interrogationem, & responsionem habitam, subditur: Et ecce stella, quam viderant.

27 Dubi. Cur Herodes auditis Magis turbatus est? Respon. Chryso. super Matthæum. Quòd ideò, quia audiens regem natum Iudæis ex genere Iudaico, cum esset ipse genere Idumęus, ne regno reuoluto iterum ad Iudæos, ipse a Iudæis expelleretur, & semẽ eius post ipsum præscinderetur à regno: Semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est.

28 Dub. Videtur, quòd non omnis Hierosolyma turbata sit, quia non sanctus Symeon, qui Christum expectabat? Resp. Lyra, quòd hic accipitur pars pro toto, quia omnis Hierosolyma accipitur hic pro illa parte, quæ fauebat Herodi. Sicut communiter dicitur, quando maiores ciuitatis aliquid faciunt, quod tota ciuitas facit, sicut in proposito illi, qui erant ibi maiores, & in regalibus officijs assistentes Herodi, cum ipso turbati sunt. Et sunt hic duæ figuræ, scilicet, sinecdochen, & methonimia, quia continens Hierosolyma ponitur pro contentis hominibus.

29 Dub. Cur pars Hierosolymorum turbata est? Resp. S. Tho. 3. par. q. 36. art. 2. quod autem Iudæi turbantur, qui tamẽ magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia ut Chryso. dicit, in aduentu iusti non poterant gaudere iniqui: aut volẽtes fauere Herodi, quem pertimebant Populus enim plus iusto fauet illis quos crudeles sustinet.

30 Dub. Cur Herodes cõuocauit principes sacerdotum, & scribas populi, vt sciret locum natiuitatis Christi? Resp. Lyra, quod quia volebat Christum perdere, ideo voluit de loco natiuitatis eius diligenter inquirere ab illis, qui scripturas prophetarum prædictas nouerant de Christo, & genealogias descendentes à Dauid sciebant.

31 Dub. Qui sunt scribę? Resp. Remigius super Matthæum, quòd scribæ dicti sunt non tantum ab officio scribendi, sed potius ab interpretatione scripturarum, erant enim legis doctores.

32 Dub. Cur Herodes quæsiuit vbi Christus nasceretur, & non vbi natus esset? Resp. Remigius super Matthæũ, quod hoc callide fecit, ut posset agnoscere, si de rege nato lætarentur.

33 Dub. Cum Magi quærerent regẽ Iudęorum, cur Herodes non de rege, sed de Christo quærit, vbi nascatur? Resp. Remigius super Matth. quod Christus Græce, idem est quod vnctus Latinè, & quia nouerat reges Iudæorum inungi, ideo vocat eum Christum, id est regem vnctum.

34 Dub. Quis fuit propheta de quo hic fit mentio? Resp. quòd fuit Michęas 5. c. suę prophetię.

35 Dub. Cur nõ responderunt regi per verba formalia dictę prophetiæ? Respon. Lyra, quod Matthæus, quia debebat scribere respõsionem Iudæorum Herodi factam, ideò, vt supra scripsit. Herodes autem erat alienigena, & ignorabat scripturas prophetarum. Et ideò, scribæ sibi respondentes aliqua verba in auctoritate prophetiæ mutauerunt, ut planius Regi loquerentur. tamen eandem sententiam tenuerunt, vt patet discurrenti per singula. Et primò quidem dixerunt. Tu Bethleem terra Iuda, & non Effrata, cuius ratio fuit, quia ista ciuitas antiquitus vocata est Effrata ab uxore Caleph, sed postea est ibi facta fames magna, tempore Elimelech, & Noemi vxoris suæ propter famem iuerunt ad peregrinandũ in terram Moab, vt habatur Ruth 1. cap. Transeunte autem fame, facta est maxima abundantia in eadem ciuitate. Et tũc vocata est Bethleem, id est domus panis, propter superabundantiæ euentum. Herodes autem ignorabat historiam. Et ideò, non dixerunt, tu Bethleem Effrata, quod nesciuisset quid esset dictũ, sed dixerunt, tu Bethleem terra Iuda. i. quæ sita est in terra Iuda, ad differentiã illius, quæ in terra Zabulon: sicut prædictum est dub. 3. Similiter quod legitur in auctoritate, paruulus es in millibus Iuda, mu-

tauerunt dicentes, nequaquàm minima es in principibus Iuda. Licèt enim videatur contrarietas in verbis,tamen est eadé sentẽtia,quia cum dicitur, paruulus est &c. Hoc est dictum,tu Bethleẽ paruulus es vicus in situ,& ambitu murorũ, respectu mirabiliũ ad te pertinentium,& rõne Christi ex te nasituri,& ista puitas sonat indignitatẽ, sicut si diceretur. Lutetia est parua ciuitas in situ respectu multitudinis ad eam pertinentis. Scribæ autem Iudæorum respondentes Herodi, hãc dignitatẽ planius expresserunt,dicentes,nequaquàm minima es:quòd aũt sequitur in prophetia,hic,& ibi, satis cõcordant, & ista prophetia non potest exponi nisi de Christo. Vnde,in eadem, ubi dicitur. Ex te egredietur,qui sit dominator &c. Trãslatio Chaldaica habet,ex te egredietur Messias. vnde Chryso.super Matthæum increpat Iudæos,q̃ nõ totam prophetiam protulerũt Herodi,dicens,ipsos adhuc ipsã prophetiã præcidentes interficiendorum paruulorũ pstitisse occasionẽ sic, enĩ scriptũ erat, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. si ergo integram prophetiam protulissent,considerans Herodes quia venerat Rex æternus,cuius dies à diebus sæculi erant, in tantum furorem non exarsisset.

36 Dubitatur. Cur propheta nõ dixit Rex, vel filius Dei,sed dux? Resp. Chrysostomus in homil. dicens. Nõ autẽ dixit,ex te exiet filius Dei,sed dux,qui pascet populũ meum Israel. Oportebat enim in principio condescendere,vt non scandalizarentur,& quæ ad salutẽ hominum pertinebant prædicare, vt magis inducerentur.

37 Dubi. Quia Christus non rexit populum Israel,quia nõ omnes crediderunt ei? Resp. Chrysostomus in Homil.dicẽs, Israel enim hic dicit,eos, qui crediderunt ex Iudæis. Si autem nõ omnes Christus rexit, eorum est accusatio,& hęc est figura sinecdochen.

38 Dubi. Cur prophetia nullam mentionẽ fecit de Gentibus, quæ tamen ab ipso rectę sunt, mediantibus apostolis? Resp. Chryso. in homi. quòd de Gentibus interim tacuit, ne scandalizaret Iudæos.

39 Dubi. Cur Magis quærunt a Iudæis vbi Xps nasceret̃ cũ stella eos pduxisset? Resp. Chrysosto.in homil. dicẽs. Vide autem ad mirabilem dispensationem. Iudæi enim, & Magi seinuicem docent. Iudæi à Magis audiunt, quòd Christum in orientis regione stellà prædicabat, & Magi à Iudæis, quòd prophetæ antiquitus eum nunciauerant, ut geminato testimonio confirmati,ardentiori fide expeterent, quem, & stellæ claritas, & prophetię manifestabat auctoritas.

40 Dubi. Cur Herodes clã vocauit Magos? Resp Chryso.super Matthæum, & Lyra, dicentes, occultè autem vocauit eos, ut non viderent Iudæi, quos habebat suspectos,ne forte quasi regem suæ gentis amantes, proderent consilium eius.

41 Dubit. Cur ita diligenter perquisiuit? Resp. Remigius super Matthęum,quòd eo, q̃a callidus erat, & timebat vt non reuerterentur ad eum, vt tunc sciret quid ageret de puero occidendo.

42 Dubi. An alia stella tunc apparuerit præter illam, quæ Magis apparuit? Respondet Iacobus de Voragine in sermone de Epiphania,quòd in Christi natiuitate quædam stella apparuit in aere, sicut ista, de qua dr̃ hic,quæ nec erat in firmamento cum fixis, nec in ęthere cum planetis,sed in aere,proxima terræ,ut dictum est dubio 21. Quędã apparuit in monte,quia secundum narrationem Chrysostomi Magis in monte existentibus, quędam stella in forma pueri ad eos descendit: Quædam apparuit in circulo aureo,secundũ narrationem Innocentij: Quędam apparuit in cęlo, quia sicut refert Albumazar, quædam puella in cęlo apparuit, quæ puerum in vlnis tenebat,& senex iuxta eam erat,qui eam non tangebat,quem puerum Christiani, ut idẽ ait,dominum suum esse dicunt.

43 Dubi. Cur eos iubet diligenter interrogare de puero, cum hoc facturi essent absque præcepto? Respondet Chrysosto. super Matthæum, quòd, vt eos induceret ad sibi renunciandum, deuotionem promittebat vt pater, quia simulauit se velle eum adorare,per figuram antiphrasim. quoniam volebat eum occidere, vt etiam dicit Gregorius in homil.

44 Dubi. Cur solum Herodes vocat eum puerum,& nõ regem,vt Magi? Resp. Chrysosto. in homi. quia neque principatus nomine eum vocari sustinebat.

45 Dubi. Quid actum post fuit de illa stella? Resp. Augus. in sermone Epiphaniæ, dicens. Et vt Christo stella plenum redderet obsequium,tẽperauit gradum,donec Magos perduceret ad puerum: Obsequiũ præbuit

non

non imperium, adduxit supplices, ostendit amplissimo lumine, & tectis nati consedit, sicq; discessit. Et Glo. dicit, sic hæc stella dominicæ natiuitatis nuncia nunquàm prius apparuit, sed eam tunc puer ille creauit, & Magis præuiam deputauit, quæ mox peracto obsequio, desiit, & in præiacentem materiam redacta est, vt communiter tenetur, & etiam hoc vult Magister hist schol.

46 Dub. Ad quid stella stabat supra, vbi erat puer? Respondit August. super Matth. dicens. Stetit supra caput pueri, quasi dicens: hic est, vt quia loquendo monstrare non poterat, stando demonstraret. Et Maximus in sermone Epiphaniæ dicit: Nunquid non dicere videbatur, hic est puer, quem natum testabatur è cœlo: hic est Rex ille magnus, qui venit cœlesti imperio regnum sociare terrenum.

47 Dubit. Cur dixerit Euangelista, gauisi sunt, cur addidit gaudio magno, quia nemo gaudet sine gaudio? Resp Gl. quòd gaudio gaudet, qui propter Deum gaudet, qui est verum gaudium.

48 Dub. Cum dicit magno? Respon. Gl. quia de magno gaudebant. Et Chrysostomus super Matth. ait, quòd per ministerium stellæ intelligebant, quoniam dignitas tunc nati Regis excedebat mensuram omnium mundanorum regum.

49 Dub Cur dicit valdè? Respondet Remigius super Matthæum, quòd, quia voluit ostendere, quòd magis gaudent homines de rebus perditis, supple recuperatis, quàm semper possessis.

50 Dub. An in domo viderint Ioseph, quia solum dicitur, cum semper virgine Maria matre eius? Respondet Rabanus super Matthæum dicens. Diuino autem nutu actum est, quòd aberat Ioseph, ne aliqua malæ suspicionis occasio daretur Gentibus, ne fortè, vt dicit Sanctus Vincentius in sermone, putaretur pater pueri.

51 Dubit. Quid agebat semper Virgo cùm Magi intrarunt domum, & quid egerunt Magi, & quæ verba habuerunt ad inuicem? Respon. Sanctus Vincentius in sermone I. Epiphaniæ, quòd, vt dicunt Sancti Doctores, adhuc semper Virgo erat in illo porticu vbi pepererat. Cogitate quando semper Virgo sensit venire illam militiam, quòd timuit, & abscondit puerum in præsepio, & ipsa orabat, & totum cor contremebat. Reges autem mirabantur, cùm non viderent ibi palatium, nec magnam domum, aspiciebant se mutuo, dicentes. Quid est hoc quod stella non mouetur? dicit Maximus in sermone, quòd stella emittebat radios nouos, & clariores, quasi dicens Regibus Hic est Rex, quem quæritis. Reges autem descenderunt de animalib. suis, & vnus eorum veniens ad porticū, eleuauit modicum flacciatam, siue coopertam extensam, ne frigus intraret, dicens, Quis est hic? Et accedentes alij duo Reges, quādo viderunt semper Virginem, statim habuerunt magnam deuotionem: quæ dixit eis: Domini, quid placet vobis? qui responderunt. Scitis vos vbi est, qui natus est Rex Iudæorum? quia volumus ipsum adorare. Semper Virgo non dixit se nescire, sed dixit: O Domini, hoc scire deberent magni Domini & Rabini, & rectores ciuitatis. Et verum dicebat. Et interim Reges totaliter in corde fuerunt calefacti, inde exeuntes, respexerunt stellam pulchriorem, quæ stabat superius immobiliter. Et iterum redierunt ad semper Virginem, & dixerunt ei. Vos habetis filium, quæ respondet. Ita Domini Et illi, Estne diu quod peperistis? Respondet, Domini, hodie sunt tredecim dies. Dixerunt Reges. O bona iuuencula, ostendatis ipsum nobis. Tunc semper Virgo sciens, quòd veniebant pro bono, accepit filium de præsepio, & ostendit eis: qui dixerunt. Quomodo vocatur? Respōdit semper Virgo, Iesus. Quo nomine audito, procidentes adorauerunt eū, dicentes. O Saluator, vos bene veneritis. O Domine, tanta est humilitas vestra, quod uoluistis uenire in stabulo huius mūdi miseri, Vos qui estis infinitus in diuinitate, estis restrictus in humanitate. Vos qui estis creator, estis factus secundum humanitatem creatura. Vos qui estis solus immortalis, & impassibilis, estis factus passibilis & mortalis O Domine tanta gratia est ista, & silentes osculantur pedes eius. Deinde adorantes, semper Virgini matri, dicebāt. O camera paradisi, templum Dei, sacrarium Spiritussancti. O benedicta, vos portastis nobis saluatorem: deinde obtulerunt munera. Et vt dicit Chrysost. super Matth. & Sanctus Thom 3 par. q. 36. art 8. si Magi terrenum Regem quærentes inuenissent, fuissent confusi, quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent: vndè nec adorassent, nec munera obtulissent:

nunc autem, quia cœlestem Regem quære bant, etsi nihil regalis excellentiæ in eo viderent, tamen solius stellæ testimonio contenti, adorauerunt. vident enim hominem, & cognoscunt Deum, & offerunt munera dignitati Christi congruentia.

52 Dub. Cùm thesaurus sit locus, vbi reponitur aurum, & quem locum non portauerunt secum, quomodo aperuerũt thesauros? Respon. Lyra, quòd non intelligitur, quod tunc aperuerũt, quin prius aperuerãt, quando, scilicet, de terra sua recesserunt, & munera secum detulerunt.

53 Dub. Quomodo thus, & myrrha dicũtur thesauri? Resp. ꝙ thesauri intelliguntur, quo ad aurum, non autem quo ad thus, & myrrham, nisi quo ad figuralem significationem, vt dicitur in expositione spiritali.

54 Dub. Cur obtulerunt munera? Respondet Glo. dicens, quòd Reges Persarum nunquam sine muneribus adorant, quo more, & isti munera obtulerunt, sed magis diuina inspiratione factum est, vt in hoc sit magisterium omnium.

55 Dub. Cur potius obtulerunt hęc tria munera, quàm alia? Resp. Lyra post glo. Augustinum, & S. Tho. ꝙ obtulerunt aurum tanquàm Regi, myrrham tãquàm homini mortali, quia corpora defunctorum vngi solent myrrha, & thus tanquàm Deo, quia thus ad honorem diuinum concrematur; vel secundum alios, obtulerunt aurum ad sustentationem pauperis matris & filij, thus contra fœtorem loci, & myrrham ad consolidandum membra pueri.

56 Dub. An obtulerint alia munera præter ista tria? Resp. Iacobus de Vorag. sermone quinto Epiphaniæ, quòd Magi quadruplex munus obtulerunt Christo, s. munus à corde, quia in eum fideliter crediderunt; munus ab ore, quia ipsum verum Deum & hominẽ confessi fuerunt; munus à manu, quia ei aurum thus, & myrrham obtulerunt: & munus ab obsequio, quia ante eum se prostrauerunt.

57 Dub. Quid est procidere? Respon. secundum Grammaticos, quòd procido à pro & cado componitur: inde procidere procul, vel ante cadere dicitur. Et quia Magi cęciderunt ante in facies suas, ideò dicitur, procidentes.

58 Dubit. Cur sic procidentes adorauerunt eum? Resp. Iaco. de Vorag. in sermone quinto Epiphaniæ, ꝙ vt Christo offerrent quicquid haberent: quod patet, quia procidẽtes sibi obtulerunt corpus, & orantes obtulerũt animam, & res temporales munera offerendo, & sic adorauerunt eum adoratione latriæ, quę soli Deo debetur.

59 Dub. Quot modis fit adoratio latriæ? Respon. Iacob. de Vorag. vbi suprà, quòd quinque modis, s. mentaliter, quæ, s. secundum August. cõsistit in Dei cognitione, dilectione, & debita subiectione. Secundò, vocaliter: orando, laudando, & gratias agendo. Tertiò, realiter in nostrarum rerum oblatione. Quartò, fit personaliter in genuflexione, & prostratione. Quintò, sacramentaliter in sacrificij immolatione.

60 Dubit. An isti Magi istis quinque modis adorauerint Christum? Respon. Iacobus de Voragine vbi suprà, quòd sic: Quia primò, Deum cognouerunt, dulciter amauerũt, seipsos sibi humiliter subiecerunt. Secundò, quia orarunt, laudarunt, & gratias egerunt, vt patuit dubio 51. Tertiò, quia aurum obtulerunt. Quartò, quia in terram se prostrauerunt. Quintò, quia pro sacrificio thus, & myrrham obtulerunt.

61 Dub. An quilibet tria munera obtulerit, vel singuli singula? Respond Lyra post Remigium, quòd isti non singuli singula obtulerunt, sed singuli tria, & singuli cum suis muneribus Regem Deum, & hominem prędicauerunt.

62 Dubitatur. Cur tres tantum venerunt adorare? Respondet Glos. quia in tres partes mundus diuisus est, scilicet Asiam, Africam, & Europam. Et isti tres significabant Gentes de ipsis partibus mundi venientes ad fidem.

63 Dub. Cur non perquisierint an deberent ire ad Herodem vel non: Quomodo dicitur responso accepto? Respon. Glos. dicens, sicut enim Moyses clamat, sic isti pio affectu interrogabant, quid diuina iuberet voluntas, & potest esse figura antiphora, quando respondetur tacitæ quæstioni.

64 Dubitatur. A quo habuerunt responsum? Respondet Glossa, quòd hæc responsio fit per ipsum Dominũ, quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille, qui dicit, ego sum via.

65 Dub. Cur Christus nõ apertè, sed in somnis eis locutus fuit? Respon. Glos. quòd non loquitur ad eos, ne ante tempus diuinitas reue-

reueletur, & ut vera humanitas habeatur.

66 Dubitatur an Magi scandalizati sint, putantes ipsum non esse dominum, qui non se poterat defendere ab Herode? Respon. Chrysostomus in Homilia, dicens. Intuere autem Magorum fidem qualiter scandalizati non sunt in seipsis, dicentes, si magnus est puer hic, quæ necessitas fugæ est, & occultæ recessionis? Hæc enim est veræ fidei vis, non quærere causas eorum, quæ uere percipiuntur, sed suaderi solùm ab eis.

67 Dubi. Cur reuersi sunt per aliam uiam? Resp. glo. ne infidelitati misceãtur Iudęorũ.

68 Dubi. Cur non remanserunt cùm Christo, qui erat Deus? Resp. Chrysost. super Matt. dicens: Si Magi Christum quasi terrenum Regem quæsissent, inuenientes eum apud ipsum remansissent: nunc autẽ adorauerunt, & reuersi sunt.

69 Dubi. Cur non redierunt ad Herodem, cui uidebantur promisisse renunciare. Vbi dicitur, Cùm audissent regem? Resp. Remigius super Matthæum, dicens: Adierunt Magi Herodem, vt quærerent dominũ, sed non, ut ad eum reuerterentur.

70 Dubi. Cur Magi non iuerunt per mundum prædicando Christum natum? Resp. qđ necdum tẽpus erat. Dicit tamen Chrys. super Matthæum, quòd cũ reuersi fuissent in regionem suam, manserunt colentes Deum magis, quàm ante: & prædicantes multos erudierunt. Et denique, cum Thomas iuisset ad prouinciam illam, adiuncti sunt ei. Et baptizati ab eo, facti sunt executores prædicationis ipsius.

71 Dubi. Quid fecit semper Virgo de auro dato ad eis? Resp. Auctor de vita Christi, post Sanctum Bernardum, & Sanctũ Vincẽtium, qđ illud dedit amore Dei, adeo qđ in præsentatione Domini in tẽplum non habebat vnde emeret agnum, sed obtulerunt par turturũ, aut duos pullos columbarum.

72 Dubi. Cur stella non reduxit Magos in eorum regionẽ, à qua eos eduxerat? Resp. quòd fuerit creata, ut dictũ est dubio 19. ut Xp̃m ostenderet, & ideò, eos ignorantes vbi Christus esset, ab eorum regione vsque ad Christũ adduxit. Quo inuento, non erat necesse reducere cùm viam scirent, uel ab hominibus scire possent, reuertendi.

ALLEGORICE.

Ex isto Euangelio figuratur conuersio tertiæ partis mũdi ex idololatria ad fidem Christi, & maxime tempore Constantini Imperatoris, qui fuit monarcha. Et ita cum natus esset Iesus, idest, iam per apostolos, & alios mundo ostensus, tanquam nouiter natus in Bethleem, quæ est domus panis. i. quia ipse est panis viuus nos reficiens: in diebus Herodis regis, idest diaboli, tunc p̃ idolatriam regnantis. Ecce subitò, Deo disponente, Magi. i. Constantinus sapiens, & Imperator Regũ, ac sui principes, ab oriente per uisionem Apostolorũ Petri & Pauli, quæ fuit à Xp̃o qui est verus oriẽs, venientes Hierusalem, ad uisionem pacis Christi, dicentes per disputationem sancti Siluestri cum Iudæis, Vbi est, qui natus est, quoniam iam credebat in eum cũ mundatus fuit à lepra, & baptizatus Rex Iudæorũ, Helenæ matre Constantini zelante pro Iudæis, dicendo ipsum non fuisse Deum, & tamen Constantinus ait, uidimus stellam eius in oriente, quando lux magna in baptismo circundedit eum. Et propterea venimus adorare eũ. Audiens autem diabolus rex Iudæorum infidelium, turbatus est de tali conuersione ad Christũ, & omnis Hierosolyma cùm eo, idest oẽs Iudæi sui subiecti p̃ infidelitatẽ: & congregatis principibus sacerdotum, & scribis populi, commouit eos, mediante Helena prædicta, ad confundẽdum simul cultum, & fidẽ Christi. Quærẽdo vbi Christus nasceretur, quem dicebant nondum natũ. Et ipsi à diabolo instigati allegabãt ꝓphetiam Micheæ pro eorũ opinione, dicentes, adhuc non esse natum Regem, aut ducẽ aliquem ex Bethleẽ, qui fuerit magnus dominus. Et licet à Siluestro clarè demonstratũ esset, qđ Christus in Bethleẽ natus fuerat, q erat Rex, & dux, nõ tamẽ dominans tẽporaliter, nec terrenè. Tunc diabolus etiam uocatis Magis. i. Iudæis maleficis, diligenter eos instruxit, ut p̃ incantationes interficerent taurum, vt abolerent tẽpus stellæ, id est luminis, quod apparuerat Constantino. Et mittit illos in Bethleem i. ad Syluestrum verum panem prædicantem, dicens Ite, & antequã assentiatis Siluestro, interrogate diligẽter de puero, idest Christo, & eius fide, antequàm ei adhæreatis, vt sic opprimeretur, quia qui inuestigator fuerit maiestatis, opprimetur à gloria: & cum inueneritis, idest, & si tandem ipsa fidem esse bonam cognoueritis, renunciate mihi, vt & ego veniens, simulans

mulans, adorare eum, interficiam, i. à cordibus uestris auferam: qui Iudæi cũ audissent Regem, i. diabolum tales immittentem cogitationes, abierunt retrorsum. Et ecce stella, quam viderat Constantinus in Oriente, i. in Christo, Sole iustitiæ, antecedebat eos, quoniam ex Iudæis tria millia, relicto Iudaismo, crediderũt in Christum, & sic vsque dum veniens staret supra, vbi erat puer. Eos illuminando de puero Christo Deo, & homine: & procidẽtes adorauerunt Christum. Et apertis thesauris cordium ipsorum obtulerunt. Ipse Constantinus aurum, i. totum Imperium Occidentale, & alij secum thus reuerentiã exhibendo, & myrrham, de eorum incredulitate pœnitendo. & responso accepto in somnijs, i. in interiori homine, adeo confirmati ab eo, quod ipsi semper orationibus petebant, per aliã viam, quàm idololatriæ, vel Iudaismi, reuersi sunt in regionem gratię, quæ eos ducet in suã regionem paradisi, ad quam consequendam à Deo creati sunt, ad quam etiam nos perducat Christus, à nobis adoratus. Amen.

TROPOLOGICE.

Cùm per peccatũ sumus longe à Christo, instruimur, vt visa stella, i. diuina inspiratione, statim nos accingamus ad pœnitentiam. Et ita exponetur Euangelium. Cum natus esset Iesus; quia antequàm ad eũ veniamus, iam natus est nobis per interiorem inspirationem, quia nec cogitare aliquid boni possumus, nisi per ipsum. In diebus Herodis regis. i. quando sumus per peccatum sub regno diaboli. Tunc subito, vt nos circumfulget lux diuina, debemus venire Hierosolymam i. acceptare pacem nobis per Dominũ oblatam, & quærere, vbinam est Rex Iudæ, idest, quærere dominum, dum prope est nobis, suum lumen infundendo, maximè visa stella eius, scilicet, inspiratione: in Oriente, idest, in corde nostro, vnde oriuntur bona, & mala. Ne curemus quòd Herodes. i. diabolus, & omnis Hierosolyma, idest, eius sequaces, nos turbent, illudentes nobis, & in derisum habentes propter pœnitentiam, sed vadamus ad Sacerdotes, Doctores, & Prædicatores, qui suis dictis, & exhortationibus, ac exemplis confirmabunt nos, & mittent in Bethleem ad satietatem cœlestis panis, Indè confitentes Dei bonitatem, & recedamus audito Rege, i. intellectis tentationibus diaboli, quæ non superabunt nos: & stella cœlestis luminis, & inspirationis lucidius nobis luceat, & gaudebimus gaudio magno in domino valde sublimi: & intrantes domũ cordis nostri, inuenimus puerum pacificum cum Maria semper virgine matre eius, quæ est mater misericordię, quæ est semper aduocata nostra: & procidentes in vera pęnitentia adorabimus eũ syncere: & apertis thesauris cordis nostri, offeremus domino tria munera, i. fidem sanctæ Trinitatis: Et ego frater Antonius pro modulo ingenij mei offeram ei sensus spirituales super istis sanctis Euangelijs, vt mihi responsum det per aliam viam non tortuosam reuertendi in patriam, ad quam nos sua pietate perducat. Amen.

ALLEGORICE.

Signat istud Euangelium illam cœlestem Hierosolymam, in qua nascitur filius Dei, qui & genitus est ante Luciferum. Et in diebus Herodis natus est in mũdum, ad quam omnes Magi. i. sapientes accedent ad inquirendum verum Deum, Regem Regum, cuius Stellæ radius in hoc mundo, in quo orti sunt, illuxit eis, gratiam suam infundendo. & adorabunt eum, qui fecit cœlum, terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Turbato Herode, idest, Diabolo, & omni Hierosolyma. i. turba damnatorum, propter inuidiam occupationis sediũ suarum à beatis, & congregatis omnibus principibus damnationis, blasphemabunt viuentem in sæcula sæculorum. Videndo se adiudicatos æternæ dãnationi ab eo, quem crucifigi procurauerunt. Verum beati in illa celesti Bethleem panis suauissimi gaudebunt gaudio magno valdè. Et intrantes ad cognitionem diuinitatis, videbunt Iesum hominem, & Deum quondam positum in præsepio, regnantem cum semper virgine Maria matre eius ab ipso coronata, & super omnes choros Angelorum exaltata, & simul procidentes Deum altissimum adorabunt, offerentes ei munera, quę ipse retribuit nobis. Aurum, scilicet, regalis excellentiæ, Thus diuinalis præeminentiæ, et myrrham incorruptibilis essentiæ. Qui eos per aliam viam, à semita vitiorum in regionem suam deduxit, qui est benedictus in sæcula. Amen.

DOMI-

DOMINICA INFRA Octauam Epiphaniæ.

Cum factus esset Iesus annorum duodecim. Lucæ 2.c.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi duodecimo.

HISTORICE.

Duodenus dominus recedentibus parẽtibus perfectis eis quæ religionis erant diei festi, Hierosolymis remansit, qui triduo perquisitus ab eis, tandem in templo sedens inter legis peritos eos audiens, atq; interrogãs, cũctis admirãtibus, inuentus est. Genitrici aũt eius asserenti eũ vna cum patre q̃siuisse magna cum męstitia, respondit, non oportuisse tanta cum diligentia ipsum perquirere, cum minime ignorare debuissent fore necesse ipsum interesse debere his quæ genitoris eius essent. Cuius quidem parẽtes ipsi capere non potuerunt verba: uenerunt igitur Nazareth simul, ipso eis in omnibus obsequente: adeò autem incremẽta ætatis, & sapientiæ, atque gratiæ suscipiebat, ut Deo, mortalibusq; ue gratus haberetur. cuncta autem pia genitrix memoriæ commendabat, sæpius talia mente reuoluens.

Hæc dubia nunc dissoluenda sunt.

1 DVBITATVR. Quid egit Iesus à die, quo præsentatus fuit in templo Sancto Symeoni vsque ad annum duodecimum. Require dominica infra octauam Natiuitatis Domini, dub. 21.

2 Dub. An in pueritia Christus aliqđ miraculum fecerit? Rñd. Chrysostomus super Ioannem, ꝙ nullum miraculum egit dominus in pueritia. Hoc tamen vnum prodit. Lucas, per quod mirabilis uidebatur.

3 Dub. Cur dominus annuatim ascendens Hierosolymam cum parentibus ad festum ante duodecimum annum non disputauit cùm doctoribus? Rñ Expositor Græcus, dicens. Non enim iudicium sapientiæ transcendit ætatis mensuram, sed quę tempore penes nos discretionis ratio perfici consueuit, duodecimo, scilicet, anno, Christi sapiẽtia demonstratur.

4 Dub. Quid egit Christus à duodecimo anno usq; ad baptismũ, cum nullus de hoc Euangelista mentionem faciat? Rñ Expositor Græcus, dicens. totam intermedia Christi uitam, q̃ est inter ostensionem ætatis, tempus baptismatis, velut immuné alicuius famosi, & publici miraculi, & doctrinæ, Euangelista sub uno uerbo colligit dicens. Et descẽdit cũ eis, & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et S. Tho. 3. par. q. 43. art. 4 dicit, ꝙ Christus debuit per miracula deitatem ostendere, ut crederẽ ueritas ipsius humanitatis. Et ideò, sicut dicit Chrys. super Ioannem, decenter non incępit facere miracula in prima ætate. Existimassent .n. fantasma esse incarnationẽ, & ante opportunum tps cruci eum tradidissent. Et sic miracula fecit uirtute diuina, ut fide de ueritate carnis eius præiudiciũ non fieret, & ut ex pmissis colligitur. Et ẽt ut dicit auctor de uita Xpi, subtrahebat se à consortio hominum, & tumultus eorũ deuitabat, crebrisq; orationibus intentus erat. Ibat ad synagogã. i. ecclesiam, & orabat, uiliorem, & humiliorẽ locũ eligens; nutritium, & matrem adiuuabat, & obediens eis in sustinendo labores, subiectionem plenariam ostendebat.

5 Dub. Qđ festũ erat illud, ad qđ fuerunt? Rñd. Lucas c. 2. quòd erat festum Paschæ.

6 Dub. Quæ cõsuetudo erat diei festi? R ñ. ꝙ omnes masculi deberent venire Hierosolymam ad diem festum. Vide dub o seq.

7 Dub. Cum omnes tenerentur ascendere Hierosolymam ter in anno, ut præcipitur Exo. 24. c. Et quilibet masculus deberet apparere coram dño, an parentes Iesu, ter in anno ascenderent? Rñd. Lyra, ꝙ cũ his, qui erant a longe Hierusalem, cuiusmodi erant Galilæi, dispensabatur de duobus ultimis festis; Require feria sexta primæ Dominicæ Quadragesimæ, dub. 25. & 34.

8 Dub. An Christus singulis annis cũ parẽtibus iret Hierusalem? Rñ. Beda in homil. ꝙ sic, dicens: Qđ aũt dñs per oẽs annos cũ parentibus in Pascha Hierosolymam uenit humanæ est humilitatis indicium.

9 Dub. Quot dies fuerant consummati? Respond. quòd solennitas Paschæ durabat septem diebus, ut habetur Exo. 12. c.

10 Dub. Cur Christus remãsit in Hierusalem absque licentia parentum? Rñd Expositor Græcus, dicens. Ideò autem latenter remanet, ne parentes impedimento essent disputationi peragendæ cùm legis peritis Vel forsitan hoc euitãs, ne uideatꝰ parentes con-

contemnere, si mandantibus eis non pareret: latenter ergo remanet, ne aut retrahatur, aut sit inobediens.

11 Dubi. Cur Euangelista vocat parentes Christi Ioseph, & semper Virginem, cum Ioseph non fuerit pater eius? Respõ. Orig. super Lucam, dicens. Non autem miremur parentes vocatos, quorum alter ob partum, alter ob obsequium patris, & matris meruerunt uocabula. Et S. Thom. 3. par. q. 28. ar. 1. post Aug. in libro de bono coniugali, dicit, quòd eo modo pater Christi dicitur Ioseph, quo, & uir Mariæ intelligitur sine cõmixtione carnis, ipsa copulatione coniugij multo uidelicet coniunctius, quàm si esset aliunde adoptatus: neque enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi, quia non eum genuerat concumbendo, quandoquidem pater esset etiam ei, quem non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset.

12 Dub. Quo Christus cũ tanta cura à parentibus fuerit nutritus, potuit obliuiscẽdo relinqui? Rñ. Beda in homil. & habetur in gl. ꝙ filijs Israel mos fuit in temporibus festis, vt vel Hierosolimã cõfluentes, vel ad ꝓpria redeuntes seorsum viri, & seorsum fęminę incederent, infantesq; uel pueri cùm quolibet parente indifferenter ire poterãt. Ideóq; Mariam, uel Ioseph uicissim putasse puerum Iesum, quem secum non cernebant cum altero parente reuersum, prout testatur Euangelista, dicens. Existimantes autem illum esse in comitatu suo.

13 Dub. Quo in die requirebant eum inter cognatos & notos, & quo die reperiunt eũ in medio doctorum sedentem? Resp. glo. dicens. Vno quidem die reuersi sunt à Hierusalem. Secundo die, quęrũt inter cognatos & notos, & non inuenientes, Tertio die, regressi sunt in Hierusalem, & ibi tunc inuenerunt eum in templo, & sic post triduum, idest, ipso tertio die, ꝑ figurã synecdochen.

14 Dub. Cur non inuenitur nisi tertio die? Respon. glo. quia quæsitus aduentus Christi à patriarchis ante legem, non est inuentus: quæsitus à prophetis, & iustis sub lege, non est inuentus: quæsitus à Gentibus sub gratia inuenitur.

15 Dub. Vr, quòd fuerit ambitiosus sedendo inter doctores? Resp. quod non per ambitionem sedebat. sed, ut patet in Euangelio, sedebat, eos audiendo, & interrogando.

16 Dub. Cur audiebat eos, cum nihil posset addiscere ab eis, cum omnem scientiam haberet? Respondeo, ꝙ hoc fecit, ut dicit Orige. super Lucam, ad eruditionem nostram, ut doceret quid pueris, quamuis sapientes & eruditi sint, conueniret, ut audiant potius magistros, quàm docere desiderent.

17 Dub. Cur eos interrogabat, cum nihil ab eis addiscere uellet? Rñd. S. Th. 3. par. q. 12. ar. 3. ꝙ interrogabat, ut dicit Origenes, non ut addisceret, sed ut interrogatus erudiret. Ex uno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter.

18 Dub. Cur audiẽtes stupebant, & admirabantur? Resp. Beda super Lucam dicens: qđ diuina lingua sapientiam prodebat, sed infirmitatem ætas prætendebat humanam. Vnde Iudæi inter alta, quæ audiunt & infima quæ vidẽt, dubia admiratione turbãtur.

19 Dub. Quia uidetur, qđ semper Virgo male fecerit eum redarguere dicẽdo: fili q d fecisti nobis sic? Rñ. Expositor Græcus, dicẽs, ꝙ nõ causa reprehendendi dixit illa uerba, sed ex affectione, dicens. Miranda uero Dei genitrix maternis affecta uisceribus, quasi cùm lamentis inquisitionem dolorosam ostendit, ut omnia sicut mater, & fiducialiter, & humiliter & affectuosè exprimit.

20 Dub. Cur semper Virgo uocat Ioseph patrẽ Xpi, cũ sciret ipsum non esse patrem Iesu? Rñ Orig. super Lucam, dicens. Nouerat semper Virgo sacrata hunc non esse filiũ Ioseph, & tñ patrem uocat illius sponsũ suum, propter Iudęorum suspitionem, estimantium ipsum vulgo fore conceptum.

21 Dub. Cur dolentes quærebant eum, qui perdi non poterat, cum esset Deus? Respon. Origenes super Lucam, dicens: Cur autem dolentes eum quærebant, an ex eo quod periret puer, an errauerit: Absit. Nunquid. n. fieri poterat ut perditum formidarent infantem, quem dominum esse cognouerãt? sed quomodo tu si quando scripturas legis, quæris in eis sensum cùm dolore, non quòd scripturas errasse arbitreris, sed veritatem, quam intrinsecus habent, quæris inuenire. Ita, illi quærebant Iesum ne forte, relinquens eos, reuersus fuisset ad cœlos, cum illi placuisset, iterum descensurus. Vel ut dicit gloss. metuebant ne quòd Herodes in infantia eius patrasse quæsierat, tunc iam in pueritia positum, inuenta oportunitate alij interficerent.

Dub.

22 Dub. Cur Dñs redarguit matrem? R. expositor Grecus, dicens: Dum. n. Mariã semper virginem increpat Dominus quærẽtem ipsum inter propinquos, omissionẽ vinculorum sanguinis apertissime suggerit, ostendens, q̃ non cõtingit mentẽ perfectionis attingere eum, qui adhuc vagatur in his, quæ corpori conferunt, & quòd homo deficit à perfectione per affectum cognatorum.

23 Dub. De quo patre intelligit, cùm dixit, quæ patris mei sunt? R. Græcus expositor, dicens: Ipse Dñs respondit ad omnia, & corrigens dictum eius de eo, qui putabatur pater, verum patrem manifestat, docens, non per infima gradi, sed in altum extolli. Et Beda dicit: Et quòd potius debebat ei, qui est æternus filius mẽtis oculos attollere cogit.

24 Dub. Quomodo semper Virgo non intellexit verbum Christi de patre æterno? Respon. Origenes dicens super Lucam, Nesciebant vtrum dicens, in his quę patris mei sunt, significaret in templo, an aliquid altius, & quod magis ædificat.

25 Dub. Dum subiectio dicat impotentiam, vt quòd non debebat esse subditus illis? R. Ambr. super Lucam, dicens: Et miraris si patri defert, qui subditur matri: Non vtique infirmitatis, sed pietatis est ista subiectio.

26 Dub. In quibus erat eis subiectu s? R. Basil. in lib. religionũ, dicens: Ab ipsa autẽ primęua ætate parentib. obediens quemlibet laborẽ corporeum humiliter, & reuerenter sustinuit. Cùm n. homines essent honesti, & iusti, egeni tamen, necessariorum penuriam patiẽtes, manifestũ est, q̃ sudores corporeos continuo frequentabant, necessaria vitæ sibi quærentes. Iesus autem obediens illis, vt scriptura testatur, etiam in sustinendo labores subiectionem plenariam sustinebat.

27 Dub. Quomodo semper Virgo conseruabat illa verba, & quid erat illud conseruare? Respon. expositor Græcus, dicens, considera prudentissimam mulierem qualiter scholaris sit pueri. Ideò enim vt puero, neque vt viro, sed vt Deo vacabat. Vlterius, & illius voces diuinas, & opera reputabat: idcircò, vel ex dictis, aut actis ab eo incassum illi patebat, sed sicut ipsum verbum prius in visceribus, ita nunc eiusdem modos, & dicta concipiebat, & in corde suo quodammodo fouebat. Et hoc quidem iam secùm in præsenti contemplabatur. Hoc autem expectabat in futurum clarius reuelandum, & hac quidem tanquàm regula, & lege, & per totam vitam vtebatur.

28 Dub. Quomodo Christus poterat proficere sapientia, cùm esset plenus sapientia, vt dicitur Lucę 2. c. Require infra octauam Natiuitatis Domini, dub. 26.

29 Dub. An in scientia profecerit, & an aliquid didicerit? Respon. S. Thom. 3. par. q. 9. art. 4. & q. 12. artic. 2. quòd in Christo fuerunt tres scientiæ, scilicet diuina, & secundum istam non profecit. Alia fuit scientia infusa, nec secundum istam etiam profecit, cùm à principio plenarie fuerit sibi omnium infusa. Alia fuit scientia acquisita, quæ propriè est scientia secundum modum humanum, non solùm ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. Nam talis scientia ponitur in Christo, secundum lumen intellectus agentis, quod est animæ humanæ connaturale. Nam inconueniens videretur, quòd aliqua naturalis actio intelligibilis Christo deesset, cùm extrahere species intelligibiles à phãtasmatibus sit quædam naturalis actio hominis, secundum intellectum agentem, conueniens videtur hanc actionem in Christo ponere: & ex hoc sequitur, quòd in anima Christi aliquis habitus fuit, qui per huiusmodi abstractionem specierum potuerit augmentari, ex hoc, s. q̃ intellectus agens post primas species intelligibiles abstractas à phãtasmatibus poterat alias etiam abstrahere, hęc omnia sic probantur: Nam nihil eorum quæ Deus plantauit in nostra natura, defuit humanæ naturæ assumptæ à Dei verbo, sed Deus in humana natura plantauit non solùm intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Ergo, necesse est dicere, q̃ in anima Christi fuit non solùm intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. Si autem in alijs Deus, & natura nihil frustra faciunt, vt Philosophus dicit in 1. de Cœlo, & mundo, minus in anima Christi aliquid fuit frustra: frustra autem est, quod non habet propriam operationem, cùm omnis res sit propter suam operationem: vt dicitur in secundo de Cœlo, & mundo. Propria autem operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles actu, abstrahendo eas à phãtasmatibus, vt dicitur in tertio de Anima. Quod intellectus agens est, quo est omnia facere. Ergo, necesse est dicere, quòd fuerunt aliquæ species intelligibiles, per

actionem

actionem intellectus agentis, in intellectu possib li eius receptæ, quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant, & sic secundum istam profecit, modo, quo dictum est. Quòd autẽ aliquid didicerit, ostendit Tho. super 5. c. ad Heb. lec. 2. super illo verbo, Didicit obedientiam ex tempore, dicens, q; duplex est scientia, s. simplicis notitiæ, & secundum hanc nihil didicit: alia est experientiæ, & secundũ istam didicit obedientiam Et ita Glossator didicit, idest expertus est, quàm graue sit obedire, quia ipse obediuit in grauissimis, & difficillimis, quia usque ad mortem crucis: non autem aliquid ab aliquo homine, seu ab aliquo Angelo, didicit.

30 Dubit. Quomodo proficiebat ætate, qui fuit ante sæcula, & erit semper? Resp. quòd quantum ad naturam diuinam non proficiebat ætate, cùm esset æternus, sed quãtum ad naturam humanam corpus eius augmentabatur sicut alia corpora humana. Et Cyrillus super Luc. dicit, quòd Euangelista dixit Iesum proficere, & non verbum.

31 Dub. Quomodo potuit proficere in gratia, cùm à principio habuerit plenitudinem gratiæ, vt dicitur Ioan 1. c. plenum gratiæ. Rñ. S Tho. 3. par. q. 7 art. 12. quòd Christus non profecit in gratia, ita quòd habitus gratiæ augmentaretur in ipso, sed solùm quantum ad effectus, vt dictum est infra octauas Natiuitatis Domini, dubio 27. Et ratio est ista, quia finis gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deum. Non potest autem esse, nec intelligi maior unio creaturæ rationalis ad Deum, quàm quæ est in persona. Et ideo, gratia Christi pertingit ad summam mensuram gratiæ: & sic non potest augeri ex parte ipsius gratiæ, nec ex parte Christi etiam potest augeri, quia Christus secundũ quòd homo in primo instanti conceptionis suæ fuit uerus, & plenus comprehensor. Vnde in eo non potuit esse gratiæ augmentum, sicut nec in alijs beatis, quorum gratia augeri non potest, eo quod sunt in termino: hominum uerò qui sunt puri uiatores, gratia potest augeri, & ex parte formæ, idest, gratiæ: quia non attingunt summum gradum gratiæ, & ex parte subiecti. i. ipsorum, quia nondum peruenerunt ad terminum.

32 Dubit. Quia uidetur, quòd nõ profecerit in humanitate, quia à principio fuit conceptus uerus, & perfectus homo? Resp. Greg. Nazianzenus in Homelia, quòd dicitur secundum humanitatem proficere, non quòd suscipiat augmentum, quæ ab initio fuit perfecta, seu ex eo, quod paulatim manifestabatur, vide dubio sequenti.

33 Dub. Quia videtur, quòd nõ proficiebat apud Deum, cũ semper verbũ apud Deum fuerit perfectum? R. Expositor Græcus, dicens proficiebat ergo secundũ ætatem quidem corpore in uirilem statũ promoto. Sapientia autem per eos, qui ab eo diuina sapientia docebantur: gratia uerò qua cũ gaudio promouentur credentes in fine obtinere, quæ ab ipso promissa sunt, ut hoc quidẽ apud Deum ex eo, quod assumpta carne paternum opus peregit, apud homines uerò, per cõuersionem eorum à cultu idolorum, ad summæ Trinitatis notitiam.

34 Dub. Quid audiebat Christus à Doctoribus, & de quibus interrogabat eos? R. S. Vincen. serm. 4. huius Dominicæ dicens, Materiã autem, de qua tunc Doctores, & Rabini disputabant, inueni in epist. gloriosi Hieronymi ad Paulinum 4. c. vbi dicit duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo sedens de quæstionib. legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat, dic practicè, quomodo fuerunt rationabiliter quęstiones legis, & quæ tũc disputabãtur, erant de aduentu Messiæ, quia omnes Doctores nullo discrepante sciebant tempus aduẽtus Messiæ cõpletum, tam ex prophetia Iacob. Gen. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, donec ueniat, qui mittendus est: quia tunc regnabat Herodes. Item ex hebdomadib. Danielis. Modò ponamus disputationes in forma. Cum essent ibi Doctores sedentes, & Christus, & alij pueri audiẽtes, unus doctor proposuit hanc quæstionẽ Quid uobis uidetur de aduẽtu Messiæ? Responderunt alij, quòd erat cõpletus, tamen si haberet aliquã prophetiam in contrariũ, quod proponeret? Resp. ille, quòd licèt crederet aduentum esse completum, tñ dubitabat propter prophetiam Aggei 2. c. vbi dr: Hæc dicit dominus Deus, adhuc modicum, & ego mouebo cœlum, & terram, & mare, & aridã, & mouebo omnes gentes, & tũc ueniet desideratus cunctis gentibus: sed nondum uidimus ista signa, quia nullum motum nouum uidimus: ergo restat dubitatio. Alij responderunt, quod uerũ dicebat, & quod bonum esset super his cogitare: nesciebant q;

sciebantq; quid responderet, tunc Christus reuerenter, & humiliter obtenta licentia loquendi, dixit. R. Dñi si recordamini nunc sunt duodecim anni, qđ cœlum fuit motũ per nouam stellam, q̃ duxit tres reges orientis, secundum ꝙ ego audiui à parentibus meis. Si videtur vobis, ꝙ iste motus fuerit nouus. Itẽ, terra, & mare mota fuerunt tũc quando, ex edicto Cæsaris, quilibet ibat vt profiteretur in ciuitatem suam, videatis si ꝓphetia forte in hoc fuerit impleta? Rñderunt ipsi inter se: Verũ profecto dicit, quia de præmissis recordamur, & iste debuit ille motus esse; de quo propheta intellexit. Et Eps dixit. Dñi parcatis, si pueri aliquid à vobis quærunt. Alius doctor surrexit postmodũ, dicẽs, Domini dubito de signo, quod dedit Esaias 9.c. dicens. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam: & post, Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis &c. Nam hoc signum debuit esse in Natiuitate Messiæ regis, sed adhuc nõ vidimus hoc signũ. Igitur hic cadit dubitatio. Alij autem doctores respondebant, ꝙ verum dicebat, s. quòd benè in hoc deberent aduertere, & sic libros voluebãt, & reuoluebant in templo existentes, tandem dixerũt Christo quid sibi videretur. Et an in hoc dubitaret. Qui humiliter, & cum reuerẽtia surgens, rñdit, dicens: audiui, ꝙ in ciuitate Bethleem in media nocte, iam sunt duodecim anni, apparuit magna claritas intantum quòd videbant sicut meridies, iuxta illud Psa. 138. Nox sicut dies illuminabitur, & audiui quòd angeli apparuerunt pastoribus cum magna luce, inter quos vnus dicebat. Euangelizo vobis gaudium magnum quia natus est nobis hodie Saluator &c. tũc vnus doctor dixit, benè recordor, quia talis fama fuit publicata: & dixit alij, nunquid recordamini, quomodo fuit nobis scriptum de hoc, & tunc dixerunt Iesu: fili bonas gratias vobis agimus de hoc, quia ita clarificaris intellectus nostros. Alius doctor dixit suspirans. O Domini, dubito qđ nostrum gaudiũ, & spes nostra sit deperdita, nunquid Malachias 3.c. dixit. statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quęritis. &c. Sed nondum venit ergo, hęc est magna dubitatio, quòd adhuc aduentus eius non sit completus. Dixerunt ergo Christo, vt diceret super hoc quid sibi videretur: qui rñdit: O R. Dñi quid pñt dicere pueri inter vos, tñ dicã qđ audiui a parentibus meis, videlicèt, ꝙ post miraculũ de lumine ĩ media nocte in Bethleẽ apparente, quadragesimo die vna mulier iuuenis cũ puero ĩ brachijs eũ baiulans, venit ad tẽplum, & Symeon & Anna prophetissa prædicauerunt eum dicẽtes, quòd ille erat verus Messias & Saluator mundi. Tunc ipsi doctores dixerunt, quòd uerum dicebat. Et unus dixit, Symeõ Põtifex erat consanguineus meus, & hæc mihi narrauit. Et alius dixit. Anna erat consanguinea mea, & talia uerè ab ea audiui. Et tunc dixerunt Christo O bone fili, benedicaris a Deo, & Deus det tibi gratiã benè addiscendi. Deinde, surrexit unus Rabi dicens suspirans, & flens: hæc omnia confiteor esse vera: sed, heu, qa deperditus est Messias. Nunquid recordamini, quòd illis tẽporibus propter ipsum interfecit omnes pueros in Bethleẽ, & oĩbus finibus eius Herodes Rex. Et ita credatis, quòd etiã Messias puer interfectus est, quòd audientes alij doctores erãt ualde tristes, & tunc dixerunt Christo. Et uos quid dicitis, ò fili. Qui, cum solita humilitate respondit. R. Domini memini me legisse Exo. 23.c Non coques hædum in lacte matris suæ. Videatis igitur ne forte ista sit prophetia quædam de Messia, quòd non deberet coqui. idest mori, in lacte matris suæ, idest infantia, dum lactetur à matre sua. Et quòd ita euaserit, alijs paruulis occisis ab Herode Et tunc doctores uirtute diuina illuminati intellexerunt illã prophetiam fuisse de Christo, & Messia, & multum laudauerunt eum, quoniam prudenter responderet. Et ipso tunc superuenit gloriosa semper uirgo Maria cum Ioseph.

ALLEGORICE.

Historiam huius Euãgelij præfigurarũt Samuel, & Anna eius mater, 1. Reg. 1.c. qui Samuel cum ablactatus fuisset, non qdem à mãmilla, secundũ Lyram, q̃ fit in principio tertij anni, sed ablactatione à lacte pueritiæ, qñ puer incipit alijs uti cibis communibus, non amplius nutritur lacticinijs, quæ fit circa decimum annũ, ita quòd iam erat duodenus fuit oblatus dño, qñ tunc pueri incipiunt habere aliquas vires, & seruire in templo, s. accendere lampades & huiusmodi. Et ita ascendentibus parentibus Samuelis, s. Helcana, & Anna in Sylo, cuius locum tenuit post Hierosolyma ẜm consuetudinem diei festi, idest, ut uotum redderent

domino

domino propter Samuel obtentũ, & ibi con summatis diebus sacrificij remansit puer Samuel, qui interpretatur exauditio domini, qui significat Christum, qui fuit exauditus à dño in Sylo, qui interpretatur dimissio, quia fuit dimissus ille locus, & electa Hierusalem. Et non cognouerunt parentes eius, quia s. nesciebant, quod electus esset a domino. Existimantes autem illum esse in comitatu suo, s. credentes, quòd esset eiusdẽ qualitatis cũ eis, venerunt iter vnius diei, & requirebant eum inter cognatos, & notos, s. vsquequo Anna peperit tres filios, & duas filias, inter quos requirebant eũ, existimantes q́ esset sicut alij filij, & non inuenerunt eum in tali conditione, qm̃ erat minister domini accinctus ephot lineo. i. veste alba linea sacerdotali, & reuersi sunt in Sylo, quoniam statutis diebus veniebant Helchana, & Anna deferentes tunicam, quam faciebat singulis annis, & post triduum inuenerunt eum. i. post primum diem, qui fuit tempus, quo erat sterilis, & in tristitia: post secundũ, qui fuit tps, quo pariebat filios, & erat gaudens: & in tertio inuenit eum cùm esset sine his passionib. in medio doctorum, quoniam, vt dicitur 1. Reg. 2. c. Magnificatus est puer Samuel. i. Christus apud dominum, audientem illos, & interrogantem, qm̃ Samuel iudicauit populum, & filios Israel in Masphat. 1. Reg. 7. Mater autem eius dixit: fili quid fecisti nobis sic, idest quomodo potuisti euadere in conspectu domini ita pretiosus? ego, & pater tuus dolentes quærebamus te, idest inter nos quærẽtes credebamus te esse vnũ ex alijs. Et Samuel respondit, quòd in his quæ patris sui sunt, s. Dei, oportebat eũ esse, & ministrare in templo dñi. Et ipsi non intellexerunt mysterium quod locutus est ad eos. Alij verò mirabantur, & stupebãt, quoniã cognouerunt omnes à Dan, vsque Bersabee, quòd fidelis Samuel propheta esset domini. Et descendit cum eis in Ramatha, in qua villa etiam iudicabat Israel, vt habetur 1. Reg. 7 Et erat subditus illis subiectione reuerentiali, & proficiebat sapientia, & ætate, ac gratia apud Deum, qui eum vocauerat, & homines quos iudicabat.

TROPOLOGICE.

Plurima documenta ex hoc Euangelio eliciuntur. Primum est, festa deuotè colere, à principio Euangelij vsque ibi. Secundum, consuetudinẽ diei festi. Datur etiã modus colendi, vt omnia cõpleamus ad honorem Dei, diuina officia, & Missam integrè audientes, atque prædicationes, orationibus insistendo: consummatisque diebus festis, regredi ad exercitium consuetum: quoniam in sudore vultus vescimur pane nostro. Itẽ, docemur quærere Iesum per peccatũ à nobis amissum, qui debet quæri cum pastoribus festinanter, Luc. 2. cap. cùm peccator cognoscat se Christum perdidisse, statim studeat à peccato resurgere per contritionem. Cùm Magis quæratur humiliter, Matth. 2. c. Procidentes adorauerunt eum, vt homo per pęnitẽtiam se humiliet Deo. Item, cum Magdalena lachrymabiliter, Ioan. 20. Maria stabat ad monumentum foris plorans quærendo Iesum. Et ita peccator dolenter debet quærere Iesum, s. dolendo de peccatis suis, quod notatur ibi: Ego, & pater tuus dolentes quærebamus te. Item, monemur in quo loco debemus Iesum inuenire, s. in templo: Item, quando, quia post triduũ, idest post peccati contritionem, qui est vnus dies; post oris confessionem, qui est secundus dies; post operis satisfactionem, qui est tertius dies; post quos Iesus inuenitur in tẽplo cordis nostri, si tamen castè vixerimus, quia castè viuẽtes templum Dei sunt. Item, datur modus retinẽdi Christum inuentum, vt vadamus ad doctores, & prędicatores, eos interrogãtes de necessarijs ad salutem, & audientes verba bona ipsorum, quibus resistemus tentationibus vniuersis, quibus succumbendo, Christum inuentum perderemus. Item, docemur, vt relicta affectione parentum temporalium, patri æterno cohæreamus. Item quòd res diuinæ sint nobis non in contemptu, sed in admiratione, & veneratione. Item, cum semper Virgine verbum Dei conseruare in corde, & opere adimplere. Instruuntur etiam filij pueri, vt honorẽ, reuerentiam, & debitam subiectionem præstent parentibus, quod Iesus fecit dum esset subditus illis. Vltimò, instruuntur patres, vt sic filios nutriant, & educent, vt proficiant non solùm augmentatione personæ, & ætate, sed sapientia, & gratia, vt placeant Deo, & hominibus.

ANAGOGICE.

Contemplationi cęlestis patrię iam ex dictis sancti Euangelij vacandũ, & intueri spiritualiter in mẽte nostra Christum, qui duodecim annos compleuit ætatis, duodecim

Aposto-

Apostolos, & duodecim millia signatos, ex omni tribu filiorũ Israel coronando, qui cũ eis, qui sunt eius parentes, qm̃ facientes uoluntatem eius sunt ei pr̃, mater, frater, & soror, & ascenderit ad supernã Hierusalẽ, ubi est perpetua festiuitas, & gaudiosa. Consummatis oĩbus laborib. dierum p̃sentis sæculi, qui semper remansit in Hierusalem superna, & in sinu patris, q̃uis per humanitatis assumptionẽ ad nos uenerit. Nec cognouerunt parentes eius (excepta matre ipsius; & alijs uerè fidelib.) æqualitatẽ eius cũ patre, sed propter defectus naturę, quos assũpsit, existimãtes eum esse in comitatu suo. i. similem eis, quasi purum hoĩem, uenerunt iter unius diei, quod est lumẽ naturæ, per quod non põt cõprehendi, nec inueniri. Sed oportet reuerti in Hierusalẽ, & q̃rere eũ per lumen gr̃æ in præsenti uita. Et tandem, tertio die, in alia uita clarè reperit̃, & vr̃ sicuti est per lumen glorię, sedẽs in tẽplo diuinitatis in medio sanctorũ Doctorum Ecclesiæ, eorum doctrinã approbando, stupentib. cũctis beatis de tã ineffabili gloria, & de humanitate diuinitati coniuncta, & tota generatio humana saluata, quę est mater Christi, cùm ex ea carnẽ assumpserit interrogat qũo eis fecit sic. Cùm ex eius passione dolens q̃reret eum in triduo mortis, cõpatiens ei. Qui respõdit, quòd in his, quę pater suus uolebat, oportebat eum esse, & ita pati, vt intraret in gloriã suã. & ipsi nõ intellexerunt uerbum, cũ in cor hoĩs nõ ascendat, q̃ p̃parauit Christus suis fidelib. per gloriosam passionẽ suã. Descendit tamen cum eis carnem assumendo, & se eis subijciendo per humanitatem, & mr̃ eius oĩa uerba hæc conseruat in corde, nunc in cœlis ueraciter ipsa esse uerissima agnoscendo. Et Iesus proficit nobis, nos in ætate cõseruando, gratiam & sapientiam infundendo, ut Deo ipsi, & hominibus grati efficiamur, ipso concedente. Amen.

IN OCTAVA EPIPHANIAE.

Ioannis 1. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 30. die 7. Ianuarij.

HISTORICE.

Die baptismum Domini sequente Ioannes ad se uenientem intuitus Iesum, hunc agnum Dei scelera auferentẽ sæculi demonstrauit. Hunc quoque cum esse, de quo ante natus fuerat, virum, s. post se uenire, qui prior ipso foret, quem nec ipse agnoscebat, se quoque hãc ob causam in aqua baptizando aduenisse, vt innotesceret Israeli, tale perhibens testimonium, qm̃ columbam uidisset, quasi spiritum super eum, ex æthere descendentem, atque immanentem, quem ipse idem ignorabat. Qui uerò eum in aqua baptizare transmiserat, eidem dixisse illum in Spiritusancto baptizare debere, super quem Spiritumsanctum intuitus fuisset descendere, & superstare. Et ipse siquidem Ioannes attestatus est hoc uidisse, & hunc Iesum uerè filium esse Dei.

Intendimus nunc dubia dilucidare.

DVBITATVR. Quæ fuit illa altera dies? R. Origenes super Ioan. quòd fuit secunda dies. Prima namque fuit, quãdo baptizatus est Iesus, & sequenti die, quæ dicitur secunda baptismi fuit altera, in qua historia huius Euangelij facta est.

2 Dubit. Ad quid uenit Iesus ad Ioannem postquàm baptizatus fuerat? Resp. Chrys. super Ioan. Vt nullus suspicaretur, quòd ex eadem causa, ex qua & alij ad Ioannem, ueniret, puta confessurus, aut in pœnitentiam abluendus in flumine. Propterea, ergo accedit, dans Ioanni occasionem corrigendi hanc suspicionem, quã & Ioannes per uerba correxit, dicens: Ecce Agnus Dei, &c. Qui igitur ita purus erat, quòd peccata absoluere posset, manifestum est: quoniã non ut confiteretur peccata accedit, sed ut occasionem det Ioanni loquendi de ipso. Venit etiam secundo, vt hi, qui priora audierant certius recipiant, quæ prædicta sunt, & alia rursus audiant.

3 Dubit. Cur Ioannes dicit Christum esse agnum Dei? R. Chrys. super Ioan quòd hoc dicit innuens, quod hic est, qui olim quærebatur, rememorans prophetiæ Esa. 53. cap. Tanquàm agnus ad occisionem ducetur, & ut umbra, quæ secundum Moysen erat figura, facilius eos ducat ad ueritatem.

4 Dub. Cur potius dicitur Christus agnus, quàm aliquod aliud animal? Respon. Orig. super Matth. Quod ideò, quia in oblationibus quotidianis mane, & uespere offerebatur. Quęnam autem oblatio alia potest esse quotidiana à rationali natura comprehendenda, nisi verbum ingens, agnus typicè nuncupatum. Oblatio quidem matutina est

cùm intellectus fertur in Deum. Vespertina verò, cùm ad corporalia procedimus. Et etiam vt dicit Ly. quia per agnum paschalem expresse figurabatur passio Christi.

5 Dub. Cur Christus dr̃ agnus Dei? Resp. Theophilus super Euangelijs, quia Deus pater eum dedit prò nostra salute in mortem, sicut & nos consueuimus dicere, hæc oblatio est talis hominis.i.quam talis homo obtulit: sic, & Christus dicitur agnus Dei dãtis illum pro nostra salute.

6 Dub. Cur dicit qui tollit, & non q. tollet peccata, &c. Rñ. Theophilus ubi supra, qđ quasi hoc semper faciente ipso. Non.n. solùm tulit tunc, cùm passus est, sed ex illo tẽpore vsq; ad præsens tollit nõ semper crucifixus. Vnam enim pro peccatis obtulit oblationem, sed semper purgans per illam.

7 Dub. Cur dicit in singulari peccatũ cum omnia peccata tollat? Resp. Lyra post Bedã quòd licet ille agnus tulerit omnia peccata, tamen speciali modo pro peccato originali occisus est.

8 Dub. Quando, & quibus, & quid Ioannes dicit ante? Rñ. Theophilus super Euangelijs, quia superius his, qui ex Pharisæis venerant, Ioannes dixerat: q medius vestrum stat, quem vos nescitis: illis ignorantibus demonstrat dicens: Hic est, de quo dixi.

9 Dub. Quomodo Christus venit post Ioãnem? Require Dominica 3. Aduentus, dub. 20. & 21.

10 Dub. Cur appellat Christum virum? Respon. Theophil. vbi supra, quòd propter ætatis perfectionem.

11 Dub. Quomodo intelligitur, qui ante me factus est? Require Dominica 3. Aduentus, dub. 21.

12 Dub. Cur dicit, qui prior me erat? Resp. Greg. in hom. dicens. Ac si apertè diceret inde me etiam post natus superat, quo eũ natiuitatis suæ tempora non angustãt. Nã, qui per matrem tempore nascitur, sine tempore est a patre generatus.

13 Dub. Quomodo Ioannes nesciebat Christũ, quẽ annunciabat? Rñ. Chy. super Ioannem. Quod ideò dicit Ioannes, q nesciebat eum, vt non videatur ex amicitia propter cognationem ei testimonium perhibere, quia cognatus eius erat secundum carnem.

14 Dub. Quia vr̃, q Ioannes sciuerit eum propter signa in natiuitate facta, & Magos aduenientes? Resp. Chry. ubi supra, quòd in deserto conuersatus est Ioannes, miracula uerò quæcunque Christo puero existente facta sunt, puta, quæ circa Magos, & quandocunque talia ante multum contigerant tempus Ioannis, & ipso ualde puero existente. In medio uerò tempore ignotus omnibus existebat.

15 Dub. Cur dicit, sed ut manifestetur in Israel? R. Ly. quia totum officium Ioannis baptizando, & prædicando erat ordinatum ad manifestationem Xpi. Vnde Chrys. dicit, q illa signa, quæ ijdẽ dicunt à Xpo in pueritia facta, mendacia, & fictiones sunt. Vide dub. 31. Dñica 1. post octauam Epiphaniæ.

16 Dub. An sine baptismale licebat Ioanni prædicare, & inducere turbas ad Christũ? Resp. Chrys. super Ioannem, quòd facilius ita factum est, nequaquam enim sic concurrissent omnes si sine baptismate prædicatio facta esset.

17 Dub. Cur dicit, & testimoniũ perhibuit Ioannes dicens, quia uidi Spiritũsanctum? R. Chrys. ubi supra, quia Ioannes testatus est ita magnum quid, quod sufficiens erat auditores omnes stupefacere, Puta, quòd totius orbis terrarum solus ipse peccata tolleret, uolens credibilius id facere, reduxit hoc ad Deũ, & Spiritũsanctum. Posset enim aliquis dicere Ioanni. Qualiter tu cognouisti eum? R. quòd per descensum Spiritussancti.

18 Dub. Cur dicit, & mansit super eum? R. Greg. secundo Moralium, quòd in cunctis fidelibus Spiritussanctus uenit, sed in solo mediatore semper singulariter permanet, quia eius humanitatẽ nunquàm deseruit, sed cum diuinitate procedit.

19 Dub. Vr̃ ẽt, qđ in alijs singulariter maneat, quia discipulis dñs dicit, Ioan. 10. apud uos manebit? R. Greg. ubi supra, qđ hoc citius cognoscimus, si dona spiritus discernamus. In his enim donis, sine quibus ad uitã peruenirinon põt, Spiritussanctus semper in oĩbus electis permanet, ut sunt mansuetudo, humilitas, fides, spes, charitas. In illis aũt quibus per ostensionem spiritus nõ nostra salus, sed aliorum quæritur, nõ semper manet, sed aliquando se à signorum ostensionibus subtrahit, ut humilius eius uirtutes habeantur. Christus, autem in cunctis eum semper, & continuo habuit præsentẽ.

20 Dub. Qñ uidit Ioannes Spiritumsanctũ descendentẽ, & manentem super Christũ? R. quòd in baptismate Christi, ut dicit glo.

Dub.

21 Dub. Quō Ioannes dicit, & ego nesciebā eum. cū in Mat. 3. c. dicat, q Ioānes dixerit Ego à te. debeo baptizari, & tu venis ad me? Rn. Ly. qd hoc refertur ad tps pcedens baptismum. Licet Aug. referat ad ptā é excellētię in baptismo, quā sibi Xps retinuit, q̄ cōsistit i quatuor. Primū, est qd ipse solus baptismū institueret. Scd̄m, q effectū baptismi, sine baptismo, cōferre posset. Tertiū, q meritū passionis eius in baptismo efficaciam haberet. Quartū est, q ab aliquo tpe baptismus conferret in noīe ipsius, sicut hr Auth. 19. quasi diceret. Ego nesciebā, q hāc excellentiā prædictā in baptizando sibi retineret solus, quantum ad istam excellentiā.

22 Dub. Quis miserit Ioannem baptizare? Res. Aug. quòd si dicamus pater verum dicimus, si dicimus filius, verum dicimus: manifestius autem est, vt dicamus pater, & filius, supple tu, & spiritussanctus.

23 Dub. Cur dicit baptizare in aqua? R. Ly. quòd baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed baptismum Christi significabat, & ad ipsum disponebat.

24 Dub. Quō poterat Ioānes videre spiritū sāctū, q est Deus, q nō pt videri oculis corporalibus? R. quòd vidit in signo visibili s. columbæ descendentis, vt patet ex textu.

25 Dub. Quomodo Xps baptizabat in spiritu sancto? R. Ly. quòd proprium ipsius Dei est saluare animas per gratiam Spūssancti.

26 Dub. Quid vidit Ioannes, quia dicit, & ego vidi? R. Lyr. quòd uidit Spiritum sanctum descendentem in columbæ specie.

27 Dub. Ad quid cognouit Ioannes, qd esset filius Dei? Respō. quòd, vt habetur Mat. 3. c. cognouit ad vocem patris.

28 Dub. Quō descendit Spūssanctus in spē columbæ, & quare potius in tali specie, q̄ in specie ignis, sicut Apostolis, vel alia specie, & oīa alia dubia ad hanc materiam pertinentia unà cum sensibus spūalibus, Require in expositione Euangelij immediate seqūetis, & dnicę. 3. aduētus. & in euāgelio seq. du. 2.

IN OCTAVA EPIPHANIAE Secundum Ordinem Prædicatorum.

Venit Iesus a Galilea in Iordanem ad Ioannem. Matthai. 3. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 30. die 6. Ianuarij.

HISTORICE.

Ad Ioannem in Iordane baptizantem, cùm à Galilæa Iesus, ut ab eo baptizaretur, aduenisset. Id prohibenti Ioanni, & ab eo potius se debere baptizari inquienti, imperauit dominus, ut quæ in præsentiarum agerentur, perfici sineret, quoniam, tali eū modo, omnem implere iustitiā deceret. Vt vero Iesus baptismū suscepit, statim ex aqua prosilijt. Cœlis autem eidem apertis diuinum super se spiritum descendentem intuitus est columbæ specie obumbratum, vocem quoque e supernis hunc suum dilectū esse genitum, in quo sibi complacitum fuisset, inquientem audiuit.

Solito more dubia soluenda sunt.

1 DVBITATVR. A qua uilla Galileæ venit Iesus? Respon. Gloss. quòd à Nazareth, quoniam ibi habitauit.

2 Dub. In quo loco Iordanis baptizatus fuit Xps? R. Auctor de uita Xpi, quòd non longe à Hierico, ubi baptizabat Ioannes, dicens, quòd de Hierico vsq; ad capellam S. Ioannis vbi habitabat, sunt quasi duo milliaria: & indè usque ad locū Iordanis, in quo baptizatus fuit Xps, est quasi unum milliare. Licet nonnulli putent, Xpm fuisse baptizatū īter Ennō, & Salim, nō lōge à mōte Gelboæ in Bethania, q̄ est supra Iordanē tribus leucis de Hierico: uel fuit baptizatus in loco p quē trāsierūt filij Israel Iordanē, ut colligitur ex dictis Lyræ super Ios. 4. c.

3 Dub. Cur potius Xps uoluit baptizari in Iordane, q̄ in alio flumine, uel mari rubro, quòd exsiccatum est? Rn. S. Th. 3. par. q. 39. ar. 4. dicens, quòd fluuius Iordanis fuit per quē filij Israel in terrā promissionis intrauerunt. Hoc autem habet baptismus Xpi speciale p oībus baptismatibus, quòd introducit in regnū Dei, quòd p terrā promissionis signatur. Vn dr Io. 3. c. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spūsancto, nō pt introire in regnum Dei. Ad qd ēt pertinet qd Helyas diuisit aquas Iordanis, qn erat in curru igneo rapiendus in cœlum, ut dr 4. Reg. 2. c. quia s. transeuntibus per aquam baptismi, & per ignem Spiritussancti patet aduētus in cœlum. Et iō conueniens fuit, quòd Iesus in Iordane baptizaretur: & licèt transitus maris rubri præfigurauerit baptismū, quantum ad hoc, quòd baptismus delet peccata, quando submersit Pharaonem, tamen

transitus Iordanis ipsum præfigurauit quãtum ad hoc quod aperit ianuam regni cœlestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletur. Et ideo magis conueniens fuit, quod in Iordane, q̃ in mari, vel aliquo alio flumine baptizaretur.

4 Dubi. Quia nõ videtur conueniens Christum debere baptizari baptismo Ioãnis, qui erat baptismus pœnitẽtię, cũ Christus nullũ peccatum cõmiserit, vt indigeret pnĩa? ℞. S. Tho. ubi supra, quòd cõueniẽs fuit Christũ baptismo Ioãnis baptizari. Primo, ꝑꝑ cõditionẽ baptismi Ioannis, qui non baptizabat in spiritu, sed solùm in aqua. Christus autẽ spirituali baptismate non indigebat, qui à principio suæ conceptionis gratia Spiritus sancti repletus fuit, & hæc est ratio Chryso. Secũdò, vt dicit Beda, ut baptismum Ioãnis comprobaret suo baptismo. Tertiò, sicut dicit Grego. Nazianzenus, quòd hoc fecit, ut sanctificaret baptismum: & licet Christus baptismo Ioannis non indiguerit, tñ, vt dicit Ambr. super Lucam, nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

5 Dubi. Cùm alij prophetæ ante Ioannem non baptizauerint, uidetur inconueniens, quòd Ioan. baptizauerit? ℞. S. Tho. 3. par. q. 8. art. 1. quòd cõuenienter Ioannes baptizabat. primò, quia vt Aug. dicit super Ioannem, q̃a oportebat Xp̃m à Ioanne baptizari, ut baptismum consecraret: secundò, vt Chry. dicit super Ioannem. cum Ioannes missus esset ad Christum manifestandum, facilius sic manifestauit concurrentibus turbis ad baptismum, quã si per singulos discurrisset. Tertiò, vt suo baptismo assuefaceret hoĩes ad baptismum Christi, vñ Greg. in hom. dicit, ideò, Ioannes baptizat, ut præcursionis suæ ordinẽ seruãs, qui nasciturum dñm nascendo pręuenerat, baptizando quoque baptizatum præueniret. Quartò, vt ad pnĩam homines inducens præpararet ad dignæ suscipiendum baptismum Christi. Vñ Beda dicit, quòd quantum cathecuminis nondum baptizaris prodest doctrina fidei, tm̃ profuit baptisma Ioannis, antè baptisma Christi, q̃a sicut illæ prædicabat pnĩam, & baptismum Christi prænunciabat, & in cognitione ueritatis, quæ mundo apparuit attrahebat, sic ministri ecclesiæ primò erudiunt, post peccata eorũ redarguũt, demũ in baptismo Christi remissionem ꝑmittunt: & licet, alij prophetæ nõ baptizauerunt, tñ q̃a Ioannes nõ solũ fuit propheta, sed plusquã ꝑpheta, ut dr̃ Matt. 2. Fuit. n. terminus legis, & initiũ Euangelij, ideo, magis pertinebat ad eũ verbo, & opere inducere hoĩes ad legẽ Xp̃i, q̃ ad obseruantiã ueteris legis.

6 Dubi. Quia uidetur quod solus Christus debuerit baptizari baptismo Ioannis, quia vt Aug. dicit super Ioannẽ, Ioãnes baptizauit, ut Christus baptizaretur, sed ꝙ propriũ est Christo, nõ debet alijs conuenire, ergo, nulli alij debuerũt illo baptismo baptizari? ℞. S. Th. ubi supra, ar. 4. quòd oportuit alios à Christo baptizari baptismo Ioannis: Primò, ut Aug. dicit sup̃ Ioan. q̃a si solus Christus baptismo Ioãnis baptizatus fuisset, non deficerẽt, qui dicerent baptismum Ioannis, in quo Christus est baptizatus, digniorem esse baptismo Christi, quo alij baptizantur usq; adeò, vt solus Christus eo baptizari meruisset. Secundò, quia oportebat per baptismũ Ioãnis alios ad baptismũ Christi præparari, ut dictum est dub. pręcedẽti. Et non solùm propter Christũ ille baptismus Ioannis fuit institutus, sed etiam propter alias causas dictas in præcedenti dubio.

7 Dubi. Cur statim baptizato Xp̃o nõ cessauit Ioannes baptizare? Res. S. Th. ubi supra. ar. 5. quòd non debuit baptismus Ioannis cessare Xp̃o baptizato. Primò, quia ut Chry. dicit, si cessaret baptizare Ioãnes, existimaretur quod zelo uel ira faceret. Secundò, quia discipulos suos in maiorem zelum misisset. Tertio, quia persistens in baptizando suos auditores mittebat ad Xp̃m. Quartò, quia, ut Beda dicit, adhuc permanebant uerba veteris legis, nec dẽt præcursor cessare donec ueritas manifestetur. Et licet, affuisset testimonium Ioannis, descensus columbæ, & paterna uox, nõdũ tñ Christus erat plenè manifestatus eo baptizato: ideo, adhuc necessariũ erat quòd Ioãnes baptizaret.

8 Dubi. Q̃uo aqua corporalis possit abluere pcã, q̃ sunt i aĩa. Req̃re dub. 26. & seq. in Fer. 6. Paschæ, ubi plura dubia declarãtur de baptismo, & materia, ministro, & effectu.

9 Dubi. Cur prohibebat Christum baptizari, cùm sciret se esse destinatum ad eum baptizandum? Rñ. Chry. in homi. dicẽs. q̃a baptismus pnĩæ erat, & in demonstrationẽ delictorũ inducebat, ne aliquis existimaret, ꝙ hac rõne Xp̃s ad Iordanem uenit. Iõ uenienti dixit, ego debeo à te baptizari, & tu

uenis

venis ad me. Et idē Chry. super Mat. dicit Vt tu me baptizares est idonea ratio, vt iustus efficiar,& dignus cœlo: vt aũt ego te baptizē, quæ est ratio? omne bonum de cœlo descendit in terrā, non de terra ascendit ad cœlum. Et Hilarius denique, à Ioanne baptizari prohibetur,ut Deus,& ita in se fieri oportere,vt homo,docet.

10 Dub. An Ioannes, qui erat sanctificatus in vtero indigebat baptizari?Res.S. Vinc.in sermone hodierno,ꝗ licet Ioãnes esset sanctificatus ĩ vtero matris,tñ indigebat à Xp̃o baptizari ꝑꝑ characterē,quē dat baptismus ĩ anima,s.quoddā signum pulchrū instar coronæ regalis, quod signū nullus potest hr̃e in paradiso,nisi fuerit baptizatus. Vndè nec Abraham, neque alij sancti veteris testamenti habent hoc signum in paradiso.

11 Dub.Cur Christus dicit sine modo,quasi ꝑ nũc debeat fieri,alias nō?Res.Hilarius super Matt.dicēs,Pulchrè dicit mō, vt ostenderet Christum in aqua à Ioanne, at Ioãnē à Christo in Spiritu baptizãdum.Et Chry. su ꝑ Mat.dicit, in quo etiā ostēdit ꝗ postea Christus baptizauit Ioannem, quamuis ēt in apocryphis libris scriptum sit, ut etiam refert S.Th.3.par.q.38.art.6.addens, quòd certum est,vt Hiero. dicit super Matt.ꝗ sicut Christus fuit baptizatus in aqua à Ioanne,Ita Ioannes à Christo erat in spiritu baptizandus.

12 Dubit. Quomodo in baptismo Christus impleuit omnem iustitiā, & quomodo debent intelligi ista verba? Resp. Chry.super Mat.quòd hoc non significat,vt si fuerit baptizatus adimpleat omnem iustitiam, sed sic,idest, quemadmodum baptismatis iustitiam prius factis impleuit, postea prædicauit, sic & omnem aliam iustitiam, secundũ illud Act. 1.c.Cępit Iesus facere & docere. Hilarius autem sic exponit, quòd per eum implenda erat omnis iustitia, per quem solum lex poterat impleri. At Remigius sic declarat. Docet nos implere omnem iustitiam,idest,ostendere exemplum omnis implendæ iustitiæ in baptismo, sine quo non aperitur aditus regni cœlestis. Sanctus autem Vincen. in sermone hodierno dicit, ꝗ illud non refertur ad Christum,sed ad Ioãnem,quia Christus non loquebatur pompaticē, sicut faciunt magni domini,qui quando loquuntur, personam, & actus suos ponunt in plurali.

13 Dub.Quia videtur, ꝗ Ioãnes non baptizauerit Christum,quia Matthęus dicit,tũc dimisit eũ,quia si dimisit,ergo non baptizauit?Resp.Remigius super Matthæum, exponendo,tunc dimisit eum,idest, ad vltimum assensum præbuit,vt baptizaret eum.

14 Dub.Cur Xp̃s cōfestim ascēdit de aqua? Res.Chry.super Matthæum,quòd hoc pertinet ad mysterium omnium qui postmodum fuerant baptizandi. Et ideò, dicit cōfestim, & non dixit simpliciter ascendit,quia omnes qui baptizantur in Christo, confestim,& de aqua ascendũt.i. proficiunt ad virtutes, & ad dignitatem subleuantur cœlestem. Qui enim in aquam ingressi fuerunt carnales, & filij Adæ,peccatores, confestim de aqua ascendũt spirituales filij Dei facti.

15 Dub. An cœli fuerint rupti, quia dicit, aperti sunt cęli?Resp.S.Tho.3.par.39.ar.5. quod vt Hier.dicit suꝑ Mat.cęli aperti sunt non reseratione elementorũ, sed spiritualibus oculis.Sicut,& Ezechiel in principio voluminis sui, apertos esse commemorat. Et Lyr. dicit, quòd cęlũ non fuit diuisum, sed videbatur aperiri, sicut fit in coruscatione.

16 Dub. An omnes,qui aderant, viderũt cęlos apertos? ℞.quòd nō,quia dicit tex.aperti sunt ei,& non dicit absolutè, aperti sunt, quòd dixisset,si oĩbus patuissent, prout etiā Chry.dicit super Mat.quòd si ipsa creatura rupta fuisset,non dixisset aperti sunt ei,quia quod corporaliter aperitur,oĩbus est apertũ.Vnde,& Mar. 1.c.dicitur,quod Iesus statim ascendens de aqua,vidit cœlos apertos.

17 Dub.Quomodo aperti sunt ei cœli,cum nihil sit clausum oculis eius?Resp Chry.super Matt. ꝗ sicut secundũ dispensatione hu manam baptizatus est, sic secundũ humanã dispensationem aperti sunt ei cœli; secundum autem naturam diuinam erat in cęlis.

18 Dub. Cum Xp̃s etiam secundum naturam humanam in instanti conceptionis fuerit viator,& comprehensor.Ergo, semper ei aperti fuerunt cœli? Respon Remigius super Matt.quòd licèt,semper fuerint ei aperti cęli,tamen hoc primo legit,quòd ei aperti fuerunt, quia omnibus renatis aperitur ianua regni cęlestis. & ut gl.dicit: tunc tantus fulgor circunfulsit Xp̃m in baptismo, ut empyreum videretur cęlum reseratum esse,quod ante non aduenerat.

19 Dub. Qui viderunt spiritum Dei descēdentem sicut columbam?Respō.Glo.quòd

Iesus,& etiam Ioannes Baptista, vt dicitur Ioannis 1.

20 Dub. Cum semper Spiritussanctus manserit in Christo, quomodo nunc descendit? Resp. S. Tho 3. par. q. 49. ar. 6. q. sic. August. dicit 15. de Trin. absurdissimum est dicere q. Christus, cum 30. iam esset annorum accepisset Spiritum sanctum, sed venit ad baptismum sicut sine peccato, ita non sine Spiritusancto: si n. de Ioanne scriptum est, q. Spiritusancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de homine Christo dicedum est, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? sed in baptismo venit Spiritussanctus super eum ad præfigurandum, quod baptizati vere, & non ficte, accipiunt Spiritum sanctum.

21 Dub Cur Apostolis apparuit in igne, & non Xpo? Respō. S. Tho. vbi supra, q. d super Apostolos apparuit in igne, ad ostendendū feruorem, quo corda eorum erant commouenda, ad hoc q. d Xpm vbique inter pressuras prædicarent. Et iō, et in linguis igneis apparuit. Secundò, etiam, ut dicit Chry. super Matt. cum oportebat delictis ignoscere quòd fit in baptismo, māsuetudo necessaria erat, quæ demonstratur in columba, sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicij tempus, quod signatur per ignem.

22 Dub. Quomodo Spūs sanctus, qui est inuisibilis, visibiliter descendit supra Xpm? Res. S. Tho. vbi supra, q. sicut Chry. dicit super Matt. in principijs spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones pp eos, qui nullam incorporalis naturæ intelligentiam suspicere possunt, vt si postea nō fiant ex his, quæ semel facta sunt, recipiant fidē. Et ideò, circa Christum baptizatum corporali specie Spiritussanctus visibiliter descēdit, ut super omnes baptizandos inuisibiliter postea credatur descendere.

23 Dub Cur potius in columbæ specie, q̄ in alia descendit? Res. S. Tho vbi supra, quòd propter tria. Primò, propter dispositionem, quæ requiritur in baptizato, vt, s. non fictus accedat, quia sicut dicitur Sapien. 1. c. Spiritussanctus disciplinę effugiet fictum. Colūba autem alias animal simplex est, astutia, & dolo carens: vnde dicitur Mat. 10. Estote simplices sicut columbæ. Secundò, ad designandum septem dona Spiritussancti, quæ columba suis proprietatibus signat. Columba enim secus fluenta habitat, vt inde viso accipitre mergat se, & euadat; quod pertinet ad donū sapientiæ, per quā Sancti secus scripturæ diuinæ fluenta resident, vt incursum diaboli euadant. Item, columba meliora grana eligit, quod pertinet ad bonū sciētiæ, qua Sancti sententias sanas, quibus pascantur, eligunt, Item, columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum consilij, quo sancti homines, qui fuerunt pulli. i. immitatores diaboli, doctrina nutriunt, & exemplo. Item, columba non lacerat rostro, quod pertinet ad donum intellectus, quo sancti bonas scientias lacerando non peruertunt, hæreticorum more. Item, columba felle caret, quod pertinet ad bonum pietatis, per quā sācti ira irrationabili carēt, Item, columba in cauernis petræ nidificat, quod pertinet ad bonum fortitudinis, qua sancti in plagis mortis Xpi, qui est petra firma, nidum ponūt in suum refugium, & spē. Item, columba gemitum pro cantu habet, quod pertinet ad donum timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertiò, apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ propter effectum propriū baptismi, quod est remissio peccatorum, & reconciliatio ad Deum: columba enim est animal mansuetum. Et ideò, sicut Chry. dicit super Matthęum, in diluuio apparuit hoc animal ramum ferens oliuæ, & cōis orbis terrarum tranquillitatem annuncians. Et nunc etiam columba apparet in baptismo, liberationem nobis demonstrans. Quartò, ad designandū cōem effectum baptismi, qui est cōstructio ecclesiasticæ veritatis. Vnde dr ad Ephes. 5. q. Xps tradidit semetipsum, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam non habētem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauans eam lauacro aquæ in verbo vitę. Et ideò conuenienter Spiritussanctus in baptismo demonstratus est in specie columbæ, quæ est animal amicabile, & gregale. Vnde & in Canticis canticorum 5. dicitur de ecclesia: Vna est columba mea.

24 Dub. Quia si Spūs sanctus apparuit ī specie columbæ, vel similitudine, aut sicut columba, non vr q. illa columba fuerit verum animal? Respon. S. Thom. vbi supra. arg. 7. q. illa columba fuit verum animal, qm sicut Christus non vsus fuit aliqua fictione, & ideò uerum corpus, & non phātasticum attulit: ita Spiritussanctus, qui est spiritus ueritatis, nō per phantasticā columbā apparuit,

ruit, sed per verã, formatam absque ministerio aliarũ columbarum, sed virtute diuina. Et licèt dicatur, ꝙ Spiritussanctus descendit sicut colũba, vel in specie, vel similitudine, hoc non dr̃ ad excludendum veritatem columbæ, sed ad ostendendũ, ꝙ Spiritussanctus non apparuit in specie suæ substantiæ.

25 Dub. An potuerit dici, quòd colũba esset Deus, sicut dicimus de Christo, quod est Deus? Resp. Aug. in serm. de Tri. quòd non, quia non sic fuit assumpta à Spiritusancto in vnitate personæ, sicut assumpta est humana natura ex semper Virgine: non enim columbam beatificauit Spiritussanctus, aut sibi in personæ suæ vnitatem coniunxit.

26 Dub. Super quem venit columba, quia dicit venientem super se? Respon. quòd venit super Iesum. Et rationem assignat Hieron. dicens: Sedit autem columba super caput Iesu, ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad Dominum.

27 Dub. Quid actum sit de illa columba? R. S. Tho. 3 par. q. 39. art. 6. quòd peracto officio suo, redacta est in primordialem, seu præiacentem materiam, ex qua formata fuit.

28 Dubit. Cur vox patris non emissa fuit in tempore natiuitatis Christi, sicut nunc in baptismate? Respon S. Tho. vbi supra, art. 8. quòd in baptismo Christi, qui fuit exẽplar nostri baptismi, demonstrari debuit, quod in vero baptismo perficitur. Baptismus autẽ quo baptizantur fideles, consecratur in inuocatione, & virtute Trinitatis, sm̃ illud Matth. vlt. c. Euntes docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Et ideò, in baptismo Christi, vt Hiero. dicit, mysteriũ Trinitatis demonstratur. Dominus enim in natura humana baptizat. Spiritussanctus descendit in habitu columbæ, Patris vox testimonium perhibentis in filio auditur. Et conueniens fuit, vt in illo baptismo pater declararetur in voce. Et licèt in natiuitate esset filius Dei, tamen eius deitas, tunc non debuit omnibus manifestari, sed magis occultari in defectibus infantilis ætatis: sed quando iam peruenit ad perfectam ætatem, in qua oportebat eum docere & miracula facere, & homines ad se conuertere, tunc testimonio patris erat eius diuinitas manifestanda, vt eius doctrina credibilior fieret, & hoc præcipuè in baptismo, per quem homines renascuntur in filios Dei adoptiuos.

29 Dub. Quis formauit illam vocem? Resp. S. Tho. vbi supra, quòd sicut tota Trinitas operata est humanã naturam in Christo, & etiam columbam, ita etiã & formationem vocis, sed tamen in voce declaratur solus pater vt loquens, sicut naturam humanam solus filius assumpsit, & sicut in columba solus Spiritussanctus demonstratus est, vt patet per August. in lib. de fide ad Petrum.

30 Dubit. Quid singulariter in Christo demonstratum fuit ex illa voce, cum omnes per baptismum efficiamur filij Dei? Resp. Hilarius in libro de Trinitate dicens: Non solum nomine contestatus est eum esse filium, sed proprietate: multi enim nos filij Dei sumus: sed non talis est hic filius, hic enim & proprius, & verus est filius origine, non adoptione: veritate, non nuncupatione: natiuitate, non creatione.

31 Dub. Quia nõ videtur vera illa vox, cùm dicit filius meus dilectus, quia magis dilecta fuit humana natura, quàm filius, quia ad Rom. 8. dicitur: Proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. Resp. S. Thom. prima par. q. 20. art. 4. quòd Deus Christum diligit, non solùm plusquã totus genus humanum, sed etiam magis q̃ totam vniuersitatem creaturarum, quia scilicet, ei magis bonum voluit, quia dedit sibi nomen, quod est super omne nomen, vt Deus verus esset, nec eius excellentiæ decessit ex hoc, quod Deus dedit eum in mortem pro salute humani generis: quinimmo, ex hoc factus est victor gloriosus: factus est enim principatus super humerum eius, vt dicitur Esaiæ 9. cap.

32 Dub. Quomodo intelligitur illud, in quo mihi complacui? Resp. Remig. super Matth. quòd si ad humanitatem Christi referatur, sic legatur, in quo mihi complacui, quia istum solum reperi sine peccato Si verò legatur, in quo complacuit mihi, subaudiatur, placitum meum cõstituere, vt per eum agerem, quæ agenda sunt, scilicet, genus humanum redimerem.

33 Dub. Ad quid venit illa vox patris, cùm Christus sciret se esse filium Dei absq; illa voce? Resp. Beda super Lucam, quòd nõ per hoc ipse filius, quod nesciebat, docetur, sed nobis quid credere debebamus ostenditur.

34 Dubit. Cùm Lucas dicat vocem dixisse, Tu es filius meus. Cur Matth dicit, hic est filius meus? R. Aug. de consensu Euang. di-

cens,quòd vtrũque dictum ad eandem sententiã explicandã ualet. Vox.n. cęlestis unũ horũ dixit, sed Matth.ostẽdere uoluit ad id ualere,quod dictũ est, Hic est filius meus,ut illis,qui potius audiebant indicaretur quòd ipse esset filius Dei. Non.n. Christo indicabatur,qui sciebat, sed audiebant,qui aderant, propter quos etiam ipsa uox facta est.

35 Dub. Cũ Lucas dicat in te cõplacui mihi,cur Matt.dicit,in te mihi cõplacui? Resp. Aug.vbi sup.dicens: Si q̃ritis quid horũ illa uoce sonuerit q̃dlibet accipe Deum, intelligat eos,q̃ nõ eandẽ locutionẽ retulerũt,eãdem retulisse s̃niam. Quod.n.Deus in filio sibi cõplacuit, admonetur aliquis ex eo, q̃d dictum est, in te cõplacui mihi, seu hoc intelligatur esse dictũ ab oĩbus Euangelistis, tanq̃ diceretur,in te complacitũ meum constitui. Hoc est implere,quod mihi placet.

ALLEGORICE.

Figurat historia huius Euang. oĩa, q̃ ad baptismũ n̄r̃m requirunt̃, & utilitates indẽ emergẽtes. Et subiecta primò quidẽ baptismi,q̃ quinque sunt,s.baptizans,baptizãdus, materia,forma,& intentio. Baptizans fuit Ioannes, in quo ministri baptismi sanctitas designat̃. Baptizãdus fuit Christus,n̄r̃m baptismũ cõsecrans tactu suę mundissimæ carnis, vim reg̃natiuã cõtulit aquis,& p ipsum denotat̃, quòd q̃libet baptizãdus debet esse humilis,& cũ humilitate ad baptismũ uenire:humilitas nãq; Christi in quatuor notatur. Primò,q̃a uenit Iesus,s.Saluator,& auctor salutis,& nõ indigẽs salute. Sc̃dò,q̃a in Iordanẽ,vbi creator elementorũ subiecit se uili elemento. Tertiò q̃a ad Ioãnẽ,s.hoĩem, sicut Dñs ad seruũ, Rex ad scutiferũ, Sol ad Luciferũ. Quartò,vt baptizaret̃ ab eo,s.fons à riuo,plenitudo à stilla. Auctor baptismi ad baptismi ministrũ Materia fuit aqua magis cõueniens cõior cæteris liquorib.ad baptismũ existens,ibi ad Iordanẽ. Forma notatur p testimoniũ Trinitatis,docens nos baptizare in noĩe Patris, & Filij, & Spiritussancti. Et ista est forma n̄r̃i baptismi. Fuit.n.ibi P̃r in uoce,Filius in carne,& Spiritussanctus in colũbæ specie. Intentio consequit̃ formã:voces.n.sunt signa earũ,q̃ sunt in aĩo passionũ. Et ideò,minister quemadmodũ profert uerba,ita debet h̃re intentionẽ correspondentẽ ad verba. Vtilitates nobis ex baptismo pueniente notãtur. Primò,quia Christus baptizatus cõfestim ascendit de aqua,per q̃d notatur in nobis gr̃æ insusio. Homo.n per baptismũ liberatus à culpa ad uirtutem statim ascendit. Sc̃dò,apertũ est cœlum,per quod notat̃ per baptismum ascendentis euolatio. Tertiò, descendit Spiritussanctus corporali specie, sicut colũba in ipsum,per quod notatur, quòd baptismus facit hoĩem templum Spiritussancti. Quartò,vox patris facta est, hic est filius meus dilectus,in quo notat̃ per baptismum de filio iræ,baptizatus, fit filius gr̃æ. Et per hãc uocem notant̃ quinque dignitates, & excellentię Christi,qui fuit auctor nostri baptismi. Cũ.n.d̃r,hic est,cõmendat̃ à uera existentia, q̃a solus Deus habet verũ esse, oẽ.n.esse à forma est: Deus aũt forma est sine materia. Vnde Exo.3.c. Qui est, misit me ad uos. Cùm d̃r filius,cõmendatur à similitudine p̃næ cõuenientię,quia filius d̃r imago patris. Cùm d̃r meus,cõmendatur à substantiæ indifferentia: d̃r.n.meus,i.mihi substantialis. Cùm d̃r dilectus,commendatur ab amoris beneuolentia:ideò pater diligit filium,& omnia quæ habet pater dedit in manũ filij. Cùm d̃r,in quo mihi complacui, commendatur à speciali complacentia. Vnde nota,quòd placitum est,est quieta voluntas. Vnde cõplacitum,tum Spiritusancto in filio secundum naturã assumptã quieui.

TROPOLOGICE.

Quàm solerter,& reuerẽter ad baptismũ, & ad alia sacra ecclesiæ accedere debeamus, ex hoc sacro Euangelio instruimur. Primò, q̃ spõte,& nõ coacte, ibi,uenit. Secundò,q̃ propter salutẽ,& non pp̃ter hypocrisim ibi uenit Iesus,qui est Saluator,& salus nostra. Tertiò,q̃ fugiamus uoluptuosas delectationes sæculi, & uolubiles, ibi à Galilæa, q̃ est rota uolubilis. Quartò, quòd discutiamus cõsc entiã n̄r̃am,& effundamus riuũ lachrymarũ p peccatis patratis, ibi, in Iordanẽ,q̃ est riuus iudicij. Quintò,vt q̃ramus meliores sacerdotes,& ministros,q̃m maiorẽ habemus ad eos deuotionẽ,vbi,ad Ioannẽ,q̃ fuit sanctus ex utero matris suæ,& doctus, quia pp̃heta,& plusq̃ pp̃heta,q̃m sola bonitas vitæ nõ sufficit in ministro, sed in eo d̃et esse sc̃ia discernendi inter peccatũ, & peccatum. Sextò,vt intentio nostra sit baptizari,i.ablui à peccatis p confessionẽ,ibi:vt baptizaretur ab eo. Item,edocemur reuerentiã exhibere Deo, & eius sacris, & cæteris spectantib. ad cultũ diuinũ, ibi,Ioannes aũt prohibebat eũ dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis

nis ad me? Qui licèt esset sanctificatus in vtero, & sciret se destinatum vt baptizaret Christũ, tamen officium sibi iniunctũ recusabat multum. Et ideò cantat Ecclesia, Baptista cõtremuit, & non audet tãgere sanctũ Dei verticẽ, sed clamat cũ tremore, sanctifica me saluator, tñ nullus eo maior inter natos mulierum surrexit. Videant magnates, studentes, & cæteri nobiles, ac vulgus, quam reuerentiã sacris locis exhibeant deambulãdo ꝑ templa de terrenis, & profanis colloquentes, dùm diuina celebrant officia, apud altaria stantes, & ipsis brachijs inhęrentes. Et pleriq; dũ eleuatur sacratissimũ corpus Xp̃i nequaq̃ genua flectentes: & tñ Deus sic ꝑmittit, quod non permittebat in veteri lege, in qua tãgentes arcã Dei, vel altari appropinquãtes, nisi essent Leuitæ, morte plectebantur: sed aduertant dictũ Euangelij ibi, sine modo, qm̃ tandem implebitur oĩs iustitia diuina in futuro iudicio contra tales, id est, de ipsis. Instruimur quoq; vt cum mundati fuerimus à peccatis, statim relinquamus ea, & mente, & corpore, ne ab ipsis contaminemur, ibi: Baptizatus autem Iesus, cõfestim ascendit de aqua, & sic si egerimus aperientur nobis cœli, & Spiritussanctus habitabit in nobis, & paterna vox vocabit nos dicens. Venite filij, audite me, quoniam gaudium magnum est in cęlo super pęnitentia peccatorum, & sic complacitum est Deo sic conuerti ab iniquitate ad iustitiam.

ANAGOGICE.

Maxima Dei beneficia nobis collata si mentem cõtemplationi dederimus, ex hoc Euangelio perpendemus. Primò, quidẽ mysterium incarnationis designatur. Dum dicitur, Venit uerbum Dei carnẽ sumere humanam, Iesus, ut nos saluaret à Galilæa totam voluendo rotam, à patre egrediens, & ad ipsum regrediẽs, ad Iordanem, reum se permittens propter nos iudicari à Pilato, & à sacerdotibus, dicẽtibus, reus est mortis. ad Ioannem hominẽ, q̃a hominẽ induere dignatus est, ut baptizaretur. i. submergeretur à tribulationibus eum circundantibus, qm̃ aquæ tribulationis intrauerunt vsq; ad animam eius. Ioannes autem prohibens, significat Petrum dicentem; absit à te Dñe. Iesus dicens, Sine modo, figurat quod dixit Petro, vade retrò: non. n. scis ea, q̃ Dei sunt, sic. n. decet nos ĩplere oẽm iustitiã, & sic Petrus dimisit eum. baptizatus. i. submersus in mortẽ confestim ascendit de sepulchro, s. tertio die, nec passus est Deus Christum suum videre corruptionem, & aperti sunt ei cœli, super quos ascendit, & descendit Spiritus sanctus ad discipulos per eum missus, & tãtum dilectus à patre, qđ data est sibi omnis potestas in cœlo, & in terra, cũ eius vnigenitus filius sit, ĩ quo sibi cõplacuit, redimendo genus humanũ ꝑ suã sanctissimam passionẽ.

DOMINICA PRIMA POST octauam Epiphaniæ.

Nuptiæ factæ sunt in Chana Galilęę. Ioan. 2.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31. die 6. Ianuarij.

HISTORICE.

Celebratis in Chana Galileæ nuptijs, q̃bus Dei gęnitrix semper Virgo intererat, ad quas ipse Iesus, eiusq; discipuli aduocati fuere, cùm inter conuiuandum vinum defecisset, id mater nato intimauit: cui cũ dominus respondisset, nequaquã hoc ad eorũ curam attinere, cùm eius necdum aduenisset hora; ministris, vt quicquid eis imperaret, ipsa vt protinus exequerẽtur, iussit; Verũ ex ipsius dñi iussu cum sex aqua implessent hydrias, ad Iudæorũ purificationẽ præparatas, duarũ, seu ternarũ capacitatis metretarũ, ut haurirent, architriclinoq; propinarent imperauit: gustui autem architriclinus offerens, reique gestę ignorans causam, quodque ministri se aquam hausisse ueraciter scirent, sponsum increpat architriclinus, quod optimum in finem seruasset uinum, more cæterorum aduerso, qui primò recũbentibus bonum, postremo uero uino madefactis deterius offerunt uinum. Signorũ igitur à Christo factorum hoc primũ fuit, suam in aperto gloriam ostentans, in quem ob id eius crediderunt discipuli.

Latentia dubia in medium deducam, & soluã.

1 DVBITATVR. Qui fuerunt sponsus, & sponsa in istis nuptijs? Respondeo, quòd ut colligitur ex dictis Hieronymi super prologo Ioannis Euangelij: Sponsus fuit Io. Euangelista: & idẽ uidet sentire Aug. in glos. Et ad hoc facit, qđ mater Iesu erat ibi, q̃ non fuisset, si alterius q̃ Io. sui nepotis fuisset. Et ꝑpter hoc uocatus

tus fuit tanquàm consanguineus. Idê quoque tenet dominus Albert. Magnus super Ioan. Sponsa verò fuit, vt dicit idem Alber. & refert dominus Card. de Turrecremata super hoc Euangelio, vna de virginib. Deo consecrata, quæ postea cum matre Iesu permanserit. Et idem de sponso tenent S. Tho. 2.2.q.186.art 4.& Lyra in hoc passu. Et vt dicit auctor de vita Christi, sponsa vocata fuit Anachita.

2 Dub. Quid est Chana Galileæ? Resp. Alcuinus, & Magister hist. scho quod est vicus in prouincia Galileæ, in qua villa dicit Landulphus de vita Christi, ostéditur locus vbi steterunt hydriæ, & triclinium vbi steterût mensæ, & descenditur ad ea per plures gradus sub terra, quod accidit forte propter ruinas, & frequentes destructiones.

3 Dubit. In qua domo fuerunt factæ dictæ nuptiæ? Resp. quòd vt colligitur ex præmissis, fuerunt factæ in domo Zebedæi, cuius filius erat ipse Ioannes Euangelista.

4 Dubit. An ad has nuptias fuerit vocatus Ioseph vir Mariæ? Resp. Magister hist scho. q Ioseph non fuit vocatus, sed vxor eius. Vndè quidã dicunt Ioseph mortuũ, & semper Virginem trãsisse in custodiam filij sui, quia nec êt deinceps de eo legitur in Euangelio: Semper Virgo autem erat tunc quadragintaquinque annorum, vt dicit S. Vinc.

5 Dub. Cùm in nuptijs fiant multæ dissolutiones, quomodo Christus voluit interesse? Resp q, vt dicit Beda in hom. quod dñs iuit ad nuptias, vt ostẽderet in nuptijs debita castitate celebratis, nullam culpam esse. Itê, & vt fidê astrueret, & heresin detrahẽtiũ nuptias extirparet, ac discipulos, per miraculũ, post ibi factum, in fide confirmaret.

6 Dub Cur Euangelista non ponit propriũ nomen semper Virginis, sed dicit, & erat mater Iesu ibi? Resp. quòd Ioannes Euãgelista post omnes alios scripsit, & cũ iam ubique esset diuulgatum nomen semper Virginis, ideò non nominauit eam nomine proprio, sed asseruit eam esse matrem Iesu, quia multi hæretici dicebant contrarium.

7 Dub. Cur vocatus fuit Iesus, & discipuli eius ad nuptias? Resp quòd vt ex præmissis apparet, ipse dominus fuit uocatus, quia consanguineus sponsi. Discipuli autem, propter honorem magistri.

8 Dub. An vinum defecerit à casu, vel quo modo? Resp. quòd vt potest colligi ex dictis Origenis in quadam homil. hoc diuina dispẽsatione factum est, vt Iesus inciperet miracula facere, vt postmodum discipuli eius crederent in eum.

9 Dub. Cur semper Virgo solùm nunc, & nunquam antea rogat filium saltem implicitè, vt miraculum faciat? Resp. Chrysost. super Ioan. dicens, dignum autem est quærere, vnde uenit in mentem matri magnum quid imaginari de filio: neque enim ante miraculũ fecerat. Sequitur enim: hoc fecit initium signorum Iesus, sed reuelari incipiebat, & à Ioanne, & ab alijs, quæ ad discipulos dixerat, sed ante hæc omnia ipsa conceptio, & ea, quę post natiuitatem facta sunt, maximam ei de puero imposuerunt æstimationem. Vnde Lucas dicit. Maria auté conseruabat omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Cuius igitur gratia non antè miraculum eum incitauit: nam antea, ut unus multorum, ita conuersabatur, unde non prę sumebat mater ei tale quid dicere, quia uerò audiuit, quòd Ioannes ei testificatus est, & quod discipulos iam haberet, de reliquo confidenter rogat.

10 Dub Cur Saluator nõ uocat semper Virginem matrem, uel saltem proprio nomine, sed cõmuni, dicens, Mulier? Resp Lyra post Augusti quod Christo cõpetebat facere miracula secundum diuinam naturam, quam à matre non habuit. Ideò, prædicto modo respondendo matri, ostendere uoluit, quòd in hoc non tenebatur ei obedire quia in natura diuina nihil habuit à matre, nec per consequens cum ea aliquod esse commune: ideò dicit, quid mihi, & tibi est mulier? quasi dicat, uirtutem faciendi miracula à te non habeo.

11 Dub. Cur dicit, Nondũ uenit hora mea, cum tamen postea fecerit miraculum? Resp. Lyra post August. quia Christus humanitatem in qua passus est, traxit à matre: Ideò dicit, nondum uenit hora mea, i. tempus patiendi in natura quam habeo à te, & tunc te recognoscam, & tibi condescendam, undè & tunc eam recommendauit Ioanni, ut habetur Ioan 19.c. Chrysost. autem exponit sic: sed & propter aliam causam, ut non suspecta essent miracula, quæ fiebant: ab his enim qui indigebant, rogari oportuerat, non à matre: uoluit ostendere: quoniam omnia decenti tempore operabatur, non simul omnia faciens, quia confusio quædam esset,

esset. Et ideò sequitur, nondum venit hora mea id est, nondum cognitus sum his, qui absunt, sed neque sciunt quoniam defecit vinum: sine prius eos hoc sentire; qui enim necessitatem non præsentit, neque beneficij grandem suscipiet sensum.

12 Dub. Quia ex his videtur, q Christus subijceretur necessitati temporis, ut non posset aliquid operari, nisi adueniret hora, siue tempus? Resp. Aug. super Io. q ideò dicit, Nondum uenit hora mea; quia in potestate habebat quãdo moreretur, sed nondum uidebat esse opportunum, vt illa potestate vteretur uocandi erant discipuli, annũciandum erat regnum cęlorum, faciendæ erant uirtutes, commendanda erat humilitas domini in ipsa compassione mortalitatis. At ubi tantum fecit, quantum sufficere iudicauit, venit hora, non necessitatis, sed uoluntatis non coactionis, sed potestatis. Et Lyra exponit sic: Nondum venit hora mea. i. hora conueniens faciendi miraculum à me solo cognita: & huic consonat litera sequens, quia mater Iesu ex eius responsione non ostendit petitionem suam repulsam, sed conuenienter dilatam. Vnde sequitur, dicit mater eius ministris &c.

13 Dub. Quomodo poterat scire semp. Virgo Christum debere facere miraculũ: quia dixit ministris: quodcunq; uobis dixerit, facite Res. Beda in homil. quodcunq; uobis dixerit, facite quasi diceret: Licet abnegare uideatur, tamen faciet. Nouerat n. mater eum pium, & misericordem.

14 Dub. Cur hęc dixit ipsa ministris coram Iesu? Respond Chrysosto. super Ioan. quòd adduxerat ad eum ministros, ut à pluribus fieret petitio.

15 Dub. Quid sit hydria? Respond. Beda & Lyra. quod hydriæ uocãtur uasa aquarum receptui parata quoniã aqua Græce hydor dicitur. Et Augusti. super Io. 3. c. hydria gręco nomine appellatur tanquam si aquariũ diceretur.

16 Dub. Quid significat, quod dicitur secundum purificationem Iudæorum? Res. Lyra post Alcuinum, q illa purificatio Iudæorũ erat inter traditiones seniorũ, & pharisęorum, & erat ut crebrò se lauarent, & facit ad propositum quòd habetur Marci 7. c.

17 Dub. Quid est metreta? Resp Lyra post Aug. allegando Isid. 16. Eth. q est mensura quædam. Miron enim, mensuram dicunt græci, & ut dicit Isidorus, metreta capit decem sextarios, & sextarius continet duas libras.

18 Dub. Quomodo intelligitur binas, vel ternas? Resp. Beda in homil. quòd non ita accipiendum est, quòd aliæ binas, aliæ ternas, sed eædem ipse caperent binas, quæ etiam ternas. Glo. uero dicit, binas uel ternas extimantis est hoc dicere, ut ipsas diceret binas, quasi ternas.

19 Dub. Cur Christus non fecit miraculum ante impletionem hydriarum? Resp. Chrys. super Io. dicens. Si hoc fecisset, multo mirabilius fuisset, quia aliud est substantiam in aliam qualitatem transmutare, & ipsam substantiam ex nihilo facere; quod quidem mirabilius est, sed non ita uidetur credibile multis. Propterea enim multoties à miraculorum magnitudine abstinet, uolens magis credibile esse, quod fiebat, cum hoc, & peruersa dogmata euertit, quia enim sunt quidam, qui mundi conditorem alium esse dicunt, plura miraculorum ex subiectis substantijs facit. si enim contrarius ei esset, qui conditor est mundi, non utique alienis uteretur ad propriæ uirtutis demonstrationem.

20 Dub. Cur ipse non impleuit hydrias? Resp. Chrys. super Io. quòd ipse non fecit, sed hoc iubet ministris, ut testes haberet illius, quod faciebat.

21 Dub. Cur in numero senario dumtaxat erant hydriæ. Vide in sensu allegorico.

22 Dub Quis erat Architriclinus? Resp. Alcuinus super Ioannem, quod triclinium est ordo trium lectorum, cliuem lectum significat. Architriclinus est princeps triclinij. i. primus inter conuiuas, qui more antiquo, in lectis discumbebant.

23 Dub. Cur dominus potius præcepit portari aquam uinum factum architriclino, quàm cæteris discumbentibus? Resp. Chrysos. super Ioan quia aliqui possent dicere q conuiuæ ebrij erant, & sensus iudicantium corruptus, ut nescirẽt, utrũ aqua, uel uinum esset. Hi autem quib. ministratio conuiuiorum credita est, maximè uigiles sunt, unum opus habentes, ut ornatè, & ordinatè omnia disponantur, ideò, in testimonium eorum, quæ fiebãt, dixit dominus, ferte architriclino propter euigilantem eius sensum, & non dixit propinate discumbentibus.

24 Dub. Cur dominus nihil dixit cõuertendo

do aquam in vinum? Respon. Chryso. & S. Vincen. in sermo. 1. huius dominicæ, quòd Christus paulatim uolebat cognosci suorũ signorum uirtutem, & diuinitatem latentem manifestari. Ideo, cum adhuc purus homo crederetur, miraculum vini fecit, absq; aliquo uerbali præcepto, sed sola uoluntate diuinitatis. Vnde, nec voluit ipse reuelare, quod factum erat, sed misit hauriri, & ferri architriclino.

25 Dub. Cur potius architriclinus uocauit sponsum quàm ministros? Res. Chrys. super Io. qđ ideò, q₃ sponsus maxime poterat cõspicere qđ fiebat: Ministris aũt non fuisset creditum tale testimonium perhibentibus.

26 Dub. Cur sponsus nihil respondit architriclino? Res. Chrys. super Io. dicens, quòd probabile est sponsũ aliquid respõdisse, sed Euangelista hoc prætermittit, tangens solum id, quod necessarium est scire, s. quòd vinum de aqua fecit.

27 Dub. Quia non videtur quòd omnis homo primũ bonũ uinũ ponat, q₃ multi sunt nõ habentes bonũ vinum, imò, nec aliquod vinum, qui non possunt ponere? ℞. quòd sic intelligitur dictum architriclini, omnis homo habens plura vina in conuiuijs, primò, bonũ vinũ ponit, & post, quòd deterius est.

28 Dub. Cur ita agunt homines ponendo bonũ vinũ? ℞. Ly. quòd tũc sensus est viuax, & potest discernere uini bonitatẽ, & discurrere, non autem cum fuerint inebriati.

29 Dub. Quòd, quia nõ omnes in conuiuijs inebriantur? Resp. secundum grammaticos, & ut dicit Catholicon. ebrius dicitur ille, qui multum bibit aliquando: ebriosus vero qui sępe inebriatur, cùm igitur in cõuiuijs, ut plurimum multũ bibãt homines, & multus potus soleat inducere ebrietatem, ideò dicitur, cùm inebriati, ut hic ponatur defectus, qui est inebriari, pro causa, quæ est multum bibere, per figuram methonomiæ, licet etiam pleriq; & ut plurimum, in communi inebrientur, etsi non omnes, & est etiam figura sinecdochen.

30 Dub. Cur aquam conuersam in vinum uocat architriclinus uinum bonum? Resp. S. Tho. 3. par. q. 44. quòd vt Chryso. dicit, talia sunt Christi miracula, vt multo his, q̃ per naturã speciosiora fiant. Vinum igit̃ ex aqua factum, vinum ex natura procreatum excedebat bonitate & suauitate.

31 Dub. Quia non videtur quòd hoc fuerit primum miraculum factũ à Christo, quia in natiuitate apparuerũt Angeli, stella magos perduxit, & plura narrantur facta per ipsum miracula in libro de infantia Saluatoris? ℞ S. Tho. 3. par. q. 43. ar. 3. quòd hoc fuit primum miraculum factum à Christo, ut Euangelium attestatur. Illa uerò miracula, quæ dicitur fecisse in pueritia, mendacia sunt, & fictiones: cætera autem, facta in natiuitate, fuerunt miracula patris, qui etiam in baptismo uoce protestatus est eum esse filium dilectum. uide in octaua Epiphaniæ in primo Euang. dub. 15.

32 Dub. Quia uidetur quòd alibi ante hoc miraculum fecerit miracula, quia dicitur in textu. hoc initium signorum fecit Iesus in Chana Galileę. Ergo alibi fecerat iã miracula? Resp. hoc dicitur, nõ quòd alibi antea fecerit, sed quia primum signum ab eo factum, & ibi fiat punctus, factum, supple fuit in Chana Galileæ.

33 Dub. Cùm tantam uirtutem haberet faciendi miracula ante, cur expectauit usque ad istas nuptias? ℞. S. Tho. ubi supra, quòd Christus debuit facere miracula cũ uellet incipere docere, sed debuit incipere docere in perfecta ætate, & non antè, quæ est ætas 30. annorum, ideo, non antè debuit facere miracula, quam perfectã ætatem attigisset. Item, eius miracula ita debebant diuinitatem ostendere, ut crederetur veritas humanitatis ipsius. Et licet à principio uirtus diuina ad miracula facienda esset in ipso, non tñ in pueritia decẽter, ut dicit Chrys. super Ioannem, debebat incipere miracula facere, qñ existimassent phãtasma esse in carnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent. Vide in octaua Epiphaniæ in Euan. Iesus à Galilæa. dub. 28. & in Euangelio, Vidit Iesum Ioannes uenientẽ. dub. 15. Item dub. 11. in hoc Euangelio.

34 Dub. Q̃uo manifestauit gloriam suam, quã nec ocul⁹ uidere, nec auris audire, nec q̃ in cor hominis ascendere potest? ℞. quòd non intelligitur, quòd manifestauerit gloriam regni cœlorum. Sed ut dicit Lyr. post Alcuinum, manifestauit diuinitatis potentiam, quia ipse est Rex gloriæ, qui, sicut dominus, elementa mutabat.

35 Dub. Si discipuli sequebant̃ eũ antè nuptias, ergo ante credebant in eum? Resp. S. Tho. 3. par q. 43. art. 3. quòd crediderunt in eum discipuli eius, non quòd tunc primum credi-

crediderint, sed quia tunc diligentius, & perfectius crediderint, uel discipulos vocat, qui futuri erant discipuli, sicut exponit Aug. in libro de consensu Euangelistarum; Et Lyra dicit, quòd aliqui de nouo crediderunt, & illi qui prius crediderant, ut Andreas, & alij, per hoc, in fide solidati fuerunt.

ALLEGORICE.

Chana Galilæa, secundũ glo. i. zelus trãsmigrationis, ibi nuptiæ, quia hi digni sunt Christo, qui feruore deuotionis de vitijs ad virtutes, de terra ad cœlũ transmigrant. Mater ibi, cuius vterus thalamus fuit; de quo sponsus processit. Vocatus est Iesus desiderio præcedentiũ patrũ, & discipuli, ut ministri in nuptijs: vinũ defecit, quia sensus legis per corporalẽ expositionẽ pharisæorum à sua prisca virtute cœperat deficere, sed Christus aquã in vinũ cõuertit, dũ, quæ carnalia videbantur, spũalia ostendit, & superficiẽ literæ plenam celesti virtute uidere fecit. Christus n. in prophetis nondum manifestatus, quasi vinum in aqua latuit, sed cum operuit eis sensum, ut intelligerent scripturas, uino inebriauit, & mentes à carne alienauit. Scripturæ autem sunt lex, & prophetę, & psalmi. Hæ omnes, secundum literam, aqua insipida, secundum spiritum, uinum: sex hydriæ, sex ætates, quarum nulli defuit prophetia, incipit. n. ab exordio mundi, & est Prima ætas, ab Adam usq; ad Noe. Secunda, vsquè ad Abraham: Tertia, vsquè ad Dauid: Quarta, vsquè ad trãsmigrationẽ Babilonis: Quinta, vsquè ad Ioãnem Baptistã: Sexta, vsque ad finẽ mundi. In his ergo ætatibus erãt hydriæ, idest, corda hominum receptui scripturarũ Dei parata, posita in exẽplum uiuendi & credendi: lapideę. i. fortia in Christi lapide, secundum purificationem Iudæorum, quia illi tantum populo Iudęorum lex data est, gratia per Christum facta est oibus. Videamus, quæ in singulis ætatibus, quasi in hydrijs, aqua fuerit, & qũo in uinum mutatur. In prima, Abel à fratre occiditur, & hic pœnam, ille laudem accipit. In hac, si quis innocentiã Abel sequitur, & malitiam Chain fugit, aquã effluentem, & reficientem bibit. Si uerò, Christum in eodem à Iudæis occisum intelligit, de aqua uinum bibit: sic in alijs omnibus huius ætatis. In secunda, Noe in archa propter iustitiam saluatur, diluuio mundus perit. Si quis hoc exemplo à uitijs se corrigit, aquã salutarẽ bibit: sed si in archa ecclesiæ, quæ cuncta animalia, idest, omnes gentes recipit, in aqua baptismum intelligit, hmõi vinum bibit. In tertia, Abrahã obediens, pro filio, offert arietem, qui hinc obedient iam didicit, bibit de hydria tertia aquam. si quis in Isaac diuinitatem intelligit, in ariete carnem Christi, vinum bibit. In quarta, Dauid humilis regnat, Saul superbus eijcitur; in hac, si quis discit humiliari, aquam bibit. si regnum Christi intelligit, vinum bibit. In quinta, peccans populus captiuatur, post reducitur. Hinc, si quis scit pœnitentia corrigi, aquam bibit. Si de captiuitate peccati populum liberari intelligit, uinum bibit. In sexta, Christus circũciditur, & offertur: in quo si quis discit suis sacramentis subijci, aquam bibit: si in uera octaua depositionem totius mortalitatis, & ad Deũ intratio nem intelligit, vinum bibit. Spiritualẽ sensum in scripturis apponere discipulis est aquam in vinum conuertere, binæ metretæ intelliguntur in Gentibus, & Iudæis, ipsæ ternæ à tribus filijs Noe desseminatæ, impleuerunt hydrias vsquè ad summum, quia nullum tempus fuit à salutari doctrina uacuum: triclinium, tres ordines discumbentium, idest, doctores, continentes, coniugati, Architriclinus aliquis legis peritus, qui bibit spiritualem sensum legis, ut Paulus, qui nesciebat unde esset, quia prius nesciebat spiritum in litera. Ministri autẽ sciebãt, ut Esaias, & cæteri Prophetę. Et tunc vocat sponsum. i. Christum: Architriclinus, idest, Paulus, qñ confessus fuit Christum esse filium Dei. Et dicit. Omnis homo primò bonum vinum ponit idest carnales, primò, aliqua vera proponunt, ut ad falsa descendant. Sed Deus, primò, posuit sub velamine, nunc bonum uinum per Christum dedit, aperiendo nobis scripturas, & umbram veteris legis in lucem, & veritatem. Manifestando gloriam suam, idest, diuinitatem suã, propter quòd, nos omnes, qui sumus sui discipuli, credimus in eum.

TROPOLOGICE.

Docemur ex isto Euãgelio quotidie nuptias facere, ut, s. aĩa peccatrix à peccatis recedẽdo, Christum in spõsum assumat, in Chana, idest, zelo Galileæ transmigrationis, à statu peccati ad statũ gratiæ, qa ibidẽ est mater Iesu, mater gratiæ, aduocata omnium

nium peccatorum. Et uocatur Iesus mediator dei, & hominũ, ut coniũgat sibi animam per gratiã, ad quod discipuli eius. i. prædicatores hortãtur peccatores: & deficiẽte vino feruoris Dei propter peccatũ: Mater filium orat, vt succurrat? Respondit, q̃d mihi, & tibi, cum per passionẽ meã eos redemerim, & per baptismũ in gratiã reduxerim, cur non permãserũt: semper Virgo aũt ministris. i. p̃dicatoribus imperat, ut quicquid eis dixerit. i. inspirabit, faciant prædicando, Sanctos Dominicũ, & Franciscum ad filiũ adducendo, q̃ cũ eorũ ordinibus, veluti noui apostoli mũdũ illuminarũt, & hydrias aqua impleuerũt. i. doctrinã, q̃ in vinũ cõuersa est mũdãdo corda peccatorum, ex hydriæ, & lapideæ, quia in nulla sex ætatũ defuerunt homines mali lapidei, & boni eos redarguentes, implentes vsque ad summum: gustat architriclinus. i. pastor ecclesiæ tã mirabilem cõuersionẽ impiorum, quod nescit vnde sit, cum per infinitam, & ignotam diuinitatis virtutem iustificetur peccator, tamen vocat sponsum, s. Christum sibi attribuendo talẽ virtutẽ, dicẽs, quod alij attrahunt hoĩes, primò dulcedine aliqua, ut eos sibi subijciãt, & eis seruiãt ad eorũ vtilitatẽ. Sed tu non diligis hoĩes in bonũ tuũ, sed ipsorum, & eos de manu diaboli eruis, & ad vitã reuocas, quod est initium signorum tuorum, q̃m vsque in primo hoĩe Adã, sic operatus es, & manifestasti gloriã miserationum tuarum, propter quas credunt in te discipuli tui. i. Christiani peccatores per pœnitentiã ad te recurrunt.

ANAGOGICE.

Eleuamur in contemplatione cęlestium nuptiarũ illius cęlestis agni, de quo in Apocalypsi, q̃ nõ fiunt nisi in Chana. i. zelo, q̃m zelus domus eius absorbet sãctos: Galilęe, quia nisi anima transmigret à corpore, non põt illis interesse nuptijs, ibi est semper Virgo mater Iesu, vt piè creditur in anima & corpore glorioso, exaltata super oẽs choros angelorũ, Regina cœli, ad quas uocatus est Iesus, quia sine ipso factũ est nihil: Ac eius discipuli, qui relictis oĩbus eũ secuti sunt. Et licèt, nũc deficiat vinũ, corporibus in cinerẽ redactis, tamen semper Virgo cum Sanctis omnibus orat omnipotẽtẽ Deum, ut uindicet sanguinẽ eorũ, & corpora propter ipsum occisa, & dictũ est illis nondũ uenit hora uestra, sed sustinete modicum tempus, donèc impleatur numerus fratrum vestrorũ. Xps quoq; matri respondet. Quid mihi, & tibi deficit, cũ simus gloriosi, & inclyti in corpore, & anima? Verumamen, semper Virgo p̃cipit ministris. i. sanctis prælatis, & prædicatoribus, ut compellant intrare, ut impleatur numerus electorum; quatenus postmodum oĩa corpora coniungantur animabus suis, & pariter præmia suscipiãt, & hoc per sex ætates mundi mollificeant corda lapidea, usque ad summũ numerum turbæ magnæ, quam dinumerare nemo põt, cum soli Deo cognitus sit numerus electorũ in superna fœlicitate locãdus. Tuncque aqua tribulationum conuertetur in optimum uinum, quod læti ficabit corda oĩum Sanctorum. Nec aliquis architriclinus. i. magnus philosophus, & naturalis, unq̃ potuit scire, uia naturali, q̃uo resurgent corpora semel in cinerẽ redacta, cũ de priuatione ad habitum, naturaliter non sit regressus, quod Deus reseruauit in finẽ mundi, ut corpora quę meruerunt ieiuniis, & abstinentijs, comedant, & bibant super mensa sua in regno Christi Dei: & ita initium creationis hominis coniungetur cum eius glorificatione, transacto toto cursu mundi, ubi erit perpetua lætitia cum Christo Iesu domino nostro.

DOMINICA II. POST Octauam Epiphaniæ.

Cum descendisset Iesus de monte. Mat. 8. c. Mar. 2. c. Luc. 5. cap.

Histo. huius euangelij facta est anno Christi. 31. die 24. Iulij.

HISTORICE.

Ad plana, cum Iesus ex mõte descendisset, quã plurimæ eũ circũsteterũt turbę. Leprosus uero quidã, tunc adueniens, cum pro sua deprecabatur salute, potestatis eius fore dicẽs, quatenus uolũtas adesset, eum liberandi: cui, & se uelle, dñs respondit, & manu tangens imperando, pristinæ restituit sanitati: & ut nemini miraculũ detegeret, imperauit, sed ut sacerdotẽ cõueniẽs, quod Moyses iniunxerat munus offerret p̃ eorũ testimonio: dño autẽ Capharnaum ingresso, Centurio quidã, q̃d quidã eius puer paralisi dissolueretur, enarrauit. Cui cum dominus se statim affuturũ, & congrua pro sanitate remedia consequẽda præstaturũ affirmasset: Cẽturio ipse, se tãta p̃sentia fore indignũ, ut in eius domũ dñs ingrederetur, p̃testatus est,

sed

sed solum eius verbo indigere, quo puer sanari poterat, sufficere, dicens: q,& sic ipse dominum agnosceret potentiorem. Tamen forēt quib. imperaret,& qui eius statim iussa perficerent. Admiratione autē Iesus permotus, his, qui eum sequebant, talem in Israel populo fidem dixit se minime inuenisse, prenuncians ab omnib. multos mundi finib. debere fideliter credere, ac cum Abraham, Isaac, & Iacob patriarchis in cœlorum regno recūbere. Regni verò filios exterioribus tenebris, in quib. lachrymę dentium, vel stridores afferentur, inuolui. Centurioni verò illi Iesus, ut abiret, iussit: qm̄ prout crediderat in omnib. eidem eueniret: sicq; ex illa eius puer sanitati restitutus fuit hora.

Ad dubiorum solutionem me conuerto.

1 DVBITATVR. Ex quo monte descendebat Iesus? ℞. Hier. Magister hist. scho. & Lādulphus de vita Christi, q descēdit de mōte Thabor in Caldea, vel ex quodam alio monte excelso in eadem Galilæa.

2 Dub. Quid egerat in illo monte? Resp. q ut dicitur Mat. 5. c. docebat in eo discipulos suos, & ibidem fecit sermonem, qui secundum Aug. dicitur sermo domini in monte.

3 Dub. Qūo turbę potuerūt sequi Christū, qm̄ Eccle. 2. dicitur, quis est homo, vt possit sequi factorem suum? ℞. S. Vinc. in sermone huius dn̄icę, qđ sequi Christū, pōt esse dupliciter. Aut per æquiparantiam, & hoc non potest esse, quia nullus pōt æquiparari Christo: aut per similitudinē, & isto modo possumus eū sequi, eius doctrinā imitando, ut ipse dicit. Qui sequitur me, s. mandata mea seruando, non ambulat in tenebris.

4 Dub. Cur turbę Xp̄m sequebant? ℞. Origē. in hom. q aliqui sequebantur eū pp charitatem, aliqui propter doctrinam, & nonnulli propter curationem & admirationem. Et addit Ly. quòd aliqui sequebantur, vt insidiarentur, sicut Pharisęi.

5 Dub. Cur hic dicit turbæ in plurali, cum aliquid dicat in singulari? Resp. Catholicon. q turba significat multitudinem populi, & cum ex multis populis plures sequerentur Christū, ideò ad significandū, quòd non solum ex vno populo aliqui Christum sequerentur, sed ex pluribus, ideò dicitur in plurali turbæ multæ, qm̄ ēt ibidem erant plures societates, quæ à se inuicē diuidebātur.

6 Dub. Vnde veniebat ille leprosus? ℞. Lyra, quòd erat vnus ex eis, q sequebant Christū pp miracula, quæ faciebat, ut curaretur.

7 Dub. In quo loco erat, quando eum sanauit? Resp. Landulphus de vita Christi quòd inter montem, de quo descendit, & Capharnaum. Et hoc est, quod dicit Luc. 5. c. Cum esset in vna ciuitatum, quia propè erat Capharnaum ad leucam cum dimidia contra orientem, scilicet, ad tria milliaria.

8 Dub. Cur Euangelista non fecit mentionem de loco in speciali? Resp. Gl. quòd non exprimitur certus curationis locus, ut ostendatur non vnum populum alicuius ciuitatis, sed omnes curare.

9 Dub. Cur leprosus non accessit ad Christū in monte? ℞. Chrys. super Matth. dicens. Inter cæteros autem, qui montē non ascenderunt, & leprosus sursum ascēdere non valebat, quasi peccatorum baiulans pondus. Lepra enim est peccatum animarū nostrarum.

10 Dub. Quomodo, & qua adoratione Christum adorauit? Resp. quòd vt habetur Luc. 5. c & Marci 1. c. quòd procidit in faciem, & ita adorauit eum genibus flexis.

11 Dub. Cur leprosus adorauit Christū, cū nō cognosceret ipsum esse Deum? ℞. quòd, vt habetur Matt. 4. c. Christus p̄dicauit per totā Galilæā, & sanauit omnes infirmos in populo, & abijt opinio eius in totā Syriam, in qua sanauit etiam omnes male habētes, & propter hoc secutę sunt eum turbæ multę de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & trans Iordanem. Et ita, iste leprosus, auditis his, credidit verum Deū. Et ut pulchrè Athanasius dicit, Adorauit autē leprosus Dominum Deum existentem in corpore, & neque propter carnem putauit esse creaturam uerbū Dei, nec pro eo, quod uerbum erat, vilipendit carnem, quam vestiebat, imò, vt in templo creato adorabat, omnium creatorem in faciem procidens.

12 Dub. Quomodo leprosus sciebat, quod dominus poterat eum mundare si uolebat? ℞. quòd sic sciebat eum esse verum Deum, vt dictum est dub. præced. qm̄ sic credebat firmiter, per consequens, sciebat eum omnia posse; & sic sciebat eū se posse mundare.

13 Dub. Cur dicit ei, si vis, cum non deberet ignorare voluntatem diuinā paratam sem-

per

per esse ad omne bonum? Resp. Chrys. super Matth. quòd hoc non dixit, quasi dubitaret de diuina uoluntate, quin sit ad omne bonum parata, sed quia non omnibus expedit corporalis integritas, nesciebat utrũ ei expediret curatio illa, propter hoc, vt idẽ Chrysost. dicit in homil. non dixit, Domine munda me: sed si uis, potes.

14 Dub. Cur Dominus tetigit leprosum, cũ solo verbo potuisset eum mundare? Respon. S. Tho. 3. par. q. 44. ar. 3. q. Christus uenerat salutare mundũ, non solùm uirtute diuina, sed per mysterium incarnationis ipsius, & ideò frequenter in sanatione infirmorum, non sola ptãte diuina utebatur in curando per modum imperij, sed etiã aliud ad humanitatem eius pertinens apponendo; vnde super illud Luc. 4. singulis manus imponens, curabat omnes: dicit Cyrillus quamuis vt Deus, potuisset verbo pellere morbos, tãgit tamen eos, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia: & vt dicit Damascenus, non solùm Deus erat, sed homo; vnde per tactum, & per sermonẽ diuina signa operabatur: vt enim per organum, ita per corpus diuinæ perficiebantur actiones.

15 Dub. Cùm prohibeatur ex lege tangere leprosum, q̃a tãgens efficiebatur immũdus, cur Christus leprosum tetigit? Resp. Lyra post Chrys. in homil. quòd in lege non erat prohibitum leprosum tangere ei, qui ex statu suo poterat curare, sicut Helyas, & Heliseus tangendo mortuos ad resuscitandum non fecerunt contra legem. 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4. & etiam hoc fecit Christus, vt ostenderet, quòd non subiacet legi, & q̃m mundo iam nihil est immundum. Et idẽ Chrysost super Matthæum dicit, quamuis legis literam soluerit, propositum tamẽ eius non soluit. Ideò, tantum lex iussit non tangere leprosum, quia non poterat facere, vt lepra non sordidaret tangentem: ergo vetuit tangere lepram, non vt leprosi non sanarentur, sed vt tangentes non inquinarentur. Iste autem tangens non inquinatus est à lepra, sed ipsam lepram mundauit tangendo.

16 Dubit. Cur Iudæi non calumniati sunt quòd tangeret leprosum contra legem? Respon. Chrys. in homil. quòd quia nondum inuidia detenti erant auditores.

17 Dub Cur vsus est verbo dicẽs, volo, mundare? Resp. Chrys. super Matthæum, quòd si tacitè eum curasset, quis scire poterat, cuius virtute sanatus esset. Igitur voluntas mundandi facta est propter leprosum, verbum autem propter spectantes.

18 Dub. Quomodo debet legi dicta verba, volo mundare, s. disiunctim, vel cõiunctim? Resp. Hieron. exponendo dicens: Non autẽ vt plerique Latinorum putant coniunctim legendum est, volo mundare, sed separatim volo, deinde imperans dicat, mundare. Ille enim dixerat, si vis: Dominus respondit, volo: ille præmiserat potes me mundare: Dominus dixit, mundare.

19 Dub. Cum in alijs signis etiã magnis, quę fecit, nunquàm dixit, volo facere, cur nunc dicit volo? ℞. Chrys. in homil. quòd hic propterea apposuit volo, vt opinionem plebis, & leprosi de eius potestate confirmaret.

20 Dub. Quantum temporis fuit inter verba, & sanitatem? Resp. Chrysost. in homil. quòd cessit mandanti natura cum decenti velocitate. Ideò sequitur, & confestim mundata est lepra eius: sed hoc, quod dicit confestim, multum est tardius velocitate, quæ secundum opus est facta.

21 Dub. Quia cũ Mar. 5. c. Dominus, sanatò à Dęmonio dixit, Vade in domum tuam, & annuncia illis quanta tibi fecerit Dominus: & hic præcipit huic ne cui dicat. Videtur sibiipsi esse contrarius? Resp. Chrys. in homi. quòd nulli dicere iubet, docẽs nos negligere ostentationem, & honorem: in alio, cui iubet dicere erudiuit nos bonæ mentis esse, non. n. illuc diuulgari se iussit, sed dari gloriam Deo: per leprosum, ergo hunc instruit nos nõ esse vanagloriosos, per illum autem non esse ingratos, sed omnia ad laudem Dei referre. Et vt dicit S. Tho. 2. 2. q. 14. ar. 104. q. Dñs pręcepit cęcis ne cui miraculũ dicerent, non quasi intendens eos per virtutẽ diuini pręcepti obligare, sed sicut dicit Greg. 19. Moral. seruis suis sese sequentibus exemplum dedit, vt ipsi quidem virtutes suas occultare desiderent. Et tamen, vt alij eorum exemplo proficiant, & prodantur inuiti.

22 Dub. Cur iubet, vt ostendat se sacerdoti? Respon. Hieron super Matth. & mittit eum ad sacerdotes: Primum, propter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videatur: deinde vt videntes leprosum mundatum, si crederent Saluatori, saluarentur: si vero non crederent, inexcusabiles fierent, & simul ne, quod de eo sæpissimè criminabãtur, legem infringere videretur.

Dub.

23 Dub. Quod munus debebat offerri pro mundatione à lepra? Resp ꝙ vt habetur Leuit. 14. Primo, debebant offerre duos passeres viuos cum ligno cedrino, vermiculo, & ysopo, & si diues erat, Octauo die, duos agnos immaculatos, & ouem anniculã vnam, tres decimas similæ conspersæ oleo, & sextariũ vnum olei: si aũt erat pauper agnum vnum, & decimam partem similæ, oleo conspersæ, & sextarium vnum olei, & duos turtures, siue duos pullos columbæ.

24 Dub. Cur præcepit dominus, vt offerret munus in testimonium illis? Resp. Chry. super Mat. ꝙ non est intelligendum, ꝙ Moyses præcepit in testimonium illis, sed vade tu offer in testimonium illis. Et idé Chyso. in Homil. dicit, quòd ꝓuidens Christus eos, ex hoc, nihil profecturos, nõ dixit in emendationem eorum, sed in testimonium, i. in accusationem, & attestationem: quoniam quæ à me erant facienda, omnia facta sunt. Et licèt eos præuiderim non emendari, non tamen dimisi, quæ facere oportebat: Illi autem, in propria manserunt malitia.

25 Dub. Cur Ecclesia non recipit sacrificia præcepta à Moyse, cùm hic ea dominus videatur approbare? Resp. Beda in Homil. ꝙ tunc Christus corpus suum nondum obtulerat per passionem in holocaustum. Non autem oportebat auferri significantia sacrificia, priusquàm illud, quod significabatur confirmatum, esset testimonio Apostolorũ prædicantium, & fide credentium populorum: quasi dicat, cùm nunc Christus obtulerit corpus suum in holocaustum, quod prefigurabant sacrificia veteris legis; & ita prędicatum, & confirmatum est, non amplius debent offerri sacrificia illa, quæ erant hoc sacrificium significantia.

26 Dub. Qui erat Capharnaum? Resp. Lyra, quòd erat principalior ciuitas prouinciæ Galileæ.

27 Dub. Quis erat iste Centurio, & quid agebat in Capharnaum? Respon. Lyra post Aug. de verbis domini, quòd erat Gentilis, & habebat centũ homines sub se in armis ꝓ Romanis ad custodiam, ne illi homines rebelarent Romanis. Nam Centurio, vt dicit Remigius super Matth. dicitur qui centum militibus præest.

28 Dub. Vnde conceperat fidem Centurio de Christo? Respon. Chryso. super Matthę. Quòd iste Cẽturio, neq; Christum audiuit docentem, neque leprosum cum mundaretur aspexit, sed audita tãtummodo sanitate leprosi, plus credidit, quàm audiuit.

29 Dub. Quis fuit ille puer? Resp. Luc. 7. c. quod erat seruus Centurionis, & ꝙ illi erat preciosus. Et ideo Mat. nominat eum puerum, quia eum diligebat tanquam filium.

30 Dub. Quia Lucæ 7. c. dicitur, quod Centurio misit ad Iesum seniores Iudęorum. Et hic Matthæus dicit, ꝙ ipse accessit, & sic vr contrarietas? Resp Aug. de consensu Euangelistarum dicens. Diligenter aduertentes intelligamus Mattheum non deseruisse vsitatum modum loquendi, si. n. ipsa peruentio vsitatè dicitur per alios fieri, quãto magis accessus per alios fieri potest. Non, ergo, Matthæus absurde per alios facto accessu Centurionis ad dominum compendio dicere voluit, ipsum potius accessisse ad Christum, q̃ illos, per quos verba sua misit, quia quo magis credidit, eo magis accessit.

31 Dub. Cur Centurio tantum pro seruo, nihil attinente in affinitate, instat apud dominum? Resp. Chry. super Mat. dices. Vide bonitatem Centurionis, qui pro salute serui solicite festinabat, quasi non damnum pecunię, sed salutis passurus in mortem illius. Nullam enim differentiam æstimabat inter seruum, & dominum, quia, & si dignitas in hoc sæculo diuersa est inter illos, vna tamẽ est illis natura.

32 Dub. Cur Centurio non rogauit dominum vt sanaret filium suum, sed solũ infirmitatẽ declarauit? Resp. Chrys. super Mat. ꝙ sciebat Centurio, quod potens est ad faciendum, sapiens ad intelligendum, & misericors ad exaudiẽdum. Ideo, infirmitatem tantum exposuit. Remedium autem, & sanitatem in potestate misericordiæ eius dimisit, dicens, & male torquetur.

33 Dub. Cur Centurio nõ fecit deferre seruum ad dominum, vt viso eo, eidem compateretur? Resp. Chry. in hom. quòd quidã dicunt, quoniam excusans se in hoc, causam dixit, propter quam non ipsum adduxit, neque. n. possibile erat dissolutum eum, cũ torqueret, & ad vltima esset expirationis portari. Ego autem signum hoc esse magnæ fidei dico, quia. n. sciebat, quod sola iniunctio sufficeret ad restaurationem iacentis, superfluum æstimabat eum ducere.

34 Dub. Cur dñs ꝓmittit se iturũ ad domũ Cẽturionis, cũ cẽturio hoc nõ peteret, & õt

post non fuit? Resp. Chrys. in hom dicens, q nunquam fuit hic Iesus, ubique enim sequitur uoluntatem supplicantium: hic autem præsilijt, & non solum curare promittit, sed ire ad domum, facit autem hoc, ut discamus Centurionis uirtutes; Et idem Chrys. dicit, super Matthæum, nisi ille dixisset, Veniam, & curabo eum, nunquam iste responderet, Non sum dignus &c.

35 Dub. Cur à regulo uocatus, non solùm ire uoluit, sed, & eum de incredulitate redarguit, hic aũt non uocatus ire uult? Resp. Glo. Ad filium reguli ire noluit, ne diuitias honorare uideretur hic seruilem conditionẽ ne spernere uideatur, mox ire consensit.

36 Dub. Cur dixit, ego ueniam, cũ non intẽderet ire, sicut nec iuit, & sic uidetur mentiri? Resp. S. Vincen. in sermone feriæ quintæ cinerum, q illud Ego ueniam &c. intelligitur, non per præsentiam corporalem, sed p gratiam spiritualem, quoniã Christus semper curabat animam à peccatis, curãdo corpus ab infirmitate.

37 Dub. Qũo Centurio dicit, Non sum dignus, &c. cum alij rogauerint, ut ad eos diuerteret, & ad eos ibat? Resp. Rabanus sup Matt. q propter conscientiam uitæ gentilis grauari se magis dignatione putauit, quàm iuuari, cuius, & si fide præditus, nondum tñ erat sacramentis inunctus. Et S. Vinc. in sermone tertio dominicæ 3. Aduentus, dicit, q duplex est dignitas, s. æquiparantiæ, seu æqualitatis. Alia est dignitas sufficientiæ, de prima Centurio dixit, q non erat dignus, Non autem de secunda, nec dixit, Nolo q intres sub tectum meum.

38 Dub. Quis magis honorauit Deũ, uel Cẽturio dicens se non esse dignũ &c. aut Zachæus, qui fecit se dignum. Dr. n. Luc. 9. c. q excepit Iesum gaudens in domum suã, quia actus sunt contrarij? Resp. S. Thom. 3. par. q. 80. ar. 10. allegando Augustinum, q non litigauerunt inter se Zachæus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens suscepit dominum: Alter dicit, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, ambo saluatorẽ honorificantes, quamuis non uno modo; Adde q Zachęus, ex spe, & amore, gaudebat. Et Cẽturio, ex timore, reuerebatur, quãuis ut ibidem dicit S. Tho. amor, & spes ad q̃ sẽper nos scriptura prouocat, pferant timori.

39 Dub. Quia Luc. 7. ca dicitur, q ex parte Centurionis rogatus fuit Iesus, ut ueniret ad domum eius, & sic videtur contradicti in Euangelistis? Respon. Chrys. in hom. dicens q quidam dicunt, quòd non est idem illud & hic, q multas coniecturas habet, de illo. n. aiunt, qm synagogam nostrã construxit, & gentem diligit. De isto aũt, ipse Iesus ait, neq; in Israel tantam fidem inuenit. Vnde videtur Iudæum illum esse, mihi videtur idem hic, & ille esse. Sed qm Lucas dicit, q misit, vt veniat, blanditias Iudæorum insinuauit: conueniens. n. est credere Centurionem uolentem abire, prohibitum esse à Iudæis blandientib. & dicentibus, qm nos adibimus, & conducemus, sed qm ab eorum imminentia exutus est, tunc misit dicens. Ne ęstimes, quòd pp desidiam non veni, sed qa me indignum æstimaui, vt te in domũ meã susciperem. Quod autem Matthæus, ait, nõ per amicos, sed per seipsum hoc eũ dixisse, nihil contrarium est: vterque. n. desiderium viri repræsentauit, & quoniam de Christo decentem opinionem habebat. Conueniẽs est autem opinari, & ipsum postquàm misit amicos, aduenientem per se hæc dicere. Si autem non hoc dicit Lucas, neq; illud Mat. non sibi contradicunt, sed complent, quę ab inuicem derelinquebantur.

40 Dub. Nunquid sine verbo Christus potuisset sanare seruum Centurionis, quia dicit ei Centurio, tñ dic verbo, & sanabitur puer meus? Require Dominica præcedenti dub. 23. & supra in hac Dominica, dub. 14.

41 Dub. Propter quid Centurio adduxit similitudinem, quod erat sub potestate constitutus, quia non videtur ad propositum, cùm Christus, quo ad miracula, nulli subijceret, quia virtute diuina operabatur? Respõ. Chryso. super Matt. quòd sic debet intelligi. Et si ego sum sub potestate alterius, tñ potestatẽ habeo iubendi eis, q sub me sunt: sic, & tu, quàmuis sis sub ptãte patris, s. inquantum homo, habes tñ potestatem iubẽdi angelis. Et Glo. ibidem dicit. Potes per angelorum ministerio, sine corporis præsentia, dicere infirmitati, vt recedat, & recedet: & sanitati, vt veniat, & veniet.

42 Dub. Qũo Christus miratus est, qui ẽt ante sciebat fidem Centurionis? Rñ. S. Tho. 3. par. q. 15. ar. 7. quòd cũ admiratio ppriẽ sit de aliquo nouo, & insolito, quòd nõ poterat esse in Christo, quantũ ad sciam diuinã, & humanã, quæ cognoscebat res in uerbo. Et ideò, quantũ ad pdictas scientias in eo non cade-

cadebat admiratio, sed quantum ad scientiã experimentalem, poterant quotidie aliqua noua occurrere. Iõ. secundũ talem scientiã in eo poterat admiratio cadere, & assumpsit hunc effectum ad nr̃am instructionem, vt s. doceat esse mirandum, quod ẽt ipse mirabatur. Vñ Aug. in 1. super Gene. contra Manichæos ait. Quòd miratur dñs, nobis mirandum esse significat, quibus adhuc opus est sic moueri: oẽs ergo tales motus eius non ꝑturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium. Aliqui etiam exponũt Miratus est, idest, per motum admirantis se habuit.

43 Dub. Quia dicit, quòd non inuenit tantã fidem in Israel, cũ antiqui Patriarchæ maiorem fidem habuerint, & etiam illa tunc semper Virgo, & Apostoli tantam, im ò maiorem videbantur habere fidem? Resp. Cardinalis de Turrecremata, post Albertũ super Mat. quòd fides dr̃ magna dupliciter, s. intensiuè, & facilitate credendi. Intensiuè, possibile fuit, quòd maior fides fuit in multis, Iudæis secundũ statum ẽt pñtẽ, sed quo ad facilitatem credendi, non inuenit tantã fidem, quia Iudæi, qui crediderunt, ꝑ miracula inducti sunt, & edocti ꝑ scripturas, qui crediderunt. Iste aũt Cẽturio nõ. Nã, vt dicit Chry. super Mat. Credidit Andreas, sed Ioanne dicente, Ecce agnus Dei. Credidit Petrus, sed euangelizante sibi Andrea. Credidit Philippus, sed legẽdo scripturas. Nathanael ẽt prius diuinitatis signum accipit, & sic fidei confessionem obtulit: nec valet obiectio de patriarchis, q̃a vt Hieronymus vult. Hæc verba intelliguntur de Iudæis, siue de Israel, qui tunc tp̃is erãt, & nõ de Patriarchis, & de aliis ꝓteritis: nec ẽt valet obiectio de beata Virgine, q̃m secundum Bedam in hom. non intelliguntur verba Dñi de illo priore Israel, qui fuit Iacob, nec de alijs eius posterioribus, qui sancti inuenti sunt in Israel, & cũ semper Virgo sancta inuẽta fuerit super oẽs de Israel, iõ nõ intelligitur de ea. Nec ẽt, ut dicit Albertus vbi supra, intelligitur de Apostolis, quib. tunc loquebatur.

44 Dub. Quos perquisiuit Christus in Israel in quibus non inuenit tantam fidem? Resp. Origenes, quòd Layrus Israelis princeps ꝓ filia sua petens, nõ dixit, Dic verbo, sed, veni velociter, Nicodemus de fidei sacramento audiens, ait, quomodo pñt hæc fieri? Maria, & Martha dicunt. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus, quasi dubitãtes, quòd non vbiq; posset esse Dei potẽtia.

45 Dubit. Cur non facit mentionem nisi de Oriente, & Occidẽte, cum quatuor sint partes mundi? Resp. Aug. de verbis Dñi, quòd per Oriens, & Occidens; quæ sunt duæ partes mundi, ipse totus orbis designatur, & sic est figura sinecdochen.

26 Dub. Quomodo multi venient, cum Matthęi 20. c. dicatur, quòd pauci sunt electi? Resp. S. Tho. super episto. ad Rom. 12. dicẽs Quamuis enim electi sunt pauci, per comparationem ad infructuosam multitudinem, secundum illud Matthæi 7. c. Arcta est via, q̃ ducit ad vitam, & pauci inueniunt eam: tamen absolutè loquendo, sunt multi, vt dicitur Apocaly. vidi turbam magnam, quã dinumerare nemo poterat.

47 Dub. Quomodo recumbent cum Abraham &c. cum in cęlis non comedatur nec bibatur? Respon. Origenes super Matth. quòd recumbent non carnaliter iacentes, sed spiritualiter requiescentes: non temporaliter potantes, sed æternaliter æpulantes, & hæc est figura, quæ dicitur allegoria.

48 Dub. Cur solum nominat Abrahã, Isaac, & Iacob, cum in cęlis sint plures alij, sicut Moyses, Dauid &c Resp. Landulphus de vita Christi, quòd istis specialiter fuit facta ꝓmissio de terra promissionis, per quam patria cęlestis figuratur, quòd tamen etiã recumbent cum aliis sanctis.

49 Dub. Quid est regnum cęlorum? Respõ. Sanctus Thom. super Matthæum, quòd regnum cœlorum quadrupliciter dicitur, scilicet, Christus. Vnde Matthæ. 3. capitu. Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen. Sacra scriptura. Matth. 13. Simile est regnum cœlorum grano synapis, Ecclesia militans. Matthæ. 13. capit. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari Et ecclesia triumphans. Matthæi. 18. cap. & in hoc Euangelio, recumbent in regnum cœlorum. Et idem Sanctus Thomas super 4. senten distinct. 49. quæst. 1. artic. 3. q. 5. dicit, quòd regnum Dei, quasi antonomatice, dupliciter dicitur, quandoque congregatio eorum, qui per fidem ambulant, & sic ecclesia militans regnum Dei dicitur: quandoque autem illorum collegium, qui iam in fidem stabiliti sunt, & sic ipsa ecclesia triumphans regnum Dei dicitur. Et hoc modo esse in regno Dei, idem est, quòd esse in beatitudine. Nec differt, secun

dum hoc, regnum Dei à beatitudine, nisi sicut differt bonum commune totius multitudinis à bono singulari vniuscuiusque.

50 Dub Cum cœli nihil videantur conferre ad beatitudinem, cur cœlestis beatitudo regnum cęlorum dicitur? Respō S Tho. 12.q. 4.art 7.ꝙ secundum Aug in lib. de sermone Domini in monte, merces sanctorum nō dicitur in corporeis cęlis, sed per cœlos intelligitur altitudo bonorum spiritualium: nihilominus tamen, locus corporeus, s. cœlum empyreum aderit beatis, non propter necessitatem beatitudinis, sed secundum quandā congruentiam, & decorem.

51 Dub. Qui dicuntur filii regni? Rn̄ Hiero. super Mat. dicens, Filios regni dicit Iudæos, quia in eis Deus ante regnauit.

52 Dub. Qui dicantur tenebræ exteriores? Resp. Hier. ꝙ qui expellitur à domino foras, relinquit lumen, & tenebras incurrit.

53 Dub. Cum ignis sit in inferno, quomodo erunt ibi tenebræ? Resp. ꝙ ille ignis non lucebit, & ita erunt ibi tenebræ.

54 Dubit. Quomodo in damnatis est fletus, & stridor dentium? Resp. S Tho. in 4. sent. distin. 50 q. 2. arti. 3. q. 3. ꝙ in fletu corporali duo inueniuntur. Vnum est, lacrymarum resolutio, & quantum ad hoc, fletus corporalis esse non potest, quia post diem iudicii, quiescente motu primi mobilis, non erit aliqua generatio, & corruptio, vel corporalis altercatio: in lachrymarum autem resolutione oportet esse illis humoris generationē, qui per lachrymas distillat: Vnde, quantum ad hoc, corporalis fletus in damnatis esse nō poterit. Aliud, quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio, & perturbatio capitis, & oculorum, & quantum ad hoc, fletus in damnatis esse potest post resurrectionem. Corpora enim damnatorum non solum ex exteriori affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quod corpus immutatur ad passionem animæ in bonum, uel i malum, & quantum ad hoc fletus carnis resurrectionem indicat, & respondet delectationi culpæ, quæ fuit in anima, & in corpore. Et in 4. contra Gen. 40 dicit, ꝙ fletus, & stridor dentium in spiritualib. substantiis non nisi metaphoricè intelligi possunt, quamuis in corporibus damnatorū post resurrectionem nihil prohibeat corporaliter ea intelligi, ita tamen, ꝙ per fletum non intelligatur lachrymarum deductio, quia ab alijs corporibus nulla resolutio fieri potest, sed solum dolor cordis, conturbatio oculorum, & capitis, prout in fletibus esse solet.

55 Dub. Cur Christus sanauit puerum Centurionis non credentem, & Centurioni credenti nullū premiū reddidit? Resp Rab. super Mat. dicens. Potest meritum Dn̄i famulis suffragari, non solum merito fidei, sed et studio disciplinæ: ex quibus collige, ꝙ famulus Centurionis, ob meritum Domini sui, sanatus est: Centurio verò, propter meritum fidei, assecutus est quod postulabat.

56 Dub In qua hora sanatus fuit puer? Rn̄. Landulphus de vita Christi, ex illa hora, scilicet, qua protulit hoc verbum, fiat, quo et verbo omnia creata sunt. Vnde Chrysost. in homil. dicit. Vbi velocitatem admirare, neq; enim solum curare, sed inopinate, & in momento temporis hoc facere virtutem Christi ostendebat.

ALLEGORICE.

Leprosus iste designat genus humanum plenum lepra, & ita exponatur. Cum descēdisset Iesus de mōte, s. de cœlo, secutæ sunt eum turbæ multæ, s. Angelorum: & ecce leprosus, i. genus humanum: veniens adorauit eum, vti Deum, dicens: Domine mediator Dei, & hominum, si vis, imò, quia uis, qa ad hoc descendisti, potes, cum sis Deus, & homo, nunc plneum lepra, i. peccatis, in quibus conceptus sum, mundare, per preciosum sanguinem tuum: Et ait Iesus, volo, quia ad hoc veni, mūdare, imperatiue, quia in cruce latroni genus humanum repręsentanti, dixit, Hodie mecum mundatur à peccatis, eris in paradiso, & extendens manum, idest, potentiam suam, carnem sumendo, tetigit humanam naturam, qua indutus fuit, & confestim per passionem Christi mundata est lepra, i. abolita sunt peccata humani generis: & præcepit ei dicens, nemini dixeris, idest, non superbè glorieris propter tuā mundationem, sed vade post contritionem de peccatis, ostendere sacerdoti per veram confessionem, qui, à Deo habet potestatem ligandi, atque soluendi: & offer munus, idest, corpus tuum ad suscipiendum pœnitentiā, quod præcepit Moyses, idest Christus, qui nos eduxit de durissimo Imperio Pharaonis, Diaboli infernalis, & hoc erit testimonium, quod dimissa sunt tibi peccata.

Cen-

Centurio autem significat electos ex Gentilibus, & ita exponitur. Et cùm introisset Iesus Capharnaum, quod interpretatur ager pinguedinis, i. incarnatus fuisset in agro pingui omni odore virtutum semper virginis Mariæ, accessit ad eum Centurio, i. electus quilibet Gentilis, habens milites, & seruos, i. virtutes naturales, quarum copiam, vt dicit gl. multi ad dominũ venientes secum deferũt, vt Cornelius vir iustus, & timẽs Deũ, rogãs eũ, per orõnẽ mentalẽ, dicens. Dñe seruus peccati meus congentilis iacet in idololatria in domo gẽtilitatis, paraliticus, oĩbus virtutibus dissolutus, & malè torquetur a domino suo diabolo, qui eum suffocatum tenet: & ait Iesus. Ego per Apostolos, & prędicatores veniam, & curabo eũ ab idololatria: & respondens quilibet gentilis electus, ait Dñe non sum dignus, vt intres corporaliter sub tectum gentilitatis, pp abominationem idololatrię, meum origine, sed tñ dic verbo, intrinsecus illuminando, & sanabitur ab idololatria puer meus cogentilis, qui post erit conchristianus. Nam, & ego electus à te sum homo, qui antè eram, sicut bestia idololatra, sub potestate tua constitutus, habeo sub me milites potentias aĩę, & vires corporis, & dico huic, s. intellectui per voluntatẽ, vade, crede fidei catholicę, & vadit: & alio, s. viribus corporis, veni subijce te rationi, & venit: & seruo meo, i. corpori, fac hoc, s. ieiunando, te affligendo, & facit. Et Iesus miratur, dicens, sequentibus se Xpanis, non inueni tantã fidem in populo Iudaico, qui pp legis obseruantiã intumuit. Et dico vobis, qꝛ multi venient à diuersis mundi partibus, & taliter incedent in via veritatis, & tãdem in gloria cęlesti recumbent cùm Abraham, & alijs sanctis. Et filij regni, s. Iudęi, nolentes credere, eijcientur foras in tenebras infidelitatis, per quas ad inferni tenebras accedẽt, vbi erit fletus. & stridor dentium. Centurioni autem, i. electo â Christo, dominus dicit, qm̃ relictis idolis mihi adhæsisti, vade proficiendo in bonum, qm̃ sicut credidisti, fiet tibi remuneratio amplissima, & congentilis tuus sanabitur ab idololatria ob meritum tui. Et ita sanatus est populus Gẽtilis ex illa hora; qm̃ incepit ad fidẽ Christi conuerti.

TROPOLOGICE.

Leprosus, i. plenus peccatis, ex hoc euangelio instruitur, ut nõ ascẽdat in mõtẽ, nec leuet oculos ad cęlum, sed cũ Publicano dicat: Deus ꝓpitius esto mihi peccatoris: Sed quia Christus descẽdit de mõte, carnẽ assumendo, qui didicit compati miseriis nostris, accedat ad deum per contritionem, adoret eum cùm humilitate, & dicat ei: Domine, qui me creasti, si uis, quia sine te nihil boni agere, imò nec cogitare possum, nec possim esse continens, nisi tu dederis, potes per tuã potentiam infinitam me à peccatis mundare, inspirando, vt ea relinquam; & tunc Christus peccatorem tanget, ei compunctionem immittendo. & dicet, Volo, qm̃ nolo mortẽ peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat: & tũc statim per eius imperiũ peccator mundabitur ab omnib. inquinamentis. sed habita contritione, confiteatur peccata, & nemini dicat, s. extra confessionem se de eis glorificando, sed vadat, s. voluntariè, quia confessio debet esse libens, & voluntaria: ostendat, quia debet esse nuda, quia oportet, ut vulnus detegas, si curam medicantis expectas: se accusando, & non aliorum peccata cõfitendo. sacerdoti, qui habet potestatẽ absoluendi, quia confessio debet esse ordinata: & offerat munus, i. satisfactionem: sicut præcepit Christus in testimoniũ illis, qa põt ligare, & soluere. Et tũc Xps veniet Capharnaũ, q̃ interpretatur villa cõsolationis, qa eius anima cõsolabitur per Christnm: & cùm infertur de Cẽturione, instruitur peccator qualiter ad Deũ recurrere debet pro misericordia impetranda, vt mittat Cẽturionẽ, ad aliquẽ sanctorũ recurrat, vt pro eius salute roget, & narret Christo statum peccatoris, vt eum prouocet ad misericordiam: nam peccator est seruus. Ioann. 8. qui facit peccatũ seruus est peccati. 2. Petri 2. a quo quis superatus est, huius, & seruus est, & tot dominorũ seruus est, vt Aug. ait, quot vitiorum, qui iacet, pp impotentiam bene operãdi, cũ aliqñ iaceat in luto luxuriæ, aliqñ in igne iracũdiæ, aliqñ verò in spinis auaritiæ, & paralysi timoris, & tremoris dissoluitur, cũ timeat restituere malè ablata, ne sibi deficiat. Ieiunare, ne esuriat, cõfiteri peccata ob verecũdiã, & male torquetur p afflictionẽ spũs rodente eũ uerme cõscientiæ: & qa non potest satiari in peccatis. Et venit dominus per merita sanctorũ, ut curet eum, & sancti orant pro ipso, & nos non sumus digni, ut dominus intret sub tectũ nostrũ plenũ peccatorũ, sed solũ verbo ĩperet, & emũdet cõsciẽtias nostras, ut dignũ habitaculum

eius efficiamur: & ipse dñs, qui sub se hēt oēs potestates, liberat peccatorē à diabolo, & vidēs bonā fidē in volūtate nostra, nos cō mēdatos ad gratiā recipit, & reuertentibus promittit regna cęlorū: perseuerātib. aūt, & obstinatis cōminatur æternā dānationē: & s̃m fidem ac opera nostra facit nobis, qm̃ vnusquisque mercedē accipiet s̃m propriū laborem, & ex ipsa hora, qua conterimur, sanati remanemus, qm̃ in quacunque hora ingemuerit peccator omnium iniquitatū suarum dominus non recordatur.

ANAGOGICE.

Eleuamur in cōtemplationem ex sacro Euangelio, causę & effectus incarnationis filij Dei. Exponitur ergo, Cū descendisset Iesus de monte. i. de cęlo carnē humanā assumens, secutæ sunt eum turbæ multę, Angelorum canentium gloria in excelsis Deo: & ei tres Reges munera obtulerūt. Et eidē semper Virgo cùm Apostolis, & discipulis, ac Maria Magdalena cùm Martha adhæserunt: causa suæ incarnationis fuit, quia cum esset summus Medicus, & in terra magnus iaceret ægrotus, in cęlis verò nullus infirmus erat, descendit ad terras, in quibus curauit leprosum, i. mundauit in se credentes ab omnibus vitijs, quæ per lepram denotantur. Et primò, à superbia, qua homo inflatur, sicut per lepram inflatur corpus. Ab auaritia, inquantū prouocat sitim, quia auarus non implebitur pecunia. A luxuria, inquātū est morbus contagiosus. Ab inuidia, inquantum consumit humidum radicale. A gula, inquantum reddit anhelitum fœtidum. A ira, inquantum reddit vocem raucam. Et ab accidia, inquantū debilitat membra corporis, quæ non possunt operari. Itē, & à peccatis infidelitatis, quæ notantur per paraliticum quem curauit, & quos infideles per Apostolos reducit ad fidem, aliquos ab Oriente, idest, in iuuentute. & ab Occidente, idest, in senectute, & ab Austro, dando temperantiā in prosperis, & Aquilone, concedendo patientiam in aduersis: & hoc per Centurionem, idest, Archangelum Michaelem, & milites eius Angelos ad custodiā hominū deputatos, & homines electos, in fine resuscitatis eorum corporibus, faciet recūbere in cęlesti gloria, reprobos detrudet in inferno, & dicet Michaeli, sicut credidisti, i. optasti, ut sedes expulsorum Angelorum implerentur, fiet tibi, i. factum est: qm̃ dixit, & facta sunt, & sanatus est puer, i. resarcita ruina demonum per electos pueros ex innocentia, & puritate.

DOMINICA TERTIA POST octauam Epiphaniæ.

Ascendente Iesu in nauiculam. Matth. 8. ca. Mar. 4. c. Luc. 8. cap.

Historia huius euangelij facta est anno Christi 31. 1. die Augusti.

HISTORICE.

Iesum dominum in nauicula, q̃ fluctibus ob motū magnū in mari excitatū operiebatur, dormientē, precibus, eum euigilare fecerunt discipuli, quatenus eos saluaret periclitātes, quibus, ob modicā spē, monitis, surrexit, vētisq; ac mari cū imperasset, trāquillitas opportuna reddita est. Qui autem aderant homines admiratione repleti, quęrebant inter sese, qualis hic foret, cuius, vēti, ac mare iussibus obtemperarent.

Nequaquam dubia insoluta dimittere volo.

PRIMO, dubit. quo volebat accedere Iesus, qm̃ ascendit in nauiculā? Resp. q; vt habetur in Mat. post hoc Euangelium, volebat ire vltra mare Galileæ in regionem Gerazenorum, & ut dicit Ly. volebat ire ad locum magis secretum, & desertum. Geraza enim vt dicit glo. est ciuitas Arabiæ, iuxta montem Galath, non longe à stagno Tiberiadis.

2 Dubi. Cur volebat locum secretum petere? Resp. Ly. & Lādul. de vita Christi, vt aliquantulum ipse, & discipuli quiescerent post labores, vt dicitur Mar. 6. Item, & propter orōnē, ut instrueret prædicatores, primò, vacare debere cōtemplationi seorsum, vt inde hauriāt in deuotione, qđ postea effundant populo in prędicatione; & etiam vt ostendant, q; curę mundi sunt fugiendę, & etiam declinare applausum populi.

3 Dubi. Cur turbę non secutę sunt eum, sicut eius discipuli? Respon. q; vt ex supradictis patet, q; ipse non permisit, volens requiescere ipse, & discipuli eius.

4 Dub. An motus in mari factus fuerit naturalis? ℞. Orig. in Hom. q; hęc tēpestas, nō ex se, orta est, sed potestati paruit imperātis eius, q. educit vētos de thesauris suis. Et ita vt dicit ēt Lyr. hoc fuit factū virtute diuina.

5 Dub. Cur discipuli eius secuti sunt eū in naui?

naui? R. Chry. super Matt. q accepit discipulos in naui secum, vt ad vtraq; eos erigeret, & ad hoc, qđ in periculis nō obstupescerent, & in hoc, q in honorib. moderata de se autumarēt: vt. n. nō magna de se sperarēt p p hoc, q alijs dimissis, eos retinuerat, permittit eos fluctuari: vbi. n. miraculorū ostensio erat, plebē permittit adesse: vbi tētationū, & timorū arreptio, athletas orbis terrarū, quos excitaturus erat, hos solos assumit.

6 Dub. Si nauicula operiebat fluctibus, ergo dēbat esse submersa? R. q necdum erat submersa, sed erat in pcinctu, vt submergeretur: qm̄ vt habetur Marci 4. c fluctus mittebantur in nauim, ita vt impleretur nauis, quemadmodū nauigantib. sæpe accidit, vt et ego ipse expertus fui à Neapoli Romam veniendo tpe Sixti Papæ IIII. & Ferdinādi Regis, qn̄q; nauis cooperitur vnda maris, & tñ ptrāsit, & nautæ solicitè euacuant aquā.

7 Dub. An Christus uerè dormiebat, aut simulabat dormire? Resp. Orig. super Matth. quòd dormiebat quidem corpore, sed uigilabat deitate, demonstrans quòd uerum humanum portabat corpus.

8 Dub. In quo loco nauis domiebat? Resp. q ut habetur Mar. 4. c. dormiebat in puppi super ceruical, quod ut dicit Theophi. erat ligneum. ex hoc ut dicit Chrysō. ostendens suam humilitatem.

9 Dub. Cur excitauerūt eum discipuli? R. Orige. in hom. dicens. O ueraces discipuli Saluatorē uobiscum habetis, & de periculo timetis: uita uobiscum est, & de morte soliciti estis. Sed respondent, paruuli sumus, & adhuc infirmi, ideoque timemus, & ita propter timorem excitauerunt eum.

10 Dub. Quia uī discipulos non fuisse modicæ fidei, quia credunt, & dicunt, dñe salua nos? R. Chry. in hom. q hoc signum fuit in eum in excitando, qđ non decentē de ipso opinionē habebāt. Nouerāt, q excitatus poterat mare increpare, nōdū aūtq dormiēs.

11 Dub. Ad qđ imperauit uētis, & mari cū non audiant, neq; intelligant? R. Hiero. super Matthęum, q ex hoc loco intelligimus, q oēs creaturæ sentiāt creatorē: quib. n. imperatur, sentiunt imperantē, nō errore hæreticorū, qui omnia putant animanntia sensibilia esse, sed maiestate cōditoris, cui, quæ apud nos insensibilia sunt, ei sensibilia sunt.

12 Dub. Quib. uerbis usus fuit dn̄s imperando? R. Mar. 4. c. dicēs, q exurgens cōminatus ē uēto, & mari dixit, tace, & obmutesce.

13 Dub. Cur cominatus fuit uento? Resp. Theophilus super Matthæum, quoniam maris tempestatem, & fluctus faciebat: uide dub. sequenti.

14 Dub. Cúm mare nō clamet, cur ei dicit, tace, & obmutesce? R. Gl. q ex cōmotione maris, quidam sonitus contingit, qui uī esse quædam maris locutio periculum comminantis, Et ideo, conuenienter sub quadā metaphora tranquillitatē imperat taciturnitatis uocabulo, sicut, & in cohibitione uentorū, qui sua uiolentia mare conturbant comminationem nominauit: solent. n. potestatē habentes eos, qui uiolentia pacē hominum conturbant, comminatione pœnarum refrenare, & est hæc figura metaphoræ.

15 Dub. An tranquilitas statim uerba Christi subsecuta est? Resp. Chry. in hom. q omnis confestim soluta est tēpestas. & neq; semita turbationis remāsit, quod quidem extraneum erat, cùm. n. naturaliter fluctuatio terminatur, usq; ad multum tempus aquæ concutiuntur, sed hic omnia soluebantur.

16 Dub. Qui fuerunt illi homines, qui mirati sunt? R. q ut habetur Mar. 4. Discipuli timuerunt timore magno, & q dicebant ad alterutrum, quis putas est iste, quia mare, & uētus obediūt ei? Lucæ uerò. 8. dr̄, q timentes, mirati sunt adinuicē, dicentes, quis putas hic est, quia & uentis, & mari imperat? & ita uī, q illi homines, qui mirati sunt vn̄r esse Discipuli. Origenes verò dicit, non esse putandum hic Apostolos significatos: nusquam. n. inuenimus præter honorem cognominari, & domini discipulos, sed semper aut Apostoli, aut discipuli nominantur. Mirabantur ergo hi hoīes, qui cum eo nauigabant, quorum erat nauicula. Hiero. autē dicit. Si quis autem contentiosè uoluerit eos, qui mirabantur fuisse discipulos, Respondebimus, rectè homines appellari, quia necdum nouerant potentiam Saluatoris.

17 Dub. Cur interrogauerūt qualis est hic, cùm in terra cognouissent eum, & eius miracula uidissent? Resp Origenes super Matthæum, q non interrogantes dicunt, qualis est iste, sed asserentes, quia iste talis est, cui uentū, & mare obediunt, qualis ergo est iste, idest quantus, quàm fortis, quàm magnus, iussit omni creaturæ, & supergreditur, iussioni eius soli homines resistunt, & ideo in iudicio damnabuntur.

ALLEGORICE.

[Maris] est æstus sæculi [nauicula] quam Christus ascendit intelligitur arbor crucis, cuius auxilio fideles, transactis mundi fluctibus, perueniunt ad cęlestem patriã, quasi ad littus securum, in qua Christus, una cũ suis, ascendit. Vnde, prius ait, qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequat̃ me. Cũ ergo Christus in cruce positus fuisset [motus magnus factus est] quia commotæ sunt mẽtes discipulorum de eius passione [Et nauicula operta est fluctib.] quia tota vis persecutionis circa crucẽ Christi fuit, ubi, s. morte occubuit. Vnde dictũ est. [ipse uerò dormiebat] suũ dormire mori est [Excitant] autem discipuli dñm, dum turbati morte maximis uotis resurrectionẽ quærunt [dicentes, salua] resurgendo [quia perimus] turbatione tuæ mortis [Ipse uerò] resurgens increpa duritiam cordis eorum, ut alibi legitur. [Imperauit autem uẽtis] quia diaboli superbiam strauit [Imperauit etiam mari] quia uesaniam Iudæorum desierit [& facta est tranquillitas magna] quia sedatæ sunt mentes discipulorum, uisa resurrectione, [& mirati sunt] uisa tanta ptãte resurgentis, & gloria.

TROPOLOGICE.

Ex Enãgelio præsenti instruimur, ut post peccata suscipiamus pœnitentiam, & ut pseuerare ualeamus, Deũ precib. nostris interpellemus, qñ [ascendente Iesu in nauiculã] in qua quis pœnitentiã agendo ascendit. Dicẽte ipso, si quis uult post me uenire, tollat crucẽ pęnitentiæ. Et ideò [secuti sunt eum] oẽs pęnitentes, qui ueraciter sunt discipuli sui, [& motus magnus] tẽtationũ, factus est in mari [pniũm , qñ credenti ad Deum p pniam, necesse est præparare cor suũ ad tentationes, quas Deus pmittit fieri ad pœnitẽtis humiliationẽ, & gratiæ cõseruationẽ [ita ut nauicula] pniæ, quasi [operiat̃ fluctib.] tot tentationũ [ipse uero] per modũ dormientis, certamen expectat auxiliũ suum ad tps subtrahẽdo, quemadmodũ legitur de B. Antonio à dæmonib. lacerato, conquerente de Iesu, quærendo vbi erat: Cui responsum fuit: Hic eram. Sed expectabam certamen tuũ: pœnitentes aũt debent orationib. suscitare eum dicẽdo [dñe salua nos,] quia nisi tu auxilium præstiteris, [perimus] & nauicula pniæ submergetur, & tũc eis diuina adueniet miseratio, quæ increpat timiditatem pœnitẽtium, & ipse Deus, qui dormire videbatur [imperabit ventis,] idest dæmoni, & mari tribulationum, [& fiet trãquillitas magna, ita vt admirentur dicẽtes] quàm magnus est dñs, cui dæmone obtemperant, & seruos suos ab eis tutos reddit.

ANAGOGICE.

Cœlestẽ patriã ex sacro euang. cõtemplari licet, ad quam caput nostrũ Xps ascendit, vt nos eius discipuli sequamur eũ [Ascẽdẽte igitur Iesu in nauicula]. i. in cœlum empyreum, [sequunt̃ eum discipuli eius] quibus æternas mansiones præparauit. [Motus aũt magnus factus fuit] in prælio Archangeli Michaelis, & Angelorum eius contra draconem, & eius cõplices, adeo q [nauicula] cœli [operiebat̃] superbia Luciferi. Deo omnipotente certamen quiescendo expectãte cum magno silẽtio facto in cœlo. [discipuli verò Dei] sancti Angeli ad ipsum puoluti [suscitauerũt eum dicẽtes. dñe salua nos] ne superbia Luciferi nos inuoluat, q a te solum volumus dñm, quib. animatis, vt in fide fortes existerẽt [surgens imperauit] Lucifero, & sequacib. suis eos totaliter à regno cœlesti expellendo: [& facta est tranquillitas magna] ipsis beatis spiritib. in gratia confirmatis, assumptis hominibus ad eorum ordines, mirantib. & dicentibus [qualis] locus [est hic] requiei nobis terrenis incolis, ex sola gratia, collatus eius [cui venti, & mare obediunt] & cui omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum.

DOMINICA IIII. POST Octa. Epiphaniæ.

Simile factum est regnum cęlorum homini, qui seminauit. Matt. 13. c.

Historiam huius Euangelij, seu hanc similitudinem, dixit Dominnus, anno ętatis suæ. 33. die 1. Aprilis.

HISTORICE.

Parabolicè discipulos dñs alloquens aiebat, cœlorum regnum simile esse viro, qui bonum qdẽ suo in agro semen iecisset, sed hominib. sopori indulgentib. eius superueniens inimicus zizania in medio eum supseminasset triticũ recessit: incremẽtum aũt, herba recipiente, cùm apparuisset zizania, eius ab eo perquirebant serui, quonã pacto cũ purũ seminasset triticũ, zizania mixtum foret, quib. cùm inimicum id egisse narrasset, percunctabantur, an ea colligere deberent,

rent, qui nō acquieuit, ne forte simul, & triticum euellerent, iussit tamen, vt messium tempus præstolarent, tuncque se messoribus imperaturum primum ex zizania collectos comburerent fasciculos, triticum uerò in horreum reconderent suum.

1 DVBITATVR. Cum in cœlo nullus zizania superseminare possit, quomodo regnum cęlorum assimiliari potest homini seminanti bonum semen, super quod seminatum sit zizania? ℞. Remigius sup Mat. dicens, quod regnum cœlorum appellat ipsum filiū Dei. Vide dominica secunda post oct. Epiph. dub. 49.

2 Dub. Quid est parabola? Respon. secundum grammaticos, ꝙ parabola græce, latinè prouerbia dicuntur, eo ꝙ in ipsis sub cōparatiua similitudine figuræ uerborum, & imagines ueritatis ostenduntur, & est quædam figura grammaticalis, quæ dicitur rerum dissimilium comparatio.

3 Dub. Cur dominus in parabolis loquebatur? Resp. ipse dominus Matt. 13. c. & Luc. 8. c. quia discipulis datum est nosse mysterium regni cœlorum, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant. Et Theoph. super Mat. dicit, ꝙ loquebatur per similitudinem. Primò, quidem, ut attentiores faceret auditores. Consueuerunt enim homines in obscuris se exercitare, & spernere manifesta, deinde, ut non caperent indigni, quæ mysticè dicebantur & Hiero. in homi. dicit, ꝙ familiare est Syris, & maximè Palæstinis, ad omnem sermonem suum parabolam iungere, ut, quod per simplex præceptum ab auditoribus teneri non potest, per similitudinem exempli teneatur. Vide dominica in Sexagesima, dub. 4. & 8. & 9.

4 Dub. An hæc parabola in ueritate fuerit facta? Resp. Orig. super Mat. ꝙ parabola est sermo, quasi facti, non autem facti, iuxta quod dicitur. Possibilis autem fieri rerū significatiuus per transsumptionem eorum, quæ in parabola dicuntur. Enigma uerò, est processus sermonis in his, quæ traduntur quasi facta, quæ tamen, non sunt facta, nec possibilia fieri, sicut quod dicitur in lib. Iudic. c. 9. quòd ligna ierunt, ut ungerent sibi regem. Non est autem ad literam factū, quod dicitur, exijt qui seminat, sicut ea q̃ narrat historia, possibile tamen fuit fieri.

5 Dub. quæ sit interpretatio huius parabolæ, & q̃d significet? Resp. secū dum Hier. Augu. & Chry. ꝙ homo, q seminauit bonū semen, est Christus, quia Deus, & homo in agro suo, scilicet, in ecclesia sua, in qua seminauit bonā doctrinam. Cum autem dormirent homines, i. prælati ecclesiæ essent negligentes agere, q̃ ad eos pertinebāt circa subditos, & eis commissos, superuenit inimicus, i. diabolus, qui semper fuit inimicus hominis, & Christi, quia ab initio erat homicida, & superseminauit zizania, idest errores, in medio tritici, idest bonorum, & abiit, ne ex eius pręsentia cognosceretur error. Cū autem creuisset herba tritici, s. ueri Christiani profitentes ueram doctrinam, & zizaniorum, s. falsi hæretici, qui in principio obumbrant seipsos, & cum acceperint multam libertatem sermone uenenū effundunt, nūc apparent zizania, tunc accedentes serui patris familias, i. fideles serui Christi, corde, & mentis desiderio quęrunt, quomodo fuerit seminata zizania, & ipso inspirante, ac dicente, intelligunt quòd diabolus inimicus hominis hoc fecit, & tunc fideles, zelantes zelum Dei quærunt dicentes, uis imus, & colligimus ea, idest, de medio fidelium auferamus, ne fideles maculent? Et dominus respondit, ꝙ non, ne fortè colligentes zizaniā, idest, homines hæreticos auferentes, simul eradicent & triticum, idest, illum, qui nunc est hæreticus, qui in futurum posset effici bonus Christianus, resipiscendo, sed quod sinant utraque crescere usque ad messem, scilicet, bonos, & malos usque ad iudicium, & in illo tempore dicam messoribus, id est Angelis, ut colligant primum zizania, idest malos, ut non timeant boni, quòd simul eradicentur cùm eis, & alligent ea in fasciculos ad comburendum in ignē æternum, triticum autem, idest, bonos congregent in horreum meum, idest, in cęlo, in quo omnes electi collocabuntur. Ipse tamen dominus breuius exponit dicens. Qui seminat, est filius hominis; ager, est mundus, bonum semen, filii regni, zizania, filii nequam, inimicus, diabolus, messis, consummatio sęculi, messores Angeli, & sicut zizania comburuntur, sic eos, qui faciunt iniquitatē mittentur in caminum ignis, & iusti fulgebunt sicut sol.

6 Dubita. Cur diabolus inimicus hominis

non

non præuenit seminando errores, antequã Deus seminaret veram doctrinam? Respõ. Chry. super Matthæum, dicens, q; demonstret hic errorem post veritatem existere, quod & rerum exitus testatur: etenim post prophetas, fuerũt pseudo prophetę, & post apostolos, pseudo apostoli, & post Christum, antichristus: nisi enim diabolus viderit qd imitetur, vel quibus insidietur, non tentat. Propter hoc non dicit, q; seminat aliquod aliud semen, sed zizania, quæ secundum visum assimilatur aliquo modo tritico. Adde: quod non primò, hominem tentauit, sed post præceptum datum à Deo de non comedendo fructum.

7 Dub. Quoniam dormiebant homines, & ipse superseminauit? Resp. Aug. de quæst. Euangelistarum, quòd dormiunt homines, quando Præpositi ecclesiæ negligentius agunt: aut, quando dormitionem mortis acceperunt Apostoli, tunc superuenit inimicus, & superseminauit zizania.

8 Dubit. Quomodo post abijt? Resp. Aug. vbi supra, quòd cum diabolus aspersis prauis erroribus, falsisq; opinionibus superseminasset, hoc est, præcedente nomine Christi hæreses superiecisset, magis ipse latuit, atque occultissimus factus est.

9 Dub. Cur non à principio apparent errores, & falsitates à diabolo seminatæ? Resp. Aug. vbi supra, quòd cum homo spiritualis esse cęperit dijudicans omnia, tunc errores incipiunt ei apparere: discernit enim quicquid audierit aut legerit abhorrere à regula veritatis, sed donec in eisdem perficiatur spiritualibus, non potest eum mouere, quare, sub nomine christiano non multæ hæreticorum extitere falsitates.

10 Dub. Quid intelligitur per seruos interrogantes, qui superseminauit zizania? Rñ. Aug. vbi supra, dicens. Nec quisquam dicere facilè ausus fuerit angelos nescisse quis zizania superseminauerit; magis oportet intelligi homines ipsos fideles, seruorum nomine hoc loco signatos.

11 Dub. Quia per bonum semen significantur homines fideles, ergo, non possunt significari per seruos? Resp. Aug. vbi supra, quòd non est mirum, si, & bonum semen ipsi dicuntur. Ex diuersis enim significationibus vna res diuersas similitudines recipit, sicut Christus de se ait, quòd ipse sit ianua, & q; ipse sit pastor.

12 Dub. Cur fideles quęrũt, vis imus & colligimus ea? Resp. Aug. vbi supra, quòd cum serui Dei cognouerint hãc excogitasse diabolum fraudem, cum contra tanti nominis auctoritatem nihil se valere sentirẽt, vt fallacias suas eodem nomine obtegerent, potest sibi suboriri voluntas, vt tales homines de rebus humanis auferant, si aliquam temporis habeant facultatem, sed vtrum facere debeant iustitiam Dei consulunt.

13 Dub. An liceat q; occidãtur hæretici, cũ dominus dicat, q; sinant eos crescere vsque ad messem? Resp. Chrys. & dicit, hæreticos non esse occidendos, cum quo primò sentiebat Aug. ad Vincentium scribens, sed post fuit opinionis, q; licitè possunt occidi. Et iõ S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 2. dicit, q; dominus abstinendum mandauit ab eradicatione zizaniorum, vt tritico parceretur, idest bonis: quod quidem fit, quando non possunt occidi mali quin simul occidantur & boni, vel quia latent inter bonos, vel quia habent multos sequaces, ita quòd sine bonorum periculo interfici non possint, vt August. dicit cõtra Parmenianum. vnde dñs docet magis esse sinẽdum malos viuere, & vltionem reseruandam vsque ad extremum iudicium, quàm quod boni simul occidantur: quando verò ex occisione malorum non imminet periculum bonis, sed magis tutela, & salus: tunc licitè possunt mali occidi. Vnde Aug. ad Vincentium dicit. Hęc primitus mea sentẽtia erat, neminẽ ad vnitatem Christi esse cogendũ, verbo esse agendum, disputatione pugnandũ: sed hæc opinio mea nõ contradicentium verbis, sed demonstrantiũ superatur exẽplis: legum enim terror ita pfuit, vt multi dicant gratias domino, qui vincula nostra dirupit: q; ergo dominus dixit, finite vtraque crescere vsque ad messem; qualiter intelligendum sit, apparet ex hoc, qd subditur Ne fortè cũ ziz. era. simul, & triticum: vbi satis ostendit, vt etiam dicit Aug. contra Parmenianum cum metus iste non subest, non dormiat seueritas disciplinæ.

14 Dub. Cur dicit in plurali fasciculos, cùm non sit nisi vnus fascis dãnatorum, prout habetur Esa. 24. c. dicẽtis, congregabunt congregatione vnius fascis, & claudentur in carcere? Resp. S. Thom in q. de malo. q. 2. ar. 6. quòd in supplicio damnatorum est aliquod commune omnibus, quod respondet contẽptui Dei, puta carentia visionis diuinæ, &

perpe-

perpetuitas pœnæ,& quantum ad hoc, dñr cõgregari cõgregatione vnius fascis , & etiã aliquid,in quo differunt , secundum quod, quidam magis torquẽtur,quàm alij, & quã tum ad hoc dicuntur colligari , sicut zizaniorum fasciculi ad comburendum.

¶ Allegoricè,& alijs sensibus non exponitur ratione dicta in Prologo.

DOMINICA IN SEPTVAGES.

Simile est regnum cęlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane. Mat. 20.

Hanc similitudinem locutus fuit dominus anno eius 32. prima die Octobris.

HISTORICE.

Tali dominus parabola discipulos alloquens usus est. Celorum enim regnum ait patri cuidam familias assimulari, qui summo egressus mane, operarios , qui suam colerẽt vineam conduxit, denarium pro diurno labore paciscens. Cum verò , quosdam ociosos, circa tertiam, sextam, & nonã inuenisset horam, iussit vt & ipsi pariter in vinea operarentur, iustam pro labore mercedem recepturi Ad vndecimam verò horam cũ exisset, alios ocio vacãtes redarguit: eis verò respondentibus, ꝙ à nemine cõducti fuissent, imperauit , vt ad suam proficiscerentur vineã. Die transacto suo in mandatis dedit dispensatori, vt à nouissimis inchoans vnicuique denarium persolueret diurnũ, qui cùm iussa pficeret, arbitrantibus primis , ꝙ plus forent accepturi, nec cõpotes voti, aduersus patrẽfamilias cum murmure obloquebantur, ꝙ tñ his, qui solùm vna operati fuissent hora, quantum eis tota laborãtibus die, persolui mandasset. at quendã eorũ cõpellans amicum, clarè, ꝙ nulla lacesseretur iniuria, demonstrauit, cum ex pactó integrè promissa recepisset, nec sua interesse , tantumdé si nouissimo daret, cũ ex suo sibi liceret arbitrio sua contribuere, & si eius nequã oculus ĩtueretur, cũ tñ ipse bonus existeret: ex his dñs concludens primos vltimos , & econtra futuros fore, quoniam quanquã vocati sunt plures, electi tamen pauci existerent.

Volens aliqua declarare dubia.

1 DVBITATVR. Ad quid introducitur hæc parabola ? Rñ. Remigius super Matt. quoniã, quia dixerat dominus Petro. Multi erũt primi nouissimi, & nouissimi primi, vt hanc sententiam confirmaret, subiunxit hanc similitudinem, vbi notãdum, ꝙ immediatè antè istud Euangelium petenti Petro, quid esset futurum eis qui reliquissent omnia, & secuti eum fuerant: Dominus rñdit, ꝙ sessuri erant cum eo super sedes 12. & iudicaturi duodecim tribus Israel; & subdit, ꝙ qui reliquerit domum, &c. ꝑ nomẽ suũ, centuplum accepturus esset , & vitam ęternã possessurus: & quia non omnes , qui talia incipiunt, ea prosequuntur, ideo addidit multi erunt primi nouissimi , & nouissimi primi. Chrys. verò in hom. dicit, ꝙ composita est hæc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima senectute cõuertuntur, nec æstimarent se minus aliquid habituros.

2 Dub. An hæc parabola in veritate fuerit facta, & quid est parabola, & cur dominus in parabolis loquebatur? Require dominica 4. post octauam Epiphaniæ. dub. 2. 3. & 4. & dominica in Sexagesima. dub. 4.

3 Dub. Quid signat hæc parabola? Rñ. Grego. in hom. ꝙ patrisfamilias similitudinem tenet Conditor noster, qui regit quos condidit, qui habet vineam, vniuersalem, s. ecclesiam, quæ ab Abel iusto vsque ad ultimum , qui nasciturus est in fine mundi , quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. & qui primo mane mũdi, quod fuit ab Adam vsq; ad Noe, operarios, s. electos misit in suam ecclesiam, facta conuentione cum eis ex denario diurno, i. præmio uitæ æternæ : & circa horam tertiam , quæ fuit à Noe vsque ad Abraham, alios ociosos in foro stantes , idest, extra ecclesiam existentes, misit ad laborandum in uineam suam, promittens eis ꝓ opere mercedem condignam, & ita illi iuerunt ad laborandum. Et similiter fecit circa sextam horam, quæ fuit ab Abraham usq; ad Moysen: & circa nonã , quæ fuit à Moyse usque ad Aduentum Dñi. Circa undecimam uero horã, quæ est à Christo usq; ad finẽ mundi inuenit Gentiles stantes in foro, idest, extra ecclesiam otiosos, idest , non laborantes in uinea, & eos increpauit per prædicationem suam, & Apostolorum, & aliorũ Doctorum, & eos dixit stare tota die ociosos, quia à principio mundi usque ad aduentum Christi non laborabant in ecclesia : qui respondent, ꝙ nemo eos conduxit , quia ad eos nullus Patriarcha, aut Propheta, uel prędicator venerat, & ita eos conuertendo misit in ecclesiam laborare. Cum sero antẽ esset

ſet factum, i. finis mundi adueniſſet, dixit Dominus vineæ;i.Deus pater, procuratori ſuo,id eſt Chriſto,voca operarios per vltimum iudicium,ſ.electos,& redde illis mercedem ſuam,i.vitam æternam, incipiens à nouiſſimis,ſ paganis ad fidem conuerſis, vſque ad primos,ſ.Iudæos,& ita, qui venerūt circa vndecimam horam, i. poſt Chriſtum, acceperunt pro mercede ſingulos denarios, ideſt,vitam æternam: Venientes autem & primi,qui fuerunt à tempore Adæ, arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi propter longitudinem laboris,& tamen non plus acceperunt niſi vitam ęternam, & accipientes murmurabant,i.admirabantur aduerſus patrem familias,ꝙ tātum pręmium daret his, qui ſolum una hora laborauerant,quantum eis,qui per tam longa tempora deſudauerant,portando pondus diei, & ęſtus, ideſt, per longioris uitę tempora carnis ſuę calore fatigati exiſtendo.Et ipſe reſpondens vni eorum,ſ.Adę,dixit. amice, non facio tibi iniuriam,quia ſufficit tibi gloria ęterna, quā tibi dono ex gratia mea. Nunquid licet mihi ex meo facere quod uolo, vel fortè oculus tuus videndo nequam eſt, quia ego bonus ſum,ampliu retribuendo: & ex his ſequitur concluſio euangelica, ad cuius propoſitum parabola introducta fuit.

4 Dub Quomodo paterfam.exiit, qui vbique eſt? Reſpon. ꝙ non dicitur exijſſe per loci mutationem,ſed per nouam vocationē.

5 Dub.Quomodo tantum pręſens ſeculum vnus dies dici poſſit? Reſp. Origenes ſuper Matth.dicens,quòd hoc eſt quidem magnū quantum ad nos,modicum autem, quantū ad Dei vitam.

6 Dub.Quid eſt denarius?Rñ.Iac. de Vora. poſt Rem.ꝙ denarius dicitur, qui antiquitus pro 10.nummis computabatur, & figuram regis habebat,& circunſcriptionem, & erat rotundus,& ſonorus de argento.

7 Dub.Quid ſignificatur per primā, tertiā, ſextam,nonam,&vndecimam horam?Reſp. quòd ætates mundi,prout dictum eſt ſupra dub 3.Item& ętates hominis ſecundū eundem Greg. Nam hora Prima, pueritia eſt. Tertia,adoleſcentia Sexta,iuuentus. Nona, ſenectus.Et Vndecima,decrepita, vel ueterana vocatur.Et in his omnibus, ut dicit Sanctus Vincen.in ſermone primo, Deus hominem vocat,& in qualibet poteſt conuerti ad Deum,ſed melius,& ſecurius eſt conuerti in prima:quia bonum eſt homini cum portauerit iugum ab adoleſcentia ſua,& licet hic non numerentur niſi quinque horę tamen omnes ſubintelliguntur.

8 Dub.Quid ſignificatur per forum?Reſpō. Origenes ſuper Matth. ꝙ forum eſt quicquid eſt extra vineam,ideſt,eccleſiam Chriſti.Et Chryſo.ſuper Matth.dicit, ꝙ iſte mūdus eſt quoddam forum, quoniam in hoc mundo vendendo,& emendo uiuunt homines,& inuicem ſibi fraudem facientes, uitā ſuam ſuſtentant.

9 Dub.Quis dicitur ociosus? Reſp. Bernar. & Sanctus Vincen.in ſermone ſeptimo huius dominicæ,ꝙ ocioſus eſt,non ſolum, qui nihil operatur,ſed etiam,qui inutiliter operatur. Et Greg.in homi.dicit, qui autem ſibi uiuit,& qui carnis ſuæ uoluptatibus paſcitur,recte ocioſus arguitur,quia fructum diuini operis non ſectatur. Et ita ſecundum Chry.ſuper Matt.ocioſi ſunt peccatores: illi enim mortui dicuntur.Ocioſus igitur eſt, qui opus Dei non operatur.

10 Dub.Cur primis ſolùm promittitur denarius,& non aliis,ſed dicitur eis, quod iuſtum fuerit,dabo vobis?Reſpond.Chryſ.ſuper Matth. dicens, quod ſolis primis conuenit ſpecialiter dare denarium, alios autem ſub incerto pacto conduxit, dicens, ꝙ iuſtū fuerit dabo vobis.Sciens enim Dominus;quia præuaricatus fuerat Adam, & omnes poſtmodum in diluuio erant perituri,certum fecit pactum ad eum,quando dicat neglexiſſe iuſtitiam, quia neſciebat quę præmia fuerat recepturus, iſtis autem non fecit pactum,quia tantum paratus eſt retribuere, quantum mercenarij recipere non ſperabant.

11 Dub. Quid ſignificat iden itas denarij diurni?Reſpon.Magiſter hiſto.ſch.quòd eādem perpetuitatem notat, nullius enim uita ibi breuior,aut longior erit alia. Et idem Deus omnia in omnibus.

12 Dub.Quia ex hoc uidetur, ꝙ omnes ſancti eſſent æquales in præmio?Reſp. S. Vincentius ſermone quinto huius dominicæ, quòd licet omnes habeant eandem gloriā in paradiſo,quia omnes ſunt beati, non tamen in illa gloria omnes ſunt æquales, ſed aliquis eſt magis beatus, uel minus, ſecundum ꝙ hic maiorem,vel minorem charitatem habuit.Et ponit duo exemplā. Primū, de ſole multos æqualiter reſpicientē, nō tamen

men eos æqualiter calefaciente propter diuersas complexiones. Secundum exemplũ de rege habẽte plures filios magnos, & paruos indutos de eodem brochato, vel eodem panno, sed magni plus habent in vestibus suis panni, quàm parui, & tamen omnes de sua veste contentantur.

13 Dub. Cur coniungit sextã, & nonã horã simul, & non alias? Resp. Chry. super Matth. quòd qm̃ in sexta, & nona generatione vocauit Iudæos, & frequentauit cum hominibus disponere testamenta, quasi diffinitio salutis omni tempore iam appropinquante.

14 Dub. Cur solum redarguit de ociositate illos de undecima hora? Resp. Greg. in homil. quia in tribus primis, in quibus Hebraicus populus designatur, semper fuerunt de illo populo laboratores. Sed in vndecima, in qua uocantur Gentiles, qui transacto tam longo mundi tempore pro vita sua laborare neglexerunt, quasi tota die ociosi stabant. Et ideò, merito redarguuntur.

15 Dub. Cur non inuitauit ad totum opus operarios, nisi in prima hora? Respõ. Origenes super Matthæum, quoniã quicquid poterãt operari in suo arbitrio reseruauit; poterant enim æquale opus facere in vinea eius, qui ex mane sunt operati quicunque in tempore breui volebant operantem virtutem ad opus extendere, quæ antè non fuerat operata.

16 Dub. Quare non dixit illis de vndecima hora, quòd iustum fuerit dabo vobis? Resp. quòd populo Iudaico, qui uocatus fuit in ꝓcedentibus horis, nunquam apertè promissa fuit gloria cœlestis. Et ideò, indigebat induci ad laborandum per aliquam recompẽsationem. Sed Christus veniens in vndecima, pręmia cœlestia laborantibus patenter repromisit, ut patet Marci 16. c. Quicunque crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et Io. 10. c. Ego vitam æternam do eis, ideò, non indigebant aliqua particulari promissione, sed solum sufficiebat ipsos inuitare ad laborandum in uinea, proculdubio, præmia digna ex labore percepturos.

17 Dubi. Cum psalmo 4. dicatur. Signatum est super nos lumen uultus tui. cur dicunt nemo nos conduxit, cũ lumine diuino fuerint illuminati? Resp. quòd hoc non dicunt, quia non haberent intellectum Potentem recipere illuminationem diuinam, sed sicut Gregorius dicit in homilia, nullus ad eos, sicut ad Iudæos, Patriarcha, nullus Propheta missus fuerat, quasi dicerent, nemo nos coniuxit, i. uitæ nobis nemo uiam prædicauit.

18 Dub. Cur paterfamilias uoluit illo sero reddere mercedem, & non expectare usque in crastinum? Resp. Chry. super Matt. dicẽs, considera quia sero non alio mane mercedem reddit. Ergo, adhuc stante sęculo isto, iudicium est futurum, & vnicuique merces sua reddenda, duabus rationibus. Prima, qa ipsa futura beatitudo merces est iustitiæ. Ideò non in illo sęculo fit iudicium, sed ante illud. Deinde ante aduentum diei illius premittitur iudicium, ne uideant peccatores diei illius beatitudinem.

19 Dubit. Quis est procurator patris familias? Rñ. Iacob. de Vorag. post Remigium, quòd Christus inquantum Deus, est paterfamilias istius uineæ cum patre, sed in quantũ homo, est procurator. Licet, Origenes intelligat per procuratorem aliquem angelorũ, qui positu est super mercedes retribuendas.

20 Dub. Quid procurat Christus? Resp. Iacob. de Vorag. in sermone primo huius dominicæ, quòd procurat omnibus, scilicet, cęlestibus, terrestribus, & infernalibus. Cœlestibus iustam remunerationem, Matthæ. 2. Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Terrestribus paternam propitiationem. primo Ioann. 2 cap. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio. Infernalibus procurat ęternam punitionem. Psalmo 2. Reges eos in uirga ferrea.

21 Dub. Cur incipit à nouissimis reddere mercedem? Respon. Origenes super Mat. ꝙ primi operarij testimonium habentes per fidem accepe unt promissionem Dei pro nobis aliquid melius, prospiciente patrefamilias, ut non sine nobis perficiantur. Et quia misericordiam consecuti sumus primi, mercedem speramus accipere, qui sumus Christi, post nos autem, qui antè nos operati sunt, & út Chry. super Matth dicit, semper libentius aliquid damus illis, quibus gratis donamus, quia pro solo nostro honore donamus.

22 Dub. Quia vr quedã iniustitia, quòd primi plus laborantes nõ acceperint plusꝙ nouissimi, qui minus laborarunt? Rñ. Chry. super Mat. quòd nõ iniustè actũ est. Nã, & q i prima parte sæculi natus est, & nõ amplius vixit,

vixit, quam statutũ tempus vitæ,& quid illi nocuit si post eius exitũ mundus stetit: & qui circa finem mundi nascuntur, non minus viuent,q̃ dies,qui numerati sunt eis: & quid illis prodest ad compendium laboris si citò mundus finitur, compensum vitæ suæ cõpleant ante mundũ; deinde nõ est in homine qñ nascitur prius,aut postea, sed potestatis diuinæ. Nec ille quidẽ sibi priorem debet locũ defendere,qui prius natus est, nec ille contemptibilior debet esse, qui postea. Et S.Th.super epistola ad Ro.c.9.dicit manifestum esse, ꝙ iustitia distributiua habet locũ in his, quæ dantur debito,puta,si aliq meruerunt mercedem,vt plus laborantibus maior merces donetur:non autem habet locum in his,quæ spõte,& misericorditer aliquis dat: si aliquis in via diues pauperes inueniens,& det vni,quod potest,vel disponit in elemosynam dare,non est iniquus,sed misericors:similiter si aliquis duobus æque ipsum offendentibus vni dimittat offensam,& non alteri,est misericors vni,& iustus ad alterum, neutri verò iniquus.

23 Dub. Quia cum Ioãnis 15 dicatur,In domo patris mei mansiones multæ sunt. qũo acceperunt singulos denarios?Resp.Sanctus Tho.super 4.sent. dist.9.q.1.ar.4.q.2 & 12. q.5.art.2. ꝙ vnitas denarij significat vnitatem beatitudinis ex parte obiecti, sed diuersitas mansionum significat diuersitatem beatitudinis,secundum diuersum gradum fruitionis. Vide supra dub. 13.

24 Dub. Quomodo dicũtur murmurare recipientes æternam beatitudinem?Resp. Magister hist. scho. quòd ibi non erit murmur inuidentium, sed potius admirantium de magnitudine præmij dati nouissimis, sicut, & primis. Vel vt dicit Chryso in hom. non oportet ea,quæ in parabolis sunt secundum totum inuestigare,sed intentionem propter quam composita est, intelligere, & nihil vltra scrutari: non ergo,inducit hoc,vt ostendat aliquos esse inuidia morsos,sed vt ostendat hos tanto potitos esse honore, quòd & alijs inuidiam poterant generare.

25 Dubitatur.Quomodo antiqui patres nostri Patriarchæ portarunt pondus diei, & æstus, cum non vixerint per omne sæculũ? Resp.Chrys.super Matthæum,dicens,quòd si verum est,quod diximus dub.22.quia primi,& posteriores tempus suum vixerunt,& non amplius, neque minus; & vnicuique mors sua cõsummatio ipsius,quid est,quòd dicũt portauimus pondus diei,& æstus, qa, scilicet, magna est nobis virtus ad faciẽdam iniustitiam,cognoscere ꝓpè esse finem mũdi: illis autem infirmatio erat scire mundi spacia esse longinqua: quàmuis ergo,nõ per omne sæculum vixerint, tamen totius sæculi grauamina pertulisse videntur. Aut pondus totius diei dicit onerosa legis mandata: æstum autem vrentem erroris tẽtationem, quam conflabunt spiritus maligni in eos, ad æmulationem Gẽtium eos irritantes,à quibus omnibus Gentiles liberi extiterũt Christo credentes, & per compendium gratiæ ad plenum saluati.

26 Dubi. Cum multi murmurauerint, cur vni soli responderit?Respõ quòd vt dicitur Mar.13.c.Quod vobis dico, omnibus dico: & ita,quòd vni dr̃, omnibus simul astãtibus dr̃: vel ut dicit glo. uni dicit, quia par erat omnibus murmurandi ratio.

27 Dub. Cur illum murmurantem amicum vocat? Resp. Remi. super Matth. quòd per hunc vnum possunt intelligi omnes, qui ex Iudæis crediderunt, quos amicos propter fidem nominat.

28 Dub. Quomodo intelligitur, An non licet mihi, quod volo, facere? Respon.Gregor. in homil. dicens, quòd stulta est quæstio hominis contra bonitatem Dei murmurare, conquerendi quippe esset, non si stat, quod non debet, sed si non daret,quod deberet.

29 Dubit. Cum ipsi murmurarent per os, cur redarguit oculum dicẽs, an oculus tuus nequam est?Respon.Remig. super Mat. dicẽs, quòd ꝑ oculũ vult intentionẽ intelligi. Iudæi nanque, nequã habuerunt oculum,i. intentionem malam,quia de salute Gẽtium dolebant,& est hic figura omopasia.

30 Dubi. Quomodo primi possint esse nouissimi, & ecõtra, cum post nouissimos nullus sit,nec antè primos? Respon.quòd secundum Remi.super Matth.intelligendum est, quòd Iudæi,qui erant caput, vertunt in caudam: & nos Gẽtiles, qui eramus cauda,vertimur in caput; & sic primi,dũ primi erant, non erant nouissimi. Sed hi,qui aliqñ fuerunt primi,nunc sunt nouissimi,& econuerso. Vel vt dicit Chrysostom. super Matthæ. Ideò, primos dicit nouissimos, & nouissimos primos, & non ut nouissimi digniores sint q̃ primi,sed ut coæquentur, & nulla sit

inter

inter eos differentia temporis causa.

31 Dub. Cùm dicatur ad Roman. 8. c. Quos vocauit hos, & iustificauit, quo hic dicit, quod multi vocati non sunt electi? Resp. S. Thom. super 4. sent. dist. 17. ar. 1. q. 2 quod vocatio est duplex, quædam exterior, vt quæ fit per prædicatorem, & hęc disponit ad iustificationem: quædam interior, & hæc quidem non pertingit quandoque ad finé suũ ex vocati defectu: & hæc vocatio nihil aliud est, quàm instinctus vel motus ad bonũ à Deo immissus: & de his duabus vocationibus intelligitur hic, quod multi sunt vocati, pauci verò electi. Quandoq; aũt ista vocatio interior pertingit ad finé, quando s. aliquis audit vocantem, & venit ad Christum, vt dicitur Ioan 6. c. Omnis qui audiuit à patre, & didicit venit ad me: & hæc vocatio est idem, quod iustificatio, secundum substantiam, sed differt ratione, quia vocatio dicitur, secundum quod per infusionem gratiæ, & auxilium, homo à peccato retrahitur, sed iustificatio respicit terminũ ad quem, s. prædictæ rectitudinis statum: & sic vocatio sumitur ad Rom. 8. Quos vocauit, hos, & iustificauit, vt patet per gl. Auxiliũ n. quod fidei nos vocando Deus præstat, est gratia, quæ facit fidem per dilectioné operari.

32 Dub. Quomodo electi sunt pauci, cùm Apoc. 7. c. dicatur. Vidi turbam magnã? Require Dñica infra octa. natiuit. Domini. dub. 8.

ALLEGORICE.

Expositum est dubio tertio.

TROPOLOGICE.

Otium, vt in quocumque tempore vitemus edocemur. tùm ex vocatione Dei per omnes ætates, tùm etiam ex præmij retributione, quod laborantibus, & non ociosis datur, instruimur, vt non murmuremus, & quòd quilibet contentus sit parte sua.

ANAGOGICE.

Cõtemplemur quemadmodũ dominus ex sua bonitate semper nos vocat ad percipienda æterna præmia, quæ ex sua sola gratia dantur, & ex modico labore, respectu illius infinitæ gloriæ, odeò quod nõ sunt cõdignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam.

DOMINICA IN Sexagesima.

Cum turba plurima conueniret. Luc. 9. Matt. 13. & Mar. 14. c.

Historiam, seu hanc similitudinem, locutus fuit Dominus anno ætatis suæ. 32. prima die Aprilis in Sabbatho.

HISTORICE.

Turbis plurimis ad se confluentibus, dominus Iesus hac vsus fuit similitudine, inquiens, Dùm semina quidam terræ mandaret, quoddam secus viam cadens, à transeũtibus conculcatũ fuit, & à volatilibus esum: illud verò supra lapidem iactum, & ortum, humore deficiente, exsiccatum est: quoddamque inter vepres, dùm cecidisset, natũ, ab ipsis suffocatum est: In terram auté bonam emissum, cétuplum protulit fructum. Voce aũt magna clamabat, vt aures habentes hoc perscrutarentur. Instantibus aũt discipulis quonam hæc protéderet parabola? Rñdit, eis quidem datum fuisse agnoscere regni cœlestis mysteria. Alijs verò minime, nisi parabolicè, vt intuentes non agnoscant, & nequaquam percipiant audientes: tali verò parabolam interpretatus est modo: Semen quidem Dei verbum fore dixit, & id quidé quod secus cadit viam, eos esse, qui audiunt sed dæmonis suasione, ne credendo cõsequi salutem valeant, obliuioni tradunt. super petrã aũt eos, qui gaudentes quidem audiunt, significari, sed radices nõ habentes, dùm affuerit tentatio succumbunt. Inter spinas verò illos designari, qui audito verbo postmodum adeò diuitijs, & voluptatibus ac solicitudinibus subduntur, vt ab eis suffocentur, adeò, vt ne minimum quidem fructum afferant: Id autem quod bonam sortitum est terram, eos figuratiuè designare, qui & quàm libenter audierunt, & verbum optimo recipientes corde, magna cum patientia plurimum producunt fructum.

Sequitur dubia declarare.

1 DVBITATVR igitur ad quid introducitur hæc parabola? Respon. Euseb. super Luc. quòd hanc dominus adducit parobolam multitudini, vt eos induceret ad audientiam verborum suorum.

2 Dub. An hæc parabola, & aliæ dictæ à Christo contineant veritatem, secundũ sensum literalem? R. quod vt colligitur ex dictis S. Thomæ supra in prologo de quatuor sensibus sacræ scripturæ, quòd hæc parabola, & aliæ sunt veræ, secundum sensum literalem, cùm sensus literalis non sit ipsa figura, sed res figurata, vt dictum fuit ibi.

3 Dub. Vbi habitabat Deus ante mũdi cõstitutionem, quia dicitur exijt? Rñ. S. Vin. in sermone 4.

mone 4. huius Domnicę, quòd habitabat in secretissima camera æternitatis suæ, in qua etiam habitat modo, vbi sunt Pater, & Filius, & Spûs sanctus, quæ est camera maior cœlo, & terra, & toto mūdo, nec pro se creauit mundum, sed pro nobis ad habitandum.

4 Dub. Quia cum per parabolas veritas occultetur, non vř, q̃ Christus eis vti debuit, qui venit ad docendum veritatem, iuxta illud Ioan. 7. c. Ad hoc veni, & natus sum, vt testimonium perhibeam veritati? Rñd. do. Car. de Turrecremata super hoc euāgelio, quòd vt dicit Dionysius in libr. de cęle. hie. impossibile est nobis aliter illius illucere diuinum radium, nisi varietate sacrorum velaminum circunuallatum. Et licet veritas parabolis vestita occultetur infidelibus, non tamen fidelibus: qm̃ vt ait idem Dionysius, radius diuinæ reuelationis propter figuras sensibiles, quibus circunuallatur, nō destruitur, sed remanet in sua veritate, vt mentes, quibus reuelatio fit, non permittat in similitudinibus remanere, sed eleuat eas ad cognitionem intelligibilium, & per eos quib. reuelatio facta est, alij etiam circa hoc instruuntur. Vide Dominica quarta post octauam Epiphaniæ. dub. 3.

5 Dub. Quid est parabola, quid enigma? Et an in veritate fuerit factum, sicut narratur in parabolis? Require Dominica 4. post octauam Epiphaniæ, dub. 2. & 4.

6 Dub. Ad quid turbę multæ cōueniebant ad Iesum? Respon. Lyra super Ioan. q̃ quidam veniebant ad eum ex deuotione audiēdi, & addiscendi: quidam, vt eum caperent in sermone: & quidam, ex curiositate, vt viderent miracula, quæ faciebat.

7 Dub. Quomodo Christus exijt, cū sit sator, quia vbique est? Resp. Chrys. super hoc euangelio, quòd exijt, nō loco, sed incarnatione, propinquius nobis factus p habitum carnis: quia enim nos intrare non poteramus ad eum, peccatis nostris prohibētibus nobis ingressum, ipse ad nos egredit̃. Exijt igitur, qui vbique est, non localiter, sed per amictum carnis, nobis approquinquauit.

8 Dub. Cur non omnia Christus loquebatur in parabolis? ℞. Hiero. quòd si dixisset cuncta in parabolis, absque emolumento, populi recessissent: perspicua miscet obscuris, vt per ea, quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt.

9 Dub Cur diuersas parabolas locutus fuit? Respon. Hieron. quòd turba non vnius sententiæ est, sed diuersarū in singulis voluntatum. Vnde loquitur ad eam in multis parabolis, vt iuxta varias voluntates, diuersas recipiant disciplinas.

10 Dub. Quia videtur, quòd inconueniēter post semin it, addatur, seminare? ℞. Aug. super hoc euāgelio, quòd cum audieris, exijt qui seminat vt seminet, non æstimes esse identitatem sermonis. Egreditur enim multotiens qui seminat, & ad aliam rem, vel vt incidat terram, vel vt incidat herbas, vel vt spinas euellat, vel vt aliam talem quandam diligentiam exhibeat. Hic autem ad seminandum exiuit.

11 Dub. Nunquid poterat seminare semen alterius, quia dicit suum? Resp. Tytus super Euan. quòd nō accepit verbū, quasi mutuatū, cum ipse sit naturaliter verbū Dei viui: nō est igit̃ suum proprium semen Pauli, vel Ioannis, sed habēt cum acceperint. Christus aūt hēt propriū semen, proferens doctrinā ex sua natura: vnde & Iudæi dicebant, qualiter hic literas nouit, quas non didicit.

12 Dub. Cur seminat super petram, & secus viam, ac inter spinas. quia sic semen deperditur? Resp. Theop. super euangelijs. quòd non dicit, quòd seminans proiecit aliud secus viam, sed quòd semen cecidit: qui enim seminat, docet rectum sermonem, sed sermo diuersimodè cadit in audientes, vt quidam eorum via dicantur, & quidam petra.

13 Dub. Quia aues non solum comedunt semen, quod cadit in via, sed ēt aliud, quod cadit in terram aratam? ℞. Cyrillus, quòd licēt volucres comedant aliquando partē seminis, qđ cadit in terram cultam, hoc solū faciunt in principio quando satū est, quia in paruo tempore humatur, & moritur. & radicē iacit: non est aūt sic de semine, qđ cadit secus viā, quia arida est, & inculta quodammodo omnis via, eo quod à cunctis cōculcatur, ac nihil ex seminibus humatur in ea, & ita volucres cœli totum comedunt.

14 Dub. Cum petra sit Christus, vt dicit̃ 1. Corin. 10. videt̃, quòd semē qđ cadit super petrā de magno fructificare? ℞. Beda ī hom. quòd per petram similitudinariè diuersa possunt intelligi, etiam quasi inter se cōtraria, nam inquātum petra, est fundamentum firmū, significat Xpm, qui est fundamentum fidei: inquantū petra est quid durum, significat cor durum, & indomitū, & ita accipit̃ hic

hic & non prout est fundamentum.

15 Dub. Quia vr̃, q̃ Christus malè facit seminare inter spinas, & super petram, ac viã, cũ semen deperdatur? Rñ. Chry. super Matthæum, q̃ increpandus esset agricola, q̃ sup sensibiles spinas, & petram, ac viam seminaret. Non enim possibile est viam non esse viam, neque petram terram fieri, nec spinas non esse spinas. In rationabilibus autem, secus est, possibile est. n. petrã conuerti in terram pinguẽ, & iam non conculcari, & spinas dissipari: q̃ igĩ plus seminis perijt, non est ab eo, qui seminat, sed à suscipiente terra. i. ab aĩa. Ipse. n. q̃ seminat non diuitẽ, nõ pauperem discernit, non sapientẽ, neq; insipiẽtẽ, sed oĩbus loquebatur, quæ à se ipso erãt cõplens, puidẽs tñ quę futura erãt, vt liceat ei dicere, q̃d me oportuit facere, & nõ feci.

16 Dub. Cur non oẽ semen iactatũ in terrã bonum ęqualem fructum producit, quia dicit tricesimum, sexagesimũ, & cẽtesimum? Rñ S. Th. 4. sen. dist. 49. q. 5. ar. 2. q̃ fructus, secundum hoc, potest prodire ex semine, q̃ vis sementina est efficax ad conuertendum humores terræ in suam naturam, & quanto hæc virtus est efficacior, & terra ad hoc paratior, tanto fructus vberior sequitur.

17 Dub. Quia Lucas hic solũ facit mentionem de fructu centesimo. Mat. verò c. 1. dicit triplicem fructum, s. tricesimum, sexagesimum, & centesimum: & sic, vel vnus est diminutus, vel intus superfluus? Resp. S. Tho. 4 sen. dist. 49 q. 5. art. 2. q̃ Lucas accipit large fructũ, prout quælibet remuneratio fructus dr̃, vt sic p centesimũ fructũ, remuneratio designẽ, quę quibuslibet operib. preciosis debetur. Matthæus verò accipit fructum, ſm q̃ semen cõuertit humores terræ in sui naturã, vt dictũ est dubio pcedenti. Et ita per spirituale semen, quod est verbum Dei, quod in nobis seminatur, q̃ñ aliquis magis in spiritualitatẽ cõuertitur à carne recedens, tãto in eo est maior fructus verbi Dei, s. tricesimus, aut sexagesimus, vel cẽtesimus.

18 Dub. An fructus, aurea, & aureola sint idẽ? Rñ. S. Tho. vbi supra, q̃ fructus propriè captus, & vt capitur Mat. 13. c. differt ab aurea, & aureola, q̃ñ aurea est præmiũ essentiale, & cõsistit in gaudio, q̃d habẽ de Deo. Aureola est præmium accidẽtale, & consistit in gaudio, quod hr̃ de operum perfectione: sed fructus consistit in gaudio, q̃d habetur de ipsa dispositione operantis, ſm gradũ spũalitatis, in quem profecit ex semine verbi Dei. Nam q̃ñq; accipiĩ fructus pro eo, quòd reficit, quasi vltimus finis: & ita dicimur Deo frui. Q̃ñque aũt pro eo, q̃ reficit tñ, licèt non sit vltimus finis, & sic virtutes fructus dñr, inquantum syncera dulcedine reficiũt, vt dicit Amb. & ad Gal. 5. Fructus, autẽ, spiritus est charitas, gaudium, pax &c. Alio modo, oẽ præmiũ, q̃d in futuro habetur ex nostris laboribus, fructus dr̃. Et sic accipitur Ro. 6. Habetis fructũ vestrũ in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Alio aũt modo, & ꝓprie accipitur fructus, prout ex semine, quod est verbum Dei, cõsurgit. Vnde, quanto aliquis magis conuertitur in spiritualitatem à carne recedens, tanto in eo maior fructus verbi Dei est.

19 Dub. Cur fructus solũ detur virtuti cõtinentiæ, & nõ alijs virtutibus? ℞. S. Tho. vbi supra, q̃ fructus est quoddam premium, q̃d debetur homini ex hoc, q̃d à carnali vita in spirituale transit: & iõ illi virtuti pręcipue rñdet, quæ hominem pręcipuè à subiectione carnis liberat. Hoc aũt facit continentia, quia per delectationes venereas aĩa præcipuè carni subditur. Adeo quòd in actu carnali, secundum Hiero. nec spiritus prophetię corda ꝓphetarũ tãgit, nec in illa delectatione est possibile aliq̃d intelligere. vt philosophus dicit in 7. Ethico. Et iõ, continentiæ magis respondet fructus, q̃ alijs virtutibus.

20 Dub. Cur diuersi fructus attribuunẽ tribus partibus continentiæ? Rñ. S. Tho. vbi supra, q̃ per continentiam, cui fructus respõdet, homo in quandam spiritualitatẽ adducitur carnalitate abiecta. Et ideo, secũdum diuersum modũ spũalitatis, quem cõtinentia facit, diuersi fructus distinguunẽ. Est. n. quædam spiritualitas necessaria: Et quędã superabundãs. Necessaria quidẽ spiritualitas est in hoc, q̃d rectitudo spiritus ex delectatione carnis nõ peruertatur, q̃d fit, dum aliquis secundũ rectum ordinem rõnis vtiẽ delectationibus carnis, & hæc est spũalitas coniungatorũ, cui debetur tricesimus fructus. Spiritualitas verò superabundãs est, p quã homo ab hmõi delectationibus carnis spũm suffocantibus oĩno se abstrahit, sed hoc cõtingit dupliciter. Vel respectu cuiuslibet tpis pteriti, pñtis, & futuri: & hęc ẽ spũalitas virginũ, cui debeĩ centesimus fructus; Vel ſm aliquod tps, & hæc est spiritualitas viduarũ, cui debetur sexagesimus fructus.

21 Dub. Cur prædicti diuersi fructus, prædictis diuersis gradibus continentiæ assignãtur? Resp. S. Tho. ubi supra, q. tricenarius numerus ex ductu ternarij in denariũ surgit. Ternarius enim est numerus oĩs rei, ut dicitur in primo Cœli, & habet in se perfectionem quandam omnibus communem, idest, in principii, medij, & finis. Vnde conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur, in quibus super obseruationem decalogi, qui per denarium significatur, non additur aliqua perfectio nisi cõmunis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem, ex cuius ductu, denarius in sexagenarium surgit, habet perfectionem ex partibus, cum constet ex omnibus partibus simul aggregatis. Vnde, conuenienter viduitati respondet, in qua inuenitur perfecta abstractio à delectationibus carnis, quantum ad omnes circunstantias, quæ sunt, quasi, partes virtuosi actus, cùm nulla enim persona, & nullo loco delectabilibus carnis viduitas vtitur, & sic de aliis circunstantijs carnis, quod non erat in continentia coniugali. Sed centenarius conuenienter respondet virginitati, quia denarius, ex cuius ductu centenarius surgit, est limes numerorum: & similiter virginitas tenet spiritualitatis, limitem, quia ad eam nihil de spiritualitate adiici potest: habet enim centenarius inquantum est quadratus numerus, perfectionem ex figura Figura.n. quadrata, secundum hoc, perfecta est, quod ex omni parte æqualitatem habet, ut potè, habens oĩa latera æqualia. Vnde cõpetit virginitati, in qua, quantum ad omne tps, ęqualiter incorruptio inuenitur, & sic distinctio fructuũ magis accipitur secundum species, vel figuras numerorũ, q̃ secundũ quantitates eorum, Tñ ét, quantum ad quãtitatis excessum, potest aliqua ratio assignari. Coniugatus enim abstinet tm̃ à non sua. Vidua vegatus enim abstinet q̃ro à suo, & à non suo, & sic inuenitur ibi quadam ratio dupli, sicut sexagenarius est duplex ad tricenarium. Centenarius verò supra sexagenarium addit quadragenariũ, qui consurgit ex ductu quaternarii in denariũ: Quaternarius autem est primus numerus solidus, & cubitus, & sic conuenit talis additio virginitati, quæ supra pfectioné viduitatis perpetuam incorruptionem adiungit.

22 Dubi. Cum omnes astantes aures haberent, cur dominus dicit. Qui habet aures audiendi, audiat. Resp. Greg. in Hom qui cunctis aures habentibus id dicit, aurem procul dubio cordis requirit. Et ita ét exponit Basilius, & Beda similiter dicit, q. quotiescunque hæc admonitio, uel in Euangelio, uel in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum esse, quod dicitur, quærendumq; à nobis intentius ostenditur. Et Remigius dicit, q. aures audiendi sunt aures mentis, scilicet, intelligendi, & faciendi quæ iussa sunt.

23 Dub. Qũo discipuli interrogauerunt, q̃ esset parabola? Resp. Beda super Luc. quòd, vt Marcus ait, cũ esset singularis, tunc interrogauerũt eũ, & non mox finita parabola.

24 Dub. Quo accesserunt discipuli, q a Mat, 13. c. dicitur, accedentes discipuli? Resp. Remigius super Matth quòd Euangelista dicit accedentes, ut ostenderet, qđ solicitati sunt si poterant accedere corpore, quamuis esset aliquod, vel breue spacium inter eos.

25 Dub. Cur solis Apostolis datum est nosse mysterium regni Dei sine parabolis? Respõ. secundum Grego. Nazianzenum, Bedam, Theophilum, & Remigium, quod Apostoli erant digni, & volebant, quæ dicebantur obseruare. Illi autem Iudæi, scilicet, qui obseruabant Christum, erant indigni tantis mysteriis edoceri propter eorũ malitiam: qui enim legis, quam acceperant, obedientiam non tenebant, iustum fuit, ut noui sermonis participationem non haberent, sed ab vtroque essent alieni.

26 Dub. Si Apostolis datum erat nosse mysterium regni Dei, cur interrogant sensum parabolæ? Resp Hieron. super Matth. quòd oportebat ut illi, quibus in parabolis loquebatur requirerent quòd non intelligerent, & per Apostolos quos contemptos habebãt discernerent mysterium Regni, quod ipsi non habebant.

37 Dubit. An alias parabolas exposuerit discipulis? Respond. Mar. 5. c. quod sic, dicens. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

28 Dubit. Cum uerba uideri non possint, cur dicit, vt videntes non uideant? Respon. Rabanus super Euangeliis, quòd non solũ q̃ loquebantur, sed etiam, quæ faciebat, parabolæ erant, idest, signa spiritualium rerum, quod hic liquido ostendit, cum dicit, vt videntes non videant. Verba nanque videri non poterant, sed audiri.

29 Dubit. Cur non vult, quòd videntes videant? Resp. Theophilus super Euangelijs. Quod

Quòd Deus hos fecit videntes, idest, intelligentes bonum. Ipsi verò non vident, voluntariè se fingentes non videre. Huius ergo gratia, hoc eis Christus abscondit, ne maius eis p̄iudiciū generetur, si postquā nouerint Christi mysteria contēpserint, qui enim intelligit, & postea spernit, grauius punietur.

30 Dub. Cum Christus sit semen, idest, verbum Dei, quomodo potest esse sator? Resp. quòd Christus in quantum prædicat est sator: quod verò prædicatur, est semen, quod est verbum Dei.

31 Dubita. Quia vī, q̄ diabolus sit fortior Christo, quia rapit, quod ille seminauit? Respō. q̄ non rapit per violentiam, sed p̄ tētationes suadendo, adeo quod, quando verbū Christi est firmiter radicatum, non potest euellere, licet per astutias, & fallacias ad id conetur. Et ideo, non est fortior Christo.

32 Dub. Quomodo recedunt in tempore tētationis, cum Paulus dicat 1. Cor. 10. quòd Deus non patietur tentari supra id, quod possunt, sed quod faciet etiā prouentū &c. Resp. quòd Apostolus loquitur de tentatione, quæ aduenit perfectis, quos Deus non permittit tentari supra virtutem suæ gratiæ. Licet quandoque eos permittat tentari supra virtutem naturalem, ut dicit S. Th. 2. Corint. 1. Sed hic Christus non intelligit de his, vt ipsemet exponit, sed de illis, qui radicem, s. charitatis, non habent: quia licet aliquando credant, tamen in effectu boni operis per tentationem recedunt.

33 Dub. Quomodo spinæ possunt significare diuitias, cum spinæ pungant, & diuitię delectent? Resp. Greg. homil. quòd diuitiæ verè spinæ sunt, quia cogitationum suarū punctionibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant.

34 Dub. Quomodo spinæ significant solicitudines, & voluptates? Resp. Greg. vbi supra quòd Dominus duo adiungit diuitijs solicitudines, & voluptates, quia per curam mentē opprimunt, s. solicitudines, & per affluentiam resoluunt, s. voluptates. Suffocant autē semen, quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant, & dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum vitalis flatus vetant.

35 Dub. Cum semen cadens in terram bonam, à nullo suffocetur, cur dicit Dominus quod affert fructum in patientia? Res. quòd naturaliter, quasi cum quadā patientia, terra bona produxit fructum, quia aratur, & ligonizatur, & paulatim suscipit incrementū, & post flagellatur, & excutitur a palea, & ita videtur quòd ibi sit quædam patientia.

36 Dub. Q̄uo spiritualiter intelligitur, quòd dr̄ in patientia? Resp. Greg. in homil. dicens, quod terra bona fructum per patientiā reddit, quia nulla sunt bona, quæ agimus, si non æquanimiter etiam proximorū mala toleramus: fructum, ergo, per patientiā reddunt, quia cum humiliter verba suscipiunt, post flagella ad requiē cum gaudio suscipiuntur.

ALLEGORICE.

Istud Euangelium à S. Vincentio exponitur de Incarnatione Filij Dei, quæ potest dici quoddam seminare, quia quemadmodum ille, qui seminat intendit multiplicare fructum, p̄p quod eligit terram bonam, nō spinosam, petrosam, nec arenosam: sic Deus pater expectauit vltra quinque millia annorū, vt reperiret terram bonam, dignam, & sanctam, s. semper virginem Mariam optimis virtutibus cultam, in qua nūquā fuit aliqua mala herba peccati, in qua seminauit hoc benedictum semen, quod est verbum Dei, qd̄ caro factum est, & hoc vt inæstimabilem fructum faceret, quemadmodum & fecit innumerabilem multitudinem sanctarum personarum, apostolorum, discipulorum, martyrum, doctorum, confessorum, virginum, innocentium, pęnitentium, & continentium. [Exiit] ergo Deus pater a domo rigoris iustitiæ, in qua erat clausus propter peccatum Adæ, & venit in plateam latam dulcoris, & misericordiæ [seminare semen suum,] idest, Iesum Christum in agro vteri virginalis. Et istud semen primo [cecidit secus viam] in sua natiuitate, quia non natus est in palatio, vel domo, sed secus viam, scilicet, in diuersorio, seu in stabulo [& conculcatum est,] idest, despectum a Iudæis. [Et volucres cœli comederunt illud,] scilicet, reges orientis, qui quasi aues volantes cito venerunt, & ipsum suppliciter adorauerunt, & cordialiter susceperunt. Secundo, [cecidit super petram] scilicet, in sua conuersatione, quia Iudæi voluerunt eum pluries lapidare. [& natum] scilicet, incordibus Iudæorum, quando incœpit eis prædicare: & ipsi dicebant, hic est verè propheta, qui uenturus est in mundum [aruit] quia non habuerunt hu-

morem deuotionis,cum non fecerit eos magnos dños, vt ipsi falsè expectabant de Messia. Tertio, [cecidit inter spinas.] s. in sua passione. Vnde fuit spinis coronatus.Quarto, [cecidit in terram bonā,] s.in sua tumulatione,quia positus fuit in sepulchro nouo, in quo nullus positus fuerat. [& ortum,] scilicet,resurgendo [fecit fructum cētuplum] sanctos patres liberans, & nos omnes redimens: & ita impleuit,quod dixerat,Ioā.12. c. Nisi granum frumenti,i. Christus cadens in terra mortuum fuerit,ipsum solū manet, quia nisi mortu⁹ fuisset, solus fuisset saluus. Si autem mortuum fuerit,multum fructum affert,ut patuit.

TROPOLOGICE.

Hic instruuntur prędicatores, qu actu volunt prædicare,& seminare uerbum Dei, ut [Exeat qui seminat] à cella sua, in qua cōtemplatur,studet, & ruminat, ac perquirit [semē suū,] i. Christi doctrinā,s.cogitādo auctoritates, similitudines,figuras,& parabolas, nec seminet semen alienum,s.poetarum,& infidelium,sed solum verbū Christi.Nam,& Paulus prædicauit 37.annis nec legitur allegasse auctoritates poetarum nisi ter. Et istud semen deperditur per tres partes, & solū quarta pars facit fructū, nec ꝑ hoc deberent cessare prædicatores,qui ꝓdihoc deberent exēplo Christi. Nam una pars[cadit secus uiā] i.secus corda patentia, & apta oīb. cogitationib. acsi essent in uia publica[& cōculcatur] a cogitationibus transeuntibus, qm̄ usurarius audiens usuram restituēdam disponit restituere,s.cogitationes pertrāseūtes,s.quod in testō cauebit, quod restituet: Item, quod si restitueret efficitur pauper: Item,quòd non honorificè posset filias maritare,cōculcat primam bonā cogitationē. Secunda pars [cecidit supra petram]s.in homines immisericordes, non pios, sed crudeles, nihil boni,aut ęqui facientes,inimicitias capitales fouentes,&c.& sic verbū seminatum aruit[quia non habebat humorem] deuotionis,& charitatis. Tertia pars [cecidit inter spinas] i.diuitias,quę vere spinæ sunt, quia acquiruntur cum labore, possidentur cum timore,amittūtur cū dolore.Et quarta pars [facit fructū centesimum] in terram bonam cadēs,i.in animas decem præcepta legis seruantes,quia, decies decem,faciunt centum.

ANAGOGICE.

Ducimur ex hoc Euangelio,in cōtemplationē creationis rerū,quæ dr quædam seminatio.Et ita[exijt qui seminat.] s.Deus qui creat [seminare] i.creare in agro huius mūdi [semen suum] i. vniuersas creaturas, in cœlo videlicet,in nouem sulcis, nouem ordines angelorum,in terra homines,& animātia,ac plātas,& elemēta. [Et dum seminat, aliud cecidit secus viā] s.lucifer cū sequacibus[& conculcatū est] s.ab aliis angelis [& volucres cœli] i. suæ vanæ elationes,& suꝑbæ cogitationes [comederunt illud] i. destruxerūt irreparabiliter, adeò quòd passio Xpi nihil eis profuit[Aliud cecidit super petrā] s. Adam,& Eua,s.super petram inobedientiæ ipsorum [& natū] quia eo die quo Adam de terra virgine plasmatus est, per pctm̄ [aruit quia non habebat humorē]obedientiæ Dei, & eius gratiæ, quæ viuificat animā. [Aliud cecidit inter spinas] & hoc fuit totū genus humanū ab Adam descendens, quod cadit inter pœnas tribulationū, miseriarū, necessitatum,& infirmitatū,quæ simul oēs [exortæ suffocant illud] ꝑ mortē tēporalē. [Aliud cecidit in terrā bonam] s. sanctorum angelorum, qui supersteterūt in obedientia Dei. [& ortum fecit fructū cētuplū] s.glorię confirmatæ, qa sicut mali fuerūt deprauati, ita boni cōfirmati ꝑ gloriam.

DOMINICA IN QVINquagesima.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos. Luc. 18. Mat. 20 & Mar. 10.c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die. 16. Martij, in die Mercurij.

HISTORICE.

Dominus Hierosolymā ascendens, duodecim,quos secū assumpserat,discipulis, q̄cunque erga eum opprobria sua in passione Iudæi facturi erāt,ꝓdixit:cumq́ue ipsi nihil horum percepissent, Mendicus qdā luminibus orbatus,turbā incedentē prope Hierico cum audisset, rogabat quisnam tunc illam graderetur viam: cumq́ue ab aliquo, quòd Iesus Nazarenus foret, intellexisset, ut sui misereretur,vocē extollēs,deprecabatur.Increpatus autē à nonnullis ut sileret, fortius ipse voce, qua poterat, Dauid filium ad sui misericordiam obsecrabat. Cumq́ue a dño, quid sibi postularet fieri ꝑcunctatus fuisset, respon-

respondit vt cæcitate depulsa eidem visum restituere dignaretur. Imperauit itaque dñs ut prospiceret, cùm eius hoc mereretur fides, quæ domini uerba uisio statim comitata est. Gratijs uerò ille suũ prosequabatur benefactorem, Deum magnifice egisse cunctis enarrans, qui autem aderãt plebei Deo omnipotenti laudes accumulabant.

Tangenda nunc, & soluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur dominus duodecim Apostolis suam ꝓdixit passionem? Resp. Theoph. sup Euangelijs. Vt scilicet, discipulorum corda cõfirmaret, vt cum hæc præuiderẽt leuius postmodũ substituerẽt, & repentinis non formidarent, & etiam ut, ostenderet quod uoluntariè patitur: q enim ꝓnoscit, & põt fugere, & non fugit, manifestum est, quod voluntariè seipsum passionibus tradit, & vt dicit Chrysostomus super Matth. tribulatio cum superuenerit expectãtibus nobis leuior inuenitur, quam esset futura si repentina venisset.

2 Dub. Cur dicit ecce? Resp. Chrys. vbi supra, q id quod dicit. Ecce, constantiæ sermo est, vt memorię præsentiæ huius in cordibus recordent.

3 Dub. Cur dicit ascendimus? Resp. Chry. vbi supra, quòd hoc dicit, ac si diceret, videte, quia voluntariè vado ad mortẽ, cùm igitur videritis me in cruce pendentem, ne ęstimetis me hominem esse tantum. Nam, & si posse mori, hominis est, velle tamen mori, hominis non est.

4 Dub. Cum multos haberet discipulos, cur hoc solũ duodecim prædixit? Res. Chry. vbi supra, q, hoc ideò fecit, quia semper preciosior thesaurus in preciosioribus vasis includitur. Si aũt alij audissent passionẽ Christi futurã viri, forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiem suę naturæ, ex qua in tali negotio ad lacrymas excitantur.

5 Dub. Vnde tunc veniebat dominus? Res. quòd vt colligitur ex Matthæo. c. 19. & Marco. 10. veniebat de vltra Iordanem ex finibus Iudæę.

6 Dubitatur. An Iudas, qui eũ tradidit esset vnus ex his duodecim? Resp. Origen. super Matt. q in duodecim adhuc erat, & Iudas.

7 Dubitatur. Cum esset eũ proditurus, cur de eo confidit? Respond. Origen. ubi supra, dicens, quoniam adhuc forsitan dignus erat cum alijs seorsum audire, quę passurus erat magister.

8 Dubitatur. Cur secreto hoc eis prędixit? Respond. Chrysosto. super Matt. quoniam nec oportebat hunc sermouem pluribus diuulgari ne turbarentur. Vide feria quarta post secundam dominicam quadragesimæ, dubio tertio.

9 Dubitatur. Cum ante palã dixerit se passurum, cur nunc dicit sub secreto? Respon. Chrysost. in Homil. quòd hoc dictũ est quidem, & ad multos, tamen occultè sicut ibi. Soluite templum &c. Et ibi, signum non dabitur nisi signum Ionæ Prophetæ. Discipulis autẽ manifestè exposuit, ut hic patet.

10 Dub. Cur prophetæ dixerunt ꝓdicta de Christo? Resp. Chryso. quòd Esaias hoc ꝓdixerat. c. 50. Obtuli scapulas meas ad verbera, genas meas ad alapas, & faciem meã non diuerti ad sputorum dedecus. Sed, & crucis patibulum ꝓdixit, c. 53. cum ait, tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis deputatus est, sed & resurrectionem eius Dauid ꝓdixit Psal. 15. dicens. Non relinques animam meam in inferno: imò, ut dicitur Act. 10. cap. omnes Prophetæ huic testimonium perhibent.

11 Dubi. Cur Christus voluit pati à Gentibus? Res. S. Tho. 3. par. q. 47. art. 4. quòd passio Christi effectum salutis habuit in Iudęis quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt. ut patet Act. 2. 3 cap. postmodum verò Iudæis predicantibus effectus passionis Christi transiuit ad gentes. Et ideo, conueniens fuit, ut Christus à Iudæis pati inciperet, & postea à Iudæis tradentibus per manus Gentilium eius passio finiretur. Item ẽt quia Christus ad ostendendum abundantiã charitatis suæ, ex qua patiebatur, in cruce positus, veniam persecutoribus postulauit: & ideo, ut huius petitionis fructus ad Iudæos, & Gẽtiles perueniret, voluit Christus ab vtrisque pati.

12 Dubita. Cum nullus occidatur nisi tollatur anima, & ipse dicat Ioannis 12. ca. Quòd nemo tollet ab eo animam suam. ergo, non videtur uerum, quòd dicit hic, s. quod occident eum? Respond. Sanctus Thom ubi supra, art. 1. quòd persecutores Christi uerè occiderunt eum, quia sufficienter causam mortis ei intulerunt cum intẽtione occidendi eum, & effectu subsequẽte, quia, scilicet,

ex illa causa est mors subsecuta, & quod dicitur nemo tollet à me animam meã, intelligitur ipso inuito, qm̃ voluntarie passus est. Illud enim dicitur tolli, quod ab inuito aufertur, qui resistere non potest

13 Dub. Cur debebat illud, & flagellari, & cõspui. Req̃re feria 6. in parasceue dub. 51.

14 Dub. Quia videtur quòd ante tertium diẽ resurrexerit, quia mortuus est in parasceue, & solũ sabbatũ fuit in medio, & in nocte dominicę resurrexit? Resp. Isidorus super Euangelijs dicens, admiror autẽ dementiam quęrentium, cur Christus ante triduũ resurrexit: si enim resurgeret tardius, quam prędixerat impotentię esset, celerius verò est summę virtutis indiciũ. Si quem.n. cum responderit suo creditori post tridunm persoluere debitum, eadem die satisfacientem viderimus, non fallacẽ, sed potius vt veridicum eum mirabimur: dicã etiã, quod nõ dixit se post tres dies resurrecturũ, sed tertia die, habes parasceuem, habes sabbatum vsq; ad solis occasum, & post sabbatum resurrexit, & hæc est figura sinecdoché, quia pars primę, & tertię diei accipitur pro tota die. require in die Paschę. dub. 3. & 35.

15 Dub. Cur non immediatè post mortem resurrexit, vel cur non distulit resurgere vsque ad finem mundi? Require in die paschę dub. 32. & 38.

16 Dub. A quibus debebat tradi gentibus? Resp. Rabanus super Euangelijs, q̃ tradidit dñm Iudas Iudæis, ipsi tradiderunt eum gẽtibus, i. Pilato, & potestati Romanorum.

17 Dub. Quomodo Apostoli non intellexerunt, quę dicebat eis ita manifestè, cum Iudęis, quibus loquebatur occultè, cum dixit oportet exaltari filium hominis, & ipsi responderunt, vt habetur Ioan 12. c. Nos audiuimus ex lege, quòd Christus manet in ęternum? Respon. Cyrillus super Euangelijs, quòd discipuli nondum nouerant exquisitè quod propherę p̃dixerant, sed postquàm resurrexerit, aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas Beda verò alias assignat causas dicens, quòd quia discipuli eius vitam maximè desiderabant, eius mortẽ audire non poterant Et qm̃ non solum hominem innocentem, sed & Deum verum sciebant, hunc nullatenus mori posse putabant: & quia parabolas eum sępe loquentem audire consueuerant, quotiens aliquid de sua passione dicebat, ad aliud allegoricè referẽdum esse credebãt. Iudęi vero, quia in eius necem conspirauerant, etiam cum obscurè de passione sua loquebatur, intelligebant.

18 Dubi. Cur in via, & non in vrbe, vel villa, fecit cęcum videre? Respond. Theophilus super Euangelijs, quòd ne incessus domini esset inutilis, in via fecit cęci miraculũ. Hoc documentũ discipulis suis dãs, vt in oĩbus simus p̃ficui, & nihil sit in nobis otiosum.

19 Dub. Quia cum Lucas hic dicat, q̃ cùm appropinquaret Hierico illuminauit cæcum. & Mar. 10. c. dicit, q̃ cùm egrederetur. Matt. verò 21. c. dicat, quòd cùm egrederetur, duos curauit cœcos, videtur magna contrarietas in istis Euangelistis? Respon. Aug. de consensu Euangelistarum. Et etiam Glo. super Matth. quod bis hoc miraculum factum est, semel in vno cœco, cum adhuc veniret Hierico Iterũ, in duobus cũ egrederetur, & Lucas vnum, & aliud Matth. enarrat. Marcus verò, ex his duobus, quos egrediendo curauit, vnum solum voluit cõmemorare, qui fuerat in illa ciuitate famosissimus, qui ex magna fœlicitate deiectus, vt dicit p̃dicta gl notissimè erant miseriæ, cęcus nempe, & mendicus. Vnde, & nomen eius commemorat, & nomẽ patris eius Aarthimæus Thymæi filius. Famositas autem illuminati, magnam famam miraculo comparauit.

20 Dub. Cur Lucas non nominat hunc cæcum, sicut Marcus? Respon. Gloss. vt supra quòd Marcus licet illum nominauerit Hoc fuit, quia fuerat in illa ciuitate famosissimus, quod in alijs curatis facile non occurrit, nisi & in Iairo Mar. 9. c. qui, & in illo loco nobilis fuit, & de archisynagogis, & propter hoc nominatur propter famositatem eorum, quæ magnam famam miraculis comparauit.

21 Dubi. Cum dominus solum assumpserit duodecim iturus Hierosolymam, quomodo cæcus audiebat turbam prætereuntem? Respon quòd vt ex Euangelistis colligit, illud verbum assumpsit, non refertur ad ascensionem in Hierosolymis, sed ad secretam locutionem Christi. vt sic intelligatur, s. antequã dominus Hierosolymam ascenderet, assumpsit seorsum, seu uocauit duodecim, & eis prædixit passionem suam, & post modum cum discipulis, & turba ascendit Hierosolymam, & hanc turbam prætereuntem cœcus audiuit.

22 Dub. cur cęcus interrogauit q̃d hoc esset: Resp.

Rńd. quia uidere nõ poterat cũ cęcus esset, & sic per se scire nõ poterat, iõ, interrogat.

23 Dub. Qui dixerunt cęco, ꝙ Iesus transiret? Resp. quòd aliqui de turba ꝑtereunte.

24 Dub. Vnde, sciuit cęcus quòd Iesus esset filius Dauid? Resp Chryso. quòd dominus illuminat cœcos. Ideo, per lumẽ Dei cognouit. Sed Cyrillus super euangelijs dicit, ꝙ quia in iudaismo nutritus fuit, non ignorauit, quòd de progenie Dauid Deus secundum carnem nasceretur.

25 Dub. Cur cœcus vocat eum filium Dauid, & non filium Dei, qui solus potest misereri? Resp. Cyrillus super Euãgelijs, quòd Christo, vt Deo, cœcus loquitur dicens. Miserere mei. adde, quia etiam erat homo, filium Dauid nominat, & ita cœcus vtrumq; confitetur, & Deum, & hominem.

26 Dub. Cur, qui præibant increpabant cœcum, vt taceret? ℞. Origenes super Lucam, quod hi, qui prius crediderant increpabant cœcum, vt non appellaret Christum contẽptibili nomine filium Dauid, sed potius diceret. fili Dei miserere mei, Vel, vt dicit Chrys super Matt. Videbant cœci sordidas vestes, & non considerabant conscientiæ claritatem. Ecce fatua sapiẽtia hominum, existimante enim iniuriam pati magnam, si à pauperibus honorentur, quis enim pauper ausus est publicè diuitem salutare.

27 Dub Cur cœcus primo, solum clamabat, & post redargutus, magis clamabat? Respõ. Hilarius quod Primo, clamabat, quia cœcus erat. Secundo, magis clamabat, quia videbatur ad lumen accedere.

28 Dub. Cur dominus permisit eum vetari ne clamaret? Resp Chrysost. in homil. quòd Christus permittebat eum vetari, vt plus eius desiderium appareret.

29 Dub. Cur Iesus stetit, nunquid ambulando poterat eum curare? Resp. Hieron. quòd ideo stetit Iesus, quia cœcus, quo pergeret, ignorabat, multæ foueæ erant in Hierico, multæ rupes, & prærupta in profundum vergentia, idcirco, dominus stabat vt venire posset.

30 Dub. Cur Iesus iussit illum duci ad se? Resp. Hiero. quòd hoc fecit ne turbæ prohiberent cœcum ad Iesum accedere.

31 Dub. Cur Christus interrogat, quid vis tibi faciam, cùm sciret eum velle videre? ℞. Chrysost. super Matt. quòd ideo, quærit ne aliquis æstimaret, quod aliud volenti acciperet, aliud daret. Vel. quia calumniatores veritatis Iudæi possent dicere, vt in cœco nato non est hic, sed similis eius, voluit, vt cœcus prius ostenderet defectum naturæ, & tunc cognoscat gratiæ maiestatem.

32 Dub. Cur cęcus solum petijt, vt videret? Respon. Beda in hom. quod paruipẽdit extra lucem cœcus aliquid quærere, quia & si habere cęcus quodlibet potest, sine luce non potest videre, quod habet.

33 Dub. Cur cęcus primo, & secũdo, clamãdo non vocauit Iesum Dñm, sed nunc cum rñderet Iesu, dicens: Dñe, vt videam? Resp. Chrys. super Mat. ꝙ primo, & secundo, vocauit eum filium Dauid. Filius aũt Dauid cœcos illuminare non potest. nunc aũt vocat eum dñm, qm̃ licet homines abusiuè domini dicantur, verè autem nemo dñs, nisi Deus, qui cœcos illuminat. & quandiu dixit, fili Dauid, suspensa est sanitas, mox autem, vt dixit, domine, infusa est sanitas.

34 Dub. Cur dicit, & respice, nunquid sine verbis poterat eum sanare? Respon. Chrys. vbi supra, quòd hoc redundabat in crimen perfidiæ Iudæorum, quis enim prophetarũ talia dixit? respice, imperatiuè locutus est, vt ostenderet se verum Deum, qui potest cœcos illuminare.

35 Dub. Quia vr̃, ꝙ Christus non curauerit cœcum, sed fides cœci. Quia dicit fides tua te saluum fecit? Resp. Chrys. vbi supra. ꝙ ꝑ fidem venduntur beneficia, diffunditur. n. gratia, quã suscepit. Et sicut ab aliquo fonte, hi quidem paruis vasis modicum aquæ hauriunt, hi verò maioribus multum, fonte non distinguente mensura, & secundum fenestras, quæ aperiuntur magis, vel minus splendor solis infunditur, ita secundum capacitatem intentionis hauritur gratia: vel dicit, fides tua te saluum fecit, idest, causa fuit, vt per me saluus fieres.

36 Dub. Cur cœcus secutus fuit dñm? Resp. Chryso. in homil. ꝙ sicut ante donationem fuerat perseuerans, ita post donationem nõ fuit ingratus. Et idem Chrys. super Matt dicit; Bonum munus obtulit Christo sanatus, quoniam secutus est eum: hoc enim Deus à te requirit secundum prophetam solicitum te ambulare cum Deo tuo.

37 Dub. Cum Xps prohibuerit dęmoniacũ curatum se sequi, vt dr̃ Luc. 8. c. Cur ẽt nõ prohibuit hũc cęcum? Rñ. Chry. vbi supra. neutrum irrationabile puto, illũ enim mit-

tit præconem, vt ex sua consistentia benefa ctorem prædicet. Erat.n.excellens miraculum videre sanæ mentis effectum. Cœcum verò permittit sequi. qm̃ Hierosolymam ascendebat per Crucem perfecturus altum mysterium, vt recentem habentes miraculi mentionem, non existimarent eum infirmitate potius, quàm misericordia pati.

38 Dub. Cur Christus attribuit saluationem fidei cœci, cùm Iacobi 2. c. dicatur. Quid proderit fratres mei, si fidem dicat quis se habere, opera autem non habeat: nunquid poterit fides saluare eum? sicut.n.corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est? Resp. S. Thom. super epist. ad Rom. lectione sexta, q̄ fides, quæ est virtus saluat. Nam fides aliquando accipitur ꝓ eo, quòd creditur: secundum illud. Fides autem catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. & sic manifestum est, quòd non est virtus. Si autem accipiatur ꝓ habitu, quo credimus, sic aliquando est virtus, aliquãdo nõ. Est enim virtus principium actus perfecti. Actus, autem, ex duobus principijs dependens, non potest esse perfectus, si alteri principiorum desit sua perfectio, sicut equitatio non potest esse perfecta, si vel equus nõ bene vadat, vel sessor equũ ducere nesciat. Actus autem fidei, qui est credere, depẽdet ex intellectu, & voluntate mouente intellectum ad assensum. Vnde actus fidei erit ꝑfectus si voluntas perficiatur per habitum charitatis, & intellectus per habitum fidei. Non aũt si habitus charitatis desit, & ideo, fides formata charitate est virtus, non autẽ fides informis, & fides formata saluat, quia est cum operibus. nõ autem fides informis. Et idem S. Thom. 2. 2. q. 178. art. 1. dicit, q̄ operatio miraculorum attribuitur fidei ꝓpter duo. Primò, quidẽ, quia ordinatur ad fidei confirmationem. Secundò, quia procedit ex Dei omnipotẽtia, cui fides innititur. Reliqua dubia circa finem vide.

ALLEGORICE.

Tunc dominus [appropinquat Hierico] qui interpretatur luna, & defectum nostræ mutabilitatis designat, quando veniens in carne, & passioni appropinquans humanum genus cœcum ex primi parentis peccato ad lucem restituit, & maximè populum Gentilem mendicantem, & sedentem, cùm nondum iter salutis, & veritatis ingredi potuisset, cui multi cõtradicebant, s. Iudei, & post, principes Gentiles, ne Christum illuminandus inuocaret, nec tamen impugnantium furor eum compescuit, quominus salutem consequeretur. Clamantem autem cœcum transiens audiuit. Quia per humanitatem suam misertus est, qui per diuinitatis potẽtiam mẽtis nostræ tenebras exclusit. Quod enim propter nos natus, & passus est Iesus, quasi transijt: quia hæc actio tẽporalis est, stare autem Dei est immutabiliter cuncta disponere. Clamãtem autem cœcum dominus vocat, cùm populo Gentium per prædicatores verbum fidei mittit. Qui vocantes cœcum animæquiorem esse, & surgere, atque ad Deum venire præcipiunt, cùm prædicando indoctis spem eos salutis habere, ac de corpore vitiorum erigi, atque ad virtutum studia se accingere dicunt. Curatus autem Christum sequitur, qui abiectis mundi retinaculis expedito mentis gressu, ad largitorem æternæ lucis properat.

TROPOLOGICE.

Ascensus iste domini in Hierusalem nobis exemplum præbet ad tribulationes, & passiones cor nostrum præparare, & imminentes de ꝓpinquo [duodecim Apostolis,] idest, prælatis ecclesiæ reuelare, vt ab ipsi consolationem reportemus, & feruentiores fiamus, & sic [in Hierico]. i. in defectibus. & cœcitatibus nostris [à domino Iesu filio Dauid] & Deo verò illuminabimur, vt videre possimus, quod dulce est, derelictis tenebris huius mundi, ipsum suauem sequi, [& omnis plebs] fidelium congaudebit, & laudem Deo dicet.

ANAGOGICE.

Ad supernam Hierosolymam ascensuri passiones huius temporis æquanimiter toleremus, vt Hierico, idest, deficiente vita corporali, illuminemur à gloria Dei, vt cum Christo ipsum sequentes in æterna tabernacula, cùm omni plebe electorum ipsum laudare possimus.

FERIA QVARTA IN Capite ieiunij.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ. Matth. 6. cap.

Verba

Verba huius Euang. locutus est Dominus anno eius 31. die 15. Iulij in die Veneris.

HISTORICE.

Suos dñs admonebat discipulos, ut nequaquàm cum ieiunarent, ueluti hypocritę tristes, apparere studerent, qui eorum (ut hominib. ieiunantes uideant) facies exterminant, ob quod uere suam pro meritis mercedem iam adepti sunt. Eos aũt hortatus fuit, ut sua cũ ieiunarent capita perungerent, & lauarent uultus, ne terrigenis, sed rerũ opifici ieiunare, conspicerentur, qui cuncta etiã latentia prospectans, p̃mia redditurus esset. Ne etiam in terris thesauros coadunarent inhibuit, qui tineę, ærugini, ac furibus subijcerentur, quinimò cœlestes conarentur possidere thesauros, nullius amissionis subiectos periculo, quoniam ibi eorum figerẽtur corda ubi thesauros haberent.

Hinc dissoluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Quid est ieiunium? Resp. S. Thom. 2. 2. q. 147. quia ut Isidorus dicit, Ieiunium est parsimonia uictus, abstinentiaq; ciborum, & est duplex. Quoddam naturæ, quo qui dicitur ieiunus antequam comedat, & consistit in pura negatione, quia non potest ita parum comedere, q̃n ieiunium naturæ saluatur. Aliud est ieiunium, quòd est uirtus, & est illud, quo quis ex rationabili proposito à cibis aliqualiter abstinet. Vnde primum ieiunium naturæ dicitur ieiunium ieiunij. Secundum uerò, quod est uirtus, dicitur ieiunium ieiunantis quasi ex proposito aliquid agentis. Et hoc ieiunium adhuc est duplex. s. spirituale, s. abstinere à peccatis, & corporale abstinere scilicet ab escis.

2 Dub. Propter quid institutum fuit ieiunium? Resp. S. Tho. ubi supra art. 1. quòd ieiuniũ assumitur principaliter ad tria. Primò ad concupiscentias carnis reprimendas. Vnde Apostolus 2. Cor. 6. dicit in ieiunijs multis, in castitate, quia per ieiunium castitas conseruatur. Vt. n. Hieronymus dicit, sine Cerere, & Bacco friget Venus, i. per abstinẽtiam cibi, & potus tepescit luxuria. Secundo, assumitur ad hoc, quòd mẽs liberius eleuetur ad sublimia contemplanda. Vnde dicitur Daniel 10. quòd post ieiunium trium hebdomadarũ reuelationem accepit à Deo. Tertiò, ad satisfaciẽdum pro peccatis. Vndè dr̃ Iohelis 2. Cõuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio, & fletu. Et hoc est, q̃ Augustinus dicit in quodã sermone de orõne, & ieiunio, ieiunium purgat animã, mentem subleuat, propriã carnẽ spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiæ nebulas dispergit libidinum ardores extinguit, castitatis verè lumẽ accendit, & similiter in præfatione dr̃. Qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & pręmia.

3 Dub. An ieiuniũ sit necessarium ad salutem? Resp. S. Tho. 3. par. q. 80. art. 2. q̃ abstinentia cibi, & potus non per se pertinet ad salutem. Secundum illud ad Rom. 14. nõ est regnum Dei esca, & potus. Et Aug. dicit in 3. de doctrina Christiana, quòd in cibis & potib. non vsus rerum, sed libido vtentis, culpa est. Et S. Tho. 2. 2. q 147. ar. 3. dicit quòd ieiunium, secundum se consideratum, non nominat aliquid eligibile, sed pęnale quoddam. redditur autem eligibile, secũdũ quòd est vtile ad finem aliquem, & ideò, absolutè consideratum, non est de necessitate pręcepti, sed est de necessitate præcepti vnicuiq; tali remedio indigenti, & quia multitudo hominũ, vt plurimum, indiget tali remedio, tum, quia in multis omnes offendimus, vt dicitur Iac. 3. tum etiam, quia caro concupiscit aduersus spiritum, vt dicitur ad Gala. 5. conueniens fuit, ut ecclesia aliqua ieiunia statueret ab omnibus obseruanda communiter, non quasi præcepto subijciens id quod simpliciter ad supererogationem pertinet, sed quasi in speciali determinans id, quod est necessarium in communi.

4 Dub. An omnes teneantur ad ieiunium ex quo est de pręcepto ecclesię? Resp. S. Th. 2. 2. q. 147. art. q̃ statuta cõia proponuntur, s̃m q̃ multitudini conueniunt. Et ideò, legislator in eis statuendis attendit, id quod cõiter habetur, & in plurib. accidit. Si quid autem ex speciali causa in aliquo inueniatur, q̃ obseruantiæ statuti repugnet, non intendit talẽ legislator ad statuti obseruantiã obligare, in quo tñ est discretio adhibenda. Nam si causa sit euidens, per seipsum licitè potest homo statuti obseruantiam pręterire, præsertim consuetudine interueniente, vel si non posset, de facili recursus ad superiorem haberi. Si verò, causa sit dubia, debet aliquis ad superiorem recurrere,

re, qui habet potestatem in talibus dispensandi, & hoc est obseruandum in ieiunijs ab ecclesia institutis, ad quę omnes communiter obligantur nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimẽtum, sicut in pueris, in quibus maxime est euidens causa non ieiunandi, tum propter debilitatem naturæ, ex quo prouenit, quòd indigent frequenti cibo, & non multo simul sumpto, tum etiam, quia indigent multo nutrimento propter necessitatem augmenti, quod fit de residuo alimenti. Et ideo, quandiu sunt in statu augmenti, quod est, vt in pluribus vsq; ad finẽ tertij septennij, non tenentur ad ecclesiastica ieiunia obseruanda. Conueniens tñ est, vt ẽt in hoc tẽpore se ad ieiunandum exerceant plus, vel minus, secundum modũ suæ ætatis. Quandoque tñ magis, tribulatione imminente, in signum pœnitentiæ arctioris ẽt pueris ieiunia indicuntur, sicut ẽt de iumentis legitur Ione. 3. c. Homines, & iumẽta non gustent quicquam, nec aquã bibant. Et ita intelligendum in senibus, & in infirmis, & in laboratoribus, qui nõ possunt aliter viuere, & in mendicis, qui non possunt habere cibum necessarium in vna vice, & in mulieribus prægnantibus, ac lactantibus, & nutrientibus fœtum, seu puerum, quæ non possunt ieiunare sine periculo ipsarum, seu fœtus, aut pueri, & in peregrinantibus, qui non possunt differre peregrinationes necessarias, quia intentio legislatoris, non est propter ieiunium impedire alias pias causa.

5 Dub. Quia cũ dominus dicat Luc. 5. non possunt filij sponsi ieiunare quandiu cũ ipsis est sponsus, & cum sit cum omnibus iustis vsque ad consummationem sæculi Mat. vlt. c. videtur, quòd iusti non teneñt ad ieiunium, ex præcepto? R. S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. quòd secũdũ Aug. duplex est ieiuniũ, quorum vnum pertinet ad humilitatem tribulationis. & hoc modo non competit viris perfectis, qui dicuntur filij sponsi ieiunare, vnde Mat. dicit, quòd non lugeant filij sponsi. Aliud autem ieiunium pertinet ad gaudium mentis in spiritualia suspensæ, & tale ieiunium conuenit perfectis, & tenentur, sicut alij, ex præceptio ecclesiæ.

6 Dub. An si Adam nõ peccasset oportuisset ieiunare? Respon. S. Tho. super epistola prima ad Timot. 4. c. quòd cùm corporalis exercitatio ieiunij, & huiusmodi in sua natura non sint bona, sed pœnalia, si homo nõ peccasset, nihil horum fuisset, sed sunt bona medicinalia, sicut enim reubarbarum, est bonum inquãtum releuat à cholera, sic & ista, inquantum comprimunt concupiscentias.

7 Dub. An omni tempore possimus ieiunare? Respon. S. Thom. 2. 2. q. 147. ar. 5 quòd ab ecclesia, non est institutum ieiunium in paschali tempore, nec in dominicis diebus, quæ sunt dies lætitiæ, in quibus siquis ieiunaret contra consuetudinem populi Christiani, quæ vt Augu. dicit, est pro lege habẽda, vel ex tex. aliquo errore, sicut Manichæi ieiunant, quasi necessarium tale ieiunium arbitrantes, non esset à peccato immunis, quamuis ipsum ieiunium, secundum se consideratum, omni tempore sit laudabile, secundum quod Hiero. dicit ad Lucinum vtinam omni tempore ieiunare possumus.

8 Dub. An nimium ieiunãs peccet? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 88. ar. 2. quod maceratio proprij corporis, puta, per vigilias, & ieiunia, non est Deo accepta, nisi inquantũ est opus virtutis, quòd quidẽ est, inquantũ cum debita discretione fit, vt scilicet, cõcupiscentia refrenetur, & natura non nimis grauetur, propter quod & Apostolus ad Ro. 12. postquam dixerat exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctã, Deo placentem; addidit, rõnabile obsequium uestrum. & ita indiscrete ieiunantes, nimiũ peccant.

9 Dub. Quo frangitur ieiuniũ? R. S. Thom. 2. 2. q. 147. ar. 6. quòd ieiuniũ naturæ soluit per sumptionem cuiuscumque cibi, uel potus, aut medicinæ: sed ieiuniũ ecclesiæ soluit, si pluries homo comedat in uno die, nisi sumendo medicinã, non aũt pluries bibendo, nisi fieret in fraudẽ, ut nutriret. & ibidẽ ar. 13. dicit, esus carnium animalium in terra nascentium, non autem esus piscium; similiter esus ouorũ, & lacticiniorũ dictorum aialium tpe quadragesimæ soluũt ieiuniũ, nõ aũt alijs tpibus, nisi secundũ cõsuetudinẽ patriæ. Odor aũt tã carnium q̃ aliorum, ẽt si pluries odorẽtur, non soluit ieiuniũ, qa nõ nutrit, sed confortat. Et 4 sen. dist. 15. q. 3. dicit, qđ ẽt nimia anticipatio nonæ, quæ est hora comedendi tpe ieiunij, soluit ieiunium, non aũt nimia retardatio, nec nimia comestio, uel auida, ardens lauta, uel studiosa, soluit ieiunium, licet tollat meritum.

10 Dub. Cur arctius seruatur ieiunium quadragesimæ, quàm aliorum temporum? Res. S. Tho. ubi supra. ar. 8. quod ieiunium quadrage-

dragesimæ est solenne inter alia ieiunia, tū quia, obseruatur ad imitationem Christi, tum etiam, quia per ipsum disponimur ad redemptionis nostræ mysteria deuotè celebranda. Et ideò, arctius obseruatur.

11 Dub. An ieiunium prosit defunctis? Resp. S. Tho. in 4. sen. dist 45. q 2. ar. 3. q̄ Grego. posuit ieiunium inter suffragia mortuorū. Licet Aug illud non posuerit, quia ieiuniū pōt prodesse defunctis rōne charitatis, & intentionis in defuncto directe, tñ ieiunium in sui ratione non continet aliquid, quod ad charitatem, vel ad directionem intentionis pertineat, sed hæc sunt, & quasi extrinseca.

12 Dub. Cur Iudæi non ieiunabāt quadragesimā? Rñ. S. Th in 4. sen. dist. 15. q. 3. ar. 3. q̄ Moyses fuit legislator non tanquam dñs legis, sed tanquàm famulus, Christus aūt tā quam dñs, & ideò, non inducebat lex vetus ad conformitatē Moysi, qui 40. dieb. ieiunauit, sicut lex noua inducit ad conformitatē Christi, qui etiam quadraginta dieb. ieiunauit, quia ēt angelorum intentio, qui nō sunt dñi, sed serui, non est, vt alios in seipsos reducant, sed in Deum, vt Diony dicit.

13 Dubit Quare non ieiunamus illis temporibus, quib. ieiunabant Iudæi? Res. S. Tho. 2. 2. q. 47. ar 5. q̄ ecclesia non obseruat ieiunia quatuor temporum, nec omninò eisdē tpibus, quib. Iudæi, nec ēt p̄p easdē causas, illi.n. ieiunabant in Iulio, qui est quartus mēsis ab Aprili, quem primū habent, quia tunc Moyses descendens de monte Synai tabulas legis confregit, & iuxta. Hieremiam, muri primū sunt rupti ciuitatis. In quinto autē mense, qui apud nos vocat̄ Augustus, cū p̄p exploratores reditio esset orta i populo, iussi sunt in montē nō ascendere: & in hoc mēse à Nabuchodonosor, & post à Tito, templum Hierosolymis est incensum. In septimo verò, qui appellatur October, Godolias occisus est, & reliquiæ populi dissipatæ. In decimo uerò mēse, qui apud nos Ianuarius dicitur, populus cū Ezechiele in captiuitatē positus, audiuit tēplum esse subuersum.

14 Dub. Cur nos ieiunamus solum vsque ad nonam, cū Iudæi ieiunarent vsq; ad vesperam? Resp. S. Thò. vbi supra ar. 7. q̄ status veteris testamenti comparatur nocti, status autem noui testamenti diei, secundū illud ad Ro. 13. nox p̄cessit, dies āt appropinquauit. Et ideò, in veteri testamento ieiunabant vsque ad noctem, non autē in nouo testamento, sed solum vsque ad nonam, quæ est quasi clarior pars diei.

15 Dubit. Cum Christus solum ieiunauerit 40. diebus, cur nos ieiunamus, 46. Resp. Grego. in hom. q̄ à prima Dominica quadragesimæ, vsq; ad Pascha sex hebdomadæ veniūt quarū dies. 42. fiunt dū verò, sex dñici dies, nō ieiunio, nisi 36. & ideò isti quatuor sup adduntur, ut quadraginta dies ieiunemus.

16 Dub. Cur ergo in dieb. dominicis nō comedimus carnes, & lacticinia? Resp. q̄ vt ieiunium nostrum conformetur magis ieiunio Christi, qui nullū cibum sumpsit, q̄ nos naturaliter non possemus, & cum non possimus ab omnibus abstinere, saltem abstineamus à carnibus, & lacticinijs.

17 Dub. Cur dicit, nolite fieri tristes? Resp. Chry. q̄ non potest fieri, ut sit hilaris, qui ieiunat, ideo, nō dicit nolite esse tristes: sed nolite fieri tristes, qui.n. p̄ imposturas aliquas fallentes apparent, illi non sunt tristes, sed fiunt: qui aūt naturaliter p̄p assiduum ieiunium tristis est, non fit tristis, sed verè est.

18 Dubi. Quid dominus admonet, vt non efficiamur tristes? Resp Maximus in hom. Nō vult disciplinæ cœlestis magister irreligiosè agi, quod fieri pro religione præcipitur, nec patitur inuocantium se laborem, quib. æternam parat mercedem infructuosæ iactantiæ uitio deperire Si enim pro quadam sanctitatis imagine tristitiam simulas, omnem fructum promissionis diuini obsequij ostentator amittis.

19 Dub. Quis dicitur hypocrita? Resp. Isido. in lib. ethymol quòd hypocrita dicitur fictor, vel simulator, uel repræsentator alterius personæ simulat.n se esse, quod nō est, & dicitur hypocrita, quasi hypocrita, ab hyper, quod est super, & crisis quod est aurū, quasi super auratus, quia in superficie, & exterius videtur bonus cū interius sit malus: vel dr̄ ab hypos, quod est, & sub, & crisis, qđ est aurum, quasi habens aliud sub auro: habet.n aurum in superficie, quia subtus habet aliud, s. lutum: vel cōponitur ab hypo, quod est falsum, & crisis q̄ est iudiciū, quia dum intus malus sit, bonum se palam ostendit: & ideo, de eo habetur falsum iudicium. dum falso vultu incedit, & simulat quod nō est. Nam hypocrita dici non potest pro eo quod foras ostenderit.

20 Dub. An hypocrisis semper sit peccatū? Resp. S. Tho. in 3. sen. dist. 6. q. 4. ar. 1. q. 1. q̄ hypo-

hypocrita Græcè, Latinè simulator dr̃, ille ergo, qui ostendit se virtuosum, cùm nõ sit, hypocrita, dicitur, & cum ostentat se meliorem, quàm sit, fit vitium iactantiæ, siue verbis, siue factis fiat: ut dicitur in 3. Ethic. ideò hypocrisis semper est peccatum.

21 Dub. An hypocrisis semper sit peccatum mortale? Resp. S Tho. ubi supra q. 3. ꝙ hypocrisis habet eandem rõnẽ peccati, sicut, & mendacium. Mendacium autem nõ semper est peccatũ mortale, sed quando est ꝑniciosum. Et similiter hypocrisis non semꝑ est peccatum mortale, sed qñ est perniciosa cadens in nocumentum alterius personæ, dum propter creditam sanctitatẽ, alter defraudat rem, quam habet, uel habere debet, aut in nocumentum fidei, & Ecclesiæ, dum propter sanctitatem creditam de ipso, ei cõtra fidem, & Ecclesiam creditur.

22 Dub. An abscondens peccatum, ut propriam formam conseruet, & vitet scãdalum proximorum, sit hypocrita? Resp. S. Th. vbi supra q. 1. ꝙ peccatum occultare sufficit ad vitandum scandalum, sed peccatum sub specie virtutis palliare hypocrisis est, & malum semper, & per hoc quis famam non cõseruat, sed furatur.

23 Dub. Quid est faciẽ exterminare? Resp. Hier. ꝙ uerbũ exterminat, ꝙ in ecclesiasticis scripturis uitio interpretum tritum est, aliud multo significat, quàm vulgo intelligitur. Exterminantur quippe exules, qui mittuntur extra terminos, pro quo sermone demoliri, semper, accipere debemus. Demolitur autem hypocrita faciem suam, vt tristitiã simulet, & aĩo forte lætãte luctum gestat in vultu. Exterminãt facies suas, i. demoliuntur, dissoluunt, deuenustãt, dissipãt, quasi extra terminos humanæ condõnis adducunt.

24 Dub. Quem fructum expectant hypocritæ de suo ieiunio? Resp. Greg. 8 Mora. dicẽs ꝙ ora pallescunt, corpus debilitare quatitur, pectus interrumpentibus suspirijs vrgetur, nihilque tanto labore, aliud nisi æstimatio humana cogitatur, & August. de sermone domini in monte, dicit. Fructus autem ieiunij hypocritarum manifestatur cum subinfertur, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico uobis re. mer. suam, idest, quam desiderauerunt.

25 Dub. An sit hypocrita, qui nõ ieiunat, & demonstrat se ieiunare? Resp. Chry so. super Mat. dicẽs. Si ergo, qui ieiunat, & tristem se facit hypocrita est, quanto magis iniquior est, qui non ieiunat, sed argumentis quibusdam in facie sua pingit venalem pallorem, quasi ieiunii signum.

26 Dub. Cum supra dixerit dominus in plurali, cum ieiunatis, cur nunc in singulari dicit. Tu autem cum ieiunas? Respõ. ꝙ hic est vna figura. quæ dicitur synptesis, quando numerus mutatur, vel persona.

27 Dub. Quia non vr̃ benè instructum, ut semper qñ ieiunamus lauemus faciem, & caput ungamus, quia tunc oẽs cognoscerent nos ieiunare? Resp. Hier. super Matt. Quòd dñs loquitur iuxta ritum prouinciæ Palestinæ, vbi diebus festis solent ungere caput: ꝓcipit ergo, ut qñ ieiunamus lætos, & festiuos nos esse monstremus Et glo. in hoc loco dicit. Ecce non omnia in nouo testamento ad literam accipiuntur. Ridiculum. n. est in ieiunio oleo delibrati, sed spiritu amoris eius, cuius passionibus debemur participare, nos macerando mens debet inungi.

28 Dub. Cur nõ vult, ut uideamur hominibus ieiunantes, cum dicatur Mat. 5. c. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut videãt opera vestra bona? Resp. Chryso. in Hom. dicens, ꝙ non paruus fructus est humanam gloriam contemnere, per hoc enim aliquis à graui seruitute hominum liberatur, & ꝓprius uirtutis operator efficitur eam amãs, non ꝑꝑ alios, sed ꝑꝑ seipsam, sicut. n. nos cõtumeliam extimamus cúm nõ propter nos, sed propter alios diligimur, ita nec virtutẽ oportet propter alios sequi, nec Deo propter homine obedire, sed propter seipsum: ideo, sequitur, sed patri tuo, qui est in abscõdito, i. qui est inuisibilis, vt dicit Glo. uel, qui habitat in corde per fidem; sufficit enim tibi, ut Remigius dicit, ut qui est inspector conscientiæ, sit & remunerator, sunt autem quidam, vt Aug dicit de verbis Domini, qui faciunt iustitiam coram hominibus, ut non uideantur ab eis, sed ut ipsa opera uideantur, & glorificetur pater qui in cœlis est, nõ enim suam iustitiam deputant, sed eius, cuius fide uiuunt.

29 Dub. Nunquid pater reddat etiam bene operantibus in publico, sicut in abscondito? Resp. ꝙ ut dictum est in dub. præcedenti ꝙ in publico bene operantur, ut Deus glorificetur, in ipsis operibus merces manet.

30 Dub. Quia ur̃, ꝙ dimissa conclusione de uitanda inani gloria, se uertat ad impugnatio-

tionem diuitiarum, cum dicit, nolite thesaurizare &c. Resp. Chrys. in hom. ꝙ hoc, optimo ordine, facit, nihil enim ita pecunias cõcupiscere facit, vt gloriæ cupiditas, propter hoc namq; famulorum greges, & auro, opertos equos, & argenteas mensas expetunt homines, non vt vtilitatem, & voluptatem impleant, sed vt multis ostendatur.

31 Dub. Cur dicit diuitias à tribus demoliri præcise? Resp. Rabanus super Matt. quòd tria ponit secundum diuersitates diuitiarũ. Metalla ærugo, vestes tinea demoliuntur: sunt autem alia, quæ nec æruginem, neque tineam timẽt, sicut lapides preciosi, & ideo, ponit generale detrimentum, s. fures, qui omnes diuitias rapere possunt. Et Chrys. super Mat. dicit omnia bona mundi tripliciter tollit interitus: aut. n. à semetipsis veterascunt, & tineant, sicut vestimenta, aut ab ipsis dominis luxuriosè uiuentib. comeduntur, aut ab extraneis, uel dolo, uel ui, vel calumniis, uel alio iniquo modo diripiuntur qui omnes fures dicuntur, quia per iniquitatem festinant aliena facere sua.

32 Dub. Quia non oẽs, qui habent diuitias consumunt, vel perdunt eas? Resp. Chry. super Mat. dicens interim quidem dicam, q. a & si non oẽs perdant, tamen multi perdũt: verè aũt. & malè seruatas diuitias, & si non corporaliter, spiritualiter tamen perdisti, q. a non perficiunt tibi ad vsum salutis.

33 Dub. An Astrologi impleant hoc pceptũ dñi, quia videntur in cœlis thesaurizare in consideratione syderum? Resp. Aug. in sermone domini in monte, dicens. Cœlum hoc loco nõ corporeum acceperim, quia omne corpus, pro terra, habẽdum est: totum. n. mũdum debet cõtemnere, qui sibi thesaurizat in illo cęlo, de quo dictum est Ps. 113. Cœlum cęli domino. In firmamento spirituali: cœlum. n. & terra transibunt, non autem in eo, ꝙ transit, collocare debemus thesaurũ nostrum, sed in eo, quod semper manet.

34 Dub. Cur dñs infert illam conclusionẽ, vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum? Resp. Chry. in hom dicens, quia non omnis terrenus thesaurus ærugine, aut tinea destruitur, aut per fures aufertur. Et ideo, hoc inducit dicẽs, vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum: ac si dicat, & si nihil priorum veniat, non paruam sustinebis iacturam inferioribus affixus, & eorum seruus factus, & à cęlestib. cadens, & nihil excelsorum cogitare potens. Et ut dicit Hier. hoc non solum de pecunia, sed de cunctis possessorib. sentiẽdum est. Gulosi. n. Deus venter est, lasciui thesaurus, sunt lubrica amoris libido: huic seruit vnusquisque à quo uincitur, vbi ergo habet cor, ibi est, & thesaurus.

ALLEGORICE.

Hæc præfigurata fuerunt in Iudith, q̃ extrinsecus simulabat se lætam, & vestiebatur vestimentis lætitiæ, & tamen secretè ieiunabat, dominum deprecabatur, & sic delusit, & prostrauit Holofernem sæpius se lauans, & baptizans, ut habetur in lib Iudith.

TROPOLOGICE.

Caput nostrum Christus est, sitiẽtem, pota, esurientem, ciba, & sic oleo misericordiæ vnxisti caput tuum. i. Christum, qui clamat in Euãgelio, quod vni, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.

ANAGOGICE.

Facies quidem lauatur, caput autem nõ, sed inungitur, quia quamdiu sumus in corpore, conscientia nostra sordida est in peccatis: caput autem nostrum Christus peccatũ non fecit, quem vngimus nostris orationib. & in superna patria ipsum cum patre, & Spiritusancto laudando, abluta facie, & purgata ab omnibus piaculis.

FERIA V. POST CINERES.

Cum introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio. require Dominicã II. post octauam Epiphaniæ.

FERIA VI. POST CINERES.

Audistis, quia dictum est antiquis. Matt. 5.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 15. Iulij, in die Lunæ.

HISTORICE.

Discipulos dominus ad perfectionis statum inducens, eos admonet, atque hortatur, ut antiquis, quibus dictum est, ut quis suum diligat amicum, & inimicum odiat, perfectiores sint: quinimò, ut benè inimicis faciant, eoque diligant, & pro se persequentibus preces fundant, ut filij patris in cœlis existentis, digni sint vocari, beneficia præstantis sua iustis pariter, & iniquis. quoniam nulla expectatur merces diligentem se si quis amat, cum etiam publicanis hoc commune sit: pari etiam modo suis salutem impertiri propinquis, nil perfectione

ac-

acquiritur, cùm, & similiter æthnici agant, sed perfectionem eorũ patris perfecti adipiscantur. Iubet quoq; ne iusta operentur laudem ab hominib. relaturi, qm eorum apud patrem obligaretur merces; at cũ eleemosinis insistunt, ne hypocritarum more huiusmodi prædicent; quatenus hominũ consequant fauores, imperat, qm alias merces eis dareť nulla, potiusq; clanculo talia fieri debere, vt ab eo, qui occulta prospectat, solũ pmia cõsequi valeant: id quoq; in orãdo seruari oportere, vt nõ palã, sed arbitris remotis, altissimo cũcta intuẽti, fundant pces, qui, & amplissimã elargietur retributionẽ.

Et nunc ad dubia me conuerto.

1 DVBITATVR. Quib antiquis dicta fuerũt pręmissa? Resp. Glo. quòd in toto corpore legis non est scriptum, odio habebis inimicum tuũ, sed hoc dicitur quantum ad traditionem Scribarum, quib. visum est hoc addendum, quia dominus præcepit filijs Israel persequi inimicos suos, & delere Amalech de sub cœlo.

2 Dub. Quis dicatur proximus? Resp. Aug. in primo de doctrina Christiana dicit, quod omnis homo est proximus, quòd autẽ nullum hominem excepit, qui præcepit proximum diligere; Dominus in parabola semiuiui relicti, ostendit dicens: Proximum, qui erga illum extitit misericors, vt eum intelligamus proximum, cui exhibendum esse misericordiæ affectum, si indigeret, quod nulli negandum esse, quis non videat, Domino dicente, Benefacite his, qui oderunt vos.

3 Dub. Cũ Pau. ad Ro. 1. dicat, hoĩes quosdam Deo odibiles, an tales nos iubeamur diligere? Resp. Aug. contra Faustum, dicẽs, Hæc itaq; regula est, qua, & oderimus inimicũ pp id, qđ in eo malum est, i. iniquitatẽ: & diligimus inimicum pp id, quod in eo bonum est, i. rationabilẽ creaturam: audito igitur, & nõ intellecto quod antiquis dictũ erat, oderis inimicum tuũ, ferebanť homines in hoĩs odium, cùm non deberent odire nisi vitium: præcipiẽdo vtiq;, vt diligamus inimicos, cogit nos intelligere, qũo possemus vnum, eundemque hominem, & odisse propter culpam, & diligere pp naturam.

4 Dub. An ex necessitate charitatis inimici debeant diligi? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 25. art. 8. q dilectio inimicorum tripliciter potest considerari. Vno modo, vt inimici diliganť, inquantum sunt inimici, & hoc est peruersum, & charitati repugnãs, quia hoc est diligere malũ alterius. Alio modo, quantum ad naturã, s. in vniuersali, & sic dilectio inimicorum est de necessitate charitatis, vt, s. aliquis diligens Deum, & proximũ, ab illa generalitate dilectionis pximi, inimicos suos nõ excludat. Tertio modo, quantũ ad naturam in speciali, vt, s. aliquis in speciali moueatur motu dilectionis ad inimicum, & istud non est de necessitate charitatis absolutè, quia nec ẽt moueri motu dilectionis in speciali ad quoslibet homines, singulariter nõ est de necessitate charitatis, qa hoc esset impossibile. Est tamen de necessitate charitatis secũdum præparationem animi, vt, s. homo habeat animũ paratum ad hoc, quod in singulari inimicum diligeret, si necessitas occurreret, vel si veniã peteret. Vt dicit idem S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 8. sed, quòd absq; articulo necessitatis homo ẽt hoc actu impleat, vt diligat inimicum pp Deum, hoc pertinet ad perfectionem charitatis.

5 Dub. An benefaciẽdũ sit inimicis, & pro eis orãdum de necessitate charitatis? Resp. S. Th. 2. 2. q. 25. ar. 9 q effectus, & signa charitatis ex interiori dilectione procedunt, & ei proportionãtur. Dilectio aũt interior ad inimicum, in cõi quidem est de necessitate præcepti absolutè, in speciali aũt, non absolutè, sed ẽm præparationem animi, in dub. præced. dictum est: Sic ergo dicendum est de signo, & effectu dilectionis exterius exhibendo. Sunt. n. quædam signa, vel beneficia dilectionis, quæ exhibentur proximis in cõi: puta, cùm aliquis orat pro omnib. fidelibus, vel pro toto populo, aut cum aliquando beneficium impendit aliquis toti cõitati, & talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere est de necessitate præcepti. Si n. exhiberentur inimicis, hoc pertineret ad liuorem vindictæ, contra hoc, quod dicitur Leui. 9. c. Non quæres vltionem, & non eris memor iniuriæ ciuium tuorum. Alia verò sunt beneficia, vel dilectionis signa, quæ, quis exhibet particulariter aliquibus personis: & talia beneficia, vel dilectionis signa inimicis exhibere, non est de necessitate salutis, nisi secũdum præparationem animi, vt, scilicet subueniatur eis in articulo necessitatis, secundũ illud Prouer. 25. Si esurieris

rierit inimicus ciba illum, si sitit, potum da illi, sed quod pter articulum necessitatis huiusmodi beneficia aliquis inimicis exhibeat pertinet ad perfectioné charitatis, per quã aliquis, non solum cauet uinci de malo, qđ necessitatis est, sed etiam vult in bono vincere malum, quod est etiam perfectionis, dum, s. non solum cauet propter iniuriam sibi illatam detrahi ad odium, sed etiam propter sua beneficia intendat inimicum pertrahere ad suum amorem.

6 Dub. An sit de necessitate charitatis pro inimicis orare? Resp. S. Tho. 2.2.q.83.art. 8. quòd eo modo, quo tenemur diligere inimicos, eo modo tenemur pro ipsis orare: qũo autem tenemur inimicos diligere, dictum est supra dub.4. Ideo necesse est, vt in cõib. nostris orationibus, quas pro aliis facimus, inimicos non excludamus: quod autem pro eis specialiter oremus, perfectionis est, non necessitatis, nisi in aliquo casu speciali.

7 Dub Videtur, quod non sit meritum diligere amicos, quia dñs dicit hic, quam mercedé habebitis? Resp. S. Tho. 2. 2 q.27.ar.7. quòd meritoria est amicorum dilectio, si pp pter Deum diligantur, & non solum, quia amici sunt: & illud verbum dñi. Si. n. diligitis, &c. intelligendum est, qñ amici diliguntur solum pp se, tunc. n. dilectio amicorum apud Deum mercedem non habet, quando, .s. propter hoc solum amantur, quia amici: & hoc videtur accidere quando sic amantur amici, quod inimici diliguntur.

8 Dubit. Quæ dilectio est magis meritoria amicorum uel inimicorum? Resp. S. Tho. 2. 2.q.27.art.7 quòd dupliciter istæ dilectiones comparari possunt. Vno modo, ex parte proximi, qui diligitur. Alio modo, ex parte rationis, propter quam diligitur. Primo quidem modo, dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia amicus, & melior est, & magis coniunctus: Vnde est materia magis conueniens dilectioni, & propter hoc, actus dilectionis super hanc materiam transiens melior est. Vnde, & eius oppositum est deterius. Peius est. n. odire amicum, quàm inimicum. Secundo autem modo, dilectio inimici, quo, s. ad rationem, s. diligendi, quæ ratio est, Deus præeminet propter duo. Primò, quia dilectionis amici potest esse alia ratio, quàm Deus: sed dilectionis inimici solus Deus ratio est: Secundò, quia presupposito, quòd vterque propter Deum diligatur, fortior ostenditur esse Dei dilectio, q̃ animum hominis ad remotiora extendit, s. vsq; ad dilectionem inimicorum Sicut virtus ignis, tãto ostenditur esse fortior, quanto ad remotiora extendit suum calorem: tãto ergo osté ditur diuina dilectio esse fortior, quãto, pp ipsum difficiliora implemus, sicut & virtus ignis, tanto ostenditur esse fortior, quanto comburere potest materiam minus combustilem: sed sicut idem ignis in propinquiora fortius agit, quàm in remotiora, ita etiam charitas feruentius diligit coniunctos, q̃ remotos: & quantum ad hoc, dilectio amicorum, secundum se considerata, est feruentior, & melior, quàm dilectio inimicorum.

9 Dub. Qui dicantur Publicani? Resp. Glo. quòd Publicani exactores Romanorũ erãt, quos Iudæi sic uocãt, quia de Republica curam gerebant. Secundum verò Remigium: Publicani dicebantur ministri Herodis constituti à publico Romanorum Rege ad exigenda vectigalia, siue, qui publica negotia exercebant, & per fraudes, & periuria iniusta lucra sibi accumulabant.

10 Dub. Cur dicit salutaueritis? Resp. Glo. ꝙ salutatio est quædam species orationis.

11 Dub. Qui dicantur Ethnici? Resp. Rabanus, qđ Ethnici sunt Gentiles. Nam ethnos Grece, Latinè dicitur gens: quia tales sunt, vt fuerunt geniti, s. sub peccato.

12 Dubi. Quia videtur, quód nullus teneatur esse perfectus, quia Mat 19.c. dicitur, Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, que habes, & da pauperibus: & hoc est de consilio, ad quod omnes non tenentur: ergo non omnes tenentur esse perfecti? Resp. S. Tho. super epist. ad Heb.6. quòd duplex est perfectio. Vna, s. exterior, quę consistit in actibus exterioribus, qui sunt signa interiorum, sicut virginitas, & voluntaria paupertas, & ad hanc non omnes tenentur. Alia est interior, quæ consistit in dilectione Dei, & proximi ad Colo.3. Charitatem habentes, quod est. vinculum perfectionis: & ad perfectionem huiusmodi non omnes tenentur, sed bene omnes tenentur ad eam tendere, quia si qs nollet plus diligere Deum, nõ faceret quod exigit charitas.

13 Dub. Cum Matt. 5.c. dicatur. Sic luceat lux vestra coram hominibus, cur hic dñs iubet ne iustitiam faciant coram hominibus? Resp. S. Th. in q. de malo q.6.ar.1. quod hic dominus prohibet inanem gloriã, in qua, s. ali-

aliquis quærit ab hominibus glorificari de bonis, quæ facit, & non ordinauit talé gloriam ad debitum finem, quoniã talis notificatio bonorum laudabiliter ad tria ordinari potest. Primò, ad gloriam Dei: per hoc n. quod bonum alicuius manifestatur, glorificatur Deus, cuius est principaliter illud bonũ, sicut primi actoris: & sic dicitur, Sic luceat lux vestra &c. Secundo, est vtile ad proximorum salutem, qui bonum alicuius cognoscentes ædificantur ad imitandum. 1. Cor. 10. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Tertiò, ordinari potest ad vtilitatem ipsius hoïs, qui dum cõsiderat bona sua ab his laudari, de his gratias agit, & firmus in his persistit. Vnde, & Apostolus fidelibus Christi frequenter cõmemorat ipsorum bona, vt firmius in eis persistant. Si quis ergo appetat manifestationem suorum bonorum, velent in huiusmodi manifestatione delectetur, nõ propter aliquod trium prædictorum erit gloria vana, quã Dominus isto loco prohibet, dicens. Attendite ne iustitiam vestram, &c.

4 Dub. Quia videt, ꝙ inanis gloria sit peccatum mortale, cum nihil excludat æternã mercedem, nisi peccatum mortale, & hic dr̃, alioquin mercedem non habebitis &c. ℞. S. Thom. in qõnibus de malo. q. 9. ar. 1. & 2. ꝙ gloria importat quandam manifestationem alicuius in bono: si autem manifestat malũ alicuius, iam non dr̃ gloria, sed ignominia. vnde Amb. super epist. ad Rom. dicit, ꝙ gloria est clara cum laude notitia. Consistit igitur gloria in hoc, quod bonum alicuius multitudini manifestatur: & hoc est secundum maximum sui statum. Secundo modo gloria dicit̃ secundum aliquem sui statum, pro ut bonum vnius, vel paucis, vel vni soli manifestatur. Tertio modo dicit ẽt gloria, secundum quod bonum alicuius consistit in consideratione sui ipsius, secundum s. quod aliquis considerat bonum suum sub rõne cuiusdã claritatis, vt manifestandũ, & admirandum multis: & s̃m hoc aliquis dr̃ gloriari, cum aliquis appetit, vel ẽt delectatur circa manifestationem sui boni, vel ad multitudinem, vel ad aliquos, siue ad vnũ, vel ad seipsum tantum. Sed vt sciatur quid sit vana gloria: vel inaniter gloriari, sciendũ est, ꝙ vanum tripliciter accipi consueuit, s. Primo, pro eo, quod non habet subsistentiam, secundum quod res falsæ dñr vanæ. Vnde in Psal. 4. dicit, Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. Secundò, accipitur vanum pro eo, ꝙ non hẽt soliditatem, vel firmitatem. Ecclesia. 1. c. Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, quæ dicitur propter mutabilitatem rerum. Tertiò, dicitur vanum, qñ aliquid non consequitur finem debitum: sicut dicitur aliquis in vanũ medicinam sumpsisse, qui non est consecutus sanitaté. Esa. 49. c. In vanũ laboraui sine cã, & vané consumpsi fortitudiné meã. Secundum hoc igit̃ tripliciter potest dici gloria vana. Primò, quãdo aliquis gloriatur falsò, puta, de bono quod nõ habet. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Secundò, quando aliquis gloriatur de aliquo bono, quod de facili transit. Esa. 9. c. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius sicut flos fœni. Tertio modo, quando gloria hominis non ordinatur ad debitum finem. Quantum igitur ad duo prima, manifestum est, ꝙ non omnis inanis gloria est peccatum mortale: nullus enim diceret eum peccare mortaliter, quia gloriatur de cantu, æstimans se bene cantare, cùm malè cantet: nec eum, qui gloriatur, quod habeat equum bene currentem. Sed circa tertium modum vanæ gloriæ videtur esse dubitatio maior. Nam cum vanum sit quod non refertur ad debitum finem, videt̃ gloria hoïs, vel non esse vana, si referatur in Deum, vel esse peccatum mortale, si non referatur in Deum, sed in ea finis intentionis ponatur: quod aũt aliquis actus non referatur ad Deum, sicut in finem, põt dupliciter contingere. Vno modo, ex parte actus. Alio mõ ex parte ipsius agentis. Et parte q̃dem actus, eo ꝙ ipse actus non est ordinatus in finé, & sic nullus actus inordinatus est referibilis in vltimũ finé, siue sit peccatũ mortale, siue veniale, actus. n. inordinatus non est conueniẽs mediũ, quo perueniat ad finé bonum, sicut nec ꝓpositio falsa est conueniẽs medium, quo perueniat ad scientiã veram. Alio modo contingit ex parte ipsius agẽtis, cuius mens non ordinat actu, vel habitu in debitum finem. Ex hoc. n. sequitur, ꝙ actus à tali mente procedens, ordinatur in aliq̃d aliud, sicut in vltimum finem, & tunc semꝑ actus humanus, qui non refertur in Deum. sicut in finem, est peccatum mortale. Dico aũt menté hoïs nõ ordinari in Deum actu, vel habitu, quia contingit qñque, ꝙ homo

actu

actu non ordinet aliquẽ actum in Deũ, cum tñ actus ille de se non contineat aliq̃ inordinationem, rõne cuius non sit in Deum referibilis: & tñ, quia mẽs hoĩs est habitualiter relata in Deum, sicut in finem actus, ille nõ solum non est peccatum, sed etiam est actus meritorius, sic ergo dicendum est, quòd si gloria dicatur vana ex hoc, quòd non refertur in Deum, sicut in finem, propter hoc q̃ mens hoĩs de aliquo gloriantis non sit conuersa in Deum actu, vel habitu, tunc semper inanis gloria est peccatum mortale. Sequit̃.n. quod homo glorietur de aliquo bono creato, nõ relato actu, vel habitu in Deũ, sicut in finem. Si uerò gloria dicatur vana ex hoc, quod non refertur in Deum sicut in finem, ex parte ipsius actus, quia scilicet nõ est referibilis in finẽ, propter hoc quod est inordinatus, sic non semper vana gloria est peccatum mortale, quia quælibet inordinatio gloriæ facit gloriam non ordinabilem in Deum, puta cum aliquis gloriatur de eo, de quo non debet gloriari, uel ultra quam debet, uel prætermissa alia circunstantia debita, cum tamen non sequatur peccatum mortale, hoc, quòd quælibet debita circunstantia prætermittitur, sed solum qñ actus inordinatus est contra legem Dei, sic ergo dicendum est quòd non semper peccatum inanis gloriæ est peccatum mortale.

15 Dub. Quomodo intelligitur, quòd Deus pluit super iustos, & iniustos, & Solem oriri facit &c. Resp. quòd Deus in hoc mundo beneficia tribuit iniustis, & iustis, similiter pœnas infligit vtrisque.

16 Dub. Cur hoc facit Deus? Respõ Aug. de ciuitate Dei, quòd oĩa bona Deus non propter homines dat, sed propter sanctos, sicut, & flagella propter peccatores, sed in bonis non separat peccatores à iustis, ne desperẽt, nec in malis, iustos à peccatoribus, ne gloriẽtur, maximè cum malis bona non prosint, quæ malè viuentes ad præiudicium suum percipiunt, nec bonis mala noceant, sed magis prosint ad iustitiæ lucrum.

17 Dub. Cum Deus sit ubique, cur dicit qui in cęlis est, quasi alibi nõ sit, uel quòd cœlu dat loco? Resp. S. Th. 3. par. q. 57. ar. 4. quòd Deus dicitur esse in cœlo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento, unde, non oportet aliquam partem cœli Deo superiorẽ esse, sed ipsum esse super omnes cęlos. sicut in Ps. 8. dicitur, Eleuata est magnificentia tua super omnes cęlos Deus. Require feria tertia post secundam dominicã quadragesimæ. dub. 30.

18 Dubit. quia consuetudo est, quando quis facit aliquam magnam eleemosynam pro defunctis, uel alio modo, facit proclamare, vel annunciare, vt veniant ad capiẽdum, Et hic dominus dicit, noli tuba canere? Resp. S. Th. 2. 2. q. 132. ar. 5. quòd inanis gloria vituperatur circa eleemosynam propter defectum charitatis, quæ videtur esse in eo, qui præfert inanem gloriam vtilitati proximi, quando propter hoc illud facit, non tamen aliquis uituperatur propter hoc, quod eleemosynam publicè facit, quando ex charitate facit, quæ ad omnes se diffundit.

19 Dub. Quia videtur, quòd faciens eleemosynam, non potest dici hypocrita, cum non sit simulator, sed vere faciat? Resp. S. Tho 2. 2. q. 3. arti. 2. quòd opus exterius naturaliter significat intentionem, quando ergo aliquis per bona opera, quæ facit, ex suo genere ad Dei seruitium pertinentia, non quærit Deo placere, sed hominibus, simulat rectam intentionem, quam non habet, & sic est hypocrita, & simulator: vnde Grego. 31. Mora. dicit, quòd hypocritæ per causas Dei deseruiunt intentioni sæculi, quia per ipsa quoque, quæ se agere sancta ostendunt, non conuersionem quærunt hominum, sed auras fauorum, & ita simulant mendaciter intentionem rectam, quam non habent, quàm uis non simulent aliquod rectũ opus, quod non agant.

20 Dub. Cum scire, & nescire non pertineat ad manus, sed ad intellectum, cur dicit nesciat sinistra &c. Respon. quòd hic est figura, quæ dicitur homopasia. Et vt Chrys. dicit in homil. hoc per superabundantiam dicitur, ac si dicat, si possibile est teipsum ignorare, & ipsas manus latere possibile esset: studiosissimum sit tibi.

21 Dub. Quid intelligit dñs per dexteram, & sinistram? Resp Aug. de sermone Dñi in monte, quòd sinistra vr significare delectationem laudis; dextera autem significat intentionẽ implendi præcepta diuina, cum ergo conscientiæ faciendi eleemosynam miscet se appetitus laudis humanæ, fit sinistra conscientia dexteræ. Nesciat ergo sinistra, i. non se misceat conscientiæ laudis humanæ appetitio, vt sit eleemosyna tua in abscondito, idest, in ipsa bona conscientia, quæ

humanis oculis demonstrari non pōt nec verbis aperiri, qñquidem multi multa mentiuntur. Sufficit tñ tibi ad promerendum p̄mium ipsa consciētia, si ab eo expectas pręmium, qui solus conscientiæ inspector est.

22 Dub. Quid est eleemosyna? Resp. S. Tho. 2.2.q.32.ar.1. quòd quidā diffiniunt eleemosynam esse opus, quo datur aliquid indigenti ex cōpassione pp Deum, quod quidē motiuum pertinet ad misericordiā, qm̄ dare eleemosynā est propriè actus misericordiæ, quod apparet ex ipso noīe. Nā in Græco eleemosyna à misericordia deriuatur, sicut in Latino miseratio, & oē obsequiū impensum proximo pp Deū est eleemosyna.

23 Dub. Ad q̄d est vtilis eleemosyna? Res. S. Th super 1. ad Thi. 4. super illud, Pietas ad oīa valet, quòd eleemosyna, valet ad oīa peccata delenda, ad oīa bona p̄merenda, & ad spālem Dei misericordiam consequendam.

24 Dub. Quia vr̄, q̄ existens in peccato carnali faciens eleemosinam non possit damnari, quia Glo Amb. dicit, oīs summa disciplinæ Christianæ in misericordia, & pietate est, quam aliquis sequens, si lubricum carnis sequitur, sine dubio vapulabit, sed non peribit? Rñ. S. Th. 2.2 q.154. ar.2 quod per opera pietatis ille, qui lubricū carnis patit, liberatur a perditione æterna, inquantum per hmōi opera disponit ad hoc, quod gratiā cōsequatur, per quam pęniteat: & inquantum per hmōi opera satisfacit de lubrico carnis commisso, non autem ita, quod si in lubrico carnis perseueret impenitens vsque ad mortem per pietatis opera liberetur.

25 Dubi. Quod est magis p̄ficuum eleemosyna, vel oro, aut ieiuniū? Res. S. Th. 1.4. sen. 15.q.2.ar.2 q 2. dicit, quod eleemosyna includit in se virtutem oronis, & ieiunij, dupli ci rōne. Primò, quia eleemosyna eū constituit, cui datur debitorem ad orandum, & ieiunandū, & aiia bona, q̄ pōt facere pro eo, q dedit. Secundò, quia eleemosyna propter Deum data, est quasi q̄dā oblatio Deo facta. Vnde, & Philo 4. Eth. c. dicit, q̄ bona opera habent aliquid simile Deo sacratis. Oblatio aūt ipsi Deo facta vim orōnis habet. Et silr inquantum bona exteriora ad corporis conseruationem ordinantur, subtractio exteriorum bonorum per eleemosynas, quasi virtute cōtinet ieiunium, quo maceratur corpus: similiter etiam oratio virtute continet ieiunium, quia extensio intellectus ad Deum debilitatē corporis parit. Vnde, eleemosina completius hēt vim satisfactionis, quàm oratio & oro, q̄ ieiunium. Et ideo 1. Thi. 4. dr̄ corporalis exercitatio ad modicū vtilis est, & propter hoc eleemosyna magis indicitur, vt vniuersalis medicina peccati, quàm oro. sicut Luc. 11. c. dr̄ Date eleemosynam, & ecce oia munda sunt vobis, & Dan. 4. dr̄, peccata tua eleemosynis redime. & Thobiæ 4. Eleemosyna ab omni peccato liberat. & 1. ad Thi. 4 Pietas ad omnia valet: & ēt eleemosyna plus habet de ratione boni, q̄ ieiunium: inquantum immediatius se ad charitatē habet, & inquantum non est singulare bonum facientis, sed cōe facienti, & petēti, eleemosyna plus erit satisfactoria quam ieiunium: similiter, & quàmuis oratio hominem magis familiarem Deo reddat, quàm eleemosyna, sicut contemplatiua plus, quā actiua: tamen intercessorum per eleemosynam multiplicatio plus valet ad impetrandum peccatorum remissionem, quàm singularis vnius hominis oratio.

26 Dub. Quot sunt genera eleemosynæ? Respon. S. Tho. 2.2.q.32.ar.2. quòd septē sunt eleemosynæ corporales contra defectus corporales, quæ continentur in hoc versu.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, collige, condo.

Scilicet, visitare infirmos, potare sitientes, cibare famelicos, redimere incarceratos, vestire nudos, colligere hospites, & sepelire mortuos. Et similiter septem sunt eleemosynæ spirituale, contra defectus animæ spirituales, & continentur in hoc uersu.

Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.

Ita tñ, quòd sub illa dictione consule, cōprehendatur doctrina, & cōsilium, s. consulere, i. docere ignorantes, & consulere, i. dare consilium indigentib. castigare delinquentes, i. corrigere solare, i. consolari tristes: remittere iniurias nobis factas: ferre. i. supportare inquietos. orare Deum pro omnibus.

27 Dubit Cur eleemosynæ corporales sint tm̄. 7. Res. S. Th. vbi supra, quod q̄a cum sint cōtra defectus corporales Et tales, vel possunt esse in vita, vel post mortē. Si post mortem. corpus potest carere sepultura, quod dehonestatur ea, q̄a adhuc viuit in memoriis hoīum. Si autē defectus sint in vita, aut sint cōes, respectu eorum, quib. omnes indigent: aut speciales, propter aliquod accidēs superueniens: si primo modo, Aut defectus sunt interiores, aut exteriores: interiores

riores, aũt sunt duo, s. fames, cui subuenitur cibando, sitis cui subuenitur potãdo. Si sunt exteriores, sunt duo, s. nuditas, cui subuenitur vestiẽdo: defectus habitationis, cui subuenitur recolligendo in domũ. Si autẽ sint defectus speciales, aut est ex cã intrinseca, & est infirmitas, cui subuenitur visitando: aut ex causa extrinseca, & sic est incarceratio, seu captiuitas, cui subuenitur redimendo.

28 Dub. An eleemosynæ spirituales sufficiẽter sint enumeratæ, q̃ sint 7. præcisè? R. S. Tho. vbi supra, q̃ sic, quia spiritualibus defectibus subuenitur dupliciter. Vno modo, poscendo auxilium à Deo: & sic est oratio, qua quis pro alijs orat. Alio mõ, impendendo humanum auxilium, & hoc tripliciter: Vno modo cõtra defectum intellectus, & si quidem sit defectus intellectus speculatiui adhibetur ei remedium per doctrinã, si aũt est defectus intellectus practici, adhibetur ei remedium per consilium. Alio modo, est defectus ex passione appetitiuæ virtutis, inter quos est maxima tristitia, cui subuenitur per consolationem. Tertio modo, ex parte inordinati actus, qui tripliciter considerari põt. Vno modo, ex parte ipsius peccantis, inquantum procedit ab eius inordinata volũtate, & sic adhibetur remedium per correctionem. Alio modo, ex parte eius, in quẽ peccatur, & si quidem sit peccatũ in nos, remedium adhibemus remittendo offensam: si autem sit in Deum, vel in proximum non est nostri arbitrij remittere, vt Hiero. dicit super Mt. Tertio modo, ex parte sequente ipsius actus inordinati, ex qua grauantur, ei conuenientes ẽt præter peccantis intentionẽ, & sic remedium adhibetur supportãdo maximè in his, qui ex infirmitate peccant, secundum illud ad Ro. 15. debemus nos infirmiores infirmitates aliorum portare, & non solum, secundum q̃ infirmi sunt, siue graues ex inordinatis actibus, sed ẽt qñcumque eorum onera sunt supportanda, ẽm illud ad Gal. 6. Alter alterius onera portare.

29 Dub. Quæ eleemosynæ sunt meliores, spirituales, an corporales? R. S. Tho 2. 2. q. 32. ar. 3. dicens, q̃ comparatio istarum eleemosynarum põt attẽdi dupliciter. Vno modo, simpliciter loquendo Alio modo, secundum aliquẽ particularẽ casum. Primo mõ, eleemosynæ spirituales præeminent corporalibus triplici rõne. Primò, q̃a id, quod exhibetur nobilius est, s. donum spũale, quod præeminet corporali, secundum illud Pro.

30 Donum bonum tribuã vobis, legẽ meam ne derelinquatis. Secũdo, rõne eius, cui subuenitur, quia spiritus nobilior est corpore. Vnde sicut homo magis sibijpsi dẽt ꝓuidere, quantum ad spiritũ, q̃ quantũ ad corpus: ita & ꝓximo, quem dẽt sicut seipsum diligere. Tertiò, quantũ ad ipsos actus, quibus subuenit̃ ꝓximo, q̃a spirituales actus sunt nobiliores corporalibus, qui sunt quodammodo seruiles. Alio modo, si cõparent̃ eleemosynæ corporales, & spirituales, ẽm aliquem particularem casum, in quo, quædam eleemosyna corporalis alicui spirituali præferẽ, puta magis est pascendũ fame morientem, q̃ docendũ, sicut, & indigenti, ẽm Philosophum, melius est ditari, q̃ philosophari, quamuis hoc sit simpliciter melius.

31 Dub. An eleemosyna cadat sub ꝑcepto? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 5. q̃ cum dilectio proximi sit in præcepto, necesse est oĩa illa cadere sub præcepto, sine quib. dilectio ꝓximi nõ conseruatur. Ad dilectionẽ aũt ꝓximi pertinet, vt ꝓximo, non solum velimus bonum, sed etiã operemur ẽm illud. 1. Io. 3. c. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate. Ad hoc aũt q̃d velimus, & operemur bonum alicuius, requiritur quod eius necessitati subueniamus, qđ fit p eleemosynarũ largitionem, & iõ eleemosynarũ largitio est in præcepto, sed quia ꝑcepta dãtur de actib. virtutũ, necesse est, q̃ hoc modo donũ eleemosynæ cadat sub ꝑcepto, ẽm quod actus est de necessitate virtutis, s. ẽm q̃ recta ratio requirit, ẽm quam est aliquid considerandum ex parte dantis, & aliquid ex parte eius, cui eleemosyna datur. Ex parte quidem dantis considerandum est, vt qđ est in eleemosynas erogandum, sit ei superfluum, secundum illud Luc. 2. c. Quod superest, date eleemosynam. Et dico superfluum, non solum respectu suijpsius, q̃ est supra id, quod est necessarium induiduo, s. suæ personæ, sed ẽt respectu aliorum, quorum cura sibi incumbit, q̃a prius oportet q̃ vnusquisq; sibi ꝓuideat, & eis, quorum cura sibi incumbit, & postea de residuo aliorum necessitatibus subueniatur, respectu quorum dicitur necessarium personæ, secundum qđ personæ dignitatem importat, sicut, & natura primo accipit cibum ad sustentationem ꝓprij corporis, quod est necessarium ministerio virtuti nutritiuæ. Su-

perfluum autem erogat ad generationé alrius per virtutem gñatiuam. Ex parte auté eleemosynam recipientis requiritur, q̃ necessitatem habeat, alioquin non esset ratio quare eleemosyna ei daretur, sed cum non possit ab aliquo vno oĩbus necessitaté habentibus subuenire, non oĩs necessitas obligat ad pceptum, sed illa sola, sine qua is, qui necessitatem patitur, sustentari non potest in illo.n.casu locum habet, q̃ Amb. dicit, pasce fame morientem, si non pasceris occidisti; sic ergo, dare eleemosynã de superfluo, & dare eleemosynã ei, qui est in extrema necessitate, est de pcepto. Vnde Basilius dicit, si fateris eã tibi diuinitus prouenisse, s. tpalia bona. An iniustus est Deus inæqualiter res nobis distribuens. Cur tu abundas, ille verò mendicat, ut tu bonæ dispensationis merita consequaris. Ille uerò patientiæ brauiis decoretur. Est panis famelici, quem tu tenes, nudi tunica, quã in conclaui conseruas, discalciati calceus q penes te marcescit, indigentis argentum q̃ possides inhumanam, quo circa tot iniuriaris quot dare valeres. Et hoc idé dicit Amb. in decr. dist. 47. Et ita est dare aliquod tp̃s, sicut supradictũ est, i quo mortaliter peccat nõ dãs eleemosynam, s. qñ apparet euidens, & vrgés necessitas, & nõ apparet in pmptu, qui ei subueniat: & cum quis habet superflua nõ sibi necessaria, scd̃m statum præsentem, prout probabiliter æstimari potest: nec oportet, q̃ consideret oẽs casus, qui pñt contingere in futurum, qñ hoc esset cogitare de crastino, quod dñs prohibet, Mat. 7. ca. sed debet diiudicari superfluum, & necessarium secundum ea, q̃ pbabiliter, & vt in plurib. occurrunt, nec oportet expectare vltimam necessitaté, & extremã, vt dicit idé S. Th. in 4. di. 15. q. 2 ar. 1. q 4. quia tunc forte natura debilitata fame, & siti, non posset iuuari, alias aũt eleemosynas dare est de consilio.

31 Dub. In quanta quantitate debet dari eleemosyna? Res. S. Th. 2. 2. q. 32. ar. 10. q̃ abundantia eleemosynæ potest considerari, & ex parte dantis, & ex parte recipientis. Ex parte quidem dantis, cum s. aliquis dat, qđ est multum secundum proportionem propriæ facultatis, & sic laudabile est abundanter dare. Vñ & dñs Luc. 21. c. Laudauit viduã, qui ex eo, qđ deerat illi oẽm victũ, qué habuit, misit. Obseruatis tñ his, q̃ supradicta sunt de eleemosyna facienda de necessariis. Ex parte verò eius, cui datur est abundans eleemosyna dupliciter. Vno modo, qđ suppleat sufficienter eius indigentiã, & sic laudabile est abundanter eleemosynã tribuere. Alio mõ, q̃ superabundet ad sup̃fluitaté, & hoc nõ est laudabile, sed melius est plurib. indigentib. elargiri. Vñ Apostolus 1. Co. 13. Si distribuero in cibos pauperũ. vbi. Glo. dicit. Per hoc cautela eleemosynæ docetur, ut nõ vni, sed plurib. detur, multis p̃sit, & ita intelligit illud Thobię 4. Si multũ tibi fuerit, abundãter tribue, ita tñ, qđ de his, q̃ sibi & familiæ sunt necessaria, sine q̃b. viuere nõ põt, nõ det eleemosinã, nisi forte alicui magnæ p̃sonæ, q̃ in extrema necessitate esset, per qué Ecclesia vel Respub. sustẽtaret.

32 Dub. Qui sunt illi, q debẽt, & licite pñt facere eleemosynas? Res. S. Th. distinguẽdo quo ad eos, quib. danda est, nam aut sunt in extrema necessitate, vel propinqui. Et sic dicit ipse 2. 2. q. 32. art. 7. quòd in casu extremæ necessitatis oĩa sunt cõia. Vñ licet ei, q talem necessitatem patitur, accipere de alieno ad sui sustentationé, si non inueniat, qui sibi dare velit. Et eadé ratione licet habere aliquod de alieno, & potest de hoc eleemosynã dare, quinimò, & accipere, si aliter subueniri non possit necessitatem patienti, si tñ fieri põt sine periculo, dẽt requisita domini voluntate pauperi p̃uidere extremã necessitaté patienti. Aut ille, cui dãda est, non est in extrema necessitate, & tunc q libet potest facere eleemosynam corporalé, vel sp̃ũalé, vel salté cũ voluntate, vt dicit ipse in 4. sen. dis. 25. q. 5. ar. 1. q. 2. sed eleemosynam corporalem, quo ad subueniendũ indigẽti, quo ad res tẽporales illi, q habent dñiũ rerũ, possunt, & debẽt, prout supradictũ est, eleemosynas facere: sed filiifa. & serui nõ possunt dare eleemosynas, sine consensu dñorum, nisi de paruis, uel suis. 22. q. 32. art. 8. & qñ pñt p̃sumere, quod placeat patrib. vel dominis. Vxores aũt nõ possunt dare eleemosynas nisi cões, & paruas, sine cõsensu uiri, vel moderatas, viro ignorãte, & nõ p̃hibẽte, vel nisi habeãt aliqua p̃ter doté, vel nisi lucrẽtur. Religiosi aũt, & Monachi si habẽt dispensationé à prælato commissam, possunt eleemosynam facere de reb. monasterii, secundum quod eis est commissum. Si verò non habent dispensationem, quia nil proprii habent, tunc non possunt facere eleemosynam sine licentiam Abbatis, vel expresse habita,

vel

vel probabiliter ꝑsumpta, nisi fortè in articulo æxtremæ necessitatis, in quo licitũ eẽt eis furari, vt eleemosynas darẽt, nec pp hoc efficiuntur peioris conditionis, quia sicut dr̃ in libro de ecclesiasticis dogmatib. bonũ est facultates cum dispensatione pauperib. erogare, sed melius est, pro intentione sequendi dñum, insimul omnia donare, & absolutum solicitudine agere cum Christo.

33 Dub. Quib. principalius danda est eleemosyna? Ref. S. Tho. 4. sen. dis. 15. q. 2. art. 6. q. 3. ꝙ cui magis benefaciendum sit, ut dicit Philosoph. 6. Ethic. Non est facile determinare pp multas diuersitates boni, & necessarij: tñ hoc est tenendum, ꝙ semper magis reddendum est debitum, quàm beneficium impendendum, ut ipse ibidem dicit, nisi ex parte altera adsit maior bonitas, vel necessitas. Et ideo parentibus, & propinquis, benefactoribus, & eis à quib. spũalia accipit magis debet eleemosynam facere, si indigeant, & cæteris paribus meliorib. magis, & magis, etiam indigentibus magis, & sic secundum has tres conditiones debet gradus in eleemosynas constitui, s. secũdum honestum, necessarium, & debitum: assignare autem in singulis, qñ unum alteri eorum præferatur, est impossibile, quia sibgulares eorum conditiones, quæ attendendę sunt, sunt infinitę & non cadunt sub arte: de his autem ratio docet, & prudentiæ consilium.

34 Dub. An peccatorib. sint dandæ eleemosynæ? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 9. ꝙ peccatori non est subueniẽdum, inq̃tum est peccator, i. vt per hoc in peccato foueatur, sed inquantum homo. i. vt natura sustentetur.

35 Dub. An eleemosyna sit recipienda à peccatoribus? Ref. S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 4. ꝙ sic, dummodo non det eleemosynas, ut pertrahant ad peccatum, & etiam dummodo possint facere eleemosynas iustè: nam si quis daret eleemosynam alicui, ut eum induceret ad hęresim, mortaliter peccaret propter intentionem corruptam.

36 Dub. A quib. peccatoribus recipi potest eleemosyna? Resp. S. Th. vbi supra, ꝙ nõ est recipienda ab illis, qui pp hoc uolunt inducere ad hæresim, ut dictum est dubio præcedenti. Nec etiam ab illis peccatorib. vt dicit idem super 2. Cor. 8. qñ dant ea intentione, vt foueantur in peccatis, nec ab his, qui illicitè acquirunt, sicut contingit in rapina, in furto, & vsuris, quia cùm de talibus homo teneatur ad restitutionem de eis non potest facere eleemosynam, nisi in casu extremę necessitatis, vt dictum est supra, dub. 32 À simoniacis verò, & meretricibus potest recipi eleemosyna, quia simoniaci nõ possunt sibi retinere, nec restituere danti, ideo tenẽtur eleemosynas facere: meretrices autem, licet turpiter agentes, agant iniustè, & contra legem Dei, tñ non iniustè agunt in eo, quod accipiunt, nec contra legem Dei, & de his possunt facere eleemosynas, quia etiam iustè pro se retinere possunt.

37 Dub. An eleemosynæ sint dandæ clericis diuitibus? Resp. S. Th. 4 sen. di. 15. q. 2. ar. 1. ꝙ clericis, ẽt si ipsi nõ indigeãt, eleemosynę dant, ut ministris pauperũ, & dispensatorib. eleemosynarũ, & ideo quod eis ĩ eleemosynã datur, per eos pauperibus transmittitur.

38 Dub. An Aliqs possit sibiipsi facere eleemosynam? Rñ. S. Th. vbi supra. ar. 6. q. 1. qđ eleemosyna põt dupliciter fieri, s. per collationẽ alicuius rei tpalis, & hoc modo nullus sibiipsi eleemosynam facere põt: nisi forte, vt dicit ipse. 2. 2. q. 32. ar 9. ex persona alterius, puta, cum aliquis distributor ponatur eleemosynarum, põt, & ipse sibi accipere, si indigeat, eos tenore, quo & aliis ministrat. Vel põt fieri eleemosyna per exercitiũ alicuius actus spũalis, vel corporalis: & qa homo rõne diuersarũ partium in seipsum agere põt, sicut aĩa mouet corpus, & vna pars aĩæ aliã, & vna pars corporalis aliam: ideo talem eleemosynam aliquis potest facere sibi.

39 Dub. Quia vr̃, quòd non cõueniẽter possimus orare, cum ex eo videamur velle dispositionem diuinæ prouidẽtiæ immutare? Resp. S. Th. 2. 2. q. 73. ar. 2. quòd cum orõ sit petitio decentium à Deo, oportet sic inducere orõnis utilitatẽ, ut neque reb humanis diuinæ prouidentiæ subiectis necessitatem imponamus, neq; ẽt diuinam dispositionẽ mutabilẽ ęstimemus. Ad huius ergo euidẽtiã considerandũ est, quòd ex diuina prouidentia non solũ disponitur, qui effectus fiãt sed ẽt ex quib. causis, & quo ordine proueniant. Inter alias aũt causas sunt ẽt quorundã causæ actus humani. Vñ, oportet hoĩes agere aliqua, nõ ut per suos actus diuinam dispõnem immutent, sed ut per actus suos impleãt quosdã effectus, sm ordinẽ à Deo dispositum, & idẽ ẽt est in naturalib. causis, & simile est etiam de oratione. Non. n. pp hoc oramus, ut diuinam dispositionem im-

mutemus, sed vt impetremus, quòd Deus disponit ꝑ orōnes sanctorū esse implēdū, vt s. hoīes postulādo mereantur accipere, qđ eis Deus omnipotens antè sæcula disposuit donare, vt Greg dicit in libro dialog.

40 Dub. An orō sit necessaria? Res. S.Th. 3. par. q. 39. art. 5. ꝙ post baptismū necessaria est homini iugis orō ad hoc, qđ cœlum introeat, licet. n. ꝑ baptismū remittantur peccata, remanet tamē fomes peccati nos impugnans interius, & mūdus, & dæmones, q. impugnant exterius, & ideo signantur dr̄ Lu. 3. ꝙ Iesu baptizato, & orāte, apertū ē cęlū, q. a. s. fidelib. necessaria ē orō post baptismū.

41 Dub. An orō cadat sub præcepto? Resp. S.Th. in 4. sen. dis. 15. q. 4 ar. 1 q. 3 dicens, ꝙ orō cadit sub ꝓcepto, & determinatè, & indeterminatè: determinatè quidē ad aliquas orōnes ex prçcepto tenentur illi, qui ex officio sunt medii inter Deū, & populū cōstituti, sicut ministri. Ecclesiæ: vnde ex officio eis incumbit preces ad Deū in persona totius Ecclesiæ fundere. Et ideo ex statuto ecclesiæ tenenť ad horas canonicas dicendas. Sed indeterminatè ad orationē quilibet tenetur ex hoc ipso quod teneť ad bona spūalia sic procuranda, quæ nō nisi diuinitus danť. Vnde alio modo procurari non pn̄t, nisi ab ipso petantur, & ēt ex hoc ipse, quod charitatis præcepto teneť proximum, sicut seipsum diligere, tenetur ei in necessitate beneficus esse, non solum per corporales eleemosynas, sed etiā per spūales, quarum vna est orō, vt dictum est dub. 25. sed omnibus qui Ecclesiæ ministerio nō funguntur, vr̄ ab Ecclesia determinatum tp̄s orandi statutū esse, cum canonum statuto teneantur dieb. festis diuinis officijs interesse, vt ministris pro populo orantib. suam intentionem conforment.

42 Dub. An oratio sit meritoria, & semper hēat efficaciam? Res. S.Tho. 2. 2. q. 83. ar. 7. quòd cōtingit aliquādo, quòd oratio ꝓ alio facta non impetrat, ēt si fiat piè, & perseueranter, & de pertinentib. ad salutem ꝓꝑ impedimentum, quòd est ex parte eius, ꝓ quo oratur, secundū illud Hie. 15. ca. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, nō est anima mea ad populum istū: nihilominus tn̄, orō meritoria erit oranti, qui ex charitate orat, secundum illud Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuerteretur. Glo. 1. Et si non profit, ego tamē nō sum frustratus mercede mea.

43 Dub. An orō debeat esse vocalis? Respō. S.Tho. 2. 2. q. 83. ar. 12. ꝙ duplex est oratio, cōis & singularis. Cōis quidē orō est, quæ ꝑ ministros Ecclesiæ in ꝑsona totius fidelis populi Deo offerť. Et ideo oportet, ꝙ talis orō innotescat toti populi pro quo offerť, qđ nō posset fieri nisi esset vocalis. Et ideo rōnabiliter institutū est, vt ministri Ecclesiæ hmōi orationes, etiā alta voce, pronuncient, ut ad notitiā omniū possint peruenire. Oratio uero singularis est, quæ offerť à singulari persona cuiuscunque, siue pro se, siue pro alijs orantes, & de hmōi orationis necessitate nō est, ꝙ sit vocalis: adiungitur tn̄ vox tali orationi, triplici ratione. Primò quidē, ad excitandam interiorem deuotionem, qua mens orantis eleueť in Deū, quia per exteriora signa, siue vocū, siue etiā aliquorū factorū mouetur mens hoīs ſm̄ apprehensionem, & ꝑ consequens secundum affectionem: & in 4. sen. dis. 15. q. 4. ar. 2. q. 1. dicit, ꝙ ꝓꝑ hoc, ēt cantus ab Ecclesia instituti sunt. Vnde Aug. dicit de seipso, ꝙ flebat vbertim in hymnis, & canticis suaue sonantis Ecclesiæ, & ꝙ voces illæ influebāt aurib eius, & eliquabať veritas in cor eius, & ideò in singulari orōne, tn̄ est vocibus, & huiusmodi signis vtendū, quantū proficit ad excitandum interius mētem. Si verò mens per hoc distrahatur, uel qualitercunque impediatur, est à talib. cessandum. Quod præcipuè contingit in his, quorū mens sine huiusmodi signis est sufficienter ad deuotionē parata. Vnde Psalmista dicebat psal. 26. Tibi dixit cor meū, exq̄siuit te facies mea, & de Anna legiť 1. Reg. 1. ꝙ loquebatur in corde suo. Secundo adiūgitur vox orationi, quasi ad redditionem debiti, vt. s. homo seruiat Deo secundū illud totum, quod ex Deo habet. i. nō solum mente, sed ēt corpore, qđ præcipuè cōpetit orōni, secundum quod est satisfactoria. Vnde dicitur Oseæ vlt. ca. cōem aufer iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorū nostrorum. Tertiò, vox adiungitur ex quadam redundantia ab anima in corpus ex vehementi affectione, secundum illud Ps. 15. Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, nec ideo oratio uocalis profertur ad hoc, quod aliquid ignotum Deo manifestetur, sed ad hoc, quod mens orantis, vel aliorum excitetur in Deum.

44 Dub. An attentio requiratur in oratione? Res. S.Tho. 2. 2. q. 83. ar. 1. ꝙ hæc præcipuè habet locum in oratione vocali. Circa quā scien-

ſciendum eſt, ꝙ neceſſarium dr̃ aliquid dupliciter. Vno modo, per quod melius peruenit ad finem, & ſic attentio abſolutè orationi neceſſaria eſt. Alio modo, aliquid dr̃ neceſſarium, ſine quo res non pōt aſſequi ſuũ finẽ. Eſt aũt triplex effectus orõnis. Primus quidẽ cõis omnib. actib. charitate informatis, quod mereri, & ad hunc effectum nõ ex neceſſitate requiritur, ꝙ attentio adſit orationi ꝓ totũ, ſed vis primæ intentionis, qua aliquis ad orandum accedit, reddit totam orationem meritoriam, ſicut in alijs actib. meritorijs accidit. Secũdus effectus orationis eſt ei proprius, qđ eſt impetrare, & ad hũc ẽt effectũ ſufficit prima intentio, quam Deus principaliter attẽdit. Si aũt prima intẽtio deſit, orõ nec meritoria eſt, nec impetratiua. Illã.n. orõnem Deus non audit, cui ille, q orat non intendit, vt Greg. dicit. Tertius effectus orõnis eſt, quẽ pñtialiter efficit, ſ. quædam ſpũalis refectio mentis, & ad hoc de neceſſitate requirit̃ in orõne attentio. Vnde 1. Cor. 14. dr̃, Si orem lingua, mẽs mea ſine fructu eſt. Sciendum tñ, ꝙ triplex eſt attentio, quæ orõni vocali pōt adhiberi. Vna quidem, qua attendit̃ ad verba: ne aliquis in eis erret. Secunda, qua attẽditur ad ſenſum verborum. Tertia, qua attendit̃ ad finẽ orõnis, ſ. ad Deum, & ad rẽ ꝓ qua oratur, quæ quidem eſt maximè neceſſaria: & hanc etiam poſſunt habere idiotæ, & qñq; in tñ abundat hæc intentio, qua mens fertur in Deum, vt ẽt omnium aliorum mens obliuiſcatur, ſicut dicit Hugo de S. Victore.

45 Dub. An orõ debeat eſſe diuturna? Reſp. S. Tho. vbi ſupra, ar. 14 ꝙ de oratione loqui poſſumus dupliciter: Vno modo, ſecundum ſeipſam: Alio modo, ſecundum cauſam ſuã. cauſa autem orationis eſt deſiderium charitatis, ex quo procedere dẽt oratio, quod quidem in nobis debet eſſe continuum, vel actu, vel virtute. Manet.n. virtus huius deſiderij in oĩbus, quę ex charitate facimus, ſed ipſa orõ, ſm̃ ſe conſiderata, non pōt eſſe aſſidua: quia oportet alijs reb. occupari: vniuſcuiuſq; autem rei quantitas debet eſſe proportionata fini, ſicut quantitas portionis ſanitati. Vnde, & conueniens eſt, vt oratio tñ duret, quantum eſt vtile ad excitandum interioris deſiderij fauorẽ: cũ verò hanc menſuram excedit, ita quod ſine tædio durare non poſſit, non eſt vlterius protendenda.

46 Dub. Quæ ſunt partes orõnis? ℞. S. Tho. vbi ſupra, ar. 17. ꝙ ad orõnem tria requirũtur. Quorũ primum eſt, vt orans accedat ad Deum quem orat, ꝙ ſignificatur nõie orõnis, quia orõ eſt aſcẽſus intellectus in Deũ. Secũdò, requiritur petitio, quę ſignificatur nomine poſtulationis, ſiue petitionis, vt aliquid proponatur determinatè, quod quidã nõiant propriè poſtulationem: ſiue indeterminatè, vt cum quis petit iuuari à Deo, qđ nõiant ſupplicationẽ: ſiue ſolũ factũ narretur, ſm̃ illud Io. 11. Ecce quem amas infirmatur, quòd vocãt inſinuationẽ. Tertiò, requirit̃ rõ impetrãdi, qđ petit̃, & hoc, vel ex parte Dei, vel ex parte petentis: ratio quidẽ impetrandi ex parte Dei eſt eius ſanctitas, ꝑꝑ quã petimus exaudiri, ſm̃ illud Danie. 9. ꝑꝑ temetipſum inclina Deus meus aurẽ tuam. Et ad hoc pertinet obſecratio, q̃ eſt per ſacra cõteſtatio, ſicut cũ dicimus, Per natiuitatem tuam libera nos dñe. Ratio verò impetrandi ex parte petẽtis eſt gratiarum actio: quia de acceptis beneficijs grãs agẽtes, meremur accipere potiora, vt in collecta dr̃. Et ideo dicit gl. 1. Thy. 2. quòd in Miſſa obſecrationes ſunt, q̃ p̃cedunt conſecrationem, in quib. quædam ſacra commemorantur: orationes ſunt in ipſa conſecratione, in qua mens maximè dẽt eleuari in Deum. Poſtulationes aũt ſunt in ſequentib. petitionibus: gratiarum actiones in fine, in plurib. etiã Eccleſiæ collectis hæc quatuor poſſunt attẽdi, ſicut in collecta Trinitatis, quod dicit, Oṗs ſempiterne Deus, pertinet ad orationis aſcenſum in Deum: quod dicitur, Qui dediſti famulis tuis &c. pertinet ad gratiarum actionem: quod dicitur præſta quæſumus &c. pertinet ad poſtulationem: quod in fine ponitur, Per dominum noſtrũ. pertinet ad obſecrationem.

47 Dub. An orõ reqrat determinatũ locũ? ℞. S. Th. ſuper prima Thy. 2. quòd orõ mentalis vbiq; pōt fieri, ſed ſigna orationis exterius nõ dẽnt fieri in oĩ loco, qa homo nõ debet ſingularis apparere in exterioribus, & propter hoc poteſt haberi inanis gloria.

48 Dub. Cũ dñs dicat hic, Intra in cubiculũ tuũ &c. Cur oramus in eccleſijs corã oĩbus? ℞. S. Th. vbi ſupra, quòd eccl'iæ factæ ſunt, nõ quòd locus ſit de neceſſitate orõnis, ſed ad bene eſſe eius, qa orõ requirit ſolitudinẽ & quietẽ, & vt idẽ dicit 2. 2. q. 83. art. 12. ꝙ ſicut Chryſ. dicit ſuper Matt. eo propoſito dñs vetat in conuentu orare, vt a conuen-

tu videat: vnde orans nihil nouũ facere dét, quod aspiciant hoies, vel clamando, vel pectus ꝑcutiendo, vel manus expãdendo. Nec tñ, vt Aug. dicit in lib. de sermone dñi in monte, videri ad hominibus nephas est, sed ideo hoc agere, vt ab hominibus videaris.

49 Dub. Quia dicit hic dñs, Ora patrẽ tuũ. an solus Deus debeat orari? Resp. S Tho. 2. 2. q. 83. ar. 4. ꝙ oro porrigitur alicui dupliciter: vno mõ, quasi per ipsum implẽda. Alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo qdẽ modo, soli Deo orõnẽ porrigimus, qa oẽs orationes nostræ ordinari dẽnt ad gratiã, & gloriã consequẽdã, q̃ solus Deus dat, ſm illud Psal. 83. Gratiam, & gloriam dabit dñs. Sed secũdo mõ, orõnẽ porrigimus sanctis Angelis, & hominibus, non vt per nos Deus nostras petitiones cognoscat, sed vt eorũ precibus, & meritis orones nostræ sortiant effectum. Et ideo dicitur Apoc. 8. c. ꝙ ascendit fumus aromatum, i. orationes sanctorum de manu Angeli coram Deo: & hoc etiam patet ex ipso modo, quo Ecclesia vtitur orando: nam à sancta Trinitate petimus vt nostri misereatur: ab alijs autem sanctis quibuscumq; petimus, vt orent pro nobis.

50 Dub. An Sancti cognoscãt orones nostras mentales? ℞. S. Thom. vbi supra, ꝙ Beatis, vt Greg. dicit in 11. mora. in verbo, manifestat illud, qđ decet eos cognoscere de eis, q̃ circa nos agunt, ẽt quãtũ ad interiores motus cordis. Maximè aũt excellentiã eorum decet, vt cognoscant petitiones ad eos factas vel voce, vel corde, & iõ petitiones quas ad eos dirigimus, Deo manifestãte, cognoscũt.

51 Dub. An Sancti inferiores debeãt orari? Resp. S. Th. vbi supra. ar. 11. ꝙ Deus vult inferiora per oia superiora iuuari: & iõ oportet, nõ solum superiora, sed ẽt inferiores Sãctos implorare, alioquin esset solius Dei misericordia imploranda: contingit tamen q̃nque quòd imploratio inferioris Sancti efficacior est, vel quia deuotius imploratur, vel quia Deus vult eius sanctitatem declarare.

52 Dub. Cur imploramus Sanctos eorũ nominibus, cũ sola aĩa sit in paradiso, & ita videtur, quòd dẽremus implorare, dicẽdo anima sancti Petri, vel Pauli, ora pro nobis? ℞. S. Thom. vbi supra, quòd qa sancti viuentes meruerant, vt pro nobis orarent, ideo inuocamus eos nominibus, qbus hic vocabãtur, quibus ẽt nobis magis innotescunt Et iterum ꝑꝑ fidem resurrectionis insinuãdã. Sicut legitur Exo. 3. Ego sum Deus Abrahã.

53 Dub. An orationes peccatorũ exaudiantur à Deo? ℞. S. Th vbi supra. ar. 16. quòd in peccatore duo sunt consideranda. s. naturã, quã diligit Deus, & culpa, quã odit. Si ergo peccator orãdo aliq d petit, inquãtũ peccator, i. ſm desiderium peccati, in hoc à Deo non audit ex misericordia, sed q̃nque auditur ad vindictam, dum Deus permittit peccatorem adhuc amplius ruerę in peccata: Deus. n. quædam negat propitius, quæ concedit iratus, vt Aug. dicit: orationem verò peccatoris ex bono naturæ desiderio procedentem Deus audit, non quasi ex iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia, obseruatis, tamen conditionibus, quæ in dubio sequenti ponentur.

54 Dub. Quæ obseruanda sunt, vt oro semper exaudiatur? ℞. S. Tho. in 4. sent. dist. 15. q. 4. ar. 7. q. 3. quòd gl. sup illã parabolã Lu. 2. c. Quis vestrũ hẽbit amicũ &c. dicit, quòd quatuor cõditiones exigũtur ad hoc, quòd oro sit efficax, s. vt petatur pie, & pro se, & perseueranter, & ad salutẽ. Nam aliqđ est, quod repugnat impetrationi in prouidẽtia Dei ad quem orat, & ad hæc impedimenta tollenda ponuntur quatuor conditiones ꝑmissæ: quib. positis, semper habet oratio efficaciã impetrandi: põt ergo impedimentũ esse orõnis, vel ex parte orantis, si orationẽ inordinatẽ emittat, & ad hoc remouendum dicit pie, in quo importatur modus latriæ, quo alio nomine pietas dicit, secundum q̃ oratio modificari dẽt: & q̃nque aliquis pie petit, qui pietatis virtutem nõ habet: sicut aliquãdo aliquis iustè facit, qui iustitiæ habitum non habet: & sic etiam peccatores aliquando possunt pie orare. Vel est impedimẽtum orationis ex eo, quòd petitur, quia etiam quandoq; petenti non expedit: sicut Paulo petenti, vt remoueretur ab eo Angelus sathanæ, quod ei non expediebat ad salutem: & ideo additur, ad salutem. Vel impedimentum est ex parte eius, pro quo fit, quod impedimentum non põt esse quando oratio fit ꝓ seipso, sed ꝓ alio, & ideo addit alia conditio, s. qđ fiat ꝓ se. Vel potest esse impedimẽtum propter intermedium inter rõnem, & consecutionem debiti, & hoc excluditur per hoc, quod di perseueranter: possumus tamen à Deo petere bona tpalia, non vt finem in eis constituamus, vt dicit ipse S. Tho. 2. 2. q. 83. art. 6. sed sicut quædam admi-

adminicula, quibus adiuuemur ad tendendum in beatitudinem inquantum vita corporalis sustentatur.

55 Dubit Pro quibus est orandum? Resp. S. Pau. 1. ad Thi. 2. dicens. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, ꝓ regibus, & omnibus qui in sublimitate constituti sunt. Et S. Th. 2. 2. q. 31. ar. 2. dicit, quod aliquod beneficiũ est quod possumus oib. impendere si non in speciali, saltem in generali, sicut cùm oramus, pro omnibus fidelibus, & infidelibus: & idem in 4. sen di. 18. q. 2. ar. 1. q. 1. dicit, ꝙ pro infidelibus oratur, sed ipsi fructũ orationis non ꝑcipiunt, nisi ad fidem conuertãtur: similiter, & pro excommunicatis orari potest, quamuis non valeat, sicut orationes, ꝗ pro membris ecclesiæ fiunt, & fructũ non percipiant, quandiu in excõicatione manẽt, sed oratur, vt detur eis spiritus pęnitentiæ, vt excommunicatione soluantur.

56 Dubit. Propter quid fiunt orationes in horis canonicis? Rñ. S. Tho. in quodlibetis, quodlib. 7. ar. 18. ꝙ orationes, quæ fiunt in horis canonicis, est quoddam bonum spirituale, quod cadit in bonum commune ad salutem ecclesiæ, vt auertatur ira Dei à populo. Ezechiel 13. Non opposuistis vos murũ pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Glo. precibus dimicantes, & diuinæ sententiæ resistentes.

57 Dub. Cur cum Christus esset Deus orauit? Rñ. S. Th. 3. par. q. 21. ar. 1. ꝙ oratio est quædã explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat: Si igitur in Christo esset vna tantum volũtas, s. diuina, nullo modo competeret sibi orare, quia voluntas diuina per se ipsam est effectiua eorum, quæ vult, secundum illud Ps. 13 Omnia quæcunque voluit Dñs fecit. sed quia in Christo est voluntas diuina, & alia humana: & voluntas humana non est per seipsam efficax ad implendum, quæ vult, nisi per virtutem diuinam; manifestum est, ꝙ Christo secundum quod est homo, & humanam volũtatem habens, cõpetit orare: & licet posset perficere omnia, quæ volebat, secundum quod Deus, nihilominus tñ, idem ipse Deus existens, & homo, voluit ad patrem orationem porrigere, non quasi ipse esset impotens, sed ꝑꝑ nostram instructionem. Primò quidẽ, vt ostenderet se esse a patre, Io. 11. c. ꝑꝑ populum, qui circunstat dixi, s. verba orationis, vt credant, ꝙ tu me misisti. Vnde Hilarius in 10. de Trinitate dicit. non ꝑ ce eguit, sed pro nobis orauit, ne filius ignoretur. Scđó orauit, vt nobis exemplum orãdi daret. Vndè Ambrosius dicit super Luc. Nõ insidiatrices aperire aures, ut putes filium Dei quasi infirmum rogare, ut impetret qđ implere non possit: potestatis. n. auctor, obedientiæ magister, ad ꝑcepta virtutis suæ nos iformat exẽplo. Vnde Aug. dicit super Io. Poterat Dñs in forma serui, in hoc opus esset orare silentio, sed ita se patri exhibere voluit precatorẽ, vt meminisset se nostrum esse doctorem.

58 Dub. Cur Christus pro se orauit, cũ frueret̃, & esset cõprehensor? Rñ. S. Th. 3. par. q. 21. ar. 3. ꝙ sicut humana natura in Xp̃o ꝗdã bona habebat à patre iã ꝑcepta, ita ẽt expectabat ab eo ꝗdã bona nondũ habita, sed ꝑcipienda: Et iõ sicut ꝓ bonis iã ꝑceptis in humana natura gratias agebat patri, recognoscẽdo eũ auctorẽ, ut patet Mat. 26 & Io. 11, ita ẽt, ut patrẽ auctorem cognosceret, ab eo orando petebat ea, quæ sibi deerant scđm humanã naturã, puta, gloriã corporis, & alia hmõi, & in hoc ẽt nobis dedit exẽplũ, ut de perceptis muneribus gratias agamus, & ẽt habita, oranda postulemus.

59 Dub. Ex quo Xp̃s orat, cur non dicimus, Xp̃e ora ꝓ nobis, sed dicimus, Xp̃e exaudi nos? Rñ. S. Th. i 4. sen. dis 15. q. 4. art. 6. q. 2. & dist. 44. q. 3. ar. 3. ꝙ Xp̃s inq̃tũ hõ orat ꝓ nobis, sed q̃a orõ est actus q̃dã, & actus sũt particulariũ suppositorũ, ideo si diceremus Xp̃e ora pro nobis, nisi aliq̃d adderet̃, puta, Xp̃e scđm qđ hõ, videret̃ hoc ad ꝑsonam Xp̃i referri, q. Xp̃s supponit suppositũ ęternũ, cuius non est orare, & ita videretur esse consonũ, uel errori Nestorii, q. distinxit in Christo ꝑsonã filii hois à persona filij Dei: vel errori Arrij, qui posuit personã filij minorẽ patre. Vnde ad hos errores euitandos, ecclesia nõ dicit, Christe ora pro nobis, sed Christe audi nos, vel miserere nobis.

60 Dub. Cur bruta aĩalia orant, cũ careant intellectu. Nã dr̃ ps. 145. Qui dat escam pullis coruorum inuoantib. eum? Rñ. S. Th. 2 2. q. 83. ar. 10. ꝙ illi ꝓpriè conuenit orare, cui cõuenit rõnẽ hr̃e ad superiorẽ, quem deprecari possit; & q̃a diuinis ꝑsonis nihil est superius, iõ eis non cõuenit orare: & q̃a bruta aĩalia non habent rõnem, similiter illis non cõpetit orare Pulli aũt coruorum dicuntur

inuocare

inuocare Deum pp naturale desideriũ, quo omnia suo modo desiderant consequi bonitatem diuinam Sic etiam bruta animalia dicuntur Deo obedire propter naturalem instinctum, quo à Deo mouentur, & ita dicuntur Deum inuocare improprie, inquantum aliquid naturali desiderio desiderant, quod à Deo obtinent, ut etiam ipse dicit in 4. sen. dist. 15. art. 6. q. 5.

61 Dub. An Christus sufficienter docuerit nos orare in oratione dñica? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 83. ar. 9. & in 3. sen. dist. 34. q. 1. art. 6. q. oratio Dominica perfectissima est, quia sicut Aug. dicit ad Probam. Si rectè, & congruenter oramus, nihil aliud dicere possumus, q̃ q. in ista oratione Dominica positũ est, quia. n. oratio est quodammodo desiderij nostri interpres apud Deum, illa recte solum orando petimus, quę recte desiderare valemus. In oratione aut dominica non solum ponũtur oĩa, quæ rectè desiderare possumus, sed etiam eo ordine, quo desideranda sunt, vt sic hæc oratio non solũ instruat postulare, sed etiam sit informatiua totius nostri affectus. Manifestum est autem, q. primò cadit in desiderio nostro finis, Deinde ea, q̃ sunt ad finẽ finis aũt noster Deus est, in quẽ noster affectus tẽdit dupliciter. Vno quidẽ modo, put volumus gloriã Dei: Alio modo, secundum quod volumus frui gloria eius. Quorũ primũ pertinet ad dilectionẽ Dei qua Deum in seipso diligimus. Secundum verò, pertinet ad dilectionẽ, qua diligimus nos in Deo. Et ideo, prima petitio ponitur [Sanctificetur nomen tuũ] p. quam petimus gloriã Deo; & ita petimus, q. nomen eius, q. semper sanctum est, Sanctum etiam apud hoĩes habeatur: Secunda verò ponit [Adueniat regnũ tuũ.] glo. 1. manifestetur hominib. ut sm nobis ueniat, & in Christo regnare mereamur: & ita per eam petimus ad gloriam regni eius peruenire. Ad finem aũt pdictũ nos ordinat aliquid dupliciter: Vno modo per se, alio modo per accidens: p se quidem ordinat bonum, quod est utile in finẽ. Est aũt aliquid vtile in finẽ beatitudinis dupliciter: Vno modo directè & principaliter secundum meritũ, quo beatitudinẽ meremur, Deo obediendo. Et quantum ad hoc ponitur [Fiat voluntas tua, sicut in cęlo, & in terra] in qua sm Aug. petimus obediẽtiã ad Deũ, vt sic fiat à nobis volũtas eius in terris, sicut fit ab angelis in cęlis: Alio modo ordinat nos instrũaliter, & quasi coadiuuans nos ad merendum, & ad hoc pertinet. quod dr [Panem nr̃m quotidianum da nobis hodie,] quia sm Augu ibidem, per hoc quod dicitur, hodie, significat hoc tempus vbi petimus panem: siue hoc intelligatur de pane sacramentali, cuius quotidianus usus proficit homini, in quo ẽt intelliguntur oĩa alia sacramenta: siue ẽt intelligatur de pane corporali, ut per panem intelligatur omnis sufficientia victus. Et hoc idẽ petebat Prouer. 30. c. Diuitias, & paupertates ne dederis mihi, sed tantum victui meo tribue necessaria. Per accidens autem ordinamur in beatitudinẽ per remotionẽ prohibẽtis. Tria aũt sunt, q̃ nos à beatitudine prohibent. Primò quidem pc̃m, quod directè excludit à regno Dei, 1. Cor. 6. Neq; fornicarij &c. regnum Dei possidebunt, & ad hoc pertinet, q. dr [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus.] Secũdò, tentatio, quæ nos impedit ab obseruantia diuinæ uoluntatis: & ad hoc pertinet, q. dicitur. [Et ne nos inducas in tentationem] in qua secundum Aug. petimus ne deserti diuino auxilio, alicui tentationi, vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti, nec petimus, vt non tentemur, sed ut à tentatione non vincamur. Tertio, pœnalitas præsens, quæ impedit sufficientiã vitæ, & quantum ad hoc dicitur [Sed libera nos à malo.] & sic sunt septem petitiones in oratione Dominica.

62 Dubit. Cur docuit Christus solum hanc orationem dirigi ad patrem, & non ad Filium, & Spiritũ sanctũ, qui sunt vnus Deus cum patre? Resp. S. Tho. 4. sent. dist. 15. q. 4. ar. 5. q. 3 q. ea, quæ sunt essentiæ diuinæ, à patre sunt in alijs personis, & ideo, fit quædam reductio alijs personis in patrem, vt patet per Hilarium. Et propter hoc etiam dr Pater principium totius deitatis, & sic nos in patrem, sicut in principium non de principio reducens Christus nos ad patrem orationem dirigere per filium docuit.

63 Dubitatur. Ad quid est vtilis oratio dominica? Resp. S. Tho. 12. q. 74. ar. 8. & 2. sen. dist. 24. in litera, quòd valet contra peccata mortalia, & venialia: & ita pro mortalibus etiam [Pater noster] dicere debemus, & pectus tundere.

64 Dubit. An solum verbis orationis dominicæ uti debeamus in orando? Respon. San. Tho. 2. 2. q. 83. art. 14. & in quarto sentent. dist.

dist. 15. q. 4 art. quòd dñs non instituit hanc orationem, vt his solũ verbis vti debeamus in orando, sed quia ad hæc sola impetranda debet tendere nostræ orationis intẽtio, qualitercunq; eam proferamus, vel cogitemus. Et ideo, præcepto dominico, non obligatur ad verba illa, sed ad res illas petendas à Deo.

65 Dub. An dicens orationem dñicam nullum habens pctũ mentiatur cùm dicit, dimitte nobis debita nostra? Rñ. S. Thom. in 4. sent. dist. 16. in litera, quòd hoc, non est alicui certum, quod omnino sit à pctõ, saltẽ ueniali, quantum ad aliquem reatum immunis, si tamen per reuelationem sciat, non peccat, dicens in persona ecclesiæ.

66 Dub. An non parcens iniuriantibus, dicens hanc orationem mentiatur dicendo, Sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris? Rñ. S. Th. 2. 2. q. 83. ar. 16. ꝙ oratio dominica profertur ex persona cõi totius ecclesiæ. Et ideo, si aliquis nolens dimittere debita proximo, dicat orationem dominicam, non mentitur, quamuis hoc quod dicit non sit verum, quantum ad suam personam. Est tamen verum quantum ad personam ecclesiæ, extra quam est merito, & ideo fructu orationis caret, quandoq; tamen aliqui peccatores parati sunt debitoribus suis dimittere. Et ideo, ipsi orantes exaudiuntur.

¶ Sensibus spiritualibus non exponitur ratione dicta in prologo.

SABBATHO, POST CINERES.

Cum sero esset factum. Mar. 6. Matth. 12. c. Ioan. 6. cap.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31. tertiadecima die Aprilis.

HISTORICE.

Discipulis dñi quodã sero contra aduersantem ventum remis nauigando insistentibus, Dñs supra mare sicco incedens pede, post eos accurrens, circa vigiliã noctis quartam, dum præterire tentaret, eum putauerunt sic ambulantem fore fantasma, & conturbati vocẽ extulerunt, quos allocutus, vt confiderent, qm eorũ esset magister, ingressus est nauim, & statim quieuit ventus. Stupor verò magnus eos inuasit, non. n. ad panum miraculum mentis oculos cũ obcecati essent apposuerant: verũ cũ è naui egressi Genesareth regionẽ ingressi fuissent, ab eis agnitus est: è tota aũt regione illa valetudinarios adducentes, vt eius vestis fimbriam tangerent deprecabantur, omnesq;, qui eã palpassent pristinæ restituebantur saluti.

Obiectionibus respondendum est.

1 DVBITATVR. In quo mari erat nauis illo sero? Rñ. Lyra, ꝙ in mari Galileæ, qm cũ transfretassent, venerunt in terram Genezareth, quod quidem mare dicitur stagnum Genezareth, à quadã ciuitate sic nominatum.

2 Dub. An pũctualiter nauis esset in medio mari? Resp. quod cum mediũ appropinquat vni extremorum, sortitur nomẽ eius respectu alterius, sicut aqua tepida dum calesit appropinquando aquæ bullienti, dicitur calida respectu aquæ frigidę, & ita nauis maris medio appropinquando, relicto littore, dicitur esse in medio, respectu ripæ, quamuis etiam potuerat in medio esse.

3 Dub. Cũ multi hoïes essent in terra, quomodo est verum, quod dicitur, & Iesus solus in terra? Resp. quòd dicĩ solus in terra respectu discipulorum, qui omnes erant in nauim, & etiam potest exponi, quòd solus erat in terra, quia nullus tunc secum erat.

4 Dub. Quõ vidit eos laborantes in remigãdo cũ essent à longe, & esset nox? R. quòd cũ esset Deus, & esset vbique, vidit eos laborantes, quia nihil latere Deum potest.

5 Dub. An ille ventus contrarius fuerit naturalis? Require dominicã 3. post octauam Epipha. dub. 4.

6 Dubita. Quæ est quarta vigilia noctis, & quo sunt vigiliæ noctis? Require in media nocte Natiuitatis Domini. dub. 40.

6 Dub. Cur tñ Dñs distulit ad eos venire, & eis succurrere? R. Chry. super Matthæũ, dicens, quod tota nocte dimittit eos fluctuari exigens eorum cor post timorem in maius sui desiderium immittens eos in memoriam continuam. Propter hoc, non confestim eis astitit, erudiens eos non cito solutionem inquirere aduenientium malorum, sed ferre ea, quę contingunt viriliter.

8 Dub. Quid faciebat solus in terra? Respõ. Euang. suprascripti, eo, quia in montem solus abierat orare.

9 Quomodo potuit super mare ambulare, cùm corpus haberet põderosum? Res. Aug. super

super Io. & Greg. in hom. ꝙ sicut moli corporis, vbi diuinitas erat hostia clausa non obstiterunt, & nõ apertis ianuis ad discipulos intrauit, qui clauso Virginis vtero exiuit, & ita nunc virtute diuinitatis, mare solidum se præbuit sub pedibus eius, & sic ista ambulatio supra mare fuit miraculosa. Et gl. Bed. super Io. dicit. Fides catholica, & pondus secundum carnem habuisse dominum prædicat, & onus corporeum, & cum pondere, atque onere corporali incedere super aquas non infusis pedibus.

10 Dub. Quia si ventus erat contrarius, non vr̃ quòd potuerunt à terra recedere? Resp. ꝙ vt habetur Ioan 6. c. Nauicula iam erat in mari, & longe à terra quando ventus venit contrarius. Nam ibidem dicitur, mare autẽ vento magno flante exurgebat.

11 Dub. Non videtur verum, quòd voluerit eos præterire, cum postmodum ascenderit in nauiculam? Resp. Aug de consensu Euangelistarum, dicens, quomodo ergo eos volebat præterire quos pauentes ita confirmat, nisi quia illa voluntas prætereundi ad eliciendum illum clamorem valebat, cui subueniri oportebat.

12 Dub. Quomodo cognouerunt, quòd volebat eos præterire? Respon. Aug. vbi supra, quòd nõ hoc intelligere potuerũt, nisi quia in diuersum ibat eos volens præterire, tanquam alienos, à quibus ita non agnoscebatur, vt fantasma putaretur.

13 Dub. Propter quid putauerunt fantasma esse? Rñ. Glo. interlinearis, quòd nõ putabãt verum corpus super aquas incedere.

14 Dub. Quid est fantasma? Resp. secundum grammaticos, & Catholicon vocabulistã, ꝙ fantasma dr̃ à fasmos, quòd est apparitio, & est idem, quod fasma, quod est apparitio proprie vana, & incerta, vt in nocte, sed fasma semper est dubia: fantasma autem, & fantasia, quod idem est, qñq; est dubia, quãdoq; non: nam fantasia est species figurata in animo de rebus cognitis, sed fantasma est de rebus incognitis, & est cùm aliq d apparet aliud, quam sit, & ita est visio vana.

15 Dubi. Quomodo omnes viderunt eum, cum multi essent in terra, & alijs regionib. qui non poterant eum videre? Respõ. quòd nõ omnes absolutè loquendo viderunt eũ, sed omnes, qui erant in naui.

16 Dub. Cur conturbati sunt discipuli? Rñ. Theophil. super Euang. quòd propter magnum timorem, quem eis Christus sic ambulando incussit.

17 Dubi. Cur exclamauerunt? Rñ. Chry. super Matthæum, quod prę timore, nam vt dicit glo. interlinearis. Hieron magni timoris indiciũ est cõfusus clamor, & incerta vox.

18 Dub. Quid dixerunt clamando? Resp. ꝙ vt ex prædictis patet confuse clamauerunt, nec aliquam vocem articulatam, seu significatiuam ediderunt.

19 Dub. Cur antequam clamarent non fuit eis locutus? Respond. Chry. super Matth. dicens. Quoniam quanto magis intendebatur timor, tanto magis lætati sunt in eius præsentia.

20 Dub. Cur statim post clamorem locutus est eis? Resp. quòd vt timorem, qui iam vehemens erat solueret, & fiduciam pręberet, vt Chrys. dicit.

21 Dub. Cur non dixit nomen suum, sed solum ego sum? Res. Beda. quòd quia familiares eius erant. ideoq; audita voce facilè potuerunt cognoscere magistrum: siue, vt verius est, vt ostenderet se illum esse, qui Moysi dixit Ego sum, qui sum.

22 Dub. Quomodo statim, vt intrauit nauim cessauit ventus? Resp. glo. interlinearis. hoc non esse mirum, quia in quocunq; per gratiam sui amoris adest, mox vniuersa vitiorũ aduersantis mundi, & malignorum spiritum bella quiescunt.

23 Dub. An etiam statim cessauerit tempestas maris? Resp. Hier. dicens, tranquillitatẽ maris fuisse tunc etiam redditam.

24 Dub. Cur post illud miraculum plus, & magis stupebant? Resp. Glo. margina. quòd miraculo panum, quod esset rex conditor ostendit, ambulando super aquas, ꝙ corpus haberet liberum ab omni grauedine peccati, placando ventos, & vndas, quòd elementis dominaretur ostẽdit, sed carnales adhuc discipuli magnitudinem quidem virtutum stupebant, sed diuinæ maiestatis virtutem non agnoscebant.

25 Dub. Cur dicit plus, & magis, cum idem significent? Resp. quod plus est comparatiuum huius nominis multum, magis autem est aduerbium comparandi.

26 Dub. Quando fuit factum miraculum de quinque panibus? Resp. quòd secundũ Euãgelium supra nominatum, fuit factum immediate ante historiam huius euangelij.

27 Dub. Cũ apostoli viderint miraculum de

panis

panis quomodo non intellexerant? Respon. Theoph. super Euang. quòd nõ intellexerũt Christi potentiam, quam nunc ex maris miraculo plenius cognouerunt.

28 Dub. Quomodo erat obcęcatum cor eorum? Resp. Beda. quod quia adhuc carnales erant, diuinitatem agnoscere non poterant.

29 Dub. Quid est terra Genezaret? R. Raba. sup Euang. quòd est terra, quæ est iuxtà lacum Genezar, qui etiã dicitur mare Galileæ, qui lacus est amplissimus longitudine centum quadraginta stadiis, & est in Iudæa.

30 Dub. Quomodo cognouerunt eum cum egressi sunt è naui, & non ante? R. Theophi. super Euang. quòd hoc non dicitur de Apostolis, & discipulis, quoniam ipsi cognouerũt eum in naui, sed de incolis terræ Genezareth, ut etiam Matthæ. 1. dicitur.

31 Dub. Quomodo illi incolæ cognouerunt eum? R. Beda. quod cognouerunt eum rumore non facto, vel pro signorum magnitudine, & vultu plurimis notus erat.

32 Dub. Cur illi incolę percurrerunt totam illam regionem? R. Beda. super Matt. quod ex magna fide, quoniam non tantum præsentium salute contenti erant, sed mittebãt ad alias per circuitum ciuitates, quo omnes currerent ad Medicum.

33 Dub. Cur non inuitabant dominũ vt iret ad domos in quibus iacebant infirmi, sed eos portabant in plateis? R. quod ex reuerẽtia Christi, & ex multitudine infirmorum.

34 Dub. Cur quærebant tangere fimbriam vestimẽti eius? R. Theoph. sup Euãge. qđ qa miraculũ, qđ circa mulierẽ emorroissã contingerat, ad aures multorum venerat, & multam fidem eis dabat ex qua sanabantur.

35 Dub. Cur non curabat eos verbo absque hoc quod fimbriam eius tangerent? Require dominica. 2. post oct. Epiph. dub. 14.

36 Dub. Quæ differentia est inter vicũ, villam, & ciuitatem? Res. Catholicon. quòd vicus dicitur villa extra ciuitatem, & dicitur quia habeat uias tantum sine muris. Villa à vallis dicitur quasi vallata, quia vallata sit solùm uallatione vallorum, & non in muratione murorum. Ciuitas est hominum multitudo, societatis uinculo adunata ab eodẽ iure viuendi, & ciuitas non saxa, sed habitatores vocantur, sed urbes ipsa mænia sunt, & dicitur ciuitas, quasi ciuium unitas.

ALLEGORICE.

Gloriosa semper uirgo Maria Dei genitrix nauis est, quæ de cęlis ad terras portauit merces magnas, ex quibus totum genus humanũ redẽptũ fuit, [Hæc n. nauis cum sero esset factũ] scilicet mũdi, quia nos sumus in quos fines sæculorũ deuenerunt [erat in medio mari,] idest, inter patres noui, & ueteris testi: [& Iesus solus in terra] s. de qua dictũ est, & terra nostra dabit fructum suũ, quia uir non transibit p eã, sed solũ dñs. [& uidens] hoies mundi [laborantes in remigido] & in obseruando pcepta legis [qm erat eis uentus contrarius] scilicet, Iudæis, cũ iã pluries captiuati fuissent. [Et circa quartã uigiliã noctis.] idest, in fine tenebrarum, de quibus dicitur: Nox pcessit, dies aũt appropinquauit, qm prima uigilia fuit ab Adam usq; ad diluuiũ. Secũda, usque ad Moysen. Tertia, usq; ad Christũ. Et in quarta uenit, incarnatus est, & expulsis tenebris dies affuit. [uenit ergo ad eos,] idest, incarnatus est p p eos. [ambulans supra mare,] .i. super gloriosa Virgine de ipsa carnem assumendo ex mystico spiramine. [Et uolebat pterire eos] scilicet, p tunc erant per mortẽ crucis ut eos redimeret. [at illi ut uiderũt eũ ambulantem super mare,] idest, per auditum cognouerũt natũ de semper Virgine, saluo eius pudore, putauerunt fantasma esse [sicut hæretici q dã, q dixerunt Christum nõ assumpsisse uerum corpus de sp Virgine, sed trãsisse per eã sicut per fistulã,] & exclamauerunt [illud ex doctrina alijs tradẽtes, oẽs tñ uiderunt] i. ex oĩ parte mundi intellexerunt, qm est filius Dei, & sp Virginis cùm in oẽm terram exierit sonus Apostolorum [& cõturbati sunt] idololatræ, qui hoc uidentes admirati sunt, conturbati sunt, & tremor apprehendit eos. [& statim locutus est eis,] idest hoibus mundi, tam per se, q̃ per Apostolos [& dixit eis, confidite] fidem cũ spe habentes. [ego sum] q ueni liberare nos ab errorib. [nolite timere] eos q occidunt corpus pter nomẽ meũ [& ascẽdit ad illos in nauim] i. p nauim s. gloriosam semper Virginem Mariam aduocatam nostram, [cessauit uẽtus hęresum, quoniam cunctas hæreses sola interemit] & plus, & magis intra se stupebant [quomodo pauperes piscatores conuertere potuerunt Imperatores, Reges, & philosophos, ac sapientes [non ei intellexerunt de panib.] Iudęi quos man ducauerunt in deserto, qñ pluit. eis manna. q significabat hũc uerũ panẽ, q de cęlo descendit,

ſcendit.[erat n.cor eorum obcęcatum,] .ſ. Iudæorum attendentium ſolum ad ſenſum literalem, qui occidit, & non ad ſpiritualé, qui viuificat[& cum transfretaſſent]ex infidelitate ad fidem Chriſti[venerunt in terram Genezareth].i.in Chriſtũ ortũ de terra virginali per aurã excitatã à Spirituſancto.[& applicauerũt]quia q. adhæret Deo vnus ſpiritus eſt[cumq; egreſſi eſſent de naui] i.de infidelitate,continuo cognouerunt eũ eſſe verum Deum,& verum hominé[& percurrentes vniuerſam regioné illam] .i. Chriſtianitatem, [cęperunt in grabatis].i. in verbis prædicationum,[portare eos,qui ſe male habebant].i. infirmos in fide, [vbi audiebant eum eſſe] prædicantes gloriã,in qua regnat,& eos cõregnare faciet,[& quocumque introibant]qm̃ non eſt Deus acceptor perſonarum[in vicos, villas, & ciuitates ponebant infirmos] in fide [in plateis] .i. congregationibus iuſtorum , qui pro eis orationem faciebant[deprecantes illum,vt vel fimbriam veſtimenti eius tangerent] i. per humilitatem,quæ tangi,& videri poterant , quemadmodum Thomas palpauit . [Quotquot autem tangebant eum,] ideſt ab eo tangebantur, & præordinati erant ad vitam æternam, ſalui fiebant.

TROPOLOGICE.

Ex præſenti Euangelio monemur,vt relictis peccatis,viam pęnitétiæ amplectamur, quæ per nauim ſignificať,eo quòd homines per mare huius mundi ad portum paradiſi deducit , & queadmodum homines in mari exiſtentes dormiendo,quieſcendo,& comedendo vadunt ad portum:ita pœnitétes, qui dormiunt,vel fortiores exurgũt ad laudandum Deum , & comedunt, vt fortiores ſint ad ſeruiendum Deo. quieſcunt, vt fortiores ſint ad laborandum,vadunt ad paradiſum.Sed neceſſe eſt pœnitentiam facientibus, vt fortes ſint contra impedimenta, & pericula occurrentia . Quorum primum in miſeria huius mundi eſt mulliplex ignorãtia,qm̃ [erat ſero] q.a nihil clare vř,& Dei eſt imperfecta cognitio.Secundum impedimentum pœnitentes patiuntur à mundo [quoniam nauis erat in medio mari] nam iſte mundus eſt mare, in quo multi abſorbẽtur.cõtra qđ rogat Pſ.dicẽs.nõ me demergat tẽpeſtas aquæ, i. peccatũ mortale,neq; abſorbeat me profundũ. i. conſuetudo peccandi,quæ demergit in profundum. neque urgeat ſup me puteus os ſuũ,i.ne deſperãdo includat in puteo inferni. Tertiũ periculũ patiunť à diabolo,qm̃[erat uẽtus cõtrarius].ſ.tentationes diaboli. Quartũ patiunť in carne p phantaſmatum illuſioné,qm̃[putauerunt phantaſma eſſe.]Sed cõtra iſta pericula docentur patientes a mari , ut ſecuri ipſa pericula euadãt, qm̃ debent habere de Deo magnam confidentiam,qm̃ ipſe[ſolus eſt in terra,].ſ.potens ad liberandum.[Et uidet eos laborantes remigando,] .i.labores, & ſudores pœnitentium,[& ambulat ſuper mare]uincendo mundum per paſſioné ſuã, immittendo gratiam, & ad hanc fiduciã ipſe nos inducit dicendo [confidite,& nolite timere,ego ſum].ſ.adiutor ueſter. Ité,dént recurrere pœnitétes ad oẽnem clamoroſam,qm̃[exclamauerunt] quia contra conturbationes phantaſmatum carnis nõ poſſumus præualere niſi per oẽnes deuotas. nã quia Sap. 8. c. Et ut ſciam qđ nõ poſſum eſſe continens,niſi tu dederis,abij ad dñum, & deprecatus ſum illum. Item corroboranť per inſtructioné diuinã,qm̃ [dñs ueniet ad eos] illuminandum. Circa quartam uigiliã noctis] nã ipſi debent cuſtodire quatuor uigilias noctis,uidelicet, ut ipſi uigilantes cuſtodiant cogitationes,locutiones, operationes,& ſenſus corporis [& tunc aſcendet ad illos in nauim] cũ eius ſacratiſſimũ corpus recipient,contra qđ non pôt[uentus cõtrarius] & tunc[plus,& magis mirabanť]intra ſe conſolati de diuino auxilio,qm̃ ante pœnitentiam[nõ intelligunt de panibus]propoſitionis, i. de ſuauitate eucharistiæ , cum circa diuina[cor eorum eſſet obcœcatum] ſemper aũt meditentur paſſioné Chriſti, q̃ facit transfretare , & uenire in terrã Geneſareth,] .i ad portum gratiæ diuinæ,per q̃ perfecte]cognoſcunt Deum[& percurrunt uniuerſam regioné] meditando paſſiones, & acerbitates ,quas p nobis pertulit.[& circunferunt in grabatis].i. orationibus [oẽs male habentes] rogando Deum pro peccatoribus ſe male habẽtibus[per uillas, uicos, & ciuitates]cuiuſcumq; conditionis ſint,& qui [in plateis] i. publice delinquunt.[ut tangant ueſtimenti eius fimbriã].i.meditẽtur paſſionem humanitatis, q̃ eſt ueſtimentum diuinitatis,nã [quotquot tangunt eã] .i.meditantur [liberantur ab oĩ languore] & per oĩa acerba , q̃ patiuntur deliciæ efficiuntur,

ciuntur, nec permittit eos in aduersis defice re: vñ ad Heb. 12. dr. Recogitate eũ, qui talẽ sustinuit pro peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. Et Greg. in homi. si passio Xpi ad memoriam reducitur, nihil est, quod non æquo animo toleretur.

ANAGOGICE.

Contemplanda est illa cœlestis gloria ecclesiæ triumphantis, quæ est [nauis] applicata ad cœlestem portum, post [sero] huius sæculi, quæ quondam fuerat [in medio mari]. i. tribulationum huius sæculi. [Et laborabat in remigando] i. Deo seruiendo, quoniam [erat ei ventus contrarius] dæmonum tyrannorum, & aliorum persequẽtium. [Et Iesus solus erat in terra] respiciens eorum afflictiones, & subueniens eis [& venit ad illos] per incarnationem. [In quarta vigilia noctis]. i. post legem naturæ, Patriarchas, & legem scriptam ad prophetas [ambulans supra mare] non infusis pedibus in aliquo delicto, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius [& qui eos præteriit] per resurrectionem, quoniam ipse est primitiæ dormientium, & quem aliquando [putauerunt phantasma esse] per cogitationes non valentes humana ratione tantum mysterium perscrutari, cum tamen [oẽs viderint eum] per fidem [& conturbati fuerint de consimilibus cogitationibus] sed tamen ab eo vt perseuerent inspirati, & tandem [ascendit ad illos in nauim] paradisi in quo [cessat ventus contrarius] quoniam abstersit omnem lachrymam ab oculis eorum &c. [Et plus, & magis stupent de tanta gloria, i. admirantur, quoniam in hoc sęculo [non intelligebant] quia in cor hominis non ascendit, de panibus, i. societate cœlesti [cum eorum cor obcęcatum esset] non valente videre nisi per speculũ in enigmate [& nunc cum transfretauerunt] in illam terram lacte, & melle manentem [Genezareth] ex se aurum generantem, idest delectationes cœlestes [cognoscũt eũ] sicuti est & ipse [quot quot] volebant conuerti ad fidem [per tactum vestimenti eius,] idest humanitatis passionem suffe: entis [sanabantur] qm̃ eius liuore sanati sunt [in villis, vicis, & ciuitatibus] cum non sit personarum acceptio apud Deum, & cum eo lętantur] in plateis supernæ Hierusalem in sempiterna sæcula sęculorum.

DOMINICA PRIMA

In Quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum a spiritu. Mat. 4. c. & Mar. 1. c. Luc. 3. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 30. sexta die Ianuarij.

HISTORICE.

Spiritusancto duce, Iesus desertũ petijt, quo in loco à dęmone tentationibus inuaderet, cumq; diebus quadraginta ieiunasset in esuriẽ incidit. Ex quo dęmoni tentandi occasio successit. quibusdam igitur eidem lapidibus demonstratis, vt ex iis panis effici iuberet hortabatur, si oipotentis Dei filius esset. cũq; ad vitam hoĩs protelandam solum panẽ minimè sufficere, sđ ex ore Dei omne procedens verbum necessariũ fore respõdisset, vt ex sacris cautũ scripturis foret. Supra tẽpli pinnaculum sanctę ciuitatis eum collocauit, vtq; si Deo natus foret sese præcipitẽ dimitteret iubet, quoniam Dei angeli custodibus, id Dauid prænunciante, imperatum foret, ne ẽt pedis ad lapidis offensionẽ eum pati finerent, cui cũ à quoquam Deum tentandum minimè fore, scriptura attestante, demonstrasset, in excelsum eum montẽ cũ assumpsisset, cunctaq; mundi regna, eorũq; gloriam ostentasset, omnia eidem datura ꝓmisit, si tamen eum pronus adoraret: à quo redargutum, ut tanquam aduersarius abscederet, cum scriptura solum Deum adorãdũ, & eidem tantum famulandum esse pronuntiaret, ipse confusus abscessit, statimque eidem astuerunt angeli ministrantes.

Libet iam ad dubiorum solutionem deuenire.

1 DVBITATVR. Quando fuit Iesus ductus in desertum? Resp. suprascripti Euãgelistę, quòd immediate post baptismum.

2 Dub. A quo spiritu ductus est? Resp. Gre. in hom dicens, quod verè absque vlla qõne cõueniẽter accipitur vt à Spiritusancto ductus ẽẽ credatᷓ, vt illuc sus spũs duceret, quo hũc ad tẽtãdũ malignus spiritus inueniret.

3 Dub. In quo deserto stetit tũc Iesus? Resp. S. Vin. in sermone 1. huius dñicæ, ꝙ illud desertum ẽ inter Hierusalẽ, & Hierico: de quo dr̃ Luc. 10. c. Qđ homo quidã descẽdebat à Hierusalem in Hierico, sub quo fluit riuus, quẽ sanauit Heliseus, qđ hebraicè dr̃ a dñi, i. rubrum: qm̃ sanguine interfectorum cruẽtabatur, & erubescebat.

4 Dubit. Quid agebat Iesus in deserto? Resp.

Resp. S. Vin. vbi supra, q. licet euãgelistæ nõ clare hoc dicãt, tamẽ in sequentib. vt Lu. 6. c. patet quid faciebat: nam factum est in illis dieb. exijt in montem orare, & erat pernoctãs in oratione dei, post orationem, & dormiens super terrã: & ita noctem cõsummabat in somno, & oratione: in die vero, cõtemplabatur, & orabat.

5 Dub. Quã societatem habebat in deserto? Res. S. Vinc. vbi sup. quod vt dr̃ Marc. 1. erat in deserto cũ bestijs, qm̃ in illo deserto erãt leones, vrsi, lupi, & multa alia animalia, quæ sicut bos, & asinus veniebant ad Iesum, & suum agnoscebant creatorem, ibidemque erant latrones, & mali homines, qui videntes Iesum veniebant ad eum, ut quærerent si forte haberet pecunias, sed ipse mutabat eorum corda, & voluntates, & Christo magnam reuerentiam exhibebant.

6 Dub. Quia vr̃. q Spiritus sanctus sit maior Xpo, ex quo ducit eum in desertum? Resp. Chrys. super Mar. dicens, quod ductus est à Spiritu sancto nõ quasi minor maioris pcepto: nõ. n. solum ductus dr̃, q. alicuius ptãte ducit, sed ẽt ille, qui alicuius rationabili exhortatione placatur, sicut scriptum est de Andræa, quod inuenit Symonem fratrem suum, & adduxit eum ad Iesum, & ita Xp̃s ad ductus est, vt dicit Hieronymus, non inuitus, aut captus, sed voluntate pugnandi.

7 Dub. Cur Xp̃s voluit tentari? Res. S. Th. 3. par. q. 41. ar. 1. q. pp̃ter quatuor voluit tẽtari. Primò, vt nobis contra tentationes auxiliũ ferret. Vnde Greg. dicit in hom. nõ erat indignum redemptori nostro, quod tentari voluit, q. venerat occidi: vt sic tẽtationes nostras suis tentationibus vinceret. sicut mortẽ nr̃am sua morte superauit. Secundo, pp̃ nr̃am cautelã, vt nullus quãtuncunq; sanct⁹ se æstimet securũ, & immunẽ à tentatione: Vnde & post baptismũ tentari voluit, q. a sicut Hilarius dicit super Mat. in sanctificatis maxime diaboli tentamenta grassantur, q. a victoria magis est ei exoptãda de sanctis. Vñ & Eccl. 2. c. dr̃. Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei, sta in iustitia, & timore & p̃para aĩam tuam ad tẽtationẽ. Tertio, pp̃ter exẽplũ, vt, s. nos instrueret qualiter diaboli tentamenta uincamus. Vñ Aug. dicit in 4 de Tri. q Xp̃s diabolo se tentandum p̃buit, ut ad superandas tentationes eius mediator esset, non solum per adiutorium, uerumetiã per exemplum. Quartò, ut nobis fiduciã de sua misericordia largiretur. Vndè dr̃ ad Heb. 4. Non habemus Põtificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia per similitudinem absque peccato.

8 Dub. Quia cum Xp̃s, vt dr̃ Io. 3. c. venerit opera diaboli dissoluere, cur uoluit eius opera, s. tẽtationes pati? R. S. Th. ubi supra, quod Xp̃s venerat dissoluere opera diaboli non ptãtiuè agendo, sed magis ab eo, & eius mẽbris patiendo, ut sic diabolum uinceret iustitia, non ptãte, nam Christus se obtulit tentãdũ sua propria uoluntate, sed a diabolo ẽ ut assumeretur super pinnaculum templi, uel etiam in montem excelsum.

9 Dub. Quia pinnaculum tẽpli nõ fuit in deserto, & tamẽ dr̃ hic, quòd ductus est indesertũ ut tentaret. ergo non solum in deserto tentatus fuit? R. S. Th. ubi sup. ar. 2. quod q-dam dñt oẽs tentationes factas fuisset in deserto. Quorumquidã dicunt, quòd Christus ductus est in sanctã ciuitatem non realiter, sed s̃m imaginatiuam uisionem. Quidam ãt dicunt, quòd ẽt ipsa ciuitas sancta, i. Hierusalem desertum dr̃, quia erat derelicta à Deo sed hoc non erat necessarium, quia Marcus dicit, quod indeserto tentabatur a diabolo, non autem dicit, quòd solum in deserto.

10 Dub. Cur uoluit in deserto tentari? R. S. Tho. ubi sup. quòd ut dicit Amb. super Luc. Xp̃s agebat consilio in deserto, ut diabolum puocaret, q magis tentat aliquẽ cum est solitarius: nam nisi ille certasset, s. diabolus, nõ iste uicisset, s. Xp̃s. Item, hoc Xp̃s mysterio fecit, ut Adam de exilio liberaret, qui scilicet, de paradiso in desertum eiectus est.

11 Dub. Cur potius uoluit tentari à diabolo q̃ à carne? R. S. Thom. ubi supra art. 1. quod Xp̃s uoluit tentari sine peccato, & cum tentatio, quæ est ab hoste, possit esse sine peccato, quia fit per solam exteriorem suggestionem, tentatio autem, q̃ est à carne, cum non possit esse sine peccato, quia fit per delectationẽ, & concupiscentiam, ideo Christus uoluit tentari à diabolo, & non a carne.

12 Dub. Quid uolebat diabolus experiri per hmõi tentationes? R. quòd uolebat experiri utrum filius Dei esset, ut patet ex litera euãgelij, qm̃ in duabus primis tẽtationib. semper dixit. Si filius Dei es, & quatenus nõ eẽt filius Dei, sed purus homo, ut non frustra tẽtaret, tentauit eum de gula, uana gloria, & auaritia, & usque ad contemptum Dei.

13 Dub. Quia iã sciebat diabolus Xp̃m esse filium

filium Dei, vt dr Lu. 4. c. q non sinebat demonia loqui, qa sciebant ipsum esse Xpm? ℞. S. Th. vbi sup. quòd Xps tm innotuit demonib. quantum voluit, nõ per id qđ est vita æterna, sed per quosdam temporales suæ virtutis effectus, ex quibus quandam coniecturam habebant Christum esse filium Dei: sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis viderant, non pro certo cognoscebant eũ esse filium Dei. Et iõ diabolus eum tentare voluit. Et ut pulchre Chry. dicit sup Mat. sciebat dñs cogitationes diaboli, quia volebat eum tentare: audierat. n. quia Christus natus est in hoc mundo angelis prædicantibus, pastoribus referentib. Magis querentibus, & Ioanne ostendente. Vnde dñs processit contra eũ non quasi Deus, sed quasi homo: Magis aũt quasi Deus & hõ: nã per quadraginta dies non esurire, non erat hois, aliqñ autem esurire, non erat Dei. Vnde esuriuit, ne manifeste intelligatur Deus.

14 Dub. Quia vr, quòd publicè debuisset tẽtari, cum eius tentatio fuerit ad nostram instructionem, & exemplum? ℞. S. Th. vbi sup. ar. 2. quod Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem, cum autem fides sit ex auditu, & non ex visu, ideo ad hoc quod tentatio Christi esset nobis in exemplũ, non oportuit quòd ab omnib. videretur, sed sufficiens fuit q omnibus narraretur.

15 Dubi. Cum occasiones peccati sint vitandæ, cur Christus nobis exemplum prębens se obtulit tentationi, quæ est maxima occasio peccandi? ℞. S. Th. vbi sup. ar.. quod duplex est tentationis occasio. Vna ex parte hominis, puta cum aliquis pctõ se propinquũ facit, occasiones pcti non euitans, & talis occasio pcti est vitanda, ficut fuit dictum Loth Gen. 19. Ne steteritis in omni regione circa Sodomam. Alia occasio tentationis ex parte diaboli est, qui semper inuidet ad meliora tendentibus, & talis occasio tentationis non est uitanda, quoniam vt dicit Chryso. super Matth. non solum Christus ductus est in desertum à spiritu, sed omnes filij habentes Spiritum sanctum: non enim sunt contenti sedere ociosi, sed Spiritussanctus vrget eos aliquod magnum appræhendere opus, qđ est esse in deserto quantum ad diabolũ, qa non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur: omne etiam bonum opus est desertũ quantum ad carnem, & mundum, quia non est scdm voluntatem carnis & mundi; talé autem occasionem tentationis dare diabolo non est periculosum, quia maius est auxiliũ Spiritussancti qui est perfecti operis auctor, quàm est impugnatio diaboli inuidentis.

16 Dub. Cur Christus voluit ieiunare cum non indigeret ieiunio ad effectus ipsius ieiunij? ℞. S. Thom. 3. par. q. 40. art. 2. quod sicut Chry. dicit super Matth. vt discas quam magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniã post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet, & ipse Christus ieiunauit non indigens, sed nos instruens.

17 Dub. Cur additur 40. noctib. cum sufficisset dicere 40. diebus? ℞. Landulphus de vita Xpi, q ideo, ne putaretur aliquid in nocte comedisse, & ẽt pp ieiunium Iudæorũ qđ vsq; ad stellas ptendebat̃, & sic nihil comedebãt ĩ die, sed post comedebãt ĩ nocte.

18 Dubit. An Christus vnquã comederit in ipsis 40. dieb. & noctibus? ℞. Greg. in homi. quod ipse auctor omnium in 40. diebus nullum omnino cibum sumpsit.

19 Dubit Cur non ieiunauit vltra 40. dies? Respon S. Thom. 3. par. q. 4 ar. 2. quod sicut Chrys. dicit super Matthæum Christus non vltra processit ieiunando quàm Moyses, & Helyas, ne incredibilis videretur carnis assumptio.

20 Dub. Quomodo poterant Christus, Moyses, & Helyas sustentari nihil comedendo p 40. dies? Resp. Iacob. de Vorag. in sermone, quòd Moyses ieiunauit sustentatus diuina locutione, Helias angelica refectione. Christus autem propria virtute.

21 Dub. An ipsis 40. diebus Christus esurierit? Respon. Chrysosto. super Matthæ. quòd non in ieiunio, sed post ieiunium secuta est esuries.

22 Du. Cur post 40. potius esuriit, quàm ante? ℞. S. Th. 3. par. q 22. ar. 3. quod vt Hilarius dicit super Matth. q cum esurijt dominus, non fuit ex subreptione inediæ, sed naturæ suæ hominem dereliquit.

23 Dub. An infra 40. dies fuerit tentatus vnquam à diabolo? Respond. S. Thom. vbi sup. q licet Matt. c. dicatur, q fuerit in deserto 40. diebus, & noctib. & tẽtabatur à Sathana, tamen debet sic intelligi in illis 40. diebus & noctibus ieiunauit: quod autem dicitur, quòd tentabatur à Sathana, intelligẽdũ est, non in illis 40. diebus, quibus ieiunauit, sed post illos, eo quod Matt. hic dicit, & cum ie-

iunaſſet &c. Ex quo ſumpſit tentator occaſionem accedendi ad ipſum. Verumtñ Beda dicit, ꝗ tentabatur quadraginta diebus, & 40. noctibus, ſed hoc intelligendum eſt non de illis tentationibus viſibilibus, quas narrant Matth. & Lu. quæ manifeſte factæ ſunt poſt ieiunium, ſed de quibuſdam alijs impugnationibus, quas forte illo ieiunij tempore Chriſtus eſt à diabolo paſſus.

24 Dub. Cur diabolus vtebatur illis verbis, ſi filius Dei es? ℞. S. Thom. vbi ſupra ar. 1. ꝗ Gregor. exponens dicit, ꝗ quia cognouerat Dei filium eſſe venturum, ſed veniſſe ꝑ infirmitatem corporis non putabat, aliud explorantis, aliud tentatis eſſe, & Deo ſe profitetur credere, & homini conatur illudere.

25 Dub. De quib. tẽtauit diabolus Chriſtũ? ℞. Greg. in hom. ꝗ antiquus hoſtis primum hoïem ex gula tentauit, cũ cibum ligni vetiti ad comedendũ ſuaſit: ex vana gloria, cũ diceret, eritis ſicut dij: ex auaritia, cũ diceret, ſcientes bonũ & malũ: auaritia.n. nõ ſolum pecuniæ eſt, ſed ẽt altitudinis cũ ſupra modum ſublimitas ambitur. quibus autem modis primum hoïem ſtrauit, iſtis modis ſecundo hoïe tentato ſuccubuit; per gulã tẽtat cũ dicit. Dic vt lapides iſti panes fiant: ꝑ vanam gloriã, cum dicit. Mitte te deorſum: per ſublimitatis auaritiam, cum regna mũdi oſtendit, dicens. Hæc omnia tibi dabo &c.

26 Dub. Quia non vř, ꝗ Chriſtus peccaſſet in gula faciendo de lapidibus panes ad ſubueniendũ naturæ, & ita non vř, ꝗ prima tẽtatio fuit de gula? ℞. S. Tho. 3. par. q. 41. art. 4. ꝗ vti neceſſarijs ad ſuſtentationem non eſt peccatum gulæ, ſed quod ex deſiderio huius ſuſtentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gulæ pertinere poteſt. Eſt autem inordinatum qđ aliquis vbi põt recurſus haberi ad humana ſubſidia ꝓ ſolo corpore ſuſtentando, miraculoſe ſibi cibum quærere velit. Vnde & dñs filijs Iſrael miraculoſe mana præbuit in deſerto, vbi aliunde cibus haberi non potuit. & ſimiliter Chriſtus in deſerto turbas pauit miraculoſe vbi aliter cibi haberi non poterant, ſed Xp̄s ad ſubueniendum fami poterat aliter ſibi prouidere quàm miracula faciendo. Sicut & Ioannes Baptiſta fecit, vt legitur Matt. 3. c. vel etiam ad loca proxima properando. Et ideo reputabat diabolus quod Chriſtus peccaret ſi ad ſubueniendum fami miracula facere attentaret ſi eſſet purus homo.

27 Dub. Cur Chriſtus Deũs & hõ non proſtrauit diabolum ſua virtute ꝓſumentẽ eũ tentare? ℞. S. Thom. vbi ſup. ꝗ Chriſtus diabolo reſiſtit teſtimonijs legis non poteſtate virtutis, vt hoc ipſo & plus hoïem honoraret, & aduerſarium plus puniret, cum hoſtis generis humani non quaſi à Deo, ſed quaſi ab homine vinceretur, vt dicit Leo Papa.

28 Dub. Vbi habetur, non in ſolo pane viuit homo? ℞. quòd Deut. 8. c.

29 Dub. Quid eſt verbum procedere de ore Dei? ℞ Raba. ſuper Matth. ꝗ procedere verbum de ore Dei dicitur, cum voluntatem ſuam per ſcripturarum teſtimonia reuelat, & eſt hic figura quæ dicitur, metaphora.

30 Dub. Cur Chriſtus non dixit non in ſolo pane viuo, ſed dixit viuit homo? ℞. ꝗ non dicit viuo. vt dicit Chryſ. ſuper Matth. ne videatur de ſe dictum, ſed dicit viuit homo, vt poſſet diabolus dicere, ſi filius Dei eſt, abſcondit ſe, vt non oſtendatur qđ põt, ſi hõ eſt, aſtute excuſat ſe, ne oſtendat̃ non poſſe.

31 Dub. An diabolus aſſumendo Chriſtum eum portauerit? ℞ D. Card de Turrecre. ꝗ vt dicit Alb. Magnus ſuper Matth. quidam ſanctorũ vñr dicere, ꝗ aſſumpſit eum portando ſuper ſe, corporaliter aſſumpto corpore, vt dicit Greg. in hom. nec eſt mirum ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, qui ſe ꝑmiſit à membris eius crucifigi. Chryſ. autẽ dicit, ꝗ aſſumpſit eum ducendo poſt ſe: & ita exhortando induxit eum ad hoc vt iret poſt ſe: & Chriſtus ex diſpoſitione ſuæ ſapientiæ iuit cum eo, vbi ille cupiebat eum habere ad tentandum. vnde dicit S. Th. 3. p. q. 41. art. 1. ꝗ cum dř aſſumptus à diabolo, non intelligit quaſi ex neceſſitate, ſed quia vt Orig. dicit ſuper Lu. ſequebatur eum, ad tentationẽ quaſi athleta ſponte procedens.

32 Dub. Cur Hieruſalem dicebatur ſancta ciuitas? ℞. Rab. ſuper Matth. qm̃ in ipſa erat templum Dei, & ſancta ſanctorum, & cultus vnius Dei ſecundum legem Moyſi.

33 Dub. Cur potius in ſanctam ciuitatem q̃ alibi eum adduxit? ℞. quòd volens eum tẽtare de inani gloria, illum illuc adduxit, vbi nobiliores & peritiores Iudæorum erant, vt magis poſſit gloriari ſi aliquod mirabile in conſpectu illorum perageret.

34 Dub. Cur diabolus eum tentauit in ſancta ciuitate? ℞. Remig. ſuper Matth. quòd ex hoc oſtendit, quod diabolus fidelibus Chriſti etiam in ſanctis locis inſidiatur, &

quod

quod nemo confidat non posse in eis tētari.

35 Dub. Quid erat pinnaculum tēpli? ℞. Remig. super Mar. ꝙ sedes erat doctorum. templum. n. non habebat culmen erectum sicut nſæ domus hēnt, sed planū erat desup more Palæstinorum, & in ipso tēplo tria tabulata erāt: & sciendū ē, q̄a in pauimento pinnaculū erat, & in vnoquoq; tabernaculo pinnaculū erat. siue ergo statuerit eū in illo pinnaculo, ꝙ erat in pauimento, siue in illis, qui erant in primo, secundo, vel tertio tabulato. Intelligendum est, quod in illo statuisset eū vnde aliquod præcipitium esse potuit.

36 Dub. Cur statuit eum supra pinnaculum? ℞. Gl. quia in cathedra doctorum multos deceperat inani gloria, & iō putauit istū positū in sede magisterii, inani gloria extolli posse.

37 Dub. Q̄uo videntib. cunctis statuit eum sup. pinnaculū? ℞. S. Th. 3. par. q. 41. ar. 4. ꝙ sicut dicit Chry. super Matt. forsitan diabolus sic eum assumebat, ut ab omnib. videretur. Ipse autem nesciente diabolo inuisibiliter sic agebat, vt à nemine videretur.

38 Dub. In qua specie diabolus Christo apparuit? Resp. Gl. ꝙ hæc omnia corporeis sensibus fuerunt completa, quia. n. verba adinuicem conferuntur, in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est.

39 Dub. Quia cum vanagloriosi optēt ascendere ad alta, q̄uo diabolus ab ea Xp̄m tētat dicendo mitte te deorsum? ℞. S. Th. 3. par. q. 41. art. 4. ꝙ ꝑ humiliationē exteriorem frequenter q̄rit aliquis gloriā qua exalteẽ circa sp̄ualia bona. Vñ Augu. dicit in li. de sermo. dñi in mōte, ꝙ nō in solo rerū corporearū nitore atq; pōpa, sed ēt in ipsis sordib. lutosis esse posse iactātiā, & ad hoc signandū diabolus Xp̄o suasit, vt ad quærendum gloriā spiritualē corporaliter mitteret se deorsum.

40 Dub. Cur ipse diabolus non ꝓcipitauit eū deorsum? ℞. Hier. super Mat. ꝙ ideo diabolus dixit, mitte te deorsum, q̄a vox diaboli qua semper hoīes cadere deorsum desiderat ꝑsuadere pōt, ꝓcipitare nō pōt. Nec dicit diabolus, ut Chry. sup Matt. dicit, mitto te deorsum, sed mitte, ne vim videaẽ facere, ostendens, ꝙ vnusquisq; nostrum libertate arbitrij uoluntatis sua culpa cadat in mortē, illius q̄dē suadere, sed nostrum est ꝑsuasiones eius ꝑ legis obseruantiam superare.

41 Du. Q̄uo potuisset cognoscere diabolus, ꝙ esset filius Dei, si misisset se deorsum? ℞. Glo. & Chrys. super Matth. quòd si misisset se deorsum, & volasset per aerem virtute propria perpendisset quod esset filius Dei.

42 Dub. Cur. Christus noluit volare ꝑ aerē se deorsum mittendo? ℞. Chry. super Matt. ꝙ volare per aerē non est proprie opus Dei, quia nulli vtile est: Si autem aliquis volauerit prouocatus, propter ostentationem solū hoc facit, & est potius ex diabolo q̄ ex Deo. Si ergo homini sapienti sufficit esse, quod est, & non est necessarium ei apparere quod non est, quanto magis filius Dei ostendere se necessarium non habet, de quo nemo pōt tm̄ cognoscere quantum est apud se.

43 Dub. Cur diabolus vtitur scripturis diuinis, q̄ factæ sunt ad nostram instructionem? ℞. Amb. super Luc. ꝙ Sathanas transfigurat se in Angelum lucis, & de scripturis ipsis diuinis laqueum fidelib. parat, vtiẽ testimonijs scripturarū, nō vt doceat, sed ut fallat.

44 Dub. Vbi habetur, Angelis suis Deus mādauit de te? Resp. quòd in psal. 90.

45 Dubitat. An illa scriptura intelligatur de Christo? ℞. Hier. super Mat. dic. quod nō de Christo, sed de viro sancto prophetia est. Et ideo dæmon male interpretatur scripturas.

46 Dub. Q̄uo debent intelligi prædicta verba? ℞. gl. ꝙ sic exponenda sunt. ait. n. scriptura de quolibet bono homine, ꝙ angelis suis, .i. administratorijs spiritibus præcepit de ipso, ꝙ in manibus suis. i. auxiliis suis tollant eum, & custodiāt, ne offendat pedem. i. affectum mentis ad lapidē. i. ad veterem legem scriptam in lapideis tabulis. Vel per lapidem potest intelligi omnis peccati occasio, & ruinæ, & sic hic est figura metaphor.

47 Du. Cum hō per liberum arbitriū possit custodire seipsum, vr̃ ꝙ frustra adhibeatur custodia Angelorum? ℞ S. Tho. 1. par. q. 11. ar. 1. ꝙ per liberum arbitrium potest homo aliqualiter malum vitare, sed non sufficienter, quia infirmatur circa affectum boni propter multiplices animæ passiones.

48 Du. Quia naturalis lex satis inclinat hominē ad bene agendū, & ꝑ eius cognitionē potest se custodire. ergo non est necessaria custodia Angelica? Resp. S. Tho. vbi supra, ꝙ vniuersalis cognitio naturalis legis, quæ homini naturaliter adest, aliqualiter dirigit hominem ad bonum, sed non sufficienter, quia in applicando vniuersalia principia iuris ad particularia opera, cōtingit hominem multipliciter deficere. Vnde dicitur Sap. 9. cogitationes mortalium timidæ, & incertæ

 proui-

prouidentiæ nostræ, & ideo necessaria fuit homini custodia Angelorum.

49 Dub. Cum sufficienter hõ custodiatur à Deo, vt dr̃ Ps. 130. non dormiet qui custodit Israel, non vr̃ necessaria custodia Angelorum? ℞. S. Th. vbi supra ar. 1. q ad bonũ operandum duo requiruntur. Primo q affectus inclinetur ad bonum, quod quidẽ fit in nobis per habitum virtutis moralis. Secundò q ratio inueniat congruas vias ad pficiendum bonum virtutis, q attribuitur prudentiæ. Quantũ ergo ad primũ bonũ, immediate custodit hoĩem Deus ĩfundẽdo ei gratiã virtutis. quãtũ aũt ad s̃m, Deus custodit hominem sicut vl̃is instructor, cuius instructio ad hoĩem puenit nec mediãtib. Angelis.

50 Dub. Quia cum ad hoc Angeli dẽtur in custodiã, vt ab eis custoditos deducant in vita æternã, & multi damnentur, vr̃ q vel male custodiunt, vel quod non oẽs hoĩes ab eis custodiantur? ℞. S. Th. vbi sup. art. 4. q præsciti & infideles, & ẽt antichristus nõ priuãtur interiori auxilio, toti naturæ humanæ diuinitus concesso, s. custodia Angelorum, p quam, etsi non iuuentur ad hoc, q vitam æternam bonis operibus mereantur, iuuantur tñ quantum ad hoc, q ab aliquib. malis retrahuntur quib. & sibiipsis, & aliis nocere pñt, Nã & ipsi dęmones arcentur p bonos angelos ne noceant quantũ volũt. & similiter antixps nõ tñ nocebit quantũ volet: & cũ hõ in statu vitæ istius constitutus sit quasi in quadã via, multa pericula hmõi imminẽt, tũ ab interiori, tũ ab exteriori, s̃m illud ps. 141. In via hac qua ambulabã absconderunt laqueũ mihi. Et ideo sicut hoĩb. p viã non tutã ambulantibus dantur custodes, ita & cuilibet hoĩ quãdiu viator est, custos Angelus deputatur: qñ aũt iam ad terminũ viæ peruenerit, iã nõ habebit Angelum custodẽ sed habebit in regno Angelum conregnantẽ & in inferno dęmonem punientem.

51 Dub. Quia cũ vnus homo possit custodire plures hoĩes, & Angelus sit perfectior homine, cur vnus Angelus non sufficit ad custodiam plurium hoĩum? ℞. S. Th. vbi supra arti. 2. quòd ratio quare singulis hominibus dantur singuli angeli ad custodiam, est, quia Angelorũ custodia est quædam executio diuinæ prouidentię circa hoĩes. Prouidentia autem Dei aliter se habet ad homines, & ad alias corruptibiles creaturas, quia aliter se hñt ad incorruptibilitatem, homines enim non solum sunt incorruptibiles quantum ad cõem speciem, sed ẽt quantum ad proprias formas singulorum, q̃ sunt aliæ rõnes, quod de aliis rebus corruptibilibus dici non põt. Manifestũ est aũt q puidentia Dei est circa illa principaliter q̃ perpetuo manent. Circa vero ea q̃ trãseũt prouidẽtia Dei ẽ inquãtũ ordinat ipsa ad res ppetuas. sic igitur puidentia Dei cõparat̃ ad singulos hoĩes, sicut cõparatur ad singula gña vel species corruptibiliũ rerũ. sed s̃m Gre. diuersi ordines deputantur diuersis rerũ gñibus. puta potestates ad arcẽdos dæmones, virtutes ad mirabilia facienda in rebus corporeis, & probabile est, q diuersis speciebus rerũ diuersi angeli eiusdem ordinis præficiantur. Vñ ẽt rõnabile est, vt diuersis hoĩb. diuersi angeli ad custodiam deputentur. Vnus autem homo aliqñ sufficit ad custodiam multorum hominum, sicut vnus præficitur vni collegio: & qui prouidet secundum ea quæ exterius aguntur, sed angelorum custodia deputatur hominibus quantũ ẽt ad inuisibilia & occulta q̃ pertinent ad singulorum salutẽ secundum seipsos. vnde singulis hominibus singuli angeli deputantur ad custodiam.

52 Dubi. Quando datur angelus homini ad custodiam? ℞. S. Th. vbi supra, q sicut dicit Orige. super Matt. super hoc est duplex opinio: quidã dixerunt quod angelus ad custodiam homini deputatur à tempore baptismi. Alii vero quod à tpe natiuitatis. & hanc opinionẽ Hier. approbat, & rõnabiliter. Bñficia. n quæ dantur homini diuinitus ex eo quod est Christianus, incipiunt à tempore baptismi, sicut perceptio eucharistiæ, & alia huiusmodi, sed eã q̃ prouidentur homini à Deo inquantum habet naturã rationalem, ex tunc ei exhibentur, ex quo nascendo talem naturam accepit, & tale beneficium est custodia angelorũ, vt ex pręmissis patet. Vnde statim à natiuitate habet homo angelũ ad sui custodiam deputatum.

53 Dub. An angelus custos hominis aliquando deserat hominem, quem custodire dẽt? ℞. S. Th. prima parte vbi supra, quòd angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit prout, s. non impedit quin subdatur alicui tribulationi. vel etiam quin cadat in pc̃m, secundũ ordinẽ diuinorũ iudiciorum. & licet interdum derelinquat hoĩem loco, non tñ derelinquit eum quãtũ ad effectũ custodie

die quia ẽt cũ est in cœlo, cognoscit q̃d circa hoĩem agatur, neque indiget mora tẽporis ad motum localem, sed statim potest adesse.

54 Dub. An Angelus custos doleat de malo custodito? R. S. Tho. vbi supra, ar. 7. quod metaphoricè dolet inquantũ vellet bonũ eius, & sic videns contrarium, metaphoricè dr̃ dolere, cum hoc sit contra voluntatem Angelorum absolutam, cum tñ velint, quòd circa hoc ordo diuinæ iustitiæ seruetur, secũdum quẽ quidã pœnis subduntur, & peccare permittuntur.

55 Dub. Vbi dicitur, Non tentabis dominum Deum tuum? Res. quòd Deut. 6. c.

56 Dub. Quid est tentare Deũ? Res. S. Th. super epist. ad Hæb. 3. ca. q̃ tentare est experimentum sumere de re, quam quis ignorat, q̃ quis tentet Deum ꝓcedit ex infidelitate.

57 Dub. An semper sit peccatũ tentare Deũ? Rñ. S. Tho. vbi supra, q̃ aliq̃n aliquis tentat Deum, non cũ intentione tentandi, & experiendi, veruntamen se habet ad modũ tentãtis: qui. n. vtitur re sua ꝑp vtilitatem non tẽtat propriè, puta si aliq̃s fugiens currat sup̱ equum suum, & si tentat, non tamen cum intentione tentandi, sed q̃n ad nihil utile est quod facit, tunc tentat. Item si aliquis exponat se alicui periculo compulsus necessitate diuini auxilij, non tentat Deum, si autem sine aliqua necessitate tunc tẽtat Deũ: & sic dicit hic dominus, non tentabis dominum Deum tuum, quia necessitas nulla erat, quod mitteret se deorsum.

58 Dub. Cur non dixit Christus, nõ tentabis me dñm Deũ tuum? R. Chrys. dicens, quòd hoc non dixit, sed dixit non tentabis Dñm Deum tuum, quod poterat dicere, omnis homo Dei tentatus à diabolo, quoniam & qui hominem Dei tentat, Deum tentat.

59 Dub. Quis est ille mõs, in quẽ assumpsit Xpm diabolus; Rñ. Magister hist. schol. q̃ est secũdo milliario à deserto, in quo ieiunauit, videlicet à quarantena versus Galilæam.

60 Dub. Q̃uo possibile fuit ex illo monte ostendere oĩa regna mundi? Rñ. S. Th. 3. par. q. 12. ar. 4. q̃ vt Chrys. dicit sup Matt. nõ est intelligendũ, q̃ videret ipsa regna, vel ciuitates, vel populos, vel aurum, vel argẽtum, sed partes terrę, in quibus vnumquodq; regnũ, vel ciuitas posita est: diabolus ergo digito demonstrabat, & vniuscuiusque regni honores, & statum verbis exponebat.

61 Dubit. Quæ est gloria regnorum mundi? Rñ. Remigius super Matthæum, q̃ est aurum, argentnm, lapides preciosi, & temporalia bona.

62 Dub. Cur diabolus non dixit in hac tertia tentatione, Si filius Dei es, sicut in duabus primis? Rñ. S. Th. vbi sup. quod diabolus tentauit Christum, primo de eo, quod appetunt quantumcumque spirituales viri, s. de sustẽtatione corporalis naturæ per cibum. Secundo de eo, in quo spirituales uiri quandoque deficiunt, ut. s. aliqua ad ostentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. Tertio ad id, quod iam non est spiritualium virorum, sed carnalium, scilicet, ut diuitias, & gloriam mundi concupiscant, vsque ad contemptum Dei. Et ideo in duab. primis dicit. Si filius Dei es: non autem in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris, qui sunt per adoptionẽm filij Dei, sicut & duæ primæ.

63 Dub. Cur post tentationem diuitiarum, & gloriæ voluit inducere ad idololatriam? R. S. Tho. vbi sup. quòd diuitias & honores mũdi appetere peccatum est, q̃n hmõi inordinatè appeterẽtur. Hoc aũt ꝑcipue manifestatur ex hoc, q̃d ꝑ hmõi adipiscẽdis homo aliquid inhonestum facit: & ideo non fuit cõtentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum & bonorum, sed induxit ad hoc, quod propter huiusmodi adipiscenda Christus eum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum.

64 Dub. An adoratio dæmonis si homo non cadit, sit peccatum, quia dicit, si cadens adoraueris me? R. S. Th. vbi sup. quòd hoc addidit, ut dicit Amb. quoniam habet ambitio domesticum periculum. Vt enim dominetur alijs prius seruit, & curuatur obsequio, vt honore donetur, & dum vult esse sublimior, fit remissior.

65 Dub. An diabolus possit omnia regna mũdi dare? Respond. Hieronymus super Matthæum, quòd arrogans, & superbus de iactantia loquitur: non. n. potest omnia regna dare, cum sciamus plerosque Sanctos viros à Deo reges factos, & vt Chrysos. dicit super Matth. Non diabolus, quibus vult diuitias dare potest, sed his qui volunt ab illo recipere.

66 Dub. Cur diabolus volebat adorari? Resp. Glo. dicens. Ecce antiqua diaboli superbia: sicut. n. in principio voluit se similẽ Deo facere, ita nunc volebat diuinum sibi vsurpare cul-

re cultum. Et ut dicit S.Tho.1.Cor.12.dęmones ad hoc precipue anhelant, ut diuinus cultus eis exhibeatur.

67 Dubit. Cur dęmon solum tentauit Christum de tribus vitijs capitalibus, cum sint septem uitia capitalia? Resp. S.Thom.3.par.q.12.ar.4. quod sicut dixit Ambr. sup Luc. nō dixisset scriptura, qđ consumpta omni tentatione diabolus recessit ab illo, nisi in tribus premissis esset omnium materia delictorū, quia causæ tentationum, causæ sunt cupiditatum. s. carnis delectatio, spes gloriæ, & auiditas potentię.

68 Dub. Cur Christus non redarguit diabolum in duabus primis tentationibus, sed solum in tertia, dicendo, uade Sathana? Resp. S.Th. ubi supra, qđ Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo, si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando uero diabolus Dei sibi usurpauit honorem dicens, Hęc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me exasperatus est, & repulit eum dicens, uade Sathana. Vt nos illius discamus exemplo, nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere. Dei autem iniurias nec usq; ad auditum sufferre.

69 Dub. Cur non dixit, uade retro Sathana, sicut dixit Petro? Res. Hier. super Mat. quod non eadem ut plerique putant Sathanas, & Petrus condemnatus est sententia, Petro. n. dicit uade retro me Sathanas, idest sequere me, qui contrarius es meę uolnntati. Hic uero audit, uade Sathana, & non ei dr̃ retro, ut subaudiatur, uade in ignem æternum, qui paratus est tibi & angelis tuis.

70 Dub. Vbi scribitur: Dñm Deum adorabis, & illi soli seruies? Resp. quod Deut.6. ubi dr̃ Dominum Deum tuum timebis. i. timore filiali, & ipsi soli seruies seruitute latriæ, & idē scribitur Deut.10.

71 Dubit. cum in Deut. dicatur timebis, cur hic Christus dicit, adorabis, cum sic ibi non sit scriptum? Resp. quod cum qui timet Deū timore filiali, seruiat ei per latriæ adorationem, cuius rō specialis est, ut dicit S. Tho. in 3. sen dist.9.q.1.art.1.q.2. ut exhibeatur aliquid Deo in recognitionem, seruitutis sicut feudatarius in recognitione Dñi. ita Christus totum complectens dixit, Dñm Deum tuum adorabis, adoratione s. latriæ.

72 Dub. quia non uidetur, quod soli Deo sit seruiendum, qm̃ 1.Petri 2. dicitur, Serui subditi estote dñis? R. sm̃ Aug. in 10. de ciuit. Dei, quod latriam interpretantur sancti seruitutem Deo debitam, & illa soli Deo seruiendum est. i. ipsi soli latriam exhibere debemus; hoibus aūt debeť seruitus, de qua Apostolus loquitur, q̃ Grece dulia nuncupari solet, quę honor est creaturę excellenti debitus. Et Beda dicit, quod in Greco dulia intelligitur seruitus communis, hoc est siue Deo, siue hoi exhibita, secundum quam iubemur seruire inuicem. Latria autem vocatur seruitus diuinitatis cultui debita, qua iubemur soli Deo seruire.

73 Dub. An pp dictū Christi reliquerit eū diabolus, qñ dixit, vade Sathana? R. Chry. super Mar. q: sicut rōnabiliter intelligi potest, non quasi obediens precepto recessit, sed diuinitas Christi & Spiritussanctus, qui erat in eo, excussit inde diabolum.

74 Dub. An diabolus ex toto reliquerit Christum? Resp. S.Th.3.par.q.41.ar.3.q: sicut dicit Amb. super Lucam, recessit diabolus à Christo vsque ad tēpus, q a postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit, tempore. s. passionis. Et tñ per illam impugnationē videbatur Christum tētare de tristitia & odio pximorū, sicut in deserto de delectatione gulę & contēptu Dei per idololatriā.

75 Dubit. An uenerunt Angeli ministrare Xpo? Res. Chry. super Mat. q: nō dixit descēdētes Angeli, vt ostēdat, q a semp ad ministerium eius erant in terris, sed tunc pcipiente dño recesserunt ab eo, vt locus diabolo aduersus Christum dareť, ne forte uidens Angelos circa eum, nō appropinquaret ad eū.

76 Dubit. in quo ministrabant Angeli Xpo? Res. Chry. vbi supra, qđ scire non possumus vtrum ad sanationes infirmitatum, an ad correctiones animarum, an ad effugationem dæmonum, quæ omnia per Angelos facit. unde eis facientibus ipse facere videtur.

77 Dub. Nunq d per se erat potens absq; hoc q: Angeli ministrarent? R. Chry. ubi sup. manifestum est q: non pp necessitatē impotentiæ eius ei ministrabāt, sed pter honorem potestatis ipsius; non enim dicitur quod adiuuent eum, sed quod ministrent.

78 Dub. Quia Lu.4. dicit, quod prius ostendit ei omnia regna mundi, & post statuit eum supra pinnaculum templi. Hic autem per Matthæum dicitur econtra? Resp. August de consensu Euangelistarum, quod Lucas, has tentationes non eodem ordine prosecu-

secutus est. Vñ incertum est qđ prius factū sit, vtrū regna terræ prius demonstrata sint, & postea in pinnaculum templi leuatus sit, an ẽ conuerso, nil tamen ad rem, dum oīa facta esse manifestum sit. Gl. aũt in hoc loco dicit, q̃ id, quod dicit Lucas, magis vr̃ secundum historiam esse, sed Matt. has refert tentationes secundum hoc, quod in Adam factæ sunt. Maximus autem quem sequitur Ly. dicit, q̃ Euangelistarum hanc iste, illam verò ille præmittit. quia inanis gloria, & auaritia ad inuicem sese gignunt.

79 Dub. Cur Ioannes Euang. nihil de his tẽtationib. dicit? Resp. Orig. super Euang. quia a Deo exordium fecerat dicens. In principio erat verbum, tentationem dñi nõ descripsit, quia Deus tentari non põt, de quo erat sermo: quia verò in Matt. Euang. & in Luca generatio hoīs scribitur, & in Marco, Homo autem est qui tentatur, ideo Matt. Marcus, & Lucas tentationem dñi descripserunt.

80 Du. An oẽs prædictæ tẽtationes fuerint factæ extremo die ieiunij Christi, an vero aliqua p aliquot dies sequentes? Rñ Magister hist. scho. qđ hoc nihil ĩterest nr̃a scire.

ALLEGORICE.

Tentatio gulæ præfigurata fuit in idolo Belis & dracone in Babylone, quæ pro Deo colebatur. & qui Bel multum comedere, & bibere dicebatur, quod idolum Daniel destruxit, & sacerdotes eius interemit, & similiter draconẽ, cui sacerdotes statutis horis cibum adferebant, & Daniel eum massa pilorum picis & adipis interfecit, significans Christū, qui tẽtationẽ gulæ superauit. Quo ad tentationẽ inanis gloriæ presigurata fuit ipsa tẽtatio in Dauid, qui in funda & lapide interfecit Goliã, qui se inaniter iactabat exprobrando agminib Israel, q Dauid Xp̃m significabat, q dęmonẽ in hac tẽtatione superauit. Tertia quoq; tẽtatio p̃figurata fuit in Dauid interficiente vrsū & leonẽ suas oues rapientes, ouib. recupatis, & figurabat Christū dęmonẽ cõfundentẽ, & à se eijcientem, aduenientib. angelis, & ei ministrantibus.

TROPOLOGICE.

Instruimur & docemur ex historia huius sacri Euangelii, vt cum psalmista quæramus solitudinẽ, dicendo: ecce elongaui fugiẽs. & mansi in solitudine: & vt arma ad resistendū dęmoni capiamus, & inter alia sacrū ieiuniū continuum, & non aquiescamus gulæ cum esurienius, sed naturam paucis minimisque contentam recreemus, nec solis faucib. cibū propinemus, sed aurib. verbum Dei ministremus. intelligamus ẽt sacram scripturam s̃m expositionem sacrorum Doctorum, ne ex ipsa male intellecta, aliquem errorem incurramus. Ipsumq; Deum pro quacunque gloria t pali, seu diuitiis non relinquamus, sed illi soli in timore sancto seruiamus, & puro eum corde veneremur, in tentationibusque semper ad diuinū adiutorium recurramus, quod semper præsto erit, angelo ad custodiam deputato semper pro nobis intercedente, & aduersarium Sathanam effugante.

ANAGOGICE.

Ad celestem gloriam non nisi superatis tentationib. peruenire valemus, vt ex sacro Euangelio in contemplationem ducimur, quoniam superatis tentationib. angeli ministrabunt: & ita oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam.

FERIA II. POST PRIMAM Dominicam Quadrag.

Cum venerit filius hominis. Matth. 25. c.

Verba huius Euãg. locut⁹ fuit dñs anno suę ætatis 33. die 21. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Ex gentib. vniuersis coram hoīs filio in maiestate sedenti eius Angelis stipato salutis, veluti pastor ab hœdis oues secernens segregabit, a dextris quosdam, cęteros vero a sinistris statuẽs. Affabitur aũt eos, qui eius a dextris comperientur, quod ei humanos patiẽti defectus misericorditer subuenerint ipsis aũt rogantib. quonam mõ id egerint, rñdebit, ea quæ vni ex suis minimo contulissent, sibiipsi impensa fuisse arbitrentur, ea pp vt ab eius benedicti genitore paratum ingrederentur regnum possessuri, reliquos ob impietatem obiurgans, quod in egenos fuissent immisericordes, in ignem diabolo eiusve spiritib. præparatum mittet æternū, vbi & supplicia patientur perpetua, iustis fęliciter in æterna gloria collocatis.

Ordine consueto dubijs respondendum est.

1 DVBITATVR. Vt quid dominus discipulis prænunciat iudicem se esse futurum cunctorum? Resp. Hiero. super Matt. quod post biduum Pascha factu-

rus,& tradendus cruci & illudendus ab hominibus, recte premittit gloriam triumphãtis, vt secutura scandala pollicitationis præmio compensaret.

2 Dub. Cum in morte cuiuscunq; quotidie iudicium fiat, quid est necesse, vt vltimum fiat iudicium? Resp. S. Th. 3. par. q. 59 art. 5. dicens. Sciendum, quòd licet per mortẽ vita hoĩs terminetur per se, remanet tñ ex futuris ẽm quid dependens. vno modo ẽm qđ adhuc viuit in memorijs hominum, in quibus qñq; cõtra veritatem remanet bonę famæ, vel malæ. Alio modo in filiis qui sunt quasi aliquid patris, & tñ multorum bonorum sunt mali filij, & econuerso. Tertiò modo quantũ ad effectum operum suorum, sicut Arrius, & Apostoli. Quartò modo quantum ad corpus, ꝙ qñq; honorifice traditur sepulturæ, qñq; vero relinquit insepultum, & tandẽ incineratũ soluitur oĩno. Quintò mõ quantũ ad ea, in quib. homo suum affectũ defixit, puta in quibuscunq; tpalib. reb. quarũ quædã citius finiuntur, quędam diutius durant. Oĩa autem hæc subduntur existimationi diuini iudicij, & ideo de his omnib. perfectũ, & manifestũ iudicium haberi nõ põt, quamdiu huius tpis cursus durat, & pp hoc oportet esse finale iudiciũ in nouissimo die, in quo perfecte id, quod ad vnumquemq; hoĩem pertinet quocunque modo perfecto, & manifestissime dijudicetur.

3 Dubit. Ad quid veniet filius hominis? ℞. quód ad iudicandum mundum.

4 Dubitat. Quando veniet? ℞. ipse Act. 1. c. dicens. Non est vestrum nosse tpa, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.

5 Dubit. Quis est iste filius hominis? Resp. quod est Iesus Christus filius hominis, id est semper virginis Mariæ.

6 Du. Cum ipse sit filius Dei, cur non se nominata digniori, dicendo, cum venerit filius Dei? Resp. Ly. eo, quia veniet ad iudicium in forma humana, & ex hoc vocat se filium hominis, sicut tunc apparebit.

7 Dub. Quæ erit maiestas sua? ℞. Remig. super Matth. ꝙ maiestatem appellat diuinitatem, qua æqualis est Patri, & Spirituisancto, vel secundum Ly. maiestas est forma hominis gloriosa, in qua iudicabit. Vide dominica prima Aduentus dub. 12.

8 Dubit. Quia cũ Io. 19. c. dicaĩ, videbunt in quem transfixerunt, & gl. dicat, ꝙ in ea carne in qua crucifixus est veniet, sed crucifixus est in forma infirma, & nõ gloriosa. ergo in eadẽ apparebit? ℞ S. Th. super 4. sen. dist. 48. q. 1. ar. 2. ꝙ in primo Aduentu, quia ad hoc venit, vt pro nobis satisfaceret apud patrem, in forma nostræ infirmitatis apparuit, Quia vero in secundo Aduentu ad hoc veniet, vt iustitiã patris in hoĩes exequaĩ, gloriã demonstrare debit, ꝗ inest ex cõione ad patrẽ, & ideo in forma gloriosa apparebit, & tñ in eadem carne apparebit in qua fuit crucifixus, sed non similiter se habente.

9 Dub. Quia vr̃, ꝙ debeat apparere in forma gloriosa deitatis. Nam dr̃ Eccl. 7. c. Noli quęrere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, sed virtus inuincibilis conuenit Christo, ẽm quod Deus, ergo in forma diuinitatis iudicabit? Resp. S. Tho. vbi supra ar. 1. quod quàmuis Christus ẽm quod homo non habeat a se inuincibilem potestatẽ ex naturali virtute humanæ speciei, tamen ex dono diuinitatis etiam in humana natura habet inuincibilem potestatem, secundũ quod cuncta sunt subiecta pedib. vt dicitur 1. Cor. 12. & ad Heb. 2. & ideo iudicabit quidem in humana natura, sed ex uirtute diuinitatis separabuntur omnes.

10 Dub. In quo loco fiet illud iudicium? Res. S. Th. vbi supra ar. 4. q. 4. ꝙ qualiter illud iudicium sit futurũ, & quot hoĩes ad iudiciũ conueniant, non põt multũ per certitudinẽ sciri, tñ probabiliter põt colligi ex scripturis, ꝙ circa locũ montis Oliueti descendet, sicut & inde ascendit, vt idẽ esse ostendatur qui ascendit & qui descendit, nã ascendit in forma gloriosa, & ita in forma gloriosa descendet, & licet vallis Iosaphat, ꝗ est prope montem Oliueti non sit sufficiens ad comprehendendum oẽs homines, immo nec tota terra promissionis, sufficit tñ ponere quãtumcunq; spacium circa locum illum ad capiendũ multitudinem iudicandorum, dummodo ab illo spacio Christũ videre possint, qui in aere eminens, & maxima claritate refulgens a longinquo inspici poterit.

11 Dubi. Quia si peccatores videbunt Xp̃m in maiestate diuina, erũt salui, & sic nemo dãnabit. vide dñica 1. Aduent. dub. 12. & 13.

12 Dub. Quæ erit sedes maiestatis suæ? Res. Orig. super Mat. ꝙ sedes eius aut quidã sanctorum perfectiores dicuntur, de quib. scriptum est, Ps. 121. Quoniam illuc sederunt sedes in iudicio. aut quædam virtutes angelicæ, de quibus dr̃: siue throni: siue dominatio-

tiones, & ſm Glo. eccl'a eſt ſedes maieſtatis eius, in qua tunc apparebit oĩpotentia eius.

13 Dub. Quæ differentia eſt inter thronum, ſedem, & cathedram? ℞ S.Tho in 4.ſen.diſt. 47.q.1.art.2.q.3.quod ſedes eſt iudicis, ſolium regis, & ſimiliter thronus, ſed cathedra eſt doctoris.

14 Dub. Ad quid venient omnes angeli eius cum eo? Reſ. S.Th. vbi ſup. quòd ſicut ex gl. ſuper illo verbo patet, angeli cum Chriſto venient non ut iudices, ſed ut ſint teſtes humanorum actuum, ſub quorum cuſtodia homines vel bene vel male egerunt.

15 Dub. Quia vr̃, quod ẽt angeli iudicabũt, nam ſanctis poſt hanc vitam promittitur angelorũ æqualitas. Matt.22. Si ergo homines hanc ptãtẽ habebunt vt iudicent, multo fortius & angeli? Reſp. S.Th. vbi ſup. quòd aſſeſſores iudicis debent eſſe iudici proportionales, vel conformes, iudicium autem filio attribuitur, quia ſm humanam naturam omnibus apparebit tam bonis, quàm malis, quamuis tota Trinitas iudicet per auctoritatem, & ideo etiam oportet. vt aſſeſſores iudicis humanam naturam habeant, in qua poſſint ab omnibus bonis, & malis uideri, & ſic angelis non competit iudicare, quamuis etiã angeli aliquo modo poſſint dici iudicare, ſ. per ſñiæ approbationẽ. Vnde Ioã. dr̃ ptãtem dedit ei iudicium facere, quia filius hoĩs eſt, ſed angeli non cõicant in humana natura, ergo nec in iudiciaria ptãte. hominibus autem promittitur angelorum æqualitas quantum ad præmium eſſentiale, nihil tamen perhibet aliquod accidentale præmium hominibus exhiberi, qđ angelis non dabitur, ut patet de aureola virginum, & martyrum, & ſimiliter põt dici de iudiciaria poteſtate.

16 Dub. Cur potius ſedebit quàm ſtabit? Reſpon. S.Vinc. in ſermo, 1.huius diei, quoniã iudex ſedendo debet dare ſententiam.

17 Dub. Quia ſi omnes angeli venient cum Chriſto, videtur ꝙ nullus remaneat in cęlo? Reſp. S.Tho 1.par.q.113.ar.6.ꝙ angeli non indigent mora temporis ad motum localẽ, ſtatim deſcendere poſſunt ad terras, ac ſtatim redire in cœlũ, nec eſt mirandum, quòd omnes adſint, qm̃ ut dicit Chryſ. in ho. omnes angeli cum Chriſto aderunt teſtantes & ipſi quantum adminiſtrauerunt miſſi a domino ad hominum ſalutem.

18 Dub. Cur angeli dicuntur eius? Reſ. ꝙ ad denotãdum, quod ſunt eius quãtũ ad creationem, & quantũ ad ſubiectionem, non ꝙ reperiantur alij angeli qui non ſint eius, ſed quia nullus angelus eſt quin ſit eius.

19 Dub. Quæ erunt, & vnde iſtæ gẽtes, quæ congregabuntur ante eum? Reſp. Glo. interlinearis, quòd omnis temporis, omnis conditionis, & omnis ſexus.

20 Dub. Quis congregabit iſtas gentes? Reſ. Aug. ſecundo de ciuit. Dei quod hæc cõgregatio per myſteriũ angelicũ fiet, quib. in pſ. 49. dicitur. Congregate illi ſanctos eius.

21 Dub. An angeli mali ibidẽ erunt? ℞. quòd ſic iudicandi per Chriſtum & ipſi.

22 Dub. Ad quid ſeparabit eos ab inuicem? ℞. vt tunc cognoſcatur unuſquiſq; qualis fuerit, quia nunc boni inter malos, & econtra, verſantur, nec bene diſcernuntur ab inuicem, cum mali ſimulent ſe eſſe bonos, & boni credantur hypocritæ.

23 Dub. Cur dominus poſuit ſimilitudinem de ouibus, & hædis? ℞. Chryſ. in hom. quod dñs hos vocat hædos, illos aũt oues, ut horum infructuoſitatem oſtendat, nullus. n. fit ab hædis fructus, horum autem utilitatem, multus eſt. n. ouium fructus, & a lana, & a lacte, & a fœtibus, qui producuntur. Nomine autem ouis in ſcripturis diuinis ſimplicitas, & innocentia ſolet deſignari: pulchre ergo hoc in loco oues electi deſignantur: Hædus autem, ut dicit Hier. laſciuum eſt animal, & feruens ſemper ad coitum, & ſemper ꝓ peccatis offertur in lege. Nec dicit capris, quæ poſſunt habere fœtus, & tonſæ egrediuntur de lauacro.

24 Dubi. Quid vult intelligi per dexteram, & ſiniſtram? ℞. Magiſter hiſto ſcho. ſtatuentur boni ad dexteram, ideſt ponentur ad æternitatem: mali ad ſiniſtram, i. recipiẽt quę meruerunt eligendo ſiniſtram. Et Origen. ſuper Matt. dicit. Sancti qui in dextera opera operati ſunt acceperunt pro mercede ſuorũ dexterorũ dexteram Regis, in qua requies, & gloria eſt: Mali vero propter opera ſua peſſima & ſiniſtra ceciderunt in ſiniſtram, ideſt triſtitiam tormentorum.

25 Dub. Cur in principio dicit ſe filium hominis, & nunc vocat ſe regem? ℞. Landul. de vita Chriſti, qm̃ tunc implebit quæ ad regẽ pertinent. ſ. ſubditos regere, leges condere, tranſgreſſores legis punire, & obſeruatores præmiare, quod tunc apparebit manifeſte.

26 Dub. Cur dicit, venite, eis, qui coram eo ſunt? ℞. Origen. vbi ſupra quod ideo dicit, vt quic-

quicquid minus fuerit, cum perfectius vniti fuerint Christo consequantur.

27 Dub. Cur dicit eos benedictos patris sui? ℞. Orig. vbi supra, quod vt eminentia benedictionis eorum manifestetur, quia prius benedicti sunt à domino qui fecit cœlum, & terram. Et gl. sic dicit, idest, beneficio patris mei promoti ad obtinendum gloriā, in qua sine fine regnetis.

28 Dub. Cur dicit possidete, & non accipite regnum? ℞. Chrys. in homil. quòd dicit possidete, sine hæreditate sicut familiaria bona, siue paterna, sicut nostra nobis antiquitus debita.

29 Dubit. Quomodo paratum est iustis regnum à constitutione mundi, cum adhuc ipsi non essent? ℞. Hiero. super Matth. q; hæc iuxta præsentiam Dei accipienda sunt, apud quem futura iam facta sunt.

30 Dub. Quod regnum est illud. ℞. quòd est æterna beatitudo, secundum Sanctum Th. in 4. sen. di. 49. q. 1. ar. 2. q. 5.

31 Dub. Quia cum regnum non importet perfectionem nisi in præsidente, qui est vnus tantum, vt patet p Phil. 7. Eth. Vel nulla perfectio erit in beatis, sed solum in Deo: vel æterna beatitudo nō pōt dici regnum? ℞. S. Tho. vbi sup. q; regnum importat perfectionem & in præsidente, & in eo qui subest, sed in præsidente sicut in perfectionis principio, q; suā rectitudinē aliis imponit: in eo vero qui subest tanquam in accipiente perfectionem ab alio. Sancti igitur qui sunt in patria hoc modo diuinæ prouidentiæ subduntur, quia ēt ipsi prouidentes sunt sibiipsis, vel ēt alijs, & in q; omnia alia erunt eis subiecta: & ideo ad regnum Dei pertinent non solum vt existentes sub rege, sed ēt vt reges, qui tamen erunt sub vno summo rege. Et ideo dicitur Apo. 5. Fecisti nos Deo nostro regnū, & sacerdotes, & regnabimus super terram.

32 Dub. Quia aliqui forte non curabunt regnare, sed eis sufficiet, q; salui sint? ℞. Augu. de pœnitentia, q; tales primum fallit, quia eorum nec salus est vlla, quorum iniquitas perseuerat. Deinde si est aliqua differentia inter regnantes, & non regnātes, oportet tamen vt in vno regno sint omnes, ne in hostium, aut aliorum numero deputentur, & cæteris regnantibus ipsi pareant: omnes .n. Romani Romanum regnum possident, quāuis non omnes in eo regnet.

33 Dub. Cur dominus non facit hic mentionem de sepultura, quę tamē est una de operibus misericordiæ? Respon. S. Tho. in 4. dis. 15. q. 2. ar. 2. q. 1. q; dominus hic enumerauit illas eleemosynas in quibus maior indigentia apparet, & vt euidentior appareat iustitia iudicantis, dum hos pro eleemosynis remunerat, & illos pro omissione condemnat. Vide Fer. 6. post cineres, à dubi. 18. vsq; ad du. 38.

34 Dub. An facientes eleemosynas spirituales intelligantur pauisse esurientes, &c. ℞. Rabanus super Matthæum, quòd mysticè q; esurientem & sitientem iustitiā pane uerbi Dei reficit vel potu sapientiæ refrigerat, charitatis agit opera, & qui errantē in domū matris ecclesiæ reuocat, & qui infirmū in fide assumit, & qui in tribulatione aliqua seu carcere tristitiæ oppresso subuenit compatiendo vel cōsolando, verā dilectionē adimplet.

35 Dub. An omnes, qui non potuerunt actualiter opera misericordiæ adimplere dānentur? ℞. quod affectus magis pensatur, quàm opus, vide dubio præcedente.

36 Dub. An omnibus electis dicetur esuriui, &c. ℞. Grego. 25. mora. quod hi quibus iudex veniens in dextram consistentium dicit esuriui, &c. sunt qui ex parte electorum iudicantur, & regnant, qui vitæ maculas lachrymis tergunt, qui mala præcedentia factis sequentibus redimentes quicquid illicitum aliquando fecerunt, ab oculis iudicis eleemosynarū superinductione cooperiūt. Alii uero sunt qui nō iudicantur, & regnāt, qui etiam præcepta legis perfectionis virtute transcendunt.

37 Dubit. Cur respondebunt iusti dicentes, qn̄ te vidimus, &c. ℞. Rabanus super Matth. quod hoc dicunt non diffidentes de verbis domini, sed stupent de tanta sublimatione, & de maiestatis suæ magnitudine. Vel quia videbitur eis parum esse quod egerunt, secundum illud Apostoli. Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

38 Dub. Qui sunt minimi fratres Xpi? ℞. gl. quod eius fratres sunt & mater, qui faciunt voluntatē patris, vt etiam dicitur Mat. 12. c.

39 Dub. Cur tales vocat minimos, cum sint eius fratres? ℞. Rabanus super Matth. Propter hoc quia sunt humiles, quia pauperes, quia abiecti.

40 Du. An bn̄faciens indifferenter omnibus pauperibus dicatur Christum pauisse? Resp. Hier.

Hier. super Matth. ꝙ libera nobis erat intelligentia, ꝙ in omni paupere Christus pasceretur esuriens, sitiens potaretur, &c. Sed ex hoc ꝙ sequitur quãdiu fecistis, &c. Non mihi videtur generaliter dixisse de pauperibus, sed de his, qui pauperes spiritu sunt, ad quos extendẽs manum dixerat, fratres mei sunt, qui faciunt voluntatem patris mei. Et Raba. super Matt. dicit, ꝙ fratrem baptisma facit & mysteriorum communicatio.

41 Dub. Quomodo id quod fit minimo fratri, fit Christo? Resp. Greg. ꝙ ea, quæ fiunt capiti, fiunt & membris, & alibi. Dignitas, quæ defertur ministris, ei cuius sunt ministri exhibetur.

42 Dub. Q̃uo possunt mali discedere à Christo, cum non sit locus, in quo non sit Deus? ℞. Orig. ꝙ licet in inferno Deus sit, tanquã puniens damnatos per potentiam, tñ damnati longe sunt ab eo per voluntatem contradicentem: & sicut iustis dixerat, venite, ita & iniustis discedite. Nam ꝓpinqui sunt verbo, qui seruant Dei mandatum, & vocantur, vt adhuc propinquiores efficiantur. Longe aũt ab eo sunt, & si videantur ei assistere, qui non faciunt mandata ipsius ꝑꝑ hoc audiunt [discedite] vt qui modo vel videntur esse ante eum, postea nec videantur.

43 Dub. Cur non dicit damnatis, maledicti patris mei, ex quo saluatis dicit benedicti patris mei? ℞. Orig. super Matth. ꝙ benedictionis quidem ministrator est pater, maledictionis autem vnusquisque sibi est auctor, qui maledictione digna est operatus.

44 Dub. Cum Deus solus sit æternus, cur dicit ignem esse æternum? ℞. S. Thom. 1. par. q. 10. art. 3. quod æternitas vere & proprie in solo Deo est, quia æternitas immutabilitatem consequitur: nam ratio æternitatis immutabilitatem consequitur, sicut ratio temporis motum, sed secundum si aliquam ab ipso immutabilitatem percipiunt, secundum hoc aliquã eius æternitatem ꝑcipiãt, & sicut dicitur, quod terra in æternum stat, & angeli æterni, & montes æterni ꝑꝑ diuturnitatem durationis, & videntes Deum dicuntur habere vitam æternam, quia non habent volubiles cogitationes, & ita ignis inferni dicitur æternus propter interminabilitatem tantum, nec in inferno est vera æternitas, sed magis tempus secundum illud Psal. 80. Erit tempus eorum in sæcula.

45 Dub. An erit ignis corporeus in inferno? ℞. S. Tho in 4. sent. dist. 44. q. 3. art. 2. q. 1. ꝙ quicquid dicatur de igne qui animas separatas cruciat, de igne tñ quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionem oportet dicere, quod sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter pœna aptari nisi corporea, & idem dicit Aug. in litera.

46 Dub. An ille ignis sit eiusdẽ speciei cum isto igne? ℞. S. Thom. vbi supra, q. 2. ꝙ ignis inferni quantum ad hoc quod habet de natura ignis, est eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est. vtrum aũt ille ignis sit in propria materia existens, aut in aliena, in qua materia sit, nobis ignotum est, & secundum hoc pôt ab igne, qui apud nos est specie differre materialiter cõsideratus, quasdam tñ proprietates habet differentes ab igne isto, sicut quod successione non indiget, nec lignis nutritur, sed istæ differentiæ non ostendũt diuersitatem in specie quantum ad id, quod pertinet ad naturam ignis.

47 Dub. An ille ignis erit sub terra? Respon. S. Thom. vbi sup. q. 3. quòd secundum opinionem Greg. in 4. Dialogorum, & Aug. in 12. super Gen. ad literam, ille ignis est sub terra. & Esa. 13. dicitur, infernus subtus cõturbatus est.

48 Dubita. Quomodo anima incorporea ab igne corporeo pati possit? ℞ S. Tho. vbi supra, quod pôt omnes prædictos modos in vnum colligere, vt perfecte videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur, vt si dicamus quod ignis secundum naturam suam habet, quod spiritus incorporeus ei coniungi possit, vt loco locatum, sed inquãtum est instrumentum diuinæ iustitiæ habet, vt ipse quodammodo retineat alligatũ, & in hoc veraciter, ignis ille est spiritui noxius, & sic anima ignem, vt noxium sibi videns, ab igne cruciatur. Vnde Grego. in 4. dialogo. omnia ista per ordinem tangit, vt ex dictis eius patet, corpora autem damnatorum, vt dicit idem S. Th. ad Heb. 10. Cruciabuntur ab igne non totaliter consumendo, sed in perpetuum cruciando. Et idem S. Th. 1 par q. 64. dicit, quod flamma, & locus non est pœnalis angelo, aut animæ quasi afficiens alterando naturã, sed quasi afficiens, voluntatem contristando, dum angelus, vel anima apprehendit se esse in loco non conuenienti suæ voluntati.

49 Dub. Cur nõ dicit regnũ paratũ esse angelis sanctis, sicut ignem diabolo, & angelis

eius

eius? ℞. Orig. super Matth. qn̄ quantum ad se, homines non ad perditionē creauit: peccantes autem coniungunt se diabolo, vt sicut, q saluãtur sanctis angelis coequantur, sic qui pereunt diaboli angelis cōparantur.

50 Dub. Quomodo dæmones, qui sunt spiritus pati possint ab igne corporeo? ℞. Aug. 21. de ciui. Dei dicens, Cur. n. non dicamus quamuis miris, tn̄ veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi: si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei & nunc potuerunt concludi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari: adhærebunt ergo dæmones licet incorporei corporalibus ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus penam, nō dantes ignibus vitam. ignis aūt ille corporeus erit, & cruciabit huiusmodi corpora cum spiritib. dæmonum autem spiritus sine corporibus.

51 Dub. Cur potius ignis quàm cætera elementa reprobos cruciabit? ℞. S. Thom. in 4. sent. dist. 50. quæst. 2. ar. 3. q. 1. ꝙ secundum Basilium in vltima mundi purgatione fiet quædam separatio in elemētis, vt quicquid est purgatum & nobile, remaneat superius ad gloriam beatorum. Quidquid vero est ignobile & fœculentum, in infernū proijciatur ad pœnam damnatorum, vt sicut omnis creatura Dei est beatis materia gaudij, ita damnatis ex omnib. creaturis tormentum accrescat, secundum illud Sapien. 5. pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos: hoc etiam diuinæ iustitiæ competit, vt sicut ab vno recedētes per peccatum in rebus naturalibus quæ sunt multa & vana finem suum constituerunt, ita etiam multipliciter affligantur ex multis, sed quia ignis est maxime afflictiuus, propter hoc quod abūdat virtute actiua, ideo nomine ignis omnis afflictio designatur, vt sit vehemens.

52 Dub. Cum temporaliter peccauerint, cur æterno igni tradendi sunt? ℞. S. Vinc. in sermone, ꝙ qn̄ peccator moritur in peccato, tunc magis obstinaẽ in eo, & q̃a illa obstinatio durabit ęternaliter in peccatore, ideo ẽt pęna erit æterna. & Gre. idē sētit ĩ 33. mor.

53 Dub. Qui sunt angeli diaboli? ℞. S. Tho. 1. par. q. 109. ar. 2. ꝙ illi angeli qui adhæserunt ei contra Deum, qn̄ cecidit de paradiso, & q erunt ei obediētes vsq; ad iudiciū.

54 Dubit. Quis parauit, & quomodo illum ignem diabolo? ℞. Glos. præparatus, idest præordinatus est à constitutione mundi.

55 Dub. Quomodo Christus esuriuit & sitiuit qn̄ pauperes sui esuriebant & sitiebant? ℞. Orig. super Matth. ꝙ sicut anima habitans in corpore cum non esuriat quantum ad suam substantiam spiritalem, esurit tamē corporis cibum, quia copulata est corpori suo, sic & Saluator patitur quæ corpus eius ecclesia, cum ipse sit impassibilis.

56 Dub. Cur iustis singulas species misericordiæ per se dinumerat, non aūt iniustis, sed binas conglutinat? Resp. Orig. vbi supra, quoniam misericordis iudicis erit benefacta quidem hominum largiter prædicare & ampliare, malefacta autem eorum transitorie memorari & abbreuiare.

57 Dubita. An maior pœna esset Luciferi si nullum dæmonem haberet subditum? Rn̄. S. Th. 1. par. q. 109. ar. 2. ꝙ superioribus dæmonib. cū inferiores subdantur, non est ad bonum superiorū, sed magis ad malum eorum, q̃a cū malefacere maxime ad miseriā ꝑtineat, ꝑesse in malis est magis miserū esse.

58 Dub. Quia videtur quod non sit aliquis ita magnus peccator, qui aliquando non fecerit aliquod opus misericordiæ? ℞. Chrys. in hom. dicens. Intuere autem quia non in vno tantum vel duobus, sed in omnibus misericordiam deseruerunt: non. n. esurientē solum non cibauerunt, sed neque quod leuius erat, infirmum visitauerunt.

59 Dub. Quia multi sunt qui non omnia opera misericordiæ implere possunt: quia fortassis non habent vnde? Resp. Chrys. in hom. di. Vide qualiter leuia iniungit: non. n. dicit in carcere eram & non eripuistis me, infirmus & non curastis me, sed non visitastis & non venistis ad me: in esuriendo etiā non preciosam petit mensam, sed necessarium cibum.

60 Dub. Cur tantam meretur pœnam non largiens sua pauperibus? ℞. Chrys. in hom. dicens. Omnia sufficientia sunt ad pœnam. primo facilitas petitionis, panis enim erat. Scđo miseria eius q petebat, pauꝑ. n. erat. Tertio cōpassio naturæ, homo. n. erat. Quarto desiderium ꝓmissionis, regnum. n. ꝓmisit. Quinto dignitas eius q accipiebat, Deus enim erat qui ꝑ pauperes accipiebat. Sexto superabundantia honoris, qm̄ dignatus est ab hominibus accipere. Septimo iustitia dationis, ex suis. n. à nobis accipit. Sed contra omnia hæc hoies per auaritiam excæcātur.

Dub.

61 Dubit. Cur iniusti opera misericordiæ simul inuoluant dicentes, qñ te vidimus esurientem aut sitientem, &c. Resp. Orig. super Matt. quod iusti immorantur in vnoquoque verbo, iniusti autem non ita per singula cursim dicunt, qm̃ proprium est iustorum bene facta sua relata sibi in facie diligenter & per singula refutare, causa humilitatis, malorum autem hominum est culpas suas hac excusationis causa, aut nullas esse ostendere, aut leues aut paucas.

62 Dub. Cur nõ dicit iniustis quamdiu non fecistis vni de fratribus, sed solum de minimis? Resp. Origenes vbi sup. quòd volens iustorũ benefacta ostendere grandia, peccatorum autẽ culpas nõ grandes, ad iniustos non adiecit fratribus reuera.n. eius fratres sunt qui perfecti sunt: gratius est autẽ apud Deũ opus bonum quod fit sanctioribus, quàm in minus sanctis, & leuior culpa est negligere minus sanctos, quàm sanctiores.

63 Dub. Quia videtur, quòd Deus sit crudelis puniendo sine fine iniquos? ℞. Greg. 25. moral. omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu nõ pascitur: quia aũt iustus est, ab iniquorum vltione non sedatur, & tamen ad aliquid iniqui semper concremantur, vt. s. iusti tanto in æternum magis diuinæ gratię debitores se esse cognoscant, quãto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare poterant.

64 Dub. An tunc sancti intercedunt pro dãnatis maximè sanguine coniunctis? ℞. Greg. in Moral. q. orant quidem sancti pro inimicis suis eo tempore quo pñt ad fructuosam pœnitentiã eorum corda cõuertere: quomodo ergo tunc orabunt pro illis, qui iam nullatenus possunt ab iniquitate commutari?

65 Dub. An Christiani mali, qui manducauerunt panem Christi, de quo dr̃ quòd manducans viuet in æternum, patientur aliquã pœnam? Res. Aug. 21. de ciuit. Dei, quòd si quis temporalia in corde suo præponit Christo, etsi videatur habere fidem Christi, non est tñ in eo fundm̃ Christus, cui alia præponit: quanto magis si committat illicita, non præposuisse, sed postposuisse Christum conuincitur. Adde quòd illa manducatio sibi non prodest cum indigne sumpserit.

66 Dub. Quomodo erit illud supplicium æternum quo ibunt iniusti. require dub. 51.

67 Dub. Quæ erit illa vita æterna, in quam iusti ibunt? Resp. S. Th. 1. par. q. 19. ar. 2. cum æternitas proprie & vere in solo Deo sit, cũ sit immutabilis, vt dictum est dub. 4. per participationem illa gloria dicetur vita æterna pp suam immutabilitatem, & consistet in visione Dei, secundum illud Io. 18. ca. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Alijs sensibus spiritualibus non exponitur ratione dicta in prolog.

FERIA III. POST PRIMAM Dominicam Quadragesimæ.

Cum intrasset Iesus Hierosolymam. Matt. 21. c. Mar. 11. c. & Luc. 19.

Histor. huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 29. Martij in dominica.

HISTORICE.

Magna cũ pompa Hierosolymam dñs ingressus cum fuisset, rei nouitate cõmoti ciues, quisnam hic esset percunctabantur, qui autẽ dominum commitabantur populi, hũc Iesum prophetam esse ex Nazareth Galileę aiebant. Templum autẽ cum intrasset Dñs, mensas, cathedrasque in templo negotiantium euertit, domum suam, scriptura teste, domum orationis esse dicens, quam tñ speluncam ipsi latronum fecissent. Varijs vero infirmitatibus detentos pristinæ restituit sanitati. Sacerdotum autẽ principes ac scribæ tot visis miraculis, pueris etiam auditis Osanna filio Dauid exclamantib. indignatione permoti inquirebãt increpando, an tales animaduerteret clamores, quibus, & se audire professus est, & eo ex infantium ore. modo scriptura cautum esse Deo altissimo laudes perfici. Vrbẽ itaq; egressus, illis posthabitis, Bethaniam regressus est, cuius incolas quonam pacto Dei regnum consequerentur instruebat.

Gradu solito dubia soluenda sunt.

1 DVbitatur igitur, vnde dominus veniebat cum ingressus est Hierosolymã. Require dominica prima Aduentus sm̃ ordinem prædicatorum, dub. 1.

2 Dubit. Quo tpe intrauit Hierosolymam? Res. Raba. super Mat. quod ante quinq; dies Paschę, qm̃ vt narrat Io. ante sex dies paschę venerat in Bethaniam, & in crastinum asino sedens

sedens venit in Hierusalem.

3 Dub. Cur commota fuit ciuitas in introitu Christi? Res. Hiero. super Mat. qđ cõmouebatur mirans frequentiam, nesciens virtutem. Et Chry. super Mat. dicit, qđ cõmouebantur videntes rem mirabilẽ, homo laudabatur quasi Deus, sed Deus laudabat in homine: puto aũt, ꝙ nec ipsi qui laudabant, sciebant quid laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos veritatis verba fundebat.

4 Dub. An muri & ædificia cõmouerẽtur? ℞. quòd hic est figura methonomiæ, quia ponitur cõtinens ciuitas, pro ciuib. contẽtis.

5 Dub. An omnes cõmoti sint, & quia dicitur, vniuersa ciuitas? Res. Lyr. ꝙ factum maiorum dicitur factum totius, vt. s. intelligatur, qđ maiores & principaliores commoti sunt. Et ita est figura sinecdoche, quia ponitur totum pro parte.

6 Dub. Cum cognoscerent, ꝙ erat Iesus, cur interrogabant, quis est hic? ℞. Lyr. ꝙ sensus talis est, quis est hic, q. d. iste non est talis ac tantus, ꝙ talia deberent sibi exhibere.

7 Dub. Qui erant illi populi, qui dicebant, quod erat Iesus &c. ℞. Lyr. post Hiero. quòd populi, i. simplices & vulgares; quoniam aliis ambigentibus, vel interrogantibus sola plebecula confitetur.

8 Dubi. Cum multi alij prophetæ fuerint, videtur, quod non sit magna laus dicendo, quòd est ꝓpheta? ℞. Hier. super Matt. quòd à minoribus incipiunt, vt ad maiora perueniant: prophetam. n. dicunt, quẽ Moyses sui similem dixerat esse venturum.

9 Dub. Cur dicunt à Nazaret Galileæ? ℞. Hiero super Matt. quia ibi educatus fuerat, vt flos campi nutriretur in flore virtutum.

10 Du. Cur primo intrauit tẽplum antequã alibi diuerteret? ℞. Chrys. super Matt. quòd hoc erat proprium boni filij, vt ad domum curreret patris: & illi honorem redderet. Hoc ẽt erat boni Medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluandã, primum ad originem passionis intenderet. Nam sicut de templo omne bonum egreditur, ita de templo omne malũ ꝓcedit: si. n. sacerdotiũ integrũ fuerit, tota ecclesia floret, si aũt corruptum fuerit, tota fides marcida est: sicut. n. cum videris arborem pallentibus folijs, intelligis, quia vitiũ hẽt in radice, sic cum videris populum indisciplinatũ, sine dubio cognosces, quia sacerdotium eius non est sanum.

11 Dubit. Quid emebatur, & vendebatur in templo? Respon. Lyr. post Hiero. quòd principes sacerdotum, qui erant auari, per astutias suas diuersas conabantur excoriare populum. Igitur quia de longinquis partibus aliqui veniebant in Hierusalem causa deuotionis, quia non erat eis licitum alibi sacrificium offerre, & non poterant ex tam longinquo animalia adducere, ideo sacerdotes statuerant in templo aliquos de sua familia, qui vendebant in atriis templi illa, quæ poterant in templo offerri, ne venientes à longe, haberent excusationẽ cessandi ab oblationibus. Similiter, quia aliqui veniebant ad templum, qui non habebant pecuniam, vnde possent animalia offerenda emere, iõ sacerdotes statuerant ibi nummularios, qui sub certa cautione pecuniam traderent, & sic nullus excusaretur quin posset sacrificiũ offerre. Licet enim pro illa accommodatione pecuniæ non acciperent pecuniam vltra sortem, recipiebant tamen aliqua munera, vel enecenia: & sic patet quòd peccabãt ex facto quod erat illicitum, s. aliquid accipere vltra sortem quantumcunque modicum, & ex loco, quia talia exercebant in locis orationi deputatis.

12 Dub. Quomodo Christus solus potuit tãtam multitudinem eiicere? ℞. S. Tho. 3. part. q. 44. ar... quod Hie. super Mar. hoc attribuit miraculo, dicens. Mihi inter omnia signa, quæ fecit dominus, hoc videtur esse mirabilius, quòd vnus homo, & illo tempore contemptibilis, potuerit ad unius flagelli verbera, tantam eiicere multitudinem: igneum enim quoddam, atque sydereum radiabat ex oculis eius, & deitatis maiestas lucebat in facie eius, adeo quòd non audebant resistere ei, ut etiam dicit Lyra.

13 Dub. Quæ erant mensæ nummulariorũ? Res. quòd erãt mensæ super quibus tenebãt nummos ad accomodandum.

14 Dub. Qui dicantur nummularij? ℞. quòd sunt campsores nummorum.

15 Dub. Quid est nummus? Resp. quòd est genus æris minuti, vt dicit Theophilus.

16 Dub. Cur Matt. non facit mentionem de flagello facto de funiculis, vt Io. 2. cap. dicit? Respon. Aug. de consensu Euangelistarum, ꝙ manifestum est hoc nõ semel, sed iterum a domino esse factum. Sed primum commemoratum est à Ioan. hoc autem vltimum à cæteris tribus, & ita prima vice fecit flagellum, prout narrat Ioann. qui etiam asserit

cum

eum solum eiecisse védentes. Sed Matt. hoc narrat, quòd eiecit vendentes & ementes.

17 Dub. Quæ erant cathedræ vendentium columbas? R. Hila. super Matt. q̃ iuxta simplicem intelligentiam columbæ non erant in cathedris, sed in caueis, nisi forte columbarum institores sederent in cathedris.

18 Dub. Vbi scribitur domus mea &c. R. q̃ Esa. 56. c. vbi sic habetur, domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.

19 Dub. Quomodo faciebant de templo speluncam latronum? Resp. Hier. super Mat. q̃ latro est, qui templum Dei in latronum cõuertit speluncam, qui lucra de religione sectatur. Et Lyra dicit, q̃ nõ curabant de cultu Dei, sed magis de excoriatione populi p̃ astutias suas exquisitas.

20 Dub. Quæ est spelunca latronum? Resp. Lyra, q̃ dicitur esse locus vbi spolia, quæ latrones rapiunt, congregantur.

21 Dub. Vnde accesserunt surdi & claudi ad Iesum? Resp. q̃ consimiles solent sedere ad ianuas templorum, vt petant eleemosynas ab intrantibus & exeuntibus, sicut patet Actuum 3. de Petro & Ioanne ascendentibus in tẽplum, &c. Qui viso & audito miraculo de eiectione vendentium, accesserunt ad eum petentes salutem.

22 Dub. Cur non sanauit eos antequã euerteret mensas? R. q̃ primo voluit reparare caput. i. templum Dei, & ad debitum ordiné reducere, & demum membra consolidare.

23 Dub. Cur Christus sanauit eos? R. Chry. super Matth quòd hoc dominus fecit quod vt turbæ verbis clamabant, dñs ostenderet.

24 Dub. Cur principes sacerdotũ indignati sunt visis tot miraculis? R. Chrys. in hom. quòd sicut columna, si modicum obliquata fuerit, accepto pondere amplius vadit in latus, sic & cor hominis, cum peruersum fuerit, si alicuius viri iusti opera videat vel audiat, non confirmatur, sed magis ad inuidiã concitatur; hoc modo sacerdotes concitati sunt contra Christum.

25 Dub. Cur sacerdotes interrogãt si audiat quæ dicũtur? R. Hier. super Matt. quòd hoc dixerunt, non audentes mittere manum in eum, sed vt calumniarentur eius opera, credentes, quòd vel r̃deret quòd pueri bene faciebant sic clamare, vel quòd erat eis parcendum si sic clamabant, q̃a pueri erant. Et licet audire eũ scirent, t̃n redarguendo dñt.

26 Dub. Cur adducit testimoniũ scripturæ? R. Chrys. super Matth. quòd hoc fecit, ac si diceret, ex quo mea culpa est, quia isti clamant: nunquid mea culpa est, quia ante tot millia annorum hoc futurũ propheta dixit.

27 Dub. Quis propheta, & vbi hoc dixit? R. quòd Dauid Psal. 8.

28 Dub. Quia v̄r, quòd infantes & lactentes non possint laudare aliquem, & ita scriptura adducta non sit ad propositum hic, cum qui laudabant non essent infantes seu lactẽtes? R. Chrys. super Matth. quòd isti dicunt infantes non ætate, sed simplicitate cordis: lactentes aũt, q̃m quasi lactis suauitate, ita mirabiliũ delectatione excitati clamabant. Lac. n. d̃r corpus miraculorum, quia miracula nullum laboré videntib. exponunt, sed videntes admiratione delectant, & ad vitam molliter inuitãt: panis aũt est doctrina perfectæ iustitiæ, quam accipere non possunt nisi excitati sensus circa res spirituales.

29 Dub. Cur dereliquit eos, cum tunc deberet perseuerare in admonendo? R. Chrys. super Matth. quòd malum hominem melius locum dando potest aliquis vincere, quàm respondendo: quia malitia non instruitur sermonibus, sed excitatur. Et ideo dominus recedendo compescere studuit, quos respõdendo non compescuit.

30 Dub. Cur non remansit in ciuitate, sed iuit in Bethaniã? R. Hier. super Matth. quòd dominus tantæ fuit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem, sed in vico paruulo apud Lazarum, sororesque eius habitaret.

31 Dub. Cur in hoc euangelio legitur, quòd docebat eos de regno Dei, cum non sit de textu? R. quòd non omnia scripta sunt quæ fecit Iesus, vt habetur Io. vlt. Sed quia Christus semper docebat homines, ideo ecclesia hoc addidit hoc in euangelio.

32 Dub. Cur sacerdotes non redarguerunt eum de euersione mésarum & cathedrarũ? R. quòd Lu. 20. c. dicit, quòd sacerdotes interrogauerunt eum, in qua potestate hoc faciebat, sed ipse interrogando de baptismo Ioannis an de cœlo esset, an ex hominibus, confudit eos nescientes respondere.

ALLEGORICE.

Hæc templi purgatio p̃figurata fuit primo Hesdræ 6. c. vbi habet̃, quòd rex Darius præcepit Hesdræ scribæ, vt ipsa festa innouaret, & templum studiosè mundaret, qua mun-

mundatio filij Dei purgationem conueniēter repręsentat. Et etiam 2. Mach.10.c.vbi Machabæus cū suis templum purgauerunt.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc Euangelio, vt semper primum quæramus templum, & regnum Dei, & in templo taliter operemur orātes, nec aliquid aliud in eo agētes, nisi ad quod factum est. Vnde & nomē oratorij accepit, ne Iesus veniens, causam habeat nos cum flagellis ab ecclesia sua expellere, si tñ cœci sumus per ignorantiam peccantes, aut claudi per impotentiam, veniamus ad eum in templo confitentes peccata nostra, & sanabit nos, vt possumus cum pueris clamare Osanna filio Dauid, i. salus nostra per filium Dauid facta est, nec curemus indignationē principum sacerdotum, i. dæmonum, quoniam ipse Christus nos ab eorum versutijs proteget, nosque foris Hierusalem, i. extra potestatem dæmonum docebit de regno.

ANAGOGICE.

Contemplari licet ex sacro Euangelio cū Christus triumphans intrauit cœlestē Hierusalem, commota est vniuersa multitudo cœlestis exercitus præ admiratione tanti honoris exhibiti homini crucifixo, & tam vilissimam mortem passo, comitātib. secum sanctis Patriarchis, quos de lacu eduxerat, atque clamantibus, quod per filium Dauid saluati fuerant à vinculis inferni, & quos introduxit in templum immaculatum Dei, expulsis primo spiritib. malignis, i. Lucifero emente voluntatem se sequentium, & reliquis vendentibus, i. adherentib. eidem contra omnipotentem Deum: mensas & cathedras ad sedes eorum quo ad ipsos euertendo, vt nunquam amplius in eis sedeant, sed illas suis fidelibus assignando, quoniam domus illa domus orationis est, & non spelunca dæmonum latronum, diuinum honorem furari volentium: & licet inuidia ducti nunc continue insidientur hominibus, ne ad ipsas sedes perueniāt, tamen per Dominum Christum dietim introducuntur homines suo sanguine redempti, forisque existentibus aduersarijs fideles suos instruxit dulcissima experientia, quàm suauis sit possessio sui regni.

FERIA IIII. POST PRIMAM Dominicam Quadragesimæ.

Magister volumus à te signum videre. Matt. 12. Mar.3. & Luc.11.c.

Historia huius Euang. facta est anno ætatis Christi 31. prima die Decēb. in die Iouis.

HISTORICE.

Scribis ac pharisæis à dño signum petentibus, respondit dñs, generationi adulteræ nullum aliud esse dandum signum q̃ Ionæ Prophetæ: qm̃ quemadmodum ipse triduo in ceti corpore commoratus fuerat, ita tot filium hominis dieb. in corde terræ immorari debere. Virosq; Niniuitias hanc generationem condemnaturos in iudicio, cum Iona prædicante pœnituerint, cū hic Ionā excedat. Austri ēt Regina, qm̃ à terræ finibus, vt Salomonis imbueretur sapientia aduenit, in iudicio ēt gñationē hanc condemnabit: & tñ hoc in loco plusquam Salomon est: Nequam spiritus cū homine relicto loca perambulauerit arida, & nequaquā vbi requiescere valeat, inuenerit, quam reliquerat domum vacantem, ornatamq; comperiens, alios se nequiores septem spiritus assumens, hominem ipsum ingreditur, atque inhabitat, ita vt eius vltima priorib. peiora reddantur, qđ & pessimæ ipsi continget generationi. Eo vero talia memorāte, cū eius genitrix, fratresq; vt ipsum alloquerentur foris præstolarentur, idq; rescisset, manu discipulos ostentans, eos parentes ac fratres compellauit, quoniam sui genitoris cœlos possidentis, qui iussibus paruissent, eius germanus, soror, ac optima parens esset.

Gradu suo dubia enucleanda sunt.

1 DVBITATVR igitur. Cum in textu dicatur, tunc rñderunt, hoc in Euangelio scribitur, tunc accesserunt? ℞. quòd Euangelista, postquam narrauit quemadmodum dñs sanauit dęmoniacum, & à Iudęis criminatus fuisset, quòd in Belzebub dæmones expelleret. Ipse quoq; rōnib. eos confudisset: tunc ipsi rñderunt, ut aliquod eis signum demonstraret. Ecclesia uero illam omittens historiam, ad quam illud uerbum responderunt, referebatur, solum hic petitionem signi commemorat, ob quod ait, tunc accesserunt & dixerunt.

2 Dub. Qui dicuntur scribæ? Require in Epipha. dub. 31.

3 Dub. Cur uocant dñm Magistrum, cuius

ius discipuli non erant? Resp. Chrys. super Mat. quòd eorum verba adulatione, & ironia plena sunt, & prius quidem conuitiabātur, dæmoniacum eum dicentes, nunc autem adulantur vocantes eum magistrum.

4 Dub. Cum viderint miraculū dæmoniaci, cur volunt signum videre? Resp. q̄ quia signum dæmoniaci poterat fieri per dæmones, quoniam superiores possunt expellere inferiores, ideo uolebant aliquod signum videre, quòd à solo Deo effici posset.

5 Dub. Quòd signū volebant videre? Resp. Hier. sup Mat. q̄ signa postulant, quasi quæ viderāt, signa nō fuerint. Sed in Luca c. 11. quid petant plenius explicatur. Volumus à te signum videre de cœlo, uel in morem Helyę, ignem de sublimi venire cupiebāt, uel in similitudinē Samuelis tēpore æstiuo contra naturam loci mugire tonitrua, coruscare fulgura, imbres ruere, quasi nō possint & illa calumniari, & dicere, ex occultis, & varijs aeris passionib. accidisse: nam si calumniaris ea quæ oculis uides, manu tenes, vtilitate sentis, quid facturus es in his, q̄ de cœlo ueniunt? vtiq; respondebis, & magos in Aegypto multa signa fecisse de cœlo.

6 Dub. Cur patienter tulit cum conuitiarētur, quod in principe dæmoniorum eiecisset dæmonium. Hic uero ubi magistrū appellant conuitiose respondit? Res. Chrys. super Mat. q̄ hoc fecit demonstrans, q̄ vtraq; passione erat superior, & neq; conuitijs in irā deducitur, neq; ab adulatione mollitur.

7 Dub. Cur. vocat eos generationem malā? Resp. Chry. super Mat. quòd ideo quia semper ingrati circa benefactores facti sunt deteriores, quod est vltimæ malitiæ.

8 Dub. Cur vocat & adulteram? Respon. Hier. super Mat. quòd egregie sic eam uocat, quia dimiserat virum, & iuxta Ezech. multis se amatoribus copulauit.

9 Dub. Cum dn̄s multa postmodū signa fecerit, cur dicit, quod eis non dabit signum, nisi Ionæ Prophetæ? Res. S. Th. 3. par q. 43. art. 1. quòd uerba Christi intelligēda sunt, vt dicit Chr. super Mat quòd tūc non acceperūt tale signum, quale petebant s. de cœlo, non quòd nullū signum eis dederit. Vel q̄a signa faciebat, non propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed ut alios emendaret. Et ideo non eis, sed alijs illa signa dabantur.

10 Dub. Ad q̄d dedit eis signū Ionæ? Resp. Raba. sup Mat. q̄ ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum, nisi pœniterent subuersioni proximos, sed sicut illic demonstratur supplíciū, demonstrat & remedium. Ita Iudæi non debent desperare veniā, si saltem post Christi passionem egerint pn̄iam, ac si diceret, ut Chr. super Mat. exponit, multa beneficia demonstraui vobis, nihil horum vos allexit ad venerandam meam virtutem, quam cognoscetis per penam, quādo ciuitatem vestram in terram proiectam videbitis.

11 Dub. Cur historiā Ionæ appellat signū? Res. Chry. super Mat. dicens, Interim autē dn̄s sermonem de resurrectione interponit, quem cogniturí erant per ea, quæ postea erant passuri dicens, nisi signum Ionæ Prophetæ. Crux. n. profecto credita non esset, nisi signa testantia habuisset, hac autem non credita, & resurrectio vtique credita non esset, propter hoc & signum hoc vocat, & figuram in medium fert, ut veritas credatur.

12 Dub. An Ionas steterit tribus dieb. & noctib. cōpletis in vētre cęti? R. quòd Ionæ 2. dr̄, quòd erat in uentre cęti trib. diebus, & tribus noctib. posset tamē dici, quòd inquantum est figura sepulturæ Christi & mortis. quòd per figuram synecdoche accipitur ibi pars pro toto, ut sequenti dub. declarabitur.

13 Dub. Cum Christus mortuus fuerit die veneris circa nonā, & resurrexit nocte dn̄icæ, vr̄ q̄d non stetit mortuus nisi una die cū dimidia, & duab. noctibus? Res. S. Th. 3. par. q. 51. ar. 4. quod sicut Aug. dicit in lib. de cōsensu Euang. hoc intelligit illo scripturarū usitato loquendi modo, quo a parte totum intelligit, ita s. q̄d unam noctem, & unam diem accipiamus pro uno die naturali. Et sic primus dies computetur a prima parte sui, qua Christus in 6. feria est mortuus, & sepultus. Secundus, autem dies est integer cū 24. horis nocturnis, & diurnis. Nox aūt sequēs pertinet ad tertium diem, q̄n Christus, ut idem Aug. dicit in 4. de Trin in diluculo resurrexit. Et ita est ibi figura synecdoche, in qua accipitur pars pro toto.

14 Dub. Cur dn̄s dicit in corde terræ? Res. Chr. sup Mat q̄d nō dicit in terra, sed in cor de terræ, ut & sepultum ostēderet & quod nullus solam mortis apparentiā suspicetur.

15 Dub. Cur apposuit tres dies? Res Chr. super Matt. q̄d iō ut credat, quia mortuus ē.

16 Dub. Quod signū fuit istud Iudæis? Res. Amb. q̄d sicut Ionæ typus signum dominicæ passionis est, ita etiam grauium quæ Iu-

dæi commiserunt, testificatio peccatorum est, simul aduertere licet & maiestatis oraculum, & pietatis iudicium. Namque Niniuitarum exemplo, & denunciatur supplicium, & remedium demonstratur. vnde ēt debent Iudæi non desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam.

17 Dub. Cur dicit, qđ condemnabunt generationem illam in iudicio? Resp. Chrys. super Mat. ne aliquis æstimaret, q̄ talia deinceps futura esset in Iudæis, qualia Niniuitis contigerant, ut sicut Ionas illos conuertit, & ciuitas fuit liberata a periculo, ita isti post resurrectionem conuerterentur: dñs nunc totum contrarium ostendit, quoniã. s. ex beneficio passionis nullum fructum perceperunt, sed & grauia patientur, ut infra ostendit per exemplum dæmonis.

18 Dub. Cur dicit Niniuitas cũ generatione ista resurrecturos fore? Resp Remig. super Matthæum, quod ostendit dominus his verbis vnam esse malorum, & bonorum resurrectionem futuram, contra quosdam hæreticos qui dixerunt, vnam esse resurrectionem bonorum, & alteram malorum.

19 Dub. Cur addit in iudicio? Resp. Remig. vbi supra, q̄ destruitur his uerbis fabula Iudæorum, qui solent dicere, q̄ ante iudicium mille annis celebretur resurrectio, aperte verbis ostendens, quia mox, ut celebrabitur resurrectio, celebrabitur & iudicium.

20 Dub. cum Dauid dicat, nõ resurgent impij in iudicio, quomodo dicit, quòd resurgẽt in iudicio? Resp. S. Th. in 4 sen. dist. 43. ar. 1. quòd Psal. loquitur de resurrectione spirituali, qua impij non resurgent in iudicio discussionis conscientiæ, ut Gl. exponit: vel loquitur de impijs, qui sunt omnino infideles, qui non resurgent, ut iudicentur: iam enim iudicati sunt.

21 Dub cum dñs iudicet, quõ Niniuitæ iudicabunt, vel condemnabunt? Resp. S. Th. 4. sen. dist 47. q. 1. quòd non condemnabunt potestate iudicij, sed comparatione facti melioris? Require in communi Apostolorum. Ecce nos reliquimus omnia. dub. 8.

22 Dub. Quomodo intelligitur, & ecce plus quã Ionas hic? Resp. Hier. super Mat. qđ hic aduerbium loci, non pronomen intelligas. q. d. Ionas secundum 70. interpretes triduo prædicauit, ego tanto tempore, ille Assirijs genti incredulæ, ego Iudæis populo Dei, illo voce locutus est simplici, nihil signorum faciens, ego tanta faciens Beelzebub calumniam sustineo.

23 Dub. Quæ fuit hæc regina Austri? Resp. Hier. super Mat. qđ fuit regina Saba, de qua in Regum volumine, & in Paralipomenon legimus, quæ per tantas difficultates gente sua & Imperio derelictis, venit in Iudęam sapientiam audire Salomonis, & ei multa munera obtulit. Et dicitur Austri, quia ab illis regionib. venit Auster ventus.

24 Dub Cur adduxit eam in exemplũ? Res. Chry. super Mat. quod illud plus fuit, quàm prius, Ionas. n ad illos abijt, regina autem Austri non expectauit Salomonem ad ipsam ire, sed ipsa ad eum accessit, & mulier, & barbara, & tantum remota, nõ mortem formidans sola cupidine uerborum sapiẽtium: quasi dicat dominus, ibi mulier aduenit, hic ego veni, & ipsa quidem à finibus terrę surrexit, ego autem ciuitates & castra circumeo, & illa quidem de arboribus, & lignis disputauit, ego autem de ineffabilibus mysterijs.

25 Dub. Quomodo intelligitur, & ecce plus quam Salomon hic? Res. Beda, quòd in illo loco [hic] non pronomen, sed aduerbium loci est, & significat. i. in præsentia inter vos conuersatur, qui incomparabiliter est Salomone præstantior.

26 Dub. Quia ex hoc, quod spiritus immundus redit, videtur, quòd culpa prius per pœnitentiam dimissa redeat? Respond. S. Th. 3. par. q. 88. ar. 1. quòd Beda super hoc loco dicit, timendus est iste versiculus, necnon exponendus, ne culpa, quam in nobis extinctam credamus, per incuriam nos vacantes opprimat: quæ verba debent intelligi, non q̄ culpa prius dimissa hominẽ opprimat p reditũ reatus p̄teriti, sed per iteratione actus.

27 Dub. Quis est spiritus immundus? Resp. quòd secundum omnes expositores est diabolus, qui est spiritus.

28 Dub. Cur dicitur immundus? Resp. quia perdidit pulchritudinem gratiæ Dei, & immunditia peccati deturpatus est.

29 Dub. A quo homine exijt diabolus? Respond. Lyra post Hier. quòd ab homine. i. populo Iudæorum.

30 Dub. Qñ exiuit ab ipso populo? Respon. qui supra, qđ qñ lex data fuit, quæ excludebat cultum dæmonũ. & inducebat ad colendum vnũ uerum Deũ, & quòd sic intelligatur de populo Iudęorũ, patet ex hoc, quod sub-

subinfert. sic erit & gñationi huic pessimæ.

31 Dub. Qũo facta sunt nouissima illius populi peiora prioribus? R. Chrys. super Matt. qm̃ in maiorem nequitiam inciderant nũc uolendo occidere Xp̃m. qui eos purgare uenerat, quam ante, qñ occidebant Prophetas eos redarguentes, quia grauius est occidere Christum, q̃ Prophetas: propter hoc difficiliora passi sunt, qm̃ quæ a Vespasiano & Tito cõtingerunt, multo grauiora fuerunt his, quę passi sunt in Aegypto, & in Babylone, & sub Antiocho.

32 Dub. Per q̃ loca arida ambulat? Rñ. Remi. super Mat. q̃ loca arida appellat corda gẽtiũ ab oĩ humore salutarium aquarum, hoc est sanctarũ scripturarũ, & spũaliũ donorum, & ab infusione sancti spũs aliena.

33 Dub. Quomodo quærebat requiem? Respond. Lyra post Remig. quòd diabolus spe rabat & putabat se perpetuã quietem posse habere in Gentili populo.

34 Dub. Qũo non inuenit requiem in ipso populo? Resp. Remig. sup Matt. qm̃ apparẽte Dei filio per mysteriũ incarnationis suæ Gentilitas credidit, quæ cũ dño credidisset, ille non inuento loco in Gentilitatibus, dixit, Reuertar in domum meam, &c.

35 Dub. In quam domum suam redijt? Rñ. Remi. vbi supra quòd in populum Iudæorum, quem ante dimiserat. ut dub. 29. & 30.

36 Dub. Quomodo vacabat? R. Ly. post Remi. quòd vacabat templum Iudæorum, & Christum hospitem non habebat, & erat vacua fide, & bonis operibus.

37 Dub. Qũo erat scopis mũdata? R. qui supra, quòd habebãt Iudæi quandã exteriorẽ munditiam, & erat domus mundata, quia Dei & Angelorum præsidia nõ habebat.

38 Dub. Quibus erat ornata? Rñ. qui supra, q̃ Iudæi ornati erant superfluis adornationibus legis, & traditionibus Pharisæorum.

39 Dub. Quid intelligit p illos 7. spũs? Rñ. Ly. q̃ vniuersitas uitiorũ, q a añ aduentum Xp̃i fuerũt pc̃tis irretiti, sed post aduentum Xp̃i obstinati in peccato, & pp ingratitudinis vitiũ fuerunt eorũ pc̃ta quasi duplicata.

40 Dub. An nunc ille populus possideat à plurib. spiritib. immũdis q̃ antea? Rñ. Remi. sup Mat. q̃ multo nunc maiore dæmonum numero possident, blasphemantes in synagogis suis Christum Iesum, quam in Aegypto possessi fuerant añ legis notitiam, quia aliud est venturum non credere, aliud non suscepisse qui uenerit.

41 Dub. Ad quid venerunt mater & fratres Dñi? R. Theph. super Mat. q̃ vt dr̃ Mar. 3. propinqui dñi venerant tenere eum, tanq̃ in furiam uersum. Mater uero eius amoris compassione detenta uenit ad ipsum.

42 Dub. De quo uolebãt sibi loq? Rñ. Chr. super Mat. qd' fratres dñi nõ habebant sibi loqui, sed hoc faciebant ex vana gloria.

43 Dub. Cur dicit Euãgelista [adhuc eo loquẽte] Rñ. Aug. de cõsẽsu Euãgelistarũ dicẽs. quid est [adhuc] nisi qñ illud loq̃batur.

44 Dub. Cur dicit fratres Dñi, cũ nullos habuerit fratres, q a fuit vnigenitus Dei, & sẽp Virginis? R. S. Th. 3. par. q. 28. art. 3. quòd q̃dã sicut Hier. dicit super Mat. fratres dñi de alia vxore Ioseph suspicant. nos aũt fratres dñi nõ filios Iosep, sed cõsobrinos Saluatoris sororis Mariæ matris Dñi filios intelligimus, q̃ esse dr̃ mr̃ Iacobi minoris, & Ioseph, & Iudæ, quos in alio Euãgelij loco fratres Dñi legimus appellatos. Nã quatuor modis in scripturis fratres dicunt. s. Natura, ut Esau & Iacob. Gente, ut omnes Iudæi fratres inter se uocant. Deut. 17 nõ poteris, constituere super te hoĩem alienum q non sit frater tuus. Cognatione, ut qui sunt de una familia. Gen. 13 dicit Abrahã ad Loth, non sit rixa inter me & te, qm̃ fratres sumus. Effectu, & hoc duob. modis s. in spãli, & sic oẽs Christiani fratres dicunt, vt Saluator dicit Io. 20. Vade ad fratres meos: & in communi, quia omnes homines ex vno patre nati, pari inter nos germanitate cõiungimur, sicut Malac. 2. dicitur, nunquid non unus est pater omnium nostrum.

45 Dub. Qũo mr̃ & frater stabãt foris? Rñ. qd' qñ ipse tũc loquebat ad turbas in quadã domo, in qua hospitatus fuerat, ut patet Matt. 13. c. q post præmissa dicit, qd' illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare.

46 Dub. Cur ille dixit Iesu. Ecce foris stãt? R. Hier. supe Mat. quòd vr̃ iste qui nunciat non fortuito, & simpliciter nunciare, sed insidias tendere utrum spiritali operi carnem & sanguinem præferat.

47 Dub. Cur non ingrediebantur domum? Resp. Chry super Matt. quòd propter reuerentiam de foris expectabant.

48 Dub. Quia videt qd' dñs non magnam æstimationem fecerit de matre dicens, quæ est mater mea? R. Chrys. super Mat. qd' hoc non dixit matrem & fratres omnino repro-

bando sed ostendens, quòd super omnẽ cognationem tpalem oportet propriam animam præhonorare: neque n. dixit, vade die ei, quòd non est mater mea, sed ad eum qui nunciauerat extendit sermonem: nec vt dicit hic Hilarius fastidiose de matre sua sensisse existimãdus est, cui in passione positus maximę solicitudinis tribuit affectum.

49 Dub. Cur discipulos matri & fratrib. pręponit? ℞. Hier. quòd ideo fecit, vt & nos in cõparatione dilectionis carni spiritũ præferamus, nec maternũ refutat obsequiũ pietatis, cuius pceptũ est. Honora patrẽ tuum & matrem tuã, sed patris se mysterijs vel affectib. amplius q̃ maternis debere demõstrat.

50 Dub. Quõ efficitur quis mater Christi? Resp. Greg. in hom. dicens. Sciendum nobis est, quia q Christi frater vel soror est in credendo, mater efficitur pdicando, quasi. n. parit dñm qui cordi audientis infundit, & mater eius efficitur, si per eius uocẽ amor Domini in proximi mente generatur.

51 Dub. Quia vł ex uerbis Christi dicentis. Quicunq; fecerit voluntatem patris mei, q mater & frater non faciebant voluntatẽ patris cęlestis? Res. Theop. super Mat. q non negãt matrẽ hoc facere. Sed osñdunt, q non solũ est digna honore ,ppter hoc q genuit Xp̃m, sed & pp oẽm aliam uirtutẽ. & Beda in hom. dicit, q semp Virgo verbũ Dei audiuit, & super omnes mortales custodiuit.

52 Dub. Quomodo Deus dicitur esse in cęlis? Require feria 6. post Cineres, dub. 16.

53 Dub. Quõ Christus põt habere tot matres? ℞. quòd solũ habet vnã matrem carnalẽ quo ad generationẽ corporis, sed potest habere plures spũales quo ad generationẽ spũalem. Vnde Chrys. dicit in homil. multæ mulieres beatificauerũt sanctã sẽper Virginẽ illã, & eius vterũ, & optauerũt tales fieri matres: quid est igitur quod prohibeat. Ecce latã vobis cõstituit uiam, & licet non mulieribus solum, sed & uiris fieri matrẽ Dei.

ALLEGORICE.

Peccatores obstinati figurãtur per historiam huius Euangelij, maxime per Scribas & Pharisęos petẽtes signũ aliquod vltra sacram scripturam, sicut diues in inferno Lu. 16. qui petebat, ut aliquis ex mortuis resurgeret pp fratres suos obstinatos in peccatis, & tamẽ dñs (nõ dat aliud signum, nisi Ionæ Prophetæ) qui interpretatur columba, quia peccator volens simplicitatem & puritatẽ colũbę possidere, dẽt stare in mari pęnitentiæ (trib. dieb.) Prima die per cõtritionẽ. Scpa per cõfessionẽ. Et tertia per satisfactionẽ, & hoc erit signum q dimissa sunt ei pc̃tã sua (Alias viri Niniuitæ) i. hi, q peccare desistũt, ut pniam agant (Et regina Austri.): i. hi, q per sapientiã habitã à uero Salomone Xpo deserunt pc̃tã (condemnabũt in iudicio.) i. eorũ cõparatione condẽnandos demõstrabunt ipsos induratos in pc̃tis. Et cũ a quolibet hõie per baptismũ (exeat spũs immũdus & ambulat per loca arida.) s. iustorũ, nihil terrenę humiditatis habẽtiũ, (q̃rens requiẽ uolẽdo in eis habitare, & nõ inueniens) ,ppter resistẽtiã eorum (reuertĩ tũ in domũ suã.) s. a qua per baptismũ exiuit & inuenit eã uacantẽ) ab oib. operib. per neligentiã (scopis mundatam.) s. a peccato originali per baptismum, (ornatã) simulatis uirtutib. per hypocrisim. (Tunc assumit alios septem spũs nequirores se.) s. Leuiathan, qui est rex super oẽs filios superbiæ. Io. 41. c. Mãmona regẽ auarorum Mat. 6. c. Non potestis Deo seruire, & Mãmonæ. Asmodæũ principẽ luxuriæ. Thob. 3. Dęmon cuius nomen Asmodeus occiderat eos mox, vt igressi fuissẽt ad eã s. luxuria. Beelzebub ducẽ inuidorũ. Lu. 11. In beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Beelphegor marchionẽ gulositatis. Ps. 105. initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Baalberith comitẽ iræ. Iudi. 9. de fano Baalberith cõduxit sibi uiros, & subdit. Misit dñs spũm pessimum inter Amalech & habitatores Sichen. Et Astaroth dominũ accidię. 1. Reg. 7. c. Auferte Deos alienos de medio uestri Baalim & Astaroth (q intrantes habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius) baptizati & negligenter agentis (peiora priorib.) quoniã negligẽter operans in omne genus labitur peccatorum (& ita fiet generationi huic pessimæ) obstinatorum. (Mater autem & fratres Christi.) .i. synagoga, & filij eius s. Iudęi, ex qbus secũdũ carnẽ Christus procedit (foris stant.) extra fidem catholicam, nolentes ingredi ad intellectum spiritualem sacrę scripturæ, sed solum attendentes ad literam quæ occidit, (quærentes loqui sibi,) i. Saluatorem futurum expectantes, qui iam venit: & licet salus ex Iudæis sit, tamen propter obstinationem eorum non introducuntur a domino, sed solum illi (qui faciunt voluntatem

patris

patris eius credentes in Ieſum Chriſtum filium eius, quem miſit in mundum.

TROPOLOGICE.

Admonemur ex ſacro Euangelio, ut dimiſſa curioſitate, ſimplr credamus articulis fidei, qm̃ qui inueſtigator fuerit maieſtatis, opprimetur a gloria. Prou. 25. Quod ſi noluerimus acquieſcere his, quæ ſunt fidei [ſicut Scribę & Phariſæi] & voluerimus] q̃rere ſignum.] i. miracula videre in veritate, exemplo [Ionæ & Reginæ Auſtri] niſi egerimus pniam, & ſapientiam amplexi fuerimus [in iudicio damnabimur, cum Chriſtus pluſquam Ionas, aut Salomon]prædicauerit, & docuerit, cuius dictis ſimplr credere debemus. alias[immundus ſpiritus] qui nos in ſacro baptiſmate reliquit, [nec inuenit locũ] in alijs Chriſti fidelib. ad nos per baptiſmum [mundatos & ornatos]curioſitatib. redibit, & deſtructo fundamento fidei, faciet nos ruere in omne ſcelus, & fiẽt nouiſſima noſtra peiora priorib. propter infidelitatem, quam ex ingratitudine incurrimus, & in ſeptem vitia capitalia incidemus, non credentes Deum eſſe, aut ipſum eſſe vltorem ſcelerum, & huiuſmodi : & ſic licet fuerimus aliquando per fidem mater, & fratres Chriſti, [foris] tamen ſtabimus, i. extra eius fidem, & Eccleſiam] quærentes ſibi loqui] quandoq; in tribulationib. noſtris ipſum deprecando, nec obtinebimus, quoniam cum noluerimus eum audiendo [facere voluntatem patris ſui] ipſe quoque in interitu noſtro ridebit, & ſubſannabit: cum nobis, quod timebamus, euenerit: docemur etiam quomodo effici debemus [fratres Chriſti] eius fidem cum operib. bonis amplectendo [& mater eius]ipſam alijs verbo & exemplo prædicando.

ANAGOGICE.

pęnitentes ex verbis ſacri Euangelij eriguntur ad contemplandum, nedum diuinã miſericordiam, quæ eis ſuccurſum dedit, ſed & ſuperabundantem eius excellentiam donorum, & dignitatem, vt eos [plus Niniuitis & regina Auſtri in iudicio] ſecũ aſſumat, & eos in magna cõſtãtia ſtare faciat aduerſus dęmones, qui eos anguſtiauerũt, & qui uolebant auferre labores eorum [immundum ſpiritum] in infernũ detrudẽdo, nec ipſi amplius] foris ſtabunt, ſed cum matre & fratrib. Chriſti] perpetua apud patrem, cuius voluntatem fecerũt, fruentur fęlicitate,

FERIA V. POST PRIMAM Dominicam Quadrageſimæ.

Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri. Mat. 15. c. Marci 7. c.

Hiſtoria huius Euang. facta eſt anno Chriſti 32. die 8. Maij, in dei Veneris.

HISTORICE.

Ad Tyrios & Sydones cum veniſſet dñs, Chananæa mulier quædã voce magna Dauid natũ cõpellans, ut ſui miſereretur ſupplicabat, cum eius a dæmone filia horribiliter vexaretur, quo nullum reſpõſum dante, cum crebriores ęderet voces, vt filiæ liberationem impetraret, eius diſcipuli ut uoto eius ſatisfacerẽt, (qm̃ vocib. magnis eos turbaret) deprecabantur : cum verò, ꝗ ſolũ ad Iſrael oues deperditus miſſus fuiſſet, rñdiſſet: propius ipſa accedens prona ipſum adorauit: quòdq; opẽ filiæ ferret humiliter depoſcebat : verum quia non recte actum eſſe panem, quo liberi nutriri debent, canib. vorandum dare, cum affirmaſſet Ieſus, ſagax mulieri id quod petit, licere demonſtrauit, cum & catelli ſub menſa micas cadentes edãt; Commendata autem dñs fide eius magna, ipſius obtemperauit voluntati, ſtatimq; priſtinæ nata eius reddita eſt libertati.

Varia nunc dubia ſoluenda ſunt.

1 DVBITATVR. Vnde egreſſus eſt Ieſus? Reſ. ꝗ vt habetur Mat. 14. venerat trãsfretãdo in Geneſareth, in quo loco multa miracula fecerat, & multa opprobria a Scribis & Phariſæis ſuſtinuit, quos de eorũ ſuperſtitione redarguebat: ideo tãquam ab ingratis receſſit, & ſic ab illa patria egreſſus eſt, & uenit in partes Tyri & Sydonis.

2 Dub. Cum Tyri & Sydones eſſent Gentiles & ipſe præcepit Apoſtolis, ne in viam Gentium irent, Mat. 10. c. cur ipſe contrariũ facit illuc eundo? Reſ. Chry. ſuper Mat. quòd primo dicimus, qđ non erat obnoxius præcepto, quod diſcipulis dederat Secundo, q̃a neque ut prædicaturus abijt. Vnde Marcus dicit vbi ſupra, qđ occultauit ſeipſum.

3 Dub. Quæ terræ ſunt Tyrus & Sydõ? R. Remigius ſuper Mat. qđ fuerunt ciuitates Gentilium : nam Tyrus Metropolis fuerat Chananęorum: Sydon vero terminus Chananæorum reſpiciens ad Aquilonem.

4 Dub. Cur accessit ad Tyrios, & Sydonios? Resp. Remigius ubi supra, q ut eos curaret: & idem dicit Hier. vel vt huius mulieris filiam liberaret à dæmonio, quatenus per eius fidem, scribarum & pharisæorum nequitiam condemnaret.

5 Dub. Qui sunt Chananæi? Res. Ly. q fuerunt gentes, quæ ante filios Israel habitauerunt in terra promissionis, nec vnquam per Iudæos potuerunt totaliter extirpari: & de his erat ista mulier Chananæa.

6 Dub. Quo vocabatur ista Chananæa? Res. q nullibi reperitur eius proprium nomen.

7 Dub. De qua ciuitate erat? Res. q ut habetur Mar. 7. erat Syrophenissa. i. de villa, quæ dicitur Phenix prouinciæ Syriæ.

8 Dub. Cur hæc Chananæa clamabat? Res. Aug. de consensu Euang. soluendo repugnātiam quæ vr esse inter Mat. qui dixit hanc mulierem venisse ad Iesum dū esset in via: & Marcum, qui dixit, q uenit in domum, in qua erat Iesus: quòd Mat. posset intelligi de domo tacuisse, & eandem tā rem commemorasse: sed qm̄ dicit discipulos dño ita suggessisse, dimitte illam, q a clamat post nos, nihil vr aliud significare, quàm post ambulantem dñm mulierem istam deprecatoriā vocem misisse. Intelligendum est ergo dixisse quidem Marcum, quòd intrauerit ubi erat Iesus, cum eum prędixisset fuisse in domo, sed quia Matthæus ait, q non respondit ei verbum dedit agnoscere, q tacuerunt ambo & in eo silētio egressū fuisse Iesum de domo illa, atq; ita cætera contexuntur, q iam in nullo discordant: & ita videns mulier, q Iesus non respondit ei verbum in domo, iuit post eum clamando, ut audiret illā.

9 Dub. Cur non dixit miserere filiæ meæ, sed miserere mei? R. Gl. quòd dolor filiæ est dolor matris, & ita dixit miserere mei, quoniam patiebatur propter dolorem filiæ.

10 Dub. Cur non rogauit, ut sanaret filiam eius? Rñd. Gl. quòd enarrando dolorē filiæ implicitè rogabat ut eam liberaret, qm̄ vulnera detegebat medico. Marcus autem dicit eā rogasse, ut dæmonem eijceret à filia.

11 Dub. Cur dicit male vexatur à dęmonio? Respon. quòd dicendo male vexatur, ostendit magnitudinem mali, & dicendo, à dæmonio, ostendit qualitatem.

12 Dub. Cur vocat eum dominum, & filiū Dauid. R. Gl. quòd magna fuit fides huius mulieris, qm̄ dum dominum uocat, credit eum esse Deum: dum uero filium Dauid credit esse hominem: & ita credit eum uerum Deum, & uerum hominem.

13 Dub. Cur Christus, q est tm̄ misericors non rñdit ei verbū? Resp. Hier. super Mat. q hoc non fecit ex superbia, seu ex crudelitate, sed ne ipse suæ sniæ videretur contrarius, p quā iusserat, dicens, In viā gētium ne abieritis, nolebat. n. occasionem calūniantib. dare, & s̄m Gl. hoc fecit, ut patientiam, & perseuerantiam nobis mulieris ostenderet, & ut discipulos ad misericordiam flecteret.

14 Dub. Cum ipsa non requisierit discipulos ut p ea orarent, cur orāt? Resp. q ut colligit ex Aug. de cōn. b. Euangelistarum, ipsa voces deprecatorias mittebat ad discipulos, ad quos primo voluerat accedere, sed primo accessit ad Christum, & videns quòd non respondit ei uerbum, tunc conuersa est ad discipulos, ut pro ea rogarent, quod notatur cum dicitur, quia clamat post nos.

15 Dub. Cur discipuli dñt, dimitte eam? R. Chr. super Mat. quòd non fuerunt ausi dicere, da ei hanc gratiam, sed dimitte eam: sicut nos cum uolumus alicui persuadere multoties contraria dicimus, uel ut colligitur ex gl. interlineari, dimitte eam, s. quam tenes non exaudiendo, quasi diceret, si exaudis, recedet, quam tenes non exaudiendo.

16 Dub. Cum Christus uenerit pro salute totius generis humani, cur dicit, non sum missus nisi ad oues dom* Israel? R. S. Vinc. in sermone, qd de Aduentu Christi possumus loqui dupliciter: Vno modo quantum ad redēptionē uniuersalem, & sic Christus uenit redimere non solum Iudæos, sed & omnes gentes, quantum in ipso fuit, quia pro oībus soluit precium, licet aliquis nolit redimi ex culpa sua. Alio modo quātū ad corporalem uisitationem, & ad prædicandum, & ad miracula faciendū, & sic non uenit nisi ad oues domus Israel, qm̄ solum in terra promissionis erat uenturus. Et sicut Hier. dicit super Mat. Non hoc dicit quin & ad Gentes missus sit, sed quod primū ad Israel missus est.

17 Dub. Cū Esa. 49. dicat, Dedi te in lucem Gētiū, vr q Xps ēt debuerit pdicare & Gētilibus? Resp. S. Th. 3. par. q. 42. ar. 1. qd Xps fuit lumen gentiū p pdicationem, & ēt salus earum, nō q̄dem p suā propriam, sed discipulorum, quos misit gentib. prædicare.

18 Dub. Cur Christus primo prædicauit Iudæis p se, & p Apostolos suos q̄ Gētilibus? Resp.

Resp. S. Tho. vbi supra, q̃ hoc fecit propter tria. Primo, vt ostenderet per suũ aduẽtum impleri promissiones antiquitus factas Iudæis, non aũt Gentilibus. Secundò, ut eius aduẽtus ostenderet esse à Deo, & ideo, quia Iudæi erant proximiores Deo per fidẽ, debitus ordo exigebat, quòd doctrina Dei eis primo proponeret, & per eos trãsmitteretur ad Gẽtiles. Tertiò, vt auferret Iudęis calumniandi materiam, vt dicit Hier. super Matt. ne ipsi iustam haberent excusationem, dicentes, ideo se dominum eiecisse, quia ad Gentes, & Samaritanos Apostolos miserat.

19 Dub. Cur post resurrectionem suã misit Apostolos ad prædicandũ Gentibus? Resp. S. Tho. vbi supra, q̃m per crucis victoriã meruit Christus ptãrem & dñium super Gentes, vt dr̃ ad Philipp. 2. Qui factus est obediens vsque ad mortem crucis, Deus exaltauit illum, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur.

20 Dub. Quia cũ Christus prædicauerit Samaritanæ, & Chananeæ, vr̃, quòd ẽt debuerit pręedicare alijs Gentibus, & populis, cũ instructio multorum pręualeat instructioni vnius vel paucorum? Resp. S. Th. ubi suprà, quòd sicut Christus non debuit à principio indifferenter Gentib. suam doctrinã cõicare, vt Iudæis tanq̃ primogenito populo ordo debitus obseruaretur, ita etiã nõ debuit Gentiles omnino repellere ne spes salutis eis p̃cluderetur, & propter hoc aliqui Gentilium particulariter sunt admissi propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

21 Dub. Cur Iudæos appellat oues? Resp. quia sic vocantur in sacra scriptura, Ps. 94. Populus eius, & oues pascuæ eius, & 2. Regum 24. Dauid dixit, ego sum qui peccaui, isti qui oues sunt, quid fecerunt?

22 Dub. Quomodo istæ oues perierant? Respon Landulphus de uita Christi, quòd perierant, per infidelitatem à Deo recedẽtes.

23 Dub. Q̃uo hæc mulier adorauit Christũ? Respon. Lyra post Hieron. quòd adorauit eum adoratione latriæ, quæ soli Deo debetur. Vnde idem Hiero. super Matt. dicit. Primo vocat eum filium Dauid & post dominum, & ad extremum adorauit eum.

24 Dub. Cur non dixit, impetra liberationẽ filiæ meæ, sed dixit adiuua me? ℞ Chrys. super Matt. quòd nõ dixit, roga, vel deprecare Deum, sed Dñe adiuua me. q. d. Tu qui es dñs, & Deus, potes sanare absque precibus.

25 Dub. Quomodo intelligitur non est bonũ sumere panem filiorum, &c. Resp. Gl. quòd filij sunt Iudæi generati & nutriti sub cultu vnius Dei, per legem. Panis est Euangelium, miracula, & alia quæ ad salutem nostram pertinent. Canes autem, ut dicit Rabanus, Gentiles dicuntur, propter idololatriam, qui esui sanguinis dediti, & cadaueribus mortuorum uertuntur in rabiem.

26 Dub. Cur non est bonũ sumere panẽ, &c. Resp. Gl. quòd nõ est conueniens vt ea, quæ pertinent ad salutem Iudæorũ, auferãt ab ipsis qui sunt filij, & detur Gentilibus, qui sunt canes, donec repudientur, & hoc vr̃.

27 Dub. Cur mulier non fuit cõtristata, cum uocauit eam canem? Resp. Chrys. & Hiero. super Matt. quòd hoc prouenit ex prudentia, & maxima humilitate: nam neque contradicere ausa est, neque tristata in aliorum laudibus, neque molestata in proprio uitio, quinimmo respondit patienter ad omnia. Ille dicit nõ est bonum, hæc respondit, utique domine, ipse Iudæos filios uocat, hæc autẽ dominos, ipse canem nominauit, hæc autem non se canibus, sed catulis comparat, & opus canis abiecit, ac si dicat canis sum non aliena, canem me dicis, ergo nutri me vt canem, non possum relinquere mensam domini mei. Christus dicit de pane, ipsa fatetur, sed ad minus habeat micam cadentem, quæ non apponeretur dominis.

28 Dub. Cur Christus tñ differebat liberare eius filiam? ℞ Chrys. super Matt. q̃m præsciebat eam Christus talia dicturam, nec occultare uolebat tantam mulieris uirtutem.

29 Dubit. Videtur quòd mulier mentiatur, quia Christus, qui non potest mentiri, dicit non est bonum, & ipsa cõtradicit, cum dicit vtique? ℞. Lyra, quòd non est contradictio, quia intelliguntur respectu diuersorum utriusque verba. Nam Christus dicit, non est bonum sumere uniuersaliter panem filiorum, & mulier respondit utique particulariter. Præterea Christus loquitur de pane, ipsa respondet de micis panis.

30 Dub. Cur Dñs laudat Chananæ im pręsentem, cum Eccl. 11. dicatur, ante mortem ne laudes hominem quemquã? Rñ S. Tho. 2, 2. q. 115. ar. 1. quòd laudare hominem ne in tribulationib. deficiat, uel ut in bono proficere studeat, hoc pertinet ad uirtutem, sed laudare aliquem de malo per adulationem, vel si timeatur ne ex hac laude ad inanem

 gloriam

gloriam prouocetur hoc esset peccatum. Modo Christus laudauit hanc mulierem, ut consolaretur in suis tribulationibus & ut proficeret in bono incepto, & ut alij imitarentur suas virtutes.

31 Dub. An fides possit esse maior in vno q̃ in alio? Resp. S. Th. 2. 2. q. 5. ar. 4. q. fides magna vel parua ex duob. attendi pōt. Vno mō ex obiecto, videlicet ex parte eius qđ creditur. Alio modo s̃m participationem subiecti, s. intellectus, & voluntatis, a quib. actus fidei procedit. Et primo modo obiectum fidei pōt dupl̃r considerari. Vno modo s̃m formalem rōnē, & isto modo formale obiectum fidei, qđ ꝓponit̃ credendum est vnū, & simplex, s. veritas prima, & isto modo fides non est maior in vno quàm in alio, nec diuersificatur in credentib. sed est una specie in omnib. Alio modo s̃m ea, quæ materialiter credenda proponunt̃, & cum talia sint plura, & possint accipi magis uel minus explicite, s̃m hoc vnus homo potest plura explicite credere q̃ alius, & ita in vno potest esse maior fides, quam in alio s̃m maiorem fidei explicationem. Si uero fides consideret̃ secundum participationem subiecti cum procedit ex intellectu, & uoluntate, potest dici maior in vno, quàm in alio ex parte intellectus propter maiorem certitudinem, & firmitatem, & etiam ex parte uoluntatis propter maiorem promptitudinem, & deuotionem, uel confidentiam. Et isto modo fuit magna fides in Chananæa.

32 Dub. Cur dixit Iesus, fiat tibi sicut uis? Resp. Chr. super Mat. dicens. Hanc mulierē nō parū intulisse in filiæ medicinam, i. magna causa fuit, quòd filia sanaretur propter eius fidem, & propter hoc dominus non dixit, sana sit filia tua, sed fiat tibi sicut vis, ut scias quoniam simpliciter loquebatur, & nō adulationis sed multæ fidei erāt uerba eius.

33 Dub. Cur ad preces discipulorum non sanauit filiā? Res. Chr. super Mat. dicens. Intēde aūt qualiter Apostolis nō imptrantib. impetrat ipsa, tam magna qdem est instantia orationis, etenim pro nostri noxij a nobis vult magis rogari, q̃ ab alijs pro nobis.

34 Dub. Qūo, & qualiter impugnentur homines à dæmonibus & alia huiusmodi? require dominica 3. Quadragesimæ.

ALLEGORICE.

[Chananæa mulier] significat sanctā ecclesiam de gentib. cōgregatam, nam [Iesus ueniēs in finib. Tyri, & Sydonis] significat q quandoq; relicturus erat Iudæos, & trāsiturus ad Gentes [& mulier] .i. populus Gētilium [egressa est à finib. suis] qn̄ S. Ecclesia recessit a pristinis errorib. Gētiliū [filia] aūt sunt aīæ fideliū credētiū q̃ [male uexabant̃ à dæmonib.] ignorātes creatorē, & adorantes lapidē, & licet [clamarēt] .s. cupiētes scire ueritatē naturali instinctu, tñ [dñs non rñdit eis uerbū] .i. nō dedit eis legē sicut Iudæis, de q.b. post natus est. Et licet multi Prophetæ deprecati fuerint dñm ꝑdicātes conuersionē Gētiliū, tñ [rñdit eis, qđ non erat missus nisi ad oues q̃ perierāt domus Israel] .i. illi populo peculiari primo subueniendum erat, & cū ipsi Gētiles ꝓpria uirtute nō possent erui ab idololatria, naturali instinctu petebāt, ut Deus eos quandoq; adiuuaret, cū suę creaturæ essent [& rñdit nō esse bonum sumere panē] .i. sanctā scripturā, in qua cōtinebat̃ lex Iudæorum [filiorū] .i. patriarcharū, & prophetarū, q. erāt tūc tpis [& mittere canibus] .i. infidelibus tanq̃ margaritas porcis. Ipsa aūt Gētilitas dicit [utiq;] hoc posse fieri, ut [catelli] .i. cōuersi ad fidem, q. erant filij canum. i. infideliū [comedant sub mensa micas] .i. humiliati diuina præcepta percipiant, & non panem. i. totam legem Mosaicam, nec crustas panis. i. superficiem literæ, quæ occidit, (sed micas) .i. spūalem sensum, in quo ꝓficere ualeant (quæ cadunt de mensa dñorum suorum) .i. de intellectu Iudæorū, q. tunc erant domini quo ad alios, cum seruirent Deo, cui seruire regnare est, & tñ nūc meretur audire sancta ecclesia de gentibus congregata (magna est fides tua) qa illi crediderunt Xpm uenturum, tu credis ipsum iam uenisse, illi dereliquerūt fidē patrum, quæ in te translata est. Illi interfecerunt primogenitum, cuius erat hr̃ditas, tu te illi prosternis, & ipsum adorasti, illi defecerunt, tu ꝑseueras usque in finem mundi (Ideò magna est fides tua) quia aliàs fuisti canis, nunc effecta es filia. cum audias (fides tua te saluam fecit) i. ex cane filiam reddidit, illi ex filijs canes effecti sunt, quoniam Christum circundederunt canes multi. Et ita (ex illa hora) passionis Christi (sanata est filia (i. fideles ex gentibus credentes, quia tunc incepit salus eorum.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc Euāgelio, ut ī necessitatib. & angustijs nō ad diuinos, & incantatores

tores recurramus, sed ad oĩpotétem Deum exéplo huius Chananeę,& tũc[Deus transibit p fines Tyri.] i.angustię. [Et Sydonis] q̃ interpretatur cõmotio, quia tandẽ subueniet angustijs cõtra nos cõmotis,[& sic mulier Chananæa,] i.aĩa nostra,q̃ possidet corpus,[à finib.] illarũ passionũ[egressa]clamat ad Dñm, ut sui misereatur, affectũ e dẽ demonstrando.& licet[non rñdeat verbum] i. non ita citò uotum adimpleat, ſm consiliũ Iob 5.c. Voca si est qui tibi rñdeat,& ad aliquem sanctorũ conuertere. Sicut hæc mulier ad Apostolos cõuersa est, & ipsi orabũt pro ea, ut Dñs adimpleat petitionem eius. Et si fortassis anima cogitet [quòd non est missus nisi ad oues,q̃ perierũt domus suæ.] i. quòd nõ exaudit peccatores, non pp hoc desistat, sed humilietur sub manib. Dei, ipsum deuotissimè adorando, & eius adiutorium implorando, & solũ unam micam suæ gratiæ postulando, ut ab angustijs liberari ualeat. Et licet peccando canis fuerit reuertendo ad uomitum, tñ pœnitendo satisfaciat,& numero filiorum adiungatur,& tunc [ex magna fide] fiet sibi quod uoluerit.

ANAGOGICE.

Eleuamur ex sacro Euangelio in contẽplationẽ abundantis misericordiæ Dei,quæ oĩa eius opera excedit, qui pertrãsit p fines Tyri & Sydonis propitius existendo oĩbus angustijs ex nr̃is delictis inflictis,qm̃ propiciat oĩbus iniquitatib. nostris, & liuore suo sanat oẽs infirmitates nostras, & facit nos possidere regnũ à cõstitutione mundi præparatũ:& licet solũ innocentes uideretur diligere debere, tñ diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit,sed à sanctis pro nobis interpellatus panem angelorũ nobis cõtribuit, & desideria nostra in bonis complet, ut quod rectè uolumus, fiat nobis.

FERIA V. POST PRIMAM Dominicam Quadrag. secundum usum Prædicatorum.

Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudæos. Ioan. 8. cap.

Hæc uerba dixit Dominus anno ætatis suæ 32. die 22 Septembris.

HISTORICE.

Iudæis ad Christũ cõuersis minimè in fide firmis persuadebat Dñs ut stabiles,quatenus eius ueri efficerẽtur discipuli starent, ipsi nãque libertate maternali eleuabantur, qm̃ Sarræ,q̃ libera fuerat, filij essent,& non Agar ancillæ,sperabãtq; benedictiones, per Isaac pmissas,nullis bonis pcedentib.operibus cõsequi posse, q falsum demõstrãs dñs, illã uerè perfectã fore libertatem aiebat, in ueritatis cognitione uersari,optimamq; existere libertatẽ,q̃ eos ueraciter liberos efficeret: cũ uerò se liberos iactarẽt,cũ Abrahæ geniti forẽt semine, & quidẽ ex libera, nec unq̃ [mentientes] alicui famulatos esse [cũ tñ in Aegypto,& in Babylone durissimis patuissẽt imperijs,tũc quoq; Romanis subiecti legib. tributa psoluerent] dñs seruos oẽs,q peccarent edocuit esse: nec eos in domo in æternũ permãsuros,sed filiũ,q si eos libertate donaret,liberi uerè essent, inaniter autẽ gloriantes, quod Abrahæ nobilissimi patris diuini nõis inuocatoris, & cultoris nati essent rèdarguit, quòd nõ operib. imitarẽtur Abrahã,q̃q̃ ex eo orti carnali propagatione forent, cũ eũ,qui annũciaret eis,quod apud patrẽ uiderat ueritatẽ, neci tradere q̃rerẽt, quod ab Abraham longe fuit, [sed ipsi non Abrahæ opera] uerum patris eorũ dæmonis perpetrarent: illis siquidem se Deum cui relictis idolis deseruirent patrem hic asserentibus, nec se ex fornicatione genitos gloriantib. rñdit,equidem eos si nati forẽt eius, debere diligere filiũ ab eo destinatum, cuius tñ sermo cum cœlestia patris loqueret, nequaquã ab eis carnalia optantib. agnoscebatur. ipsos uerò diabolum eorum imitari parentem, qui inuidia ductus ab initio hominem occidit, cum æmulatione eum interficere conentur. publicè quoque mentientes ipsum criminantur, diabolum mendacem mendacij progenitorem insequentes, qui, eo quod ueritatem abiecit, non diu permansit,sed demersus est: ipsi etiam ei ueritatem docenti nedum incredulitate detinentur, sed & eius extinctionẽ moliuntur.

Solito more dubia dissoluam.

1 DVBITATVR. Cur Dñs solũ Iudæis credentib. sibi loquitur,& non alijs? Rñ. qm̃ non credentes non immorabant eius verbis, sed cũ eis fidem dedissent,tũc audiebant eũ.

2 Dub. Cur dicit, si uos manseritis? Resp. Aug. super Io. quia Dominus sciebat,quòd crediderant quidẽ, sed non permanserunt.

Dub.

3 Dub. Cur dicit, verè discipuli mei eritis, cum omnes ei credentes, eius essent veri discipuli? ℞. S. Tho. in De uirtutib in cõi, q. 2. art. 12. q̃ sicut August. dicit exponens illud Io. 10. c. Oues meæ uocem meam audient, q̃ est quædam uox Christi, quã nullus audit, nisi sit vox ouis eius per prædestinationem: hæc. s. vox qui perseuerauerit in finẽ, hic saluus erit & per hunc modũ intelligit, quòd qui non permanet in sermone Christi, non est uerè discipulus, quia perseuerare ab eo efficaciter non didicit, potest tamen esse discipulus ad tempus, quantum ad temporalem dilectionem Dei, & proximi.

4 Dub. Cùm iam cognouissent veritatem ipsi credendo, cur dicit & cognoscens ueritatem? ℞. Aug. super Io. quòd hæc Dñs dicit, quasi diceret, quia nunc credentes estis manendo videntes eritis, non. n. quia cognouerant crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt: quid. n. est fides, nisi credere, quod non uides: veritas est, q̃ credidisti uidere, si ergo permaneat in eo quod creditur, peruenitur ad id, quod uideatur, vt s. contemplemur ipsam ueritatem sicuti est, non per uerba sonantia, sed per lucem splendentem.

5 Dub. Ad quid ualet cognitio ueritatis? ℞. Aug. de uerbis Dñi, q̃ ad id, quod Dñs subiungit, s. quod ueritas liberabit uos, q d. si non delectat ueritas, delectat libertas.

6 Dub. Quid est liberari? Respon. Aug. vbi suprà, liberari propriè dicitur liberum fieri, quomodo sanari sanum fieri, hoc in uerbo Græco planius est, nam in consuetudine Latina maximè in eo consueuimus audire hoc uerbum, vt quicumque liberatur intelligatur pericula euadere, molestijs carere.

7 Dub. A quibus liberat ueritas? Respon. Theoph. super Io. q̃ sicut supra de infidelib. ait, In peccatis uestris moriemini, sic manentibus in fide absolutionẽ annunciat peccatorum, & Aug. in 4. de Trin. ait, vnde liberabit, nisi à morte, & à corruptione, à mutabilitate: veritas quippe immortalis, incorrupta, incommutabilis permanet, vera autem incommutabilitas est ipsa æternitas.

8 Dub. Cum Dominus dixit, veritas liberabit vos, cur non responderunt, nunquid lex est mẽdacium, & cognitio nostra? ℞. Chrysost. super Matt. quòd nullum horũ eis curæ erat, sed de mundanis rebus dolent, non enim aliã seruitutem nouerant nisi mundanam, respondentes semen Abrahæ sumus, nemini seruiuimus vnquam, quasi dicerent eos, qui de genere sunt Abrahæ, qui sunt ingenui non oportebat seruos vocare, nunquam enim seruiuimus.

9 Dub. An unquã Iudæi alicui seruierint? Resp. Lyra post Aug. quòd Ioseph fuit uenundatus in Aegypto, Prophetæ sancti in captiuitatem inducti, Deus quoque imputat eis, quòd eos adduxit de domo seruitutis, & liberauit, quomodo ergo liberauit si nemini seruierunt: immo etiam ipsi, qui loquebantur soluebant tributa Romanis.

10 Dub. Quid significat Amen. Require Dominicã 1. Aduentus. Erunt signa, dubit. 21.

11 Dub. Cur nullus Euangelistarum transtulit Amen? Resp. Aug. super Io. quod amen interpretatur verum, & tamen non est interpretatum, nec Græcus hoc interpres ausus est facere, vel Latinus. nam hoc uerbũ, Amen, Hebræum est. Non est autem interpretatum, vt honorem haberet uelamento secreti non ut esset ligatum, sed ne vilesceret nudatum: vide Dominicam 1. Aduentus, Erunt signa. dub. 22.

12 Dub. Cur dicit, & reduplicat Amen? ℞. Aug ubi supra, quòd amen quodammodo si dici fas est, iuratio eius est, & inquantum commendatum sit ex eius geminatione cognoscitur: verum dico uobis dicit veritas, qui utique & si diceret, uerum dico, mentiri omnino non posset, tamen inculcat, dormientes quodãmodo excitat, contemni non vult, quòd dicit his, inquit Iudęus, Gręcus, diues, pauper, imperator, & mendicus, si facit peccatum seruus est peccati. Vide Dominicam 1. Aduentus. Erunt signa. dub. 23.

13 Dub. Quomodo faciens peccatum est seruus peccati, cum operans sit dñs sui operis? Respon. S. Tho 3. par. q 48. art. 4. quod per peccatum homo dupliciter obligatur, & primo quidem seruitute peccati, vt habetur 2. Petri 2 à quo quis superatus est, huic & seruus additus est, quia igitur hominem diabolus superat, per peccatum diaboli seruituti homo adijcitur, secundo quãtum ad pęnæ reatum qua homo peccans obligatur, secundũ Dei iustitiam, & hæc seruitus quædam est: ad seruitutem quidẽ pertinet, quòd aliquid patiatur, quod non vult, cum liberi hominis sit uti seipso, vt uult. & Gregorius 4. Moralium ait, quisquis se prauo desiderio subijcit iniquitatis, domino dudum libera mentis colla supponit. & idem 25. Moralium,

lium, quanto autem aliqui liberius peragũt peruersa quæ volunt, tanto eius seruitio obnoxius obligantur.

14 Dub. Cũ opera illorũ sequuntur illos. videtur quòd peccatum maneat in æternum cũ peccatore, & ita seruus manet in æternum? R. Aug. super Io. dicens, quòd seruus peccator est, domus vero est ecclesia, ideo peccatores non manent in ecclesia in æternum: & licet plures peccatores intrent ecclesiam, tamen non post manent, nec dicit non est in domo, sed non manet in domo.

15 Dubi. Cum multi patres expellant filios à domibus suis, uidetur quòd nõ sit uniuersaliter uerũ, qđ filius manet in domo ĩ ęternum? R. Aug. sup Io. q hic accipitur filius nõ absolute pro quocunq; filio, sed pro filio Dei, qui manet in domo Dei in æternũ.

16 Dubi. Nunquid possunt esse uere liberi nisi per filium liberentur? Resp. Aug. super Io. quòd à peccato nõ possunt aliqui liberari nisi ab eo, q uenit sine peccato, & factus est sacrificium sine peccato, & iste est Xp̃s filius Dei, q est mediator Dei & hominũ.

17 Dubi. Cum nõ sit homo qui non peccet, & sic sit seruus peccati, uidetur quod nullus homo maneat in domo Dei in æternũ? R. Aug. sup Io. si nullus erit tibi seruus, qs ibi erit. quis gloriabitur mundum se esse à peccato, multum nos terruit, sed adiungit: filius autem manet in æternũ, ergo solus in domo sua erit Christus? an forte in hoc quod dicit filius caput & corpus est. Nõ. n. sine causa terruit, & spem dedit: terruit, ne peccatũ amaremus, spẽ dedit, ne de peccati absolutione diffideremus: hæc est ergo spes nostra, ut à libero liberemur, ipse enim precium dedit nõ argentum, sed sanguinẽ suũ, & propter hoc subditur: si filius uos liberabit, uere liberi eritis.

18 Dubi. A quibus liberabit filius? R quòd ab his a qbus liberat ueritas. reqre dub. 7.

19 Dub Cum ante Christum multi fuerint liberati à peccato, quomodo uerum est qđ solus Xp̃s liberat? Resp. S. Tho. 3. par. q 49. ar. 2. q præparatum est homini remedium ex passione Xp̃i, quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitum mortis æternæ & quęcũque ante passionem Christi diabolo resistebãt, per fidem passionis Christi hoc facere poterant; licet passione Christi nondũ peracta: quãuis aũt ad aliquid nullus poterat diaboli manus euadere, ut s. nõ descẽderet ĩ infernũ, & sic non hẽbat uerã libertatẽ, à quo post passionẽ Xp̃i se possunt hoĩes eius uirtute tueri.

20 Dub. Cur filij Abrahæ, & non alij dicebant liberi? require sup. post dicta historice.

21 Dub. Quomodo nouerat quod uolebant eum interficere? Resp. qm̃ ut Io 7. dicitur, principes & pharisęi miserunt ministros ut apprehenderent Iesum, sed non apprehenderũt eum, unde & redarguti fuerant à põtificibus & pharisęis, & responderunt, quòd nũq̃ sic locutus est homo, sicut hic loqtur.

22 Dub. Cur dicit, sermo meus non capit in uobis, & non potius, non capitis sermonem meũ? Resp. Aug. super Ioannẽ exponẽdo. i. non capit in cor uestrum, quia non recipitur à corde uestro: sic est. n. sermo Dei fidelibus tanquã pisci hamus, tunc capit qñ capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur, ad salutẽ quippe non ad perniciem capiuntur.

23 Dubi. Quia uideť q filius ex se sit ignorans, quia dicit, quod uidit apud patrem, loquitur: R. S. Tho. 3. par. q. 42. ar. 6. quòd ĩ demõstratione patris, & auditione, seu uisione filij non intelligitur, nisi quod pater communicat scientiam filio, sicut & essentiam, & ad id potest referri mandatum patris per hoc quod ab æterno scientiam & uoluntatem agẽdorum cõtulit eum generando, uel potius referendum est ad Christum, secundum humanam naturam.

24 Dub. Si sciebat eos esse filios Abrahæ, qđ malum erat si opera Abrahæ patris eorum facerent? Resp. Orige. super Io. quòd adhuc non nominat patrem ipsorum, licet paulo superius Abraham commemorauit, sed dicturus est, alterum patrem eorum s. diabolum, cuius filij erãt, inquantum mali erãt: malum ergo quod faciunt, dominus in eis obiurgat & corripit.

25 Dubi. Cur dixerunt Iudæi pater noster Abraham est? Resp. Aug. super Io. quasi dicerent quid tu dicturus es contra Abrahã: uidebantur enim eum prouocare ut aliqd mali diceret de Abraham, & esset eis occasio faciendi quod cogitabant.

26 Dubi. Cur dominus dicit, si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Resp. Aug. super Ioan qđ ex hoc non negat eorum originem ex Abrahã, sed facta condemnat: caro eorũ ex illo erat, sed uita non erat.

27 Dub Quia cũ inter opera Abrahæ sit, qđ ĩgressus est ad ancillã, & in senectute duxit alias

alias vxores, nō uidetur dominū bene dixisse, opera Abrahæ facite? Resp. Orig. sup Io. dicens, puto quòd hoc dictū æquipollet ei quod est cōtra opera Abrahæ facite, ut tñ ex historia Abrahæ allegorice sumpta opera eius spiritualiter psequantur, neq. tñ oportet cum vult esse filius Abrahæ adire ancillarum coniugia, nec post obitum coniugis in senectute aliam ducere coniugem.

28 Dub. Cur cum dixit, quæritis me interficere, hic addit hominem, qui vera locutus sum uobis? Respō. Orig. super Io. dicens, qđ hoc dixit, q.d. non dico filium, nō dico uerbum, quia non moritur verbū, hoc dico, qa quòd videtis potestis occidere, & quem non videtis offendere.

29 Dubita. Propter quam veritatē uolebāt eū interficere? Respō Chryso. super Matth. propter hanc, qđ est patri æqualis, propter hoc enim Iudæi quærebant eū interficere.

30 Dubit. Quomodo audiuit hanc ueritatem à Deo? Resp. Alcuinus super Ioānem, quia ipse qui est veritas genitus à Deo patre erat. Audire enim nihil aliud est quàm esse à parte.

31 Dubi. Cur dicit hoc Abraham nō fecit, quia tpe Abraham Christus nondū erat natus? Respon. Orig. super Ioannem quòd in tēpore Abrahæ natus fuerat hō, qui quam audierat à domino veritatē dicebat, nō tamen quæsitus est ab Abraham, vt eū occideret. Et scias quòd spiritualis aduentus Iesu nullo tempore defuit sanctis. Ex hoc igitur comprehendendo omnem hominem, qui post regenerationem, & cęteras apud se factas diuinitus gratias peccat, denuo crucifigit Dei filium proprijs reatibus, in quos redit, sed hæc Abraham non fecit.

32 Dubitaẽ. Cur dicit, vos facitis opera patris uestri? Resp. Chrisost super Matth. dicēs, quòd hoc dicit dominus uolens eis auferre superfluam gloriam de cognitione, & suadere eis, ut non vltra spē salutis habeant in cognitione naturali, sed in ea quę est secundum adoptionem: hoc.n. eos prohibebat uenire ad Christum, quia ęstimabāt cognationē Abrahæ sibi sufficere ad salutem, & cum natura essent filij Abrahæ, secundū opera erant filij diaboli.

33 Dubi. Cur dicūt se non esse natos ex fornicatione? ℞. Aug. super Io. quòd consuetudo scripturarum est fornicationē spiritualiter appellare, cum dijs multis, & falsis aīa tanquā prostituta subijcitur, quasi dicerent, nos nō sumus idolalatræ, sed cultores ueri Dei, nam vnum patrem habemus Deum.

34 Dubi. Cur dominus nō redarguit eos de hoc, quòd dicebant se habere patrem Deū, cum falsum dicerēt? Resp. Chry. sup Matt. quod ideo non redarguit, quia instare uolebat ut ostenderet ipsos non esse ex Deo.

35 Dub. Quomodo pbat ipsos non esse ex Deo, ex hoc quod dicit, si Deus pater uester esset, diligeretis vtiq; me? ℞. Orig. super Io. quod hoc probat per regulam cōsequentiarum, quæ dicit, quòd a tota conditionali affirmatiua cum destructione cōsequentis, sequitur contradictorium antecedentis, vnde bene sequitur, si Deus pater uester esset, diligeretis me, sed me nō diligitis, ergo Deus pater vester non est.

36 Dub. Quomodo illa conditionalis, est vera, si Deus pater eorū esset, quod diligerent Christum? ℞. Hilari. 7 de Trin. dicens, quòd ab his qui sibi Deum patrē dicerent, idcirco se diligendum ait, quia ex Deo exisse causam dilectionis, ex eā docuit esse nascendi.

37 Dubitaẽ. Quia non uidetur, quod Christus processit a patre, quia ab alio procedere repugnat rationi primi principij, & tamen Christus inquātum Deus est primum principium, ergo non processit a patre? Resp. S. Tho. 1. par. q. 27. art. 1. quòd duplex est processio, una ab extra, sicut in creaturis corporalibus filius procedit a patre, & isto modo procedere repugnat rationi primi principij, cum procedens sit diuersum ab eo, à quo procedit: alia ab intra, sicut patet in intellectu, cuius actus, scilicet intelligere manet in intelligente, & isto modo in Deo intelligimus processionem secundū emanationem intelligibilē inquantū Deus, sed intelligendo pducit uerbū, quod idem est cum ipso, nec uerbo repugnant rō primi principij cum nō sit diuersum a patre, imò procedere, ut intimū & absque diuersitate per modum intelligibilē concluditur in ratione primi principij: Cum.n. dicimus ædificatorē principiū domus, in ratione huius principij includitur cōceptio suæ artis, quæ est in mente artificis, & sic includeretur in ratione primi principij si ædificator esset primum principium rerum comparatur ad res creatas ut artifex ad artificiata, & cum filius Dei sit conceptus patris, ideo est primum principium cum patre.

Dub.

38 Dub. Cur dicit neque.n. à me ipso ueni, sed ille me misit: Resp. Hilarius super Mat. quòd ex hoc docuit originē sibi esse non à se, sed à patre. Orig. autem super Io. dicit, hæc arbitror dici propter quosdam ex se uenientes, & nō missos à parte Dei, quibus in Hieremia dicitur, non mittebam eos, & ipsi currebant.

39 Dub. Cum loqueretur Iudæis Hebraice, & ipsi respōderent ei ad propositū, videtur, quòd loquelam eius cognoscerent? Resp. Aug. super Io. quòd materialiter bene intelligebant verba, sed quia nolebāt ea perficere, quæ Christus dicebat, nec volebant corrigi credendo, ideo dicuntur non agnoscere eius loquelam, cum ad effectum eam perducere nolint, quòd bene declaratur, cū dicitur, Non potestis audire sermonem meum: quia licet audirent auribus corporeis inuiti, non tñ audiebāt auribus mentis.

40 Dub. Quia videtur, qđ diabolus sit principiū corporū, ſm errorem Manichæorum, qm̄ dixit, Vos ex patre diabolo estis? Resp. Aug. super Io. dicens, ꝙ Iudęi filij erant diaboli non nascendo, sed imitando, qđ patet ꝑ hoc quod subditur & desideria patris vestri, vultis facere, ecce vnde filij estis, qa talia desideratis, non quia de illo nati estis: & vt dicit, S. Th. 1. par. q. 114. ar. 3. qđ ēt si aliqua peccata absq; instinctu diaboli ꝑpetrātur per ea tñ fiunt homines filij diaboli in quantum ipsum primo peccantē imitantur.

41 Dub. Cur dicit desideria, & nō opera patris vestri vultis facere? Resp. Chrys. super Matth. quòd sic dicit, ostendens, quoniā uehemēter & ille, & ipsi ab occisionibus possidentur: & quia continue eum accusabant, quod non est à Deo, quasi dicat, quod non solum contentatur de his quos occidit, sed desiderat multo plures occidi.

42 Dub. Cū quando diabolus peccauit adhuc nullus esset homo, quomodo erat homicida ab initio? ℞. S. Th. 1. par. q. 63. art. 5. quòd sicut Aug dicit 11 de ciuitate Dei cū dicitur, quod diabolus ab initio peccat non ab initio ex quo creatus est, peccare putandus est, sed ab initio peccati, scilicet, qa nūquam à peccato suo recessit, & ita hic non est intelligendum, quòd ab initio creationis suæ interfecerit hominem, sed ab initio hominis. i. à primo homine, quem interfecit inducendo ad peccatū, nec post vnquam ab illa uoluntate interficiendi recessit.

43 Dub. Cum non interfecerit hominem uiolenter ferro, aut veneno, aut alia ui, qūo dicitur homicida? Res. Aug. super Io quod non ferro accinctus diabolus ad hominem venit, sed uerbū malum seminauit, & occidit. noli ergo putare non esse homicidium quando fratri tuo mala persuades.

44 Dub. Qūo in ueritate nō stetit? ℞. Aug. 11. de ciui. Dei, qđ sic accipiendū est, quòd in ueritate fuerit, sed non permanserit.

45 Dub. Quare dæmones dicūt multas ueritates, ergo uidetur, ꝙ ueritas ad minus tūc sit in eis? ℞. S. Th. 1. par. q. 94. ar. 2. qđ dæmon per actū procedētē ex uoluntate deliberata, qui pōt proprie dici actus eius, & ꝗ semper est malus, si aliqñ aliquod bonum faciat, non tamen bene facit, sicut si ueritatē dicit ut decipiat, & dū nō uoluntarie credit, & cōfitetur, sed rerū euidentia coactus: alius aūt est actus eius naturalis, qui bonus esse pōt & attestatur bonitati naturæ, & in tali actu bono abutuntur ad malum, & sic ueritas non est in eis, quia uel eā dicunt, ut decipiant, uel ad malum ueritate vtuntur.

46 Du. An diabolus habeat patrē, quia dn̄s dixit mendax est, & pater eius? Res. Aug. super Ioann. dicens, in his verbis quidam diabolum putauerunt patrem habere, & quæsierūt, quis esset diaboli pater, hic est error Manichæorum. diabolum autem dicit dominus patrem mendacij.

47 Du. An omnis, qui mētitur sit pater mēdacij sui? Resp. Aug. super Ioan. quod nō. si .n. ab alio mendacium accepisti, & dixisti, tu quidem mentitus es, sed pater mendacij nō es. Ille vero, quia non aliunde accepit mendacium, quo mendacio tanquam veneno hominem occideret, pater est mendacij, sicut Deus pater est veritatis.

48 Dub. Qūo diabolus ex proprijs mendacium loquitur, cum proprium nunquam derelinquat suum subiectum, nec subiectum sit sine proprio, & diabolus in principio suæ creationis non fuerit mendax? ℞. Tho. in q. de malo. q. 16. ar. 4. quòd diabolus dicitur loqui mendacium ex proprijs, non quia mēdacium sit naturalis proprietas eius, sed quia ea, quæ sunt vera, nō habet à seipso, sed à Deo.

49 Dub. Cū dn̄s nūc dicat: vos non creditis mihi, & supra euāgelista in principio, dixit Iesus ad eos, ꝗ crediderūt ei Iudæos, uidetͬ contradictio? Respon. Orig. dicēs: considera

quod

quod potest aliquis sm aliquam intentionem credere. sm vero aliam non credere, sicut qui credũt in eum, quod sub Pontio Pilato crucifixus est, non aũt credunt in natũ de semper virgine Maria in eundẽ credunt, & nõ credunt: si igitur hi ad quos loquebatur credebant in eum secundum quod uidebatur signorum factor, non credebant autem his, quæ profunde ab eo dicebantur.

¶ Allegorice, & alijs sensibus non exponitur ratione dicta in prologo.

FERIA VI. POST PRIMAM Dominicam Quadragesimæ.

Erat dies festus Iudæorum Ioan. 5.

H. st. huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 4. April. in die Sabbathi.

HISTORICE.

Iudæorum festo dñs cũ Hierosolymam venisset, ægrotum quempiam magnã inter multitudinẽ una in porticu Bethsaydæ piscinæ qui quinq; habebat porticus, quẽ 38. annis infirmitas detinuerat offendit, mouebat quidẽ aqua piscinę tpib. quibusdã à dñi angelo, in quam qui primo ingressus fuisset infirmorũ dum motui subijceretur, a quacunq; opprimeretur ægritudine incolumis euadebat. hunc itaq; dñs cũ rogasset an bonã optaret valetudinẽ. Res. se hominem nõ habere, qui dũ piscinæ aqua moueretur in eam demitteret, qm cum primũ in eam descendere conaretur ab alio præuẽtus incassum nitebatur: imperauit aũt dñs, vt suum acciperet lectulum, & recederet, qui sospitatem ilico nactus iussa perfecit: a quibusdam autem cum obiurgaretur Iudæis non licere die sabbathi grabatum deferre, in mandatis se id habuisse ab eo, qui ei salutem contulerat retulit. sciscitantib. itaq; quisnam talia dedisset pcepta, se prorsus nescire professus est, cum statim a turba declinasset dñs, præmonitus postmodum in templo a domino, ut a reatibus præcaueret ne deteriora pateretur, Iudæos conueniens, Iesum suæ opificem sanitatis fuisse denunciauit.

Tractim dubia soluenda sunt.

1 DVBITATVR. Quod festũ erat illo die? R. Magister histo. scho. quòd probabiliter erat festum Penthecostes s. dationis legis.

2 Dub. Cur ascẽdit Iesus Hierosolymam? Resp. Chrys. super Mat. dominum semper ascendisse Hierosolymam in dieb. festis, ut cum Iudæis dies festos faciens, non uideatur legi contrarius: & etiam, ut multitudinem simplicem, quæ illuc conueniebat per signa, & doctrinam attraheret.

3 Dub. Cur piscina illa dicitur probatica, & Bethsayda? Resp. S. Vinc. in sermone post Magistrum hist. scho. qd' dr piscina latine, ꝓbatica Grece, Bethsayda Hebraice: piscina dr a pisce, quia nullus ibi erat piscis, per figuram cathacresis, sicut mors dr parca à parcendo, quia nemini parcit: probatica græcè dr a probaton græcè quod latine dr ouis, qm in ea lauabantur oues, quæ in templo offerebantur. vnde probatica. i. ouina. Hebraice dicitur Bethsayda à Beth, quod est domus, & Sayda, quod est gregis, siue pecudis, inde Bethsayda quasi domus pecudum.

4 Dub. Cur sic cognominatur ipsa piscina? Res. Magist. hist. scho. quod quia Natinei. i. seruientes Leuitis lauabant pecudes in ipsa piscina antequam immolarentur, & habebat quinq; porticus, vt ministri possent per plures aditus ad eam descendere, in quibus porticibus iacebant infirmi.

5 Dub. Vnde ipsa aqua habebat illam uirtutem sanandi infirmos? Resp. secundum Chryso. quod angelus domini descendens turbabat aquam, & sanatiuam imponebat virtutem. sed Magister histor. scho. dicit, quod lignum sanctæ crucis fuerat in eodem loco defossum per Salomonem, admonitũ per reginam Saba, quæ noluerat transire super illud, quia in eo debebat suspendi quidam rex Israel, & ab illo ligno uirtutem sanatiuam habebat.

6 Dub. Quomodo illud lignum talem virtutem habebat tunc, cum adhuc Christus non fuisset in eo crucifixus? Res. S. Vinc. in sermone, quòd talem uirtutem habebat ꝓpter significationem, sicut Nu. 21. de serpente eneo, quem aspicientes sanabantur a percussionibus serpentum. & hoc propter significationem passionis Christi, qui debebat in ligno poni.

7 Dub. Quo tpe angelus dñi descendebat ad mouendum aquam? Res. Magister hist. scho. qđ hoc tempus incertũ erat, licet pluries descenderet interpolatis vicib. & in signum huius infirmi iacebant in porticibus propter incertitudinem tpis, & cũ viderent

bando

aquam moueri, intelligebant angelum aduenisse; & tunc qui prior descendisset in aquam, sanabatur.

8 Dub. Quis angelus descendebat? Resp. q; de hoc nihil scriptum reperi, quo, s. nomine uocaretur, nisi fortassis crederetur esse Raphael, qui interpretatur medicina Dei.

9 Dub. Cur angelus ibi descendebat? Resp. Lyra, quòd quidam dicunt, quòd propter ligni reuerentiam.

10 Dub. Quādo incepit fieri talis motio per angelum? Resp Magist. hist. schol. quòd hoc incertum est. Lyra uerò dicit, quòd appropinquante Euangelij veritate Dominus voluit figuram expressam baptismi in hac piscina ostendere, quæ conueniebat cum baptismo in mundando, & sanando virtute Dei occulta admonitione angeli, sicut baptismus sub sensibili elemento mundat animā virtute occulta verbi, & cum hoc aliàs sanat corpus miraculosè, & sic ex istis verbis patet, quòd non diu ante inceperat angelus descendere in piscinam Sanctus uerò Vinc. in sermone dicit, quòd piscina incœpit sanare infirmos tempore quo Christus baptizatus fuit in Iordane à Ioanne.

11 Dubit. Cur solus sanabatur vnus, & non plures pro qualibet vice? Resp. Lyra dicens, quòd quia figura deficit à figurato, ideo ista piscina quæ figurabat baptismum, non sanabat nisi corpus, & vna vice tm̄, & non sanabat nisi unum: baptismus autem pertingit ad animā, & sanat omnes quotquot veniunt ad ipsum, nisi ponant impedimentum.

12 Dub. An angelus visibiliter descenderet? Respon. quòd inuisibiliter, sed tn̄ ipsum descendisse motio aquæ visibilis declarabat.

13 Dub. Ad quid agnoscebāt, quod angelus descendisset? Resp. Chrys. super Matth. q; ab effectu, videlicet à sanitate, quā aqua tribuebat, quæ non erat virtute aquæ, qm̄ fuisset ei quasi connaturalis, & sic omnis aqua, & omni tēpore sanaret, & omnes accedentes.

14 Dub. Quam infirmitatem patiebatur iste homo? Resp. quòd secundum quasi omnes expositores erat paralyticus.

15 Dub. Quæ fuerat causa infirmitatis huius paralytici? Resp. Lyra, & etiam habetur in hoc Euāgelio, quòd propter peccata sua patiebatur, quoniam dixit ei Iesus, ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

16 Dub. Cur ex tāta multitudine languidorum solum vnum sanauit? Resp. S. Vinc. in serm. hodierno, quòd Christus in isto maiorem vidit deuotionem q̄ in alijs, nec est credendū Christum sanasse oēs infirmos, qui recurrebant ad eū, non q; nō posset omnes curare quantum ad suam potentiam, sed ex dispositione ipsorum, quia non habebāt deuotionem, vel quia sanitas corporis nocuisset animæ, & ideo alios non sanauit, sed solum hunc ab omnibus derelictum, solum in Deo confidentem, vel, vt dicit Iacobus de Vorag. in sermone. quia alij de nouo venerant, hic autem longo tempore steterat.

17 Dub. Cū Christus sciret ipsum ibi morari, vt sanaretur. Cur de hoc interrogat? Res. Chrys. super Io. quòd Christus nō quærit, vt discat: hoc. n. superfluū esset, sed ut ostenderet istius patientiā, qui 38. annos habens per vnumquēque annum eripi ab ægritudine expectans assidebat, & non desistebat.

18 Dubit. Cur non statim eum sanauit, sed primo interrogat si vult sanari? Resp. Chrysost. vbi supra, quòd ideo, quia primum eum familiarem sibi fecit per interrogationem futuræ fidei faciens viam.

19 Dub. Cur Christus nō dixit ei, vis, vt ego te sanem? Resp. Chrys. vbi sup. q; nondū aliquid magnū imaginabatur ille de Christo, quia non viderat virtutes quas faciebat.

20 Dub. Cur non interrogauit an crederet, quòd posset eum sanū facere? Resp. Chrys. vbi suprà, quòd Dominus non expetit fidē, vt in cæteris fecit, dicens, Credis quia possum hoc facere, quia hic nondum eum nouerat manifestè quis esset, nam illi quidem ex alijs eius virtutem cognoscentes conuenienter hæc audierant.

21 Dubit. Cur iste non respondit, quòd volebat sanus fieri? Respon. Chrysost. vbi suprà, quòd languidus non turbatus est ad interrogationem Christi, nec dixit, iniuriari mihi venisti, cum interrogas vis sanus fieri, sed mansuetè respondit dicens, Domine hominem non habeo &c. non enim nouerat quis esset, qui interrogabat: neque, quòd curaturus esset eum: opinabatur autem fortasse vtilem sibi fore Christum ad mittendum eum in aquam.

22 Dub. Cur Dominus non dixit ei aliquod verbū indicans eum sanum factum, sed tolle grabatum, &c. Resp. Aug. super Ioan. quòd Dominus tria dixit, scilicet, Surge tolle grabatum tuum, & ambula: & surge non operis

ris imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem duo imperauit, tolle grabatum tuum, & ambula.

23 Dub. Quid est grabatum? Resp. ſecundum uocabulistas, & maxime Catholicon, quod dicitur a gra Græco, quod est caput Latine, & batum, quod est gradus, & est illud ad quod gradimur, vt reclinemus caput, & est genus lecti.

24 Dubit. Cur iussit vt deferret grabatum? Resp. Chrys. super Ioan. quòd Dominus lectum portare iubet, vt credibile faceret miraculum, & nullus existimaret phantasiam esse, quod factum non est: non enim nisi certissime, & vehementer cōpacta essent membra, lectulum ferre posset.

25 Dub. Cur non dixit locum ad quem deberet ambulare? Resp. Lyra, quòd solum dixit ambula, ad ostensionem diuini miraculi, quòd per ambulationem quocumque ire voluisset ostendebatur.

26 Dub. Cur languidus nihil respondit, sed surrexit? Respon. Chrys. super Ioan. quòd audiens languidus, quoniam cum potestate, & uelut iubens, dicit, Surge, &c. non derisit, dicens, Angelus descēdit, & turbat aquam, & solum vnum curat, tu autem homo existens ex solo præcepto speras te magis angelis posse, sed audiuit, & non discredidit ei, qui iussit, & sanus factus est.

27 Dub. An miraculosè factus sit sanus? Respon. Beda, quod sic, dicens, multum quidem inter sanationem Domini, & quæ à medicis infertur distare probatur: hæc. n. voce iubentis, & mox impletur: Illa verò per multa tēporis interualla aliquoties perficitur.

28 Dub. Cur non licebat tollere lectum in sabbato? Respon. Lyra, quòd Iudæi mentiebantur hæc dicentes, quia opera corporalia, quæ sunt ad Dei honorem bene poterant fieri in die sabbati, sicut sacerdotes in templo corporaliter operabantur, & ita portatio huius lecti erat ad magnificentiam diuini miraculi, & licitè poterat fieri.

29 Dub. A quibus abstinendum erat in die sabbati? R. S. Tho. 2. 2. q. 122. art. 1. quòd in obseruatione sabbati duo sunt cōsideranda, quorū unum est sicut finis, & hoc est, quòd homo uacet diuinis. quod significat in hoc, quod dicit: Memento, vt diem sabbati sanctifices. illa n. dicuntur sanctificari in lege, quæ diuino cultui applicantur. Aliud autem necessario operū, quod significatur cum subditur: In ea non facies omne opus: & de quo opere intelligatur apparet Leuit. 23. Omne opus seruile non facietis in eo. Triplex autē est seruitus, s. peccati. Et sic opus peccati dicitur seruile. Alia est seruitus qua homo homini seruit. homo autem est alterius seruus non secundum mentem, sed secundum corpus, & ideo secundum hoc opera seruilia dicuntur opera corporalia. Tertia autem est seruitus Dei, & sic opus latriæ posset dici opus seruile, quia pertinet ad Dei seruitium, & tale non prohibetur in die sabbati: & isto modo sacerdotes ornabant templum, immolabant uictimas, & cætera exercitia corporalia pertinentia ad cultum diuinum, & non peccabant: sed alia opera seruilia, quę dicuntur primo vel secundo modo, contrariantur obseruationi sabbati inquātum impediunt applicationem hominis ad diuina: & quia magis impeditur homo à rebus diuinis per opera peccati quàm per opus licitum, & corporale: ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die festo, quàm qui aliud corporale opus licitum facit: non enim qui peccat uenialiter in sabbato contra hoc præceptum facit, quia peccatū ueniale non excludit sanctitatem, quilibet etiam tam seruus, quàm liber tenetur sibi, & proximo prouidere, & præcipuè in his quæ ad salutem corporis pertinent: secundario etiam in damno rerum uitando secundum illud Deuteron. 22. Non videbis bouem fratris tui errantem, & præteribis, sed reducas fratri tuo, & ideo opus corporale pertinens ad salutem proprij corporis, vt quod aliquis comedat, & alia faciat, in quibus salus proprij corporis cōseruatur, & propter hoc primi Machab. 2. Machabei nō peccauerunt pugnantes in die sabbati. Nec Helyas fugiens à facie Iezabel: nec Matt. 12. discipuli Christi, qui spicas colligebant in die sabbati, quia propter necessitatem faciebant, nec opus quod pertinet ad salutem corporalem alterius uiolat sabbatum. Vnde Ioan. 7. dicit Dominus: Mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato. nec opus corporale, quod ordinatur ad imminens damnum rei exterioris uitandum, violat sabbatum. Matt. 12. Quis ex uobis homo qui habet unam ouem, & ceciderit in sabbato in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam: Abstinebant tamen die sabbati à decoctione ciborum, sed die præcedenti coquebant: nec accendebant ignem, aut

aliquod

aliquod tale opus; quod poterat fieri dio præcedente.

30 Dub. Cur Christiani non obseruant sabbatum quod continetur in vno decē præceptorum legis? R. S.Th. 12. q. 103. art. 3. & 4. & 2.2.q. 122. ar. 4. quòd cerimonialia, & iudicialia præcepta legis antiquæ cessauerunt post passionē Christi, quia erant figuratiua, & adueniente figurato, cessat figura: pceptū autē de obseruatione sabbati quātum ad aliquid, erat morale, vt s. aliquo die cuiuslibet hebdomadæ homo vacaret diuinis, & hoc ró naturalis dictat, & quātum ad aliquid, s. quo ad diē sabbati determinatā potius, quā alia die, erat cærimoniale, & iudiciale, & quantum ad hoc cessat, s. determinatio diei septimæ, sed obseruatur quantum ad primum, secundum, quod erat mortale, quia vna die vacamus diuinis, s. die Dominica.

31 Dub. Cur potius Christiani vacant diuinis die Dominica, q̄ alia die? R. S.Th. vbi supra, quod sabbatum qđ significabat primā creationem rerum, mutatum fuit in diem dñicam, in quo cōmemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi, nec obligat ex pcepto decalogi, vt idem dicit in 3. sent. dist. 37. art. 5. nisi quantum ad hoc, qđ est de dictamine legis naturæ: taxatio enim illius diei est ex institutione ecclesiæ, volentis resurrectionē Christi, cui nostram vitam conformare debemus, iugi memoriam esse.

32 Dubit. An ita sit stricta obseruatio dñicę, sicut erat sabbati? R. S.Thom. 2.2. q. 122. ar. 4. quòd quia obseruatio dominicę nō est figuralis sicut fuit obseruatio sabbati in veteri lege. ideo non est ita arcta prohibitio operandi in die dominica, sicut in die sabbati: sed quędam opera cōceduntur in die dominica, quę in sabbatis prohibebantur, sicut decoctio ciborum, & alia huiusmodi: & etiam in operibus quibusdam prohibitis facilius propter necessitatem dispensatur in noua, quam in veteri lege, quia figura pertinet ad protestationem veritatis, quàm nec in modico pręterire oportet.

33 Dub. An Iudęi ita arcte tenerentur obseruare alias festiuitates, sicut sabbatum? R. S.Th. in 4. sen. dis. 11. q. 2. ar. 2 q. 3. qđ nulla dies erat à Deo celebris quātum ad vacationes ab operibus, sicut dies sabbati; vñ in prima die solennitatis licebat coquere cibos, & alia hmōi facere, quod non licebat facere sabbatis; & quocunq; die de septem diebus azimorum, vel aliarum festiuitatum sabbatum veniret, dicebatur magnus dies sabbati, propter geminatam solennitatem, s. sabbati paschę, vel alterius festiuitatis.

34 Dub. Quas festiuitates faciebant Iudęi? R. S.Th. 12. q. 102. ar. 4. quod in veteri lege erant septē festiuitates tēporales, & vna cōtinua, ut potest colligi Num. 28. & 29. Erat .n. quasi cōtinuum festum, qa quotidie mane & vespere immolabatur agnus, & per illud cōtinuum festum iustis sacrificiis repręsentabatur perpetuitas diuinę beatitudinis: festorum autem tēporalium primum erat, quod iterabatur qualibet septimana, & hæc erat solennitas sabbati, quod celebrabatur in memoriam creationis rerum. Alia autem solennitas iterabatur quolibet mense. s. festum Neomeniæ, quod celebrabatur ad cōmemorandum opus diuinę gubernationis, & semper in nouitate lunę. Alia uero quinque festa celebrabantur semel in anno, & recolebantur in eis bñficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur festum Paschæ primo mense Martio ad cōmemorādum beneficium liberationis ex Aegypto. Et post quinquaginta dies celebrabatur festū Pētecostes ad recolendum bñficium legis datæ. Alia vero tria festa celebrabantur mense septimo, quia quasi totus apud eos erat solēnis, sicut & septimus dies. in prima .n. die mēsis septimi, s. Septembris erat festum tubarum in memoriam liberationis Isaac, qñ Abraham inuenit arietem hærentē cornibus, quē repsentabat per cornua quib. buccinabant, & erat quasi quædam inuitatio, vt se pparent ad festū expiationis, qđ celebrabať decimo die dicti mensis, & in memoriā illius beneficii quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi. Post hoc celebrabatur festum scenophegiæ septem diebus ad cōmemorandū beneficium diuinæ ptectionis, & deductionis per desertum, ubi in tabernaculis habitauerunt, vnde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimę, i. citrum, & lignum dēsarum frondium, i. mirtum, q̄ sunt odorifera, & spatulas palmarum, & salices de torrente, quæ diu retinent suum virorē. Octauo autē die celebrabatur festum cętus atque collectę, in quo colligebantur à populo ea, q̄ erant necessaria ad expensas cultus diuini, & significabatur adunatio populi, & pax pręstita in terra promissionis.

35 Dub. Ad quas festiuitates tenebantur ire in Hierusalem, & quoties, & an oēs? Require dñica infra oct. Epiphaniæ dub. 7.

36 Dubi. Cum omnia in figuram contingerent Iudæis, quarũ festiuitatum erant figuræ dictæ festiuitates Iudæorũ, q; nunc celebrantur apud Xpianos? ℞. S. Th. vbi supra q. 103. ar. 3. dicens, q; sabbato vt dictũ est succedit dñica, festo phase succedit festum passionis Christi, & resurrectionis, festo Pentecostes, in quo fuit data lex vetus, succedit festum Pentecostes, in quo fuit data lex spiritus vitæ. Festo Neomeniæ succedit festum semper virginis Mariæ, in qua primo apparuit illuminatio solis i. Christi per copiam gratiæ. Festo tubarum succedunt festa Apostolorum. Festo expiationis succedunt festa martyrum, & confessorum, Festo tabernaculorum succedit festum consecrationis ecclesiæ. Festo cætus atque collectæ succedit festum angelorum, vel etiam festum omnium sanctorum. Iugi sacrificio succedit iugis celebratio missarum, & hoc ideo, quia beneficia illi populo exhibita significabant beneficia nobis concessa per Christum.

37 Dub. Cur Iudæi non calumniabantur, q; sabbato sanasset infirmum? ℞. Aug. super Io. quoniam quasi respondere posset, quia si cuiuspiam iumentum in puteum cecidisset, vtique die sabbati erueret illud, & saluaret.

38 Dub. Cur redarguerunt sanatum, q; non liceret ferre grabatum? ℞. Aug. vbi supra, q; ideo, quasi dicerent, si sanitas differenda nõ erat, nunquid & opus fuerat imperandum? quasi dicat, q; non. vide dub. 28.

39 Dubi. Cur sanatus ad increpationem Iudæorum non statim deposuit lectum, & veniã postulauit? ℞. Aug. vbi sup. quod ille auctorem sanitatis suæ obijciebat calumniatoribus, vt patet ex rñsione sua, quasi diceret, quare non acciperẽ iussionẽ a quo acceperam sanitatem, & ita bñficiũ confessus est.

40 Dub. Cur Iudæi non interrogauerunt qs esset, qui eum sanum fecerat, sed solum qui sibi præceperat? ℞ Chrys. super Ioan. q; hoc maligne fecerunt, & in medium adduxerũt id quod transgressio æstimabatur.

41 Dub. An verum dixerit sanatus, dicendo se nescire quis eum sanauerat? ℞. quod sic: quia etsi fortassis audiuerat famã Iesus, nõ tñ eum viderat, cum 38. annis stetisset infirmus in grabato, nec etiam tunc qñ sanatus fuit aliquid sibi dixit, q; ille homo qui eum fecit sanum vocabatur Iesus.

42 Dubit. Cur Christus declinauit à turba? Respon. Chry. vbi supra, quod hoc fecit primum quidem vt eo absente testimonium in suspicabile fieret: qui enim adeptus fuerat sanitatem, idoneus erat beneficijs testis, demum vt non plus faceret furorem illorum accendi: solus enim visus eius cui inuidetur non paruam inuidentibus immittit scintillam, propterea discedens permisit ab ipsis suum factum examinari.

43 Dubit. Ad quid sanatus iuit ad templum ℞. Chry. vbi sup. q; curatus homo nõ secessit ad nundinas, neq; voluptati, aut vanę gloriæ dedit seipsum, sed in templo conuersabatur, q; maximæ religionis est signum. Nã credendum est, q; illuc accesserat ad referẽdum gratias Deo de sanitate consecuta.

44 Dub. Cur Christus non oẽs quos curauit admonuit ne amplius peccarent, sicut hunc? Respon. Chrys. vbi supra, q; quidam huic paralitico detrahentes, dicunt eum Xpi fuisse accusatorẽ, & pp hoc hic audiuisse, quid igitur dicent de paralitico, qui est apud Matt. etenim etiam illi dictum est dimittuntur tibi peccata tua, neq; etiam Christus hunc incusat de præteritis, sed ad futurũ eum munit solum. Alios igitur curans pctõrum non meminit, quia his paraliticis ex peccatis ægritudines sunt factæ: aliis autem ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet, cũ his autem, & illud dicere, quoniam multam vidit inesse animæ huius patientiam, vt valentem susciperet admonitionem eum admonet, tribuit autem ei signũ propriæ diuinitatis, dicendo ei, non amplius pecces, ostendit se scire omnia quæ ab eo facta erant delicta.

45 Dubit. Cur accusauit ipsum Iudæis, qui tantam gratiam sibi fecerat eum sanando? Respon. Chrys. vbi supra, quod non in sensibilis erat, vt post tantum beneficium, & admonitionem maligna mente hoc dicat, si enim detrahere vellet sanitatem tacens transgressorum, dixisset, sed hoc non fecit. Nõ enim dixit, quoniam Iesus est qui dixit, tolle grabatum tuum, quod videbatur Iudæis crimẽ esse, sed dicit, quoniam Iesus est qui me sanum fecit.

46 Dubi. Quomodo cognouit, q; ille qui admonebat eum in templo, esset Iesus? Respõ. q; verisimile est, q; post admonitionẽ interrogauit astantes, quomodo vocaretur, cognoscens,

ſcens, quòd erat ille, qui eum ſanum fecerat, & ab eis audiuit nomen eius, vel etiam tunc aliquis ipſo audiente & vidente vocauit eum Ieſum.

ALLEGORICE.

Ex hoc Euang. deſignatur ſanatio & conuerſio populi Iudæorum, vel ſaltem aliquorum ex ipſo populo, nam ſolo illi populo [erat dies feſtus Iudęorum] quoniam ſolus diuino cultui vacabat, & ad quem venit Ieſus carnem aſſumendo, in quo populo erat [probatica piſcina].i. ouina, quia ipſi populus Dei & oues eius erãt. [quæ habebat quinquè porticus.] ideſt, quinque libros Moyſi, quibus ille populus claudebatur, & qui demonſtrabant, i. conuincebant, infirmos. ſ. peccatores, non tamen ſanabant eos: ſub ipſis quinque libris erant cœci carentes lumine ſcientiæ, claudi non valentes implere legis præcepta, aridi non habentes humorem ſupernæ dilectionis. [Angelus aũt Domini deſcendit de cœlo,] ideſt Chriſtus, qui eſt angelus conſilij, & turbat aquam eam ſanctificando in baptiſmo, & virtutem tribuendo, qui primo deſcendit in aquam ſaluatur [per baptiſmum] & vnus, i. in vnitate eccleſiæ. poſt autem nullus ſanatur, quia extra fidem catholicam non eſt ſalus [habebat triginta octo annos in infirmitate] qui numerus eſt imperfectus, cum deficiat à quadragenario, qui eſt perfectus per binariũ, quoniam decem præcepta legis quater ducta & per quatuor libros Euãgelij in quatuor partibus diuulgata, quadraginta conſtituunt, huic populo deficiebant duo, ſcilicet dilectio Dei, & dilectio proximi, quæ totam legem implent. Et ideo neceſſe habebat [hominem] ideſt, Chriſtum, qui eſt Deus & homo [qui eum mitteret in aquam,] ideſt, baptizando inſtrueret [vt tolleret lectum.] ideſt, diligeret proximũ, [vt ambularet] in dilectione Dei, ipſum, reſurgendo à torpore & ignauia, toto corde diligendo [ille populus neſciebat quis eſſet Ieſus, quia baptizatus credit in eum quem non videt [declinat Ieſus à turba] quia in ſolitudine cõtemplationis magis cernitur. [in templo inuenit ſanatum,] ſcilicet populum credentium, admonet ne poſt baptiſmum [amplius peccet, ne deterius ſibi contingat] propter ingratitudinem, & tunc fidelis profitetur, [quia Ieſus eſt qui fecit eum ſanum] per fidem ſuã, ſine qua nullus poteſt ſanari.

TROPOLOGICE.

Vt amplectamur pœnitentiam admonemur ex ſacro euangelio, nã peccantes [ſunt in die feſto Iudæorum] vacantes theatris, & choreis, ac ludis, quare cum Chriſto aſcendant [Hieroſolymã].i. à Deo petant introduci in ciuitatẽ ſuam, vt ſibi vniantur, & reperient [piſcinam,].i. pœnitentiam, quæ ita ſanat à peccatis, ſicut piſcina ab infirmitatibus corporis [quæ dicitur Bethſayda].i. ouina, quia ex pęnitentia de hœdo efficitur quis ſicut ouis innocens [quæ habet quinq; porticus].i. quinq; conſiderationes inducẽtes in piſcinam pœnitentiæ, ſ. conſiderationem proprij peccati, ſeueritatis diuini iudicij, opportunitatis temporis, incertitudinis proprij ſtatus, & certitudinis periculi mortis [& in his iacet maxima multitudo] conſiderantes quandoq; præmiſſa: non enim deſcendunt in pœnitentiam, ſed 38. annos habent detẽti delectationib. mundi. & formidãtes amplecti pœnitentiam, & hi licet vellent in aquam turbatã deſcendere aliquãdo inſpirati à Deo [tamen non habent hominem].i. intellectũ q aſſenſum pbeat diuinę inſpirationi, ſed dum immorantur an debeant obedire diuinæ inſpirationi [alius venit] & accipit eorum coronam [nec ſanatur niſi vnus.] quia peccator qui eſt duorum, ſecundum naturam quidem Dei, ſecundum vero peccatum diaboli non poteſt ſanari niſi efficiatur vnius, ſ. Dei, & quo ad naturæ creationem, & quo ad obſecutionem, & tũc ſurgat Chriſto imperante, & tollat grabatũ per ſatisfactionem, [& ambulet poſt Chriſtum] per delectationem, nec curet Iudæos, ideſt, peccatores redarguentes, & deridentes pœnitẽtiam, ſed vadat ad templũ ad pſeuerantiam poſtulandum, quam inueniet à domino [& tunc nolit amplius peccare, ne deterius ſibi contingat] ſed alijs annunciet [q Ieſus ipſa pęnitentia mediante ſaluum eum fecit] vt & ipſi inducantur ad veram pœnitentiam.

ANAGOGICE.

Inducimur ex ſacro Euangelio in contẽplationem cęleſtis Hieroſolymę, in qua [eſt dies feſtus] ſolennis, & perpetuus, & quo [aſcendit Ieſus] nobis aperiendo ianuã paradiſi clauſam ob peccatum primi parẽtis [in qua eſt probatica piſcina] qua oues Xpi lotæ paſcua inueniũt [quæ habet quinq; porticus, in qbus reficient electi Dei aſſumptis

corporibus per omnes quinq; sensus corporeos, qui ante erant infirmi, qm̃ nullus ipsorum comprehendere poterat, quæ præparauit Deus diligentibus se. Vbi [angeli dñi mouent]suis laudib. affectus electorum ad Deum glorificandum & [saluatur vnus solus] populus prædestinatorum[qui primo ingressus est]cum sponso accensis lampadibus,[qui iussit eos surgere]à somno[& ambulare]de virtute in virtutem, vsq; ad visionem ipsius in Syon[tollentes grabatum]sui corporis,& secum in cęlestia deferẽtes [indignantib. Iudæis,].i.non credentib. damnatis [Nec vnquam aliquid mali eis continget] abstergente Deo omnes lachrymas ab oculis eorum,nullusq; dolor eos apprehendet, sed in ęternum regnabunt cũ Christo.

SABBATO POST I. DOMIN. Quadragesimæ.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioãnem, Matth. 17.c. Mar. 9. & Luca 9.

Historia huius Euang. facta fuit anno Christi 32. 6. die Augusti, in die dominica. Licet aliqui dicant, q́ tunc fuit prædicata per Apostolos, sed facta in vere.

HISTORICE.

Petro, Iacobo, ac Ioanni quodã in monte dominus gloriosus demonstratus est, solari fulgore eius coruscante facie, indumentisq; suis niuis candorem æquantibus, Moyse, & Helya secum confabulantib. Optabat autẽ Petrus tali gloria perpetuo frui, tabernacula eisdem trib. construere volens. Ex lucida vero nube eos tegente prosilijt vox, hunc Iesum dicens Dei dilectum natum esse, in quo maxime patri complacitum esset: vtiq; eũ audirent iubens, his territi protinus discipuli suas corruerunt in facies: à Christo itaque, vt timorẽ abijcerent atq; surgerent imperante, cum prospexissent, cum solũ intuiti sunt: eis vero de monte descendens in mandatis dedit, ne quousque mortem deuicisset, cuiquam patefacerent visionem.

Dissoluenda sunt dubia occurrentia.

1 DVBITATVR. Quia in textu Matth. dr̃, post sex dies assumpsit. q̃d egit ante illos sex dies dñs, ad quod referatur, id q̃d dr̃, post sex dies? ℞. Quod vt dicitur Matth. 16. c. in fine, & Mar. 8. ac Luc. 9. dñs promiserat discipulis, dicens. Sunt de hic stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hois venientem in regno suo. Volens ergo ostendere quid est illa gloria, in quæ postea venturus est, in pñti via reuelauit, vt dicit Chrys. sicut possibile erat eos discere, vt neq; in dñi morte iam doleant. Transactis igitur sex dieb. post dictam promissionem, illos duxit in montem.

2 Dub. Quia Luc. 9. c. dicitur, Post 8. dies, & hic dicitur, Post sex. ergo videtur inter Euangelistas contrarietas? Resp. Hier. super Matth. q́ facilis est ad hoc responsio, quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur & extremus.

3 Dub. Cur non duxit alios Apostolos? ℞. S. Thom. 3. q. 45. art. 3. q́ talia mysteria non sunt omnibus exponenda immediatè, sed per maiores suo tempore ad alios debent deuenire. Et ideo, vt dicit Chrysost. super Matth. istos tres assumpsit, quia alij peccatores erant, Ly. vero dicit. quod isti tres excellebant alios, quia Petrus excellebat in feruore fidei, & ideo sibi traditæ sunt claues regni cœlorum. Ioannes in prærogatiua virginitatis, & ideo erat Christo magis familiaris. Iacobus autem in martyrio assumpto, quia primus inter Apostolos martyrio est coronatus.

4 Dub. In quem montem eos duxit? Resp. S. Vinc. post Glo quod in monte Thabor.

5 Dub. Cur seorsum eos duxit? Resp. Remig. super Matth. quòd sancti viri toto animo, & fidei intentione separati debent esse à malis.

6 Dub. Cur potius in monte, quàm in plano voluit transfigurari? ℞. Rem. vbi supra, quia ex quo gloriam volebat eis præostendere futuram, vt declararet ipsam non esse quærendam in infirmis voluptatibus huius sæculi, sed in supernis; ideo duxit eos superius in montem excelsum.

7 Dub. Quid sit transfigurari? Resp. Catholicon, q́ est transformari, idest in aliam figuram mutari.

8 Dub. An Christus in aliam figuram mutatus sit? ℞. Hier. super Matth. dicens. Nemo putet pristinam eum formã, & faciem perdidisse, vel emisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spiritale, vel aereum: sed quo transfiguratus sit Euangelista demonstrans, dicit, Resplenduit facies, &c. vbi splen-

splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium, non substantia tollitur, sed gloria commutatur transformatio splendorem addidit faciem non subtraxit.

9 Dub. Cur voluit transfigurari? ℞. S.Tho. 3.p.q.45.ar.1.ꝙ quia dñs discipulos ꝓnunciata sua passione induceret ad suæ passionis sequelam, & quia oportet vt tendens in aliquem finem, ipsum ꝓcognoscat, quia sagittator nõ recte iacit sagittam nisi.s. præcognoscat signum ad quod eam iacere debet, ita cum per passionem deueniatur ad gloriam, cõueniens fuit, vt Christus ipsam gloriam ad quam per passionem deuenire debebant eos præcognoscere faceret, & propter hoc transfiguratus est ante eos.

10 Dub. Vnde ꝓcesit claritas illa in facie, & cãdor in vestibus? ℞ S.Th.3 sent.dist.16. q.2.art.2.ꝙ ille fulgor non fuit proueniens ex aliqua proprietate corporis gloriosi existente in corpore Christi, sed fuit miraculose & diuinitus inductus in corpore Christi. fuit tamen ille fulgor eiusdem generis cum fulgore corporum glorificatorum, tamé ita perfectus, sicut charitas viæ assimilatur charitati patriæ, & in 3 par.q.45.art.2.dicit, ꝙ illa claritas deriuata est in corpus à diuinitate, & anima eius.

11 Dub. An naturaliter vel miraculosè illa claritas ex anima in corpore deriuata sit? ℞. S.Thom.3. par.vbi supra, ꝙ fulgere corporaliter non est miraculosum in corpore glorioso, sed ad corpus Christi in transfiguratione deriuata est claritas à diuinitate, & anima eius non per modum qualitatis manentis & efficientis ipsum corpus, sed magis per modum passionis transeuntis, sicut cum aer illuminatur à sole, vnde ille fulgor tunc in corpore Christi apparens miraculosus fuit, sicut & hoc ipsum quod ambulauit super vndas maris.

12 Dub. An sola facies vel totum corpus habuerit claritatem? ℞. ꝙ vt ex dubio præcedenti colligitur, totum corpus lucidũ fuit, sed Euangelium non facit mentioné nisi de facie, q̃a est principalis in homine, & etiam quia aliud corpus fere totum tegebat vestibus, & sic sola facies videbatur: vel per figuram synecdoche pars ponitur pro toto.

13 Dub. Cum anima Christi à principio fuerit gloriosa, cur non transfudit à principio gloriam in corpore? ℞. S.Tho.vbi supra, ꝙ à principio conceptionis Christi gloria animæ non redundaret in corpus, ex quadam dispensatione diuina factum est, vt in corpore passibili nostræ redemptionis expleret mysteria. quia si redundasset in corpus, corpus fuisset gloriosum, & per consequens impassibile, & ita non potuisset pati pro salute nostra.

14 Dub. Cur non transfudit in corpus cum nondum passio celebrata fuerit? ℞. S.Tho. vbi supra, ꝙ propter passionem non est adépta potestas Christi deriuandi gloriam animæ ad corpus, sicut fecit in ista transfiguratione, aliter tamen quàm in corpore glorificato. Nam in corpore glorificato redundat claritas ab anima, sicut claritas quædam ꝑmanens corpus efficiés, sed in corpore Christi fuit per modum passionis transeuntis, vt dictum est supra dub.11.

15 Dub. Vnde processit albedo in vestibus Christi? ℞. S.Tho.3.sent.dist.16.q.2.art.2. ꝙ in vestibus erat splendor ex claritate corporis procedés, & S. Vinc.in sermone dicit, ꝙ sicut candela accensa intra lucernam illuminat eam, sic claritas animæ existens interius illuminabat corpus exterius, & per cõsequens claritas corporis etiam candida faciebat vestimenta: & Damascenus dicit, ꝙ vestitus fuit illustratus per diuinæ lucis participationem.

16 Dub. An facies plus resplenduerit, quàm sol? ℞. ꝙ vt colligitur ex Chrys.super Matt. multo clarior sole resplenduit facies Christi, sed quia in hoc mundo nil clarius sole refulget, & nil albius niue inuenitur, ideo Euãgelista posuit exemplum de Sole, & de niue quo ad vestimenta, quamuis niuem excessẽrint in albedine.

17 Dub. An erit æqualis claritas Christi, & sanctorũ, cum ét sancti fulgebunt sicut sol? Resp. Damasc.ꝙ in sensibilib. est sol.hoc in intelligibilib. est Deus, & in sensibilib. nil est lucidius Sole. ita in intelligibilib nil est lucidius Deo: & sicut sol, qui est lucis fons de facili videri non potest, lux autem eius eo quod ad terram peruenit aspicitur, ita Christus est sicut Sol verus, & Sancti sicut lux Solis: & ideo S.Thom.vbi supra dicit, ꝙ sicut claritas, quæ erat in corpore christi, representabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas vestimentorum eius designat futuram claritatem sanctorum, quæ superabitur à claritate christi, sicut candor niuis superatur à splendore Solis.

18 Dub. Vt quid apparuerunt Moyses & Helyas? ℞ S. Th. vbi sup. quòd apparuerunt tanquam testes transfigurationis.

19 Dub. Nunquid sufficiebant tres discipuli, vt essent testes? ℞. S. Tho. ubi sup. art 3. qđ cum Christus transfigurari uoluerit, ut gloriam suam hominib. ostenderet, & ad eam desiderandam homines prouocaret, & ad quam adducuntur homines per Christum, non solum qui post eum fuerunt, sed etiam qui eum præcesserunt, ideo cōueniēs fuit, ut de præcedētibus ipsum testes adessent, s. Moyses & Helyas, & de sequentib. ipsum s. Petrus, Iacobus, & Ioānes, ut in ore duorum uel trium staret omne uerbum.

20 Dub. Cur non magis accepit angelos pro testibus, quàm homines qui perfectius sciebant qualis esset gloria celestis? Res. S. Tho. ubi supra, ꝙ Christus per suam transfigurationem manifestauit Apostolis corporis gloriā, quæ ad solos homines pertinet, & ideo conuenienter non angeli, sed homines ad hoc pro testibus inducuntur.

21 Dub. An Moyses & Helyas ibi uere fuerint? ℞. S. Th. ubi supra, quod quædam Glo. super illud Luc. 9. erant autē Moyses & Hylias &c dicit, sciendum est non corpora, uel animas Moysi, uel Heliæ ibi apparuisse, sed in subiecta creatura illa corpora fuisse formata, ueruntamen illa Glo. dicitur esse sumpta ex libro, qui intitulatur, de mirabilib. sacræ scripturæ, qui non est liber authēticus, sed falso attribuitur Aug. & ideo illi glo. non est standum: dicit enim expresse Hiero. super Matt. sic considerandum est, quòd Scribis & Pharisæis de cœlo signa petentibus dare noluit, hic uero ut Apostolorum augeat fidem dat signa de cœlo Helia inde descendente quo conscenderat, & Moyse ab inferis ascendente, quòd non est sic intelligendum quasi anima Moysi suum corpus resumpserit, sed ꝙ anima eius apparuit per aliqđ corpus assumptum, sicut angeli apparent. Helias autem apparuit in proprio corpore non quidem de cœlo Empireo allatum, sed de aliquo eminenti loco in quem fuerat in curru igneo raptus.

22 Dub. Cur solum Moyses & Helias inter prophetas ibi affuerunt, & potius ipsi q̃ alij prophetę? Resp. S. Th. 3. par q. 45. ar. 3. ꝙ sicut Chrys. dicit super Mat. Moyses & Helias in medium adducuntur ꝑpter multas rationes. Primo q̃a turbę dicebāt eum esse Heliā vel Hieremiā, aut vnum ex prophetis, capita prophetarum secum ducit, ut saltem hinc appareat differentia seruorum & dñi. Secundo quia Moyses legem dedit, Helias pro gloria dñi æmulator fuit, vnde p hoc qđ simul cum Christo apparent excluditur calumnia Iudæorum accusantium Xp̄m tanquā transgressorem legis, & blasphemia Dei sibi gloriam vsurpantem. Tertio vt ostendat se hre ptātem mortis & vitæ, & esse iudicem mortuorum, & viuorum, per hoc ꝙ Moysen iam mortuum, & Heliam adhuc uiuentem secum ducit. Quarto quia sicut Lucas dixit, loquebantur secum de excessu quem completurus erat in Hierusalem, & de passione, & morte sua. Et ideo vt super hoc animos discipulorum confirmaret, inducit eos in mediū q se morti exposuerunt ꝓ Deo: nā Moyses cum periculo mortis se obtulit Pharaoni. Helias vero regi Achab. Quinto, quia volebat, qđ discipuli eius æmularentur Moysi mansuetudinem, & zelum Heliæ. Sexto, ꝑut addit Hilarius, ut ostenderet, s. se per legē quam dedit Moyses, & per prophetas inter quos fuit Helias principaliter esse prædicatum. Et septimo. vt dicit S. Vinc. in sermone, nullus aliorum ieiunauit quadragesima nisi isti duo Moyses & Helias.

23 Dub. Quid loquebantur Moyses & Helias cum Christo? Vide dub. præced.

24 Dub. Cur dixit Petrus, ꝙ bonū ibi erat esse? Res. Orig. super Mat. qđ quia audiuit, oportebat adhuc eū Hierosolymā ire, adhuc timet pro Christo, sed post increpationem non audet dicere rursus propitius esto tibi, sed idem occulte per alia signa insinuat: quia enim videbat multam quietem, & solitudinem, cogitauit ibi conuenientem stationem esse ex loci dispositione, quod significat dicens. Bonum est nos hic esse: vult ēt ibi semper esse, ideo tabernaculorum meminit dicens. Si vis, faciamus hic tria tabernacula. Cogitauit. n. quòd si hoc fieret, non ascenderent Hierosolymā. & si non ascenderet Xp̄s non moreretur. Ibi n. sciebat scribas insidiari ei: cogitabat etiam, quòd Helias aderat qui in mōte ignem descendere fecit. Et Moyses, qui intrauit nebulam, & Deo locutus est, vnde occultari poterant, vt nullus peccatorum sciret vbi essent.

25 Dub. An Petrus ꝑmissa dicens errauerit? Resp. Hier. super Mat. ꝙ vt Marc. dicit nesciens quid diceret errauit, q̃a si q̃rat tria taberna-

bernacula nequaquam seruos cũ dño confe rat. sed faciat tria tabernacula, Imò vnũ patri, filio, & Spirituisancto, & Remi. ét super Mat. dicit, ꝙ errauit q voluit, vt regnum celorũ constitueretur in terra, qđ dñs promiserat dare in cęlis. Errauit quia oblitus est se & socios suos esse mortales, & absque gustu mortis voluit subire æternã fęlicitatem Et Raba. sup Mat. dicit qđ errauit in eo, qđ cęlesti conuersationi tabernacula facienda putauit, in qua domus necessaria non erat, cũ scriptũ sit Apo. 21. c. Tẽplũ nõ vidi i ea.

26 Du. Cur non uoluit facere etiam tria alia tabernacula pro se & socijs? ℞. S. Vin. in Sermone. quod ideo noluit alia tabernacula facere, quasi credendo, quod Ioannes staret in tabernaculo Moysi, Iacobus cum Helya, & ipse cum Christo.

27 Dubit. Cur alii duo discipuli nihil dixerunt? Respon. Orig. super Mat. quòd Petrus erat magis feruidus. Et ita dicit ipse, si oportuerit me mori tecum, &c. Item solus dixit absit à te domine. s. vt crucifigaris, & solus dixit Domine non lauabis mihi pedes.

28 Dubi. Quomodo poterant discipuli aspicere claritatem Christi, q erat sicut sol, cum filij Israel non valerent aspicere Moysem, q non habebat tantam claritatem? ℞. S. Th. 3. sen dis. 15. q. 2. ar. 1. quod claritas illa erat similis gloriosi corporis claritati, quæ visum non corrumpit, sed demulcet, & hoc quidem contingit, quia est alterius generis, quàm ista claritas naturalis: prouenit enim ex claritate spirituali animæ quæ quidem non corrumpit proportionem oculi ad viã animæ, sed magis confortat:

29 Dub. Cum in monte Synai apparuerit nubes tenebrosa, cur hic apparet lucida? Resp. Chry. super Matt. quòd in monte Synai cõminante domino nubes tenebrosa apparuit, hic autem quia non terrere volebat, sed docere, nubes apparuit lucida.

30 Dub. Cur aduenit lucida nubes, & vox de nube? ℞. S. Th. 3. par. q. 45. ar. 4. quod sicut ĩ baptismo, vbi fuit declaratum mysterium primæ regenerationis, ostẽsa est operatio totius Trinitatis, per hoc, qđ fuit ibi filius incarnatus, Spiritussanctus in specie colũbę, & pater declaratus in uoce, ita fuit in trãsfiguratione, q̃ ẽ misteriũ sedę regenerationis in qua tota Trinitas apparuit. pater in voce, filius in hoĩe, & Spiritussanctus in nube clara.

31 Dubit. Cur Spiritussanctus non apparuit in colũba sicut in baptismo? ℞. S. Th. vbi sup. quod sicut Deus in baptismo dat innocentiam, quæ per simplicitatem columbæ designaĩ, ita in resurrectione dabit electis suis claritatem gloriæ, & refrigerium ab omni malo, quæ designatur in lucida nube.

32 Du. Cuius fuit vox quę exiuit de nube? ℞. quod patris, vt dictum est dub. 30.

33 Dub. Cur Moyses, & Helyas non fuerunt attestati Christum esse filium Dei? ℞. Chry. super Mat. quod neq; Moyses loquitur neque Helyas, sed pater omnibus maiorẽ vocem emittit ex nube, vt discipuli credãt qđ à Deo hæc vox erat.

34 Dub. Cur opus fuit nunc reiterare vocẽ patris. quæ in baptismo prolata est? ℞. S. Th. vbi sup. quod adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis Dei ad filium naturalem, quod quidem fit dupliciter, Primo per gratiam viæ, quæ est conformitas imperfecta. Secundò per gloriam quę erit conformitas perfecta, quia igitur gratiã per baptismum consequimur, in transfiguratione autem præmonstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quàm in transfiguratione conueniens fuit manifestare naturalem Christi filiationem testimonio patris, qui solus est perfecte conscius illius perfecte generationis simul cum filio, & Spiritusancto.

35 Dub. Cur hic dicitur, ipsum audite, & in baptismo? Resp. S. Tho. vbi sup. quòd Christus venerat gratiam actualiter dare, & gloriam promittere verbo, & ideo conuenienter homines ad ipsum audiendum inducuntur, non autem in baptismo, quia in transfiguratione demonstrabatur gloria, quam verbo promittebat.

36 Du. Cũ Christus nõ venerit nos terrere, sed docere, vt dictũ est dub. 26. cur hec vox terruit discipulos? ℞. S. Th. vbi supra, quod illa uox ad discipulos non fuit vana, sed conueniens fuit eos terreri & prosterni, vt ostẽderet ꝙ excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonstrabatur excedit oẽm sensum, & facultatẽ mortalium ẽm illud Exo. 33. c. non videbit me hõ & viuet, & hoc ẽ ꝙ Hie. dicit super Mat. quod humana fragilitas conspectũm maioris gloriæ ferre nõ sustinet. & ab hac fragilitate sanani homines per Christũ eos in gloriã adducendo, quod signatur per hoc quod dicit eis, surgite nolite timere.

37 Dubitat. Cur illa vox processit potius de

nube quàm aliunde? Respon. S. Chry. super Matt quia in nube Deus apparere cõsueuit, & vt crederét, quod vox illa ferretur à Deo semper enim apparere solet Deus in nube, sicut scriptum est ps 96. Nubes & caligo in circuitu eius.

38 Dub. Cum Deus oïa diligat, cur dicit hic est filius meus dilectus? ℞. qui sup. quod nõ solum diligit filium, quia genuit eum, sed quia vnius voluntatis est cum ipso.

39 Dub Cur dicitur, in quo mihi bene cõplacui? Resp. Greg. in hom. quod omnis qui pęnitendo corrigit aliqua, quæ fecit, eo ipso quod pęnitet se sibi displicuisse indicat, qa emendat quod fecit. Et omnipotens pater humano modo de peccatoribus locutus est, dicens. Pœnitet me fecisse hominem, quasi sibimet ipsi displicuit in peccatoribus quos creauit. In solo autem Christo sibi complacuit, quia in solo eo non inuenit culpam, in qua se reprehendat per pęnitentiam.

40 Dubit. Propter quid sic timuerunt discipuli? Respon. Hiero. super Matt. quod ob triplicem causam pauore terrentur, vel quia se errasse cognouerant, vel quia nubes lucida operuerat eos, vel quia Dei patris loquẽtis vocem audierant.

41 Dub. Cur potius ceciderunt in faciem, q̃ retrorsum? ℞. Remi. super Matth. quod hoc fuit indicium sanctitatis, quia sancti in faciẽ cadere dñr, impij vero retrorsum vt patet Io. 18. c. de iudæis volentib. capere Christũ, qui abierunt retrorsum & ceciderunt.

42 Dub. Cur in baptismo audita voce nullus territus est, sicut hic? ℞. Chry. super Matth. quia sic & solicitudo, & altitudo & silentium erat multum, transfiguratio stupore plena, & lumen purum, & nubes extensa, ex quib. omnibus stupor in eis congregabatur.

43 Dub. Cur Christus accedit ad eos? Resp. Hier. super Matt. quia illi iacebant, & surgere non poterant.

44 Dub. Cur eos tetigit? Resp. qui sup. quòd ut tactu fuget timorem, & debilitata membra solidentur.

45 Dub. Cur præcipit, q̃ surgant, & non pertimeant? ℞. qui supra, vt quos manu sanauerat etiam sanaret imperio.

46 Du. Cur post nõ viderunt Moysen & Heliam? ℞. qui supra, q̃ hoc rationabiliter factum est. Ne si Moyses & Helyas perseuerassent cum domino, patris vox videretur incerta cui potissimum daret testimonium.

47 Dub. cur Christus non r̃ndit Petro? ℞. q̃ sup. q̃ quia imprudenter interrogauerat r̃sionẽ dñi non meretur, sed pater r̃ndit pro filio, vt verbũ dñi cõpleretur, q̃ me misit, ipse de me testimoniũ phibet. q̃ S. Vin. in sermone exponens, dicit, q̃ Petrus petebat in illo monte gloriã suã, & Xp̃s r̃ndit ei secretè nõ verbo, sed facto ostendẽs, q̃ nõ poterat fieri quinq; rõnib. sumptis ex hoc facto. Prima pp aduentum nubis, quæ significat pñiam, quæ fieri dẽt antequã perueniat ad gloriã. Scd̃a pp vocem patris, quæ significat obedientiã, cũ dicit, ipsum audite, quia oportet obedire p̃ceptis Dei antequam p̃ueniatur ad gloriam. Tertia, quia ceciderũt, qđ significat timorẽ, & humiliationẽ, quia timens Deũ faciet bona, & q̃ se humiliat exaltabit. Quarta, quia fecit eos surgere, quod significat, qđ primo faciet resurgere corpora nr̃a, & post in gloriã deducet. Quinta q̃a neminẽ viderunt nisi Xp̃m, qđ significat q̃ sola diuina essentia, & nulla creatura est obiectũ gloriæ. i. essentialis, & principalis.

48 Dub. Cur noluit transfigurationem manere occultam? ℞. qui supra, quòd ne incredibilis esset pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes animos sequens crux scandalum faceret. Et vt dicit Remi. super Mat. Populi hæc audientes impedirent dispensationem passionis eius, resistẽdo principibus sacerdotum, & sic redemptio humani generis retardaretur.

49 Du. Quo ierant Moyses & Helias? Res. Ly. quòd diuina voluntate reducti fuerunt ad loca, vnde fuerant abducti.

50 Dub. Cur permittit, vt post resurrectionem publicent? Respon. Damasc. Hilarius, & Theoph. quia tunc magis efficeretur credibilis, nec aliquod scandalum poterat euenire propter passionem, & quia tunc debebãt repleri Spiritusancto, vt testes essent tunc gestorum spiritualium, & ne corda eorũ subuerterentur tristitia, qui non viderant, & ne proditor incitaretur ad inuidiæ rabiem si ante resurrectionem publicaretur.

51 Dub. Quomodo apostoli cognouerunt illos fuisse Moysen & Heliam? Resp. Ambr. q̃ propter splendorem seu illustrationem prædictæ claritatis.

52 Dub. Cur hoc non præcepit Iesus in mõte, sed cum descenderent? Resp. quòd quia erant adhuc toti stupefacti, ideo non statim dixit eis.

Dub.

53 Dub. In quo loco descensus dixit eis? R. quod in descensu montis Thabor ad occidentem, vbi est vna capella constructa, vt dixit Landulphus de vita Christi.

ALLEGORICE.

In hac trãsfiguratione declaratur incarnatio filij Dei, & eius modus, ad quã intelligendum oportet [assumere Petrum] .i. fidẽ, q̃a est fundamentũ fidei Petrus [& Iacobũ] anchoram spei tenentem [ac Ioannem fratrem eius] dilectionem Dei & Christi suadentem [& ascendere in mõtem excelsum] diuinitatis ne grauetur à turba, & tũc videbit filium Dei [transfiguratum] .i. hoĩem factum cum sit in forma Dei [& videbit faciẽ eius] .i. animam resplendere per diuinam fruitionem. [sicut sol, & vestimenta sua alba sicut nix] .i. humanitatem absq; aliquali macula cuiussuis peccati, [& apparebũt ei Moyses] & eius prophetiam de Christo incarnãdo intelligẽdo [& Helyas zelum Euangelij habens [Christum loquendo] annunciantes [Et tunc Petrus] .i. intellectus noster petit [nesciens, quid diceret] .i. recte consideret an cum lege Christi debeãt ẽt obseruari lex Moysi, [vt ei stat tabernaculum & similiter Helyæ] qui e͂am zelatus est. [Sed nubes lucida] .i. semper virgo Maria obumbrabit intellectum oẽs hæreses interimendo, [& vocẽ emittet] dicens [hic] Iesus [est filius] quẽ genui Deum & hominem [meus] absq; cõmixtione virilis seminis [dilectus] à me super omnia [in quo mihi bene complacui] dum ancilla, meum genui & omnium creatorem [ipsum esse audiendum] attestando, & diuino martyri Ignatio sic scribendo, & sic intellectus & voluntas [ceciderunt in facies suas] se ei per fidem subijciendo. [Et timuerunt valde] ne per persecutiones fidẽ eius amitterẽt [sed accessit Iesus] per inspirationẽ [& tetigit] eorũ corda per Spiritum sanctum immissum & surgere fecit] à timore hortando, vt fortes essent in bello [& leuantes oculos] mentis [neminem] aduersantem viderunt, quem timere oporteret, [sed solum Iesum] stantẽ à dextris Dei eis auxilium ferentem [qui & præcepit post resurrectionem] vt in vniuersum mundum euntes suam legem prædicarent.

TROPOLOGICE.

Per istam transfigurationem instruimur quem modum tenere debemus, vt ascendamus ad gloriam cęlestem, vt s. [ascendamus ad montem excelsum,] pniæ, [& seorsum] simus à conuersatione malorum, & simus [Petrus] .i. obedientes. [& Iacobus] .i. patiẽtes in aduersis. [Et Ioannes] .i. continentes, vt sic post inueniamus illam gloriam [resplendentem sicut sol, & candida sicut nix] ita tamen vt imitemur [Moysen & Helyã] ieiunijs & abstinentia nostra corpora subiugantes, & in cœlis [tria tabernacula] inueniemus in tribus hierarchijs angelorum [obumbrabimur à nube lucidissima diuinitatis] cognoscemusque Christum [esse filium Dei dilectũ] & placebimus patri [q̃m Christum audisse nobis tunc proderit, sed antequam illuc accedamus [cademus in faciem] relinquentes corpora nostra, q̃ Deus [resurgere faciet] in extremo iudicio, & iubebit esse absq; timore corruptionis, nec aliq̃d videbimus, in quo gloriari valemus [nisi solum Iesum] qui erit omnia in omnibus, nec illam nunc gloriam enarrare possumus, sed postquam resurrexerimus à mortuis.

ANAGOGICE.

Expositum est in tropologico sensu.

DOMINICA II. IN QVADRAG.

vt in sabbato præcedente secundum curiam Romanam.

¶ Dominica 2. in Quadragesima secundum ordinem Pręedicatorum, vt in feria 5. p̃ced. vbi narratur historia de Chananæa.

FERIA II. POST SECVNDAM Dominicam Quadragesimæ.

Ego vado, & quæritis me. Ioan. 8. cap.

Hæc verba locutus est dominus anno ętatis suæ 31. die 22. Septembris, in die Martis.

HISTORICE.

Scribis, & pharisæis dñs ait se ire, & ab eis q̃nque quæri debere, in eorumque scelerib. decedere, nec ipsum subsequi eos valere: ipsis autem minime iuste interpretantibus, sed opinantib. semetipsum interficere debere, q̃m quo iret eos non posse accedere aiebat, illos de imis esse, se vero de excelsis dixit: non autẽ præsentis sæculi incolam cuius ipsi dulcedine tenerent, ob quod in delictis suis dies clauderent extremos, nisi fidem eius præstarent dictis: cum vero q̃rebant quisnam esset principium, qui eis loqueretur? Resp. se esse, asserens plurima se de eis fari debere ac iudicare, qui autem eum miserat veritas actor erat, seq; sæculo

affaturum

affaturum quæ ab ipso audit, percepisset, cũ autem, quod altissimum suum diceret genitorem non caperet ab eis, ait eos tunc ipsius notitiam habituros, cũ in altum eũ eleuassent, nec quicquã à se agere, sed quę à patre didicisset se loqui, secum immorari, q eum misisset, nec solum dimisisse, qñ quæ voluntatis eius essent semper operaretur.

Veritatem enucleare volens quadam dubia soluam.

1 DVBITATVR. Quo ibat dominus? Resp. Lyra post Chrys. quod ibat ad patrem per mortem ẽm humanitatem, à quo tñ non recessit ẽm deitatem.

2 Dub. Quõ eum quæsituri erant, qui in infidelitate permansuri erant? Resp. Orig. ꝙ differentiæ sunt eorum qui quærunt Iesum. Nam quidam eum quęrunt, vt eos ducat ad patrem, non añt oẽs pro eorum salute, & vtilitate quærunt eum. Nam Aug. exponendo, ait, quæritis me nõ pro desiderio, sed odio, nam & persequentes eum, quærebant capere eũ Et Lyra dicit, ꝙ post mortẽ, quæsierũt eũ, vt psequerent in mẽbris suis.

3 Dub. Cur cum plurib. loqueretur in singulari dixit, in peccato vestro moriemini? Resp. Beda, quod peccato vtitur in singulari, sed vestro in plurali, vt idem omnium scelus ostenderetur.

4 Dub. Cum plures ex his quibus loquebatur crediderint, & saluati sint, cur omnibus dicebat in peccato vestro moriemini? Resp. Orig. ꝙ hoc non dicebat ad illos, qui credituri erant, sed ad alios quos sciebat non esse credituros. Qui. n. in suo peccato morit, quo vadit Christus non potest ire, nullus. n. mortuus potest sequi Iesum. Non. n. mortui laudabunt te domine.

5 Dub. Cum Iesus iret ad mortem, cur nõ poterant & ipsi ire ad mortem? Resp. Ly. ꝙ Christus ibat ad mortem per quam perueniebat in gloriam patris, & ideo licet ipsi possent mori, sicut & post mortui sunt, non tamen per ipsam mortem peruenerunt ad gloriam patris.

6 Dub. Cum ad impossibile nemo teneat. Et hic dicit, ꝙ ipsi non poterãt ire: ergo vñr excusabiles? ℞. Orig. hunc passum exponendo, ꝙ non pñt quia non volunt, si. n. voluissent & non potuissent non rationabiliter diceretur eis, moriemini in peccato vestro.

7 Dub. Ad quid Iudæi dixerunt, nunquid interficiet semetipsum? ℞. Orig. ꝙ Iudæi audierãt Christũ voluntarie moriturũ ꝑ illud qđ dr Esa. 53. oblatus est, quia ipse voluit, & tradidit in mortẽ aĩam suam, q̃ scriptura, & totum capitulũ exponit de Christo ab antiquis doctorib. Hebræorũ. Et iõ Iudæi derisorie q̃rebant de Iesu quẽ reputabãt falsum Xp̄m, nunquid interficiet &c. si. n. seriose loquerent de impletione huius ꝓphetię dicerẽt sic. nũquid ex simplici volũtate separabitur aĩa à corpore, ꝙ patet ex eo ꝙ subditur, quo ego vado, &c. ipsi. n. poterãt seipsos interficere, sed nõ poterãt aĩam suã ꝓ volũtate sua tradere, sicut fuit prophetatum de Xp̄o per Isaiã, & in Iesu fuit adimpletum.

8 Dub. Quõ ipsi sunt de deorsum, & ipse de superius? ℞. Orig. & Chrys. in hoc loco, erant deorsum, i. terrena & carnalia sapientes, & nõ sp̄ualia, sicut ipse, q erat de supernis. Ly. vero dicit, deorsum, i. de massa corrupta originali peccato, ideo hñt debitum mortis, & necessitatẽ moriẽdi, ꝑ ꝙ qđ separatio aiæ à corpore non subiacet eorum ꝓpriæ volũtati. Ipse vero de supernis est, q ẽm deitatẽ hẽt eãdẽ naturã cũ p̃re, ẽm humanitatẽ aĩa est immediate à Deo ꝑ creatione, & corpus formatũ Sp̃ussancti virtute, & propter hoc hẽbat plenum dñium super corpus suum separãdi aĩam ab ipso, & reuniẽdi, vt dicit Io. 10. Potestatem habeo ponendi aĩam meam, & iterum sumendi eam.

9 Dub. Quia Christus erat de mundo saltem quantum ad corpus, ergo non verum dicit, ego non sum de mundo? ℞ S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 2. ꝙ erat de mundo per presentiam corporalem, sed non per mentis effectum.

10 Dubit. Cum supra dixerit, moriemini in peccato vestro, cur hic dicit, in peccatis vestris? Resp. Ly. quod supra dixit in singulari, quia principale peccatum eorum erat persecutio Christi, sed ad hoc sequebãtur multa alia peccata, & propter hoc hic replicauit in plurali.

11 Dub. Cur dicit, nisi credideritis q a ego sum? ℞. Aug. super Io. 8. dicẽs, credo, ꝙ in illa multitudine quæ dñm audiebat, & eos fuisse qui credituri erant, quasi in omnes ꝓcesserat illa seuerissima sententia, in peccato vestro moriemini, ac per hoc, & illis qui credituri erant, spes erat ablata, reuocauit ergo eos ad spem adiungens, nisi credideritis quia ego sum, &c. ergo si illud credideritis non moriemini in peccato vestro.

Dub.

12 Dub. Quia ipsi sciebant, & videbāt Xpm esse, ergo non oportebat, q̃ illud crederent? Res. Ly. exponendo post Chry. dicens: si non credideritis fide formata charitate, quia ego sum vobis in lege & prophetis promissus, moriemini in peccato uestro. s. infidelitatis.

13 Dub. Cur Iudæi interrogauerunt, tu quis es? Resp. Aust. super Io. quasi dicerent, non enim cum dixisti, nisi credideritis quia ego sum, addidisti, quis esses.

14 Dub. Cum pater sit principium filij, q̃ȏ Christus dicit se principium? Res. S. Tho. 1. par. q. 33. ar. 1. quod hoc nomen principium nihil aliud significat nisi illud a quo aliquid procedit. Omne. n. id a quo aliquid procedit quocunq; modo dicimus esse principiū, & econuerso: cum ergo pater sit a quo alius procedit, sequitur, q̃d pater sit principium. Et licet apud græcos inueniat̃ de filio, & Spiritusancto, q̃d principient, hoc tñ nō est in vsu doctorum nostrorum, quia licet attribuamus patri aliquid auctoritatis rōne principii, nihil tñ ad subiectionem, vel minorationē quocunq; modo pertinens attribuimus filio, vel Spirituisancto, ut vitetur omnis erroris occasio, & isto respectu filius non est principium patris, sed pater est principium filij, sed pater, & filius, & Spiritussanctus sūt vnum principium omnium creaturarum, & sic intelligitur hic. Et vt Aug. dicit, pater est principium, filius est principium, & tamen non sunt duo principia, sed unum, sicut non sunt duo dij, sed vnus Deus.

15 Dub. Cur addidit, qui & loquor uobis? Resp. Aug. super Io. quasi diceret, ut credatis me esse principium, non solum sum principiū, sed & loquor vobis, nā si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, vt non acciperet formam serui, q̃ȏ ei crederent cum infirma corda intelligibile verbum, sine voce sensibili audire non possent?

16 Dub. Cum Io. 8. c. dixerit, ego non iudico quemquam, q̃ȏ nunc dicit multa habeo de uobis loqui, & iudicare? Resp. qui supra, q̃d aliud est non iudico, & aliud habeo iudicare. Nō iudico dicit ad præsens, quod autem nunc dicit iudicium futurum dicit.

17 Dub. Cur dicit, qui me misit verax est? R. qui supra, quasi diceret, ideo verus in iudicio, quasi filius veracis sum.

18 Dubit. Cum filius sit veritas, cur dicit patrē veracem, quasi esset minor filio, quia ueritas dr̃ per essentiam, verax aũt per participationem? Resp. qui sup. quòd verax est non participando, sed generando veritatem.

19 Dub. Cum filius sit sapientia, quomodo dicit quæ audiui ab eo hæc loquor, quasi ex se nihil sciat? Resp. S. Th. 1. par. q. 42. ar. 6. q̃d in auditione filij a patre non intelligitur, nisi quod pater communicat scientiam filio, sicut & essentiam.

20 Du. Cum ita clare loqueretur, quomodo nō intelligebant, q̃d patrem dicebat Deum? Res. Alcuinus super Io. quod cum audissent verax est qui me misit; non intellexerunt de quo diceret, nōdum. n. oculos cordis apertos habebant, quibus patris, & filij æqualitas intelligeretur.

21 Dub. Quomodo debebat exaltari? Resp. Aug. super Ioan. dicens, quod exaltationem crucis dicit, quia & ibi exaltatus est, quando pependit in ligno.

22 Dub. Quomodo cognouerunt postquam crucifixus est, quod esset Deus? Res. qui sup. quod post passionem multi crediderunt, & hoc dixit p̄p illos q̃ credituri erāt. Et Chr. dicit quod cognouerunt post gratiam signorum resurrectionis, & captiuitatis ipsorum quod Christus erat filius Dei.

23 Dub. Quia videtur impotentia in Christo, cū dicit, & a me ipso nihil facio? Res. Ly. quòd Christus inquantum Deus habet totā virtutē operatiuā a patre, licet eādē, quēadmodū dictum est superius dub. 16. Et s̃m, quod homo illa natura organū diuinitati cōiunctum. Et ideo nihil poterat operari nisi secundum motum, & regulationem ipsius.

24 Dub. Quomodo pater docuit filium, quia sic videretur, quòd ante fuisset ignorans? R. Aug. super Ioan. quòd pater incorporaliter genuit filium, nec eum sic docuit quasi indoctum genuerit, sed hoc est eum docuisse quod est scientem genuisse. Si enim simplex est natura veritatis, hoc est filio esse, quod nosce, quemadmodum ergo pater illi gignendo dedit ut esset, sic gignendo dedit ut nosset.

25 Dub. Quia videtur, quod pater sit maior filio, cum eū miserit? R. qui supra, quòd cum sint ambo simul. Vnus tñ est missus, alter misit, q̃m missio incarnatio est, & ipsa incarnatio filij tantum est, non & patris: ergo inquit, qui me misit. i. cuius auctoritate tanquam paterna incarnatus sum. Misit itaque pater filium, sed non recessit a filio, nec filius a patre, & ita secum est.

Dub.

26 Dubit. Quia Iesus in passione clamauit, vt quid dereliquisti me ergo videtur, quòd pater reliquit eum? Require dominica in ramis palmarum. dub. 654.

27 Du. Cur dicit, quòd facit quę placita sunt patri? ℞. Chrys. super Ioã. quòd quia Iudæi dicebant, ipsum non esse ex Deo ex hoc, ꝙ sabbatum nõ custodiebat. ad hoc remouendum dixit, qđ placita patri faciebat, ostendés, ꝙ soluere sabbatũ placitum erat patri.

28 Dub. Quando incępit facere, quæ placita sunt patri? Resp. Aug. super Io. quòd non ex quodã initio, sed sine initio, sine fine; Dei enim generatio non habet initium tẽporis. ¶ Sensibus spiritualibus non exponitur ratione dicta in prologo.

FERIA TERTIA POST II. Dominicam Quadrages.

Super cathedram Moysi. Matth. 23. c.

Histor. huius Euang. facta est anno Christi 33. die Martis, quæ fuit 22. Martij.

HISTORICE.

Discipulos ac turbas admonebat dñs ne opera scribarum, & pharisæorũ super Moysi cathedram populum instruentium imitaréntur, sed verbis eorũ crederent, & audita perficerent, qm̃ nec ipsi, quæ alios docebat opere implebant, quinimo iugũ alijs graue imponebãt, qđ ipsi ad modicũ ferre recusabãt. Si qñ vero boni quicquam operarentur id, vt laudẽ furarent̃ humanã peragebant: philacteria ac fimbrias magnificant, conuiuorũ ẽt prima diligunt loca, in synagogis ẽt honoratiores optant sedes, salutari reuerenter publice volunt, & magistri vocari, eis vero persuadebat dñs, vt nequaquã talia appeterent cum fratres ex vno patre cęlesti oẽs essent, & quem solum venerarentur præceptorem, sed inter se qui maiori fulgeret dignitate, is oĩum minister aliorum fieret, qm̃ exaltari cupientes deprimẽtur, & humilitatẽ amplectentes maximos consequerentur honores.

Deijcienda sunt dubia ipsa soluendo.

1 DVbit. Cur dominus non loquitur scribis, & pharisæis sicut discipulis, & turbis? Resp. Chrys. super Matt. ꝙ postquam dñs ipsos confuderat, cum cuius esset filius Christus interrogasset, nec fuissẽt ausi amplius eũ interrogare, eorũ incorrigibilitatem ostendens, nunc conuertit sermonem ad populum, & discipulos, nam clerici si male fecerint inemendabiles sunt. Laici vero delinquentes facile emendantur.

2 Dub. Quæ est cathedra Moysi? Rñ. S. Vincen. in sermone, ꝙ est potestas regiminis sæcularis, vel prælationis ecclesiasticæ, quã habebat Moyses. Et vt dicit Lyr. talis potestas post Christi aduentum dr̃ cathedra Christi.

3 Dub. Qui sunt scribæ? vide in epiphania Domini, dub. 31.

4 Dub. Qui sunt pharisæi? vide dominica 3. dub. 15.

5 Dub. An omnia dicta per scribas, & pharisæos debebant seruari? Resp. Chry. super Matt. quòd omnia, s. quæ Dei sunt, & quæ Deus per Moysen in lege deduxit.

6 Dub. Quia nos nõ facimus oĩa quæ Deus mãdauit per Moysen in lege fieri, quia non obseruamus pcepta cerimonialia? Rñ. Orig. super Io. ꝙ non intelligit omnia quæ continentur in lege seruari, sed oĩa quæ ea corrigunt mores, & est hic figura synecdoche.

7 Dub. Cur Christus non monuit eos seruare ea, q̃ continentur in euangelijs? Resp. qui sup. quòd nondum erat tp̃s seruandi præcepta nouę legis, ante s. passionem suam.

8 Dub. Cur inducit eos, ad audiendum scribas, & pharisæos, qui erant ita mali? Res. qui supra, quòd quia accusaturus erat scribas & pharisæos in sequentibus sermonibus, ne videretur apud stultos ex hoc eorum principatum capere velle, vel propter inimicitiam hoc facere, primum a se hanc suspitionem remouet iubens eos scilicet audiri.

9 Dub. Cur generaliter dicit vt non faciant secundum opera eorum, cum aliqui fuerint sanctissimi sicut Zacharias, & Symeon? Res. quod isti duo iam defuncti erant, & loquebatur solum de viuentibus, qui mali erant.

10 Dub. Cur publice redarguit in hoc quod non faciunt, quæ dicunt? ℞ Chrys. in Homi. quòd maxime accusatione dignus est si doctrinæ auctoritatem habens legem transgreditur. Primo quidem, quia pręuaricatur, qui alios corrigere debet. Deinde, quia peccans maiore pœna dignus est propter honorem. Tertio quia plus corrumpit velut in ordine doctorum peccans.

11 Dub. Quæ onera alijs imponebant? Res. Lyra, quia vltra legis præcepta constituerant multa ex suis traditionibus, quæ erant subditis grauia, & importabilia.

Dub.

12 Dub. Cur dicit noluit mouere, & nõ dicit non possunt portare? Resp. Chry. in Hom. ꝙ hoc dicit ad reprehensionem aggrauandam.

13 Dub. Quia videtur, quòd faciant aliqua bona opera, quæ volunt ut homines videãt? Res. quòd licet faciant aliqua opera de genere bonorum, non tamen faciunt ea bona intentione, se propter laudem humanam, & ita non sunt bona formaliter.

14 Dub. Quia qui male agit odit lucem, non ergo videtur, quòd peccata grauia faciant in conspectu hominum? Res. quòd hic est figura sinecdoche, quoniam non intelligit dominus de omnibus generaliter, sed de his quæ videntur bona, vt etiam ipse exemplificat de fimbriis & philacteriis.

15 Dub. Quæ erant philacteria? Resp Lyra post Hiero. ꝙ erant quædam chartæ in quibus scribebantur decẽ præcepta legis, & ponebantur in capite ad modum coronæ, & per hoc significabatur quod debebant legẽ in memoria habere, secundum quod habetur Deut. 6 cap. & dicebantur A phila quod est seruare & thora quæ est lex, quia erant quædam signa seruandæ legis.

16 Dubit. Quomodo dilatabant philacteria? ℞. quod vt viderent̃ cæteris magis religiosi faciebant sibi philacteria lata, ut dicit Ly. sicut aliqui nunc religiosi in habitu obseruãt, cum tamen habitus non faciat monachum.

17 Dub. Quæ dicebantur fimbrię? Res. Hier. super Mat. qđ Moyses iusserat, ut in 4. angulis palliorum iacinthinas fimbrias facerent ad Israel populum discernẽdum, ut quomodo in corporibus circuncisio signum Iudaicę gentis daret, ita vestis haberet aliquam differentiam.

18 Dub. Qũo magnificabant ipsas fimbrias? ℞. Hier. vbi sup. quod ipsi captantes auram popularem, atque ex mulierculis captantes lucra, faciebant grandes fimbrias & acutissimas in eis spinas ligabant, ut videlicet ambulantes & sedentes interdum pungerẽtur, & quasi hac commotione retrahantur ad ministeria seruitutis Dei.

19 Dub. Quia non videtur esse malum quod prælati & doctores teneant loca honorabiliora propter dignitatem quã habent? Resp. Chrys. super Matt. ꝙ dominus non vituperat eos qui in primo loco recumbunt, sed eos qui amant primos discubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum, & ita de cathedris intelligas.

20 Dub. Quia videtur quod salutari in foro sit malum? ℞. quod hoc de se non est malũ, sed hoc uelle sibi reuerenter fieri, ut alii aduertant & eos admirentur, & in hoc gloriari valeant, pertinet ad inanem gloriam.

21 Dub. Quid significat Rabbi? Resp. quod est nomen hæbraicum, & latinè interpretatur magister vel doctor.

22 Dub. An vocari magister sit malum? Res. Ly. quod desiderare scientiam & actũ sciendi non est malum sed meritorium: desiderare autem nomẽ tm̃ doctoratus, est malum, & peccatum superbiæ, si autem desideretur nomẽ & auctoritas magisterij ad hoc, quod scientia iam habita aliquis melius possit vti, non est malum, sed est bonum, quia bonus doctor debet quærere illa, quæ faciunt ad efficaciam suæ doctrinæ.

23 Dubit. Cur ergo dominus de hoc redarguit eos? ℞. Chrys. super Mat. quòd ipsi Pharisæi vocari volebant, & non esse, nomen appetunt & officium negligunt.

24 Dub. Cur non monet discipulos, vt vitẽt primos recubitus, & cathedras, & salutationes in foro, sicut quod non velint vocari magistri? ℞. Chrys. in Hom. quòd præmissorum de quibus pharisæos incusauerat, alta quidẽ sicut parua vitia prætermisit, quasi discipulis de his instrui non indigentibus, sed quod erat omnium malorũ causa, Thronum appetere magistralem, hoc in medium inducit ad discipulos instruendum.

25 Dub. Cum plures alios doceant, & sic sint magistri, qũo Deus solũ dr̃ magister? Resp. S. Tho. 1. par. q. 117 ar. 1. quod homo non põt aliũ docere nisi exterius dum adhibet ministerium, sicut medicus sanans: sed sicut natura interior est principalis causa sanationis, ita & interius lumen intellectus est principalis causa scientiæ, sed vtrumq; horum est a Deo. Et ideo solum de Deo dr̃: qui sanat oẽs infirmitates tuas. ita de Deo dr̃, quod docet oẽm hominem scientiam, inquãtum lumen vultus eius super nos signatur, per quod nobis omnia ostenduntur, & quia homo docens non causat lumen intellectuale discipulo, sicut Deus, ideo homo non ita propriè dicitur magister, sicut Deus.

26 Dub. cur dñs potius nominat cœnas, synagogas, & forum, quã alia loca? Res. quod cũ hi qui gloria inani capiuntur velint videri ab hominibus, ideo de his locis disseruit in quib. vt plurimum fit cõgregatio hominum.

Dub.

27 Dubit. Cur non debemus vocare patrem super terram illum qui nos genuit? Respon. Chrys. super Mat. quòd in mundo quamuis homo hominem generat, tamen vnus est pater, qui eos creauit: non.n. initium vitæ habemus ex parentibus, sed transitum vitæ per eos accipimus.

28 Dub. Cum Paulus dicat se doctorem gentium, cur prohibet vocari patres & doctores magistros? Res. Hier. super Mat. quòd aliud est esse natura patrē, vel magistrum: aliud indulgentia. Nos si hominem patrem uocamus, honorem ætati deferimus, non auctorē nostræ ostendimus vitæ. Magister.n. dr ex consortio veri Magistri, & ne infinita replicem, quō vnus per naturam Deus & vnus filius non præiudicat cæteris ne per adoptionem Dij vocentur & filij, ita & vnus pater & magister non præiudicat, vt alii abusiue vocentur & patres & magistri. Sanctus autē Vinc. in Ser. dicit, quod consuetudinariè & instrumentaliter non reprobatur, quod alij præter Deum dicantur patres, doctores, & magistri ministerialiter & denominatiuè, & sic 2. ad Thim. 1. Apostolus se vocat.

29 Dub. An opera bona debeant fieri publicè vt videantur ab hominibus, vel secretè? R. S. Vin. in Ser. quod homines sunt in dupli ci differentia, aliqui simplicis vitæ, qui solū sibi habent prouidere, & non est necessariū publicare eorum bona opera. Vnde Hieron. in prolog. Bibliæ ait, sancta rusticitas solum sibi prodest. Alii autem transmittuntur a Deo, non solum sua purgantes peccata, sed ad alios docendum & verbo & exemplo, tales debent publicare eorum bona opera in exemplum aliorum, vt dr Matt. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant, &c. Nam Christus nunquam prohibuit bona opera manifestari, sed prohibuit ne faciens quæerat videri ab hominibus: opera igitur vestra videantur, non vos, propter quod notanter hic Christus dicit, omnia opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus ipsi.

30. Dub. An liceat appetere doctoratum, vel pontificatum? Resp. S. Thom. in quodlibetis quodlibe. 3. art. 9. quòd oportet considerare triplicem differentiam cathedræ magistralis ad cathedram Pontificalem. Quarum prima est, qđ ille, qui accipit cathedram magistralem non accipit aliquam eminentiam, quam prius non habuerat, sed solum opportunitatem cōicandi scientiam, quam prius non habebat. Non.n. ille qui licentiat aliquem dat ei scientiam, sed auctoritatem docendi. Ille vero qui accipit cathedram Episcopalem, accipit eminentiam potestatis, quam prius non habebat. Secunda differentia est quòd eminentia, quæ requiritur ad cathedram magistralem est perfectio hominis secundum seipsum, alia vero est hominis per comparationem ad alium. Tertia ꝙ ad pontificalem fit homo idoneus per charitatem excellentem, sed ad magistralem per sufficientiam scientiæ. His ergo consideratis, manifestū est, ꝙ appetere aliquid quod pertinet ad perfectionem sui ipsius est laudabile, vnde appetitus scientiæ est laudabilis. Sapien. 6. c. Concupiscentia sapientiæ conducit ad regnum perpetuum. Appetitus autē potestatis super alios est vitiosus. Appetitus tamen doctoratus potest turpitudinem continere ratione præsumptionis, quę esset, si ille qui non est idoneus ad docendum peteret docendi officium, sed hæc præsumptio non ęqualiter est in petentibus licentiam ad docendum, & in petentibus pōtificatum. Nam scientiam per quā aliquis est idoneus ad docendum, potest aliquis scire per certitudinē se habere. Charitatem aūt per quam aliquis est idoneus ad officium pastorale, non potest aliquis scire per certitudinem se habere: & ideo semper est vitiosum pontificatum petere, non semper autem vitiosum est petere licentiam docendi, quamuis honestius sit, quòd per alium petatur, nisi forte ex causa aliqua speciali.

31 Dub. Quæ pœna est doctoris ignorantis Respond. qui supra, quod est ambitiosus, & per ambitionem peccat, cum appetitus talis honoris sit inordinatus, quoniam si aliquis appetit testimonium de excellentia quam non habet, quod est appetere honorē supra suam proportionem. Hoc tenet Glo. in Clementina cum sit nimis, de magistris: & etiam malorum doctorum doctrina mala est. 1. q. 7. ca. conuenientibus, & defectus scientiæ intolerabilis est etiam in laicis, ut dicit Gl. in c. si forte, de magistris, in 6. & 38. dis. ca. si in laicis doctoratus etiam eorum est sine fructu, & cū peccato, vt dicit Zabarella super clem. cum sit, de magistris: quia sunt multi doctores nominis, pauci uero re. Et tales debent priuari doctoratu, ut dicit do. Panor. extra de magistris, c. 1. in fi. Imo si in doctoratu fuisset idoneus, & post factus esset

inutilis

inutilis debet degradari à doctoratu. vt in l. grāmaticos, c. de profess. lib. 10. facit lex ut gradatim, in §. reprobari. ff. de mun. & ho. & in l. sed & reprobari. ff. de excu. tut.

32 Dub. Quia cum Deus nō habeat partes si est in cælis, erit ibi totus, & sic non erit vbi que? ℞. S Th. 1 par. q. 8. ar. 2. quod totum dr̄ rōne partium. Est autem duplex pars, s. essentialis, vt materia, & forma dn̄r partes cō-positi: & genus, & differentia partes speciei Alia est pars quantitatis, in quam s. diuidit aliqua quantitas: quod ergo est totum in ali quo loco totalitate quantitatis, non potest esse extra locum illum, quia quantitas loca ti commensuratur quantitati loci. vnde non est totalitas quantitatis, si non sit totalitas lo ci, sed totalitas essentiæ non commensuratur totalitati loci; vnde non oportet illud, quod est totū totalitate essentiæ, in aliquo, nullo modo sit extra illud, sicut apparet etiam in formis accidentalibus, quæ per acci dens quantitatem habent. Albedo enim est tota in qualibet parte superficiei, si accipiatur totalitas essentiæ, quia secundum perfectam rationem suæ speciei inuenit in qualibet parte superficiei: si autem accipiatur totalitas, secundum quantitatem quam habet per accidens, sic non est tota in qualibet parte superficiei, in substantijs autem incor poreis non est totalitas, nec per se, nec per accidens, nisi secundum perfectam rationē essentiæ, & ideo sicut anima est tota in qualibet parte corporis, ita Deus est totus in omnibus, & singulis.

33 Dub. Quia non vr̄, quod homo cuilibet se debeat subiicere, qm̄ vt Aug. dicit in regula, ne dum nimium seruatur humilitas, re gendi frangatur auctoritas? ℞. S. Tho. 2. 2. q. 161. ar. 3. quod in homine duo possunt considerari, s. id quod est Dei, & id qd̄ est hoīs: hoīs est quicquid pertinet ad defectum, sed Dei est quicquid pertinet ad salutem, siue perfectionem: humilitas propriè respicit re uerentiam, qua Deo homo subijcitur. Et id eo quilibet homo, s̄m id quod suum est, debet se cuilibet proximo subijcere quantū ad id quod est Dei in ipso. Non autem hoc requirit humilitas, vt aliquis id qđ est Dei in seipso subiiciat ei, quod est Dei in altero. Nā illi qui dona Dei participant, cognoscūt se illa habere, s̄m illud primæ ad Cor. 2. vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, & ideo absq; p̄iudicio humilitatis possunt dona quę ipsi acceperūt p̄ferre donis Dei quę aliis apparēt collata, sicut ad Eph. 3. Apostolus dicit, aliis ḡnationib. non est agnitum filiis hoīum. Sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius: silr̄ ēt non hoc req̄rit humilitas, vt aliquis id, quod est suū in seipso subiiciat ei q̄ est hominis in p̄ximos, alioquin oporteret, vt quilibet reputaret se magis peccatorem quolibet alio, cum tn̄ Apostolus absque præiudicio humilitatis dicat ad Gal. 2. nos natura Iudæi, & non ex Gentib. peccatores: potest tn̄ aliquis reputare aliq d boni esse in proximo, quod ipse non habet, vel aliquid mali in se esse, quod in alio non est, ex quo se potest ei subiicere per humili tatem, quæ sicut cæteræ virtutes præcipuè interius in anima cōsistit. Et ideo potest ho mo s̄m interiorem actum animæ alteri se subiicere, sine hoc q̄ occasionē habeat alicuius, quod pertineat ad detrimentum suæ salutis. Et hoc est quod Aug. dicit, in regula, honore coram vobis p̄latus sit vobis, timore coram Deo, subtractus sit pedib. vestris, sed in exteriorib. humilitatis actib. sicut & in actibus cæterarum virtutum est debita moderatio adhibenda, ne possint vergere in detrimentum alterius. Si autem aliquis, quod decēt faciat, & alii ex hoc occasionē sumāt pec cati, nō imputat̄ humiliter agēti: q̄a ille non scandalizat, quamuis alter scandalizetur.

34 Dub. Quia si omnis qui se exaltat humiliabitur, sic se exaltando se humiliat: sed qui se humiliat exaltabitur, ergo qui se exaltat exaltabitur de primo ad vltimum? ℞. super Matth. sic glossando, omnis qui se de suis meritis extollit, apud Deum humiliabitur, & qui se de benefactis humiliat, apud Deum exaltabitur. Et cum arguitur, qui se exaltat humiliabitur, conceditur, & quando subinfertur, & sic se humiliat negatur, quia non se humiliat, sed violenter humiliatur, & ita non sequitur, quia non valet consequentia de primo ad vltimum, quando consequentiæ intermediæ variantur, sicut hic: quia primo humiliabitur capitur passiuè, & postmodum humiliat actiuè.

Allegoricè, Tropologicè, & Anagogicè.

Significat hæc historia Euangelica pastores & prælatos Ecclesiæ malos (q̄ sedēt sup cathedrā Moysi) qui fuit saluatus de aqua, & ipsi super cathedram Christi, qui nos sal uat per aquam, quibus tamen obedire debemus

bemus propter potestatem quam habent à Deo, nec curemus sequi vitam malam, sed amplectamur eorum salutaria monita, & suscipiamus pœnitentias per eos nobis iniunctas, quamuis graues, vt sic humiliati à Deo exaltemur in æterna gloria. Amen.

FERIA QVARTA POST II. Dominicam Quadrag.

Ascendens Iesus Hierosolymam. Matt. 20.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die Mercurij, 16. Martij.

HISTORICE.

Hierosolymã ascendens dñs, oĩa quæ contra eum pacturi essent Iudæi opprobria, clã prænunciauit duodecim, quos secũ ducebat discipulis, seq; post mortem tertia resurrecturum die. Natorum autem Zebedæi genitrix eum adorans postulabat, ut eius in regno vnus suorum ad dexteram sederet filiorum, & ad sinistram alter: quibus quod quid peterent ignorarent obiurgatis, sciscitabať, an quem ipse potaturus esset calicem, ipsi bibere possent: id vero eis affirmantibus se posse peragere, fidem dedit se eis hoc præstaturum, q vero petebant patris sui interesse quib. disposuerat elargiri: indignantib. autem decẽ duos aduersus fratres, admonuit dominus ne gentium principib. similes essent, qui subditis dominantur, sed eorũ qui cęteros præire vellet, omnium seruus ac minister efficeretur, quemadmodũ & ipse non vt sibi seruiretur venerat, sed famulari, & suã pro pluribus redimendis vitam dare.

In solutione dubiorum require in dominica in quinquagesima. dubia principij huius Euangelij vsq; ad 15. dubium inclusiue.

1 DVBITATVR. Cur dicit, ecce? Resp. Chrys. super Matt. qđ ecce constantiæ sermo est, vt memoriæ præsentia huius in cordibus recondant.

2 Dubit. Cur prædicit eis resurrectionem? Resp. Ly. quòd ne Apostoli eius morte audita absorberentur præ tristitia.

3 Dub. Quæ erat mater filiorum Zebedæi? Respon. Iacob. de Vorag. quòd fuit Maria filia sanctæ Annæ ex Solome tertio viro, quã in vxorem accepit Zebedæus, & ex ea genuit Iacobum, & Ioannem Euangelistam. Vnde versus,

Anna solet dici tres concepisse Marias,
Quas genuere viri Ioachim, Cleopas, Salomeq;.
Has duxere viri Ioseph, Alpha⁹, Zebedaus.
Prima parit Christũ, Iacobũ secũa minorẽ,
Et Ioseph iustum peperit cum Simone Iudã.
Tertia maiorẽ Iacobum, volucremq; Ioãnẽ.

4 Dubit. Vnde venit mater filiorum Zebedæi ad Christum? Resp. Chrys. super Matth. quod mortuo Zebedæo viro suo, Christi vestigia sequebatur.

5 Dubit. Qũo adorauit? ℞. qui sup. q reuerentiã exhibuit, vt quod peteret sibi dareť.

6 Dub. Cur non dicitur in specie quid primo petierit? ℞. Ly. q petiit ĩ generali, vt ex concessione facta in generali primo, minus posset postea sibi denegari in speciali.

7 Dub. Cur petijt vt sederent filii cum Iesu? Resp. Ly. post Hier. quòd Iudæi æstimabant Christum regnaturum temporaliter, de quo prophetatũ fuerat, quod regnaret: & quia dixerat q tertia die resurgeret, æstimabat ipsa mulier eum illico post resurrectionem regnaturum, ideo petiit, &c.

8 Dubita. Cum dominus secreto discipulis hoc prædixerit, quomodo potuit ipsa scire? Resp. q vt Marcus dicit, filios id petijsse, & ita mater ex voluntate filiorum rogauit, & sibi ipsi hoc reuelauerant.

9 Dubi. Cur Christus interrogat quid vellet, cum sciret ipsam hoc velle? Resp. Lyr. q non petit vt inscius, sed ut petitio sua postea conuenientius ostendatur irrationabilis.

10 Dub. Quid eis proficiebat sic sedere? Res. quod quęrebat ipsos esse collaterales, & maiores in regno Christi, & super omnes alios in eius regno.

11 Dub. Cur dñs respondet filiis, & non matri petenti? Resp. Ly. quia sciebat preces matris ex filiorum procedere voluntate.

12 Dubit. Cur potius hoc, q̃ aliud petebant? ℞. Ly. quia primatum cathedrę petebant, in quo timebant sibi Petrum pręferri.

13 Du. Cur arguit eos, quod nescirent quid peterent? Respond. Hier. in Hom. q non est mirum, quoniam etiam de Petro dicitur, q ne sciret quid peteret.

14 Du. Quomodo nesciebant quid peterẽt? Resp. Raba. super Matt. quia sedem glorię, quam nondum merebantur inquirunt, delectabat eos culmen honoris, sed prius habebant exercere viam laboris.

15 Dub. Quid est bibere calicem dñi? Respõ. Hier.

Hier. super Mat. ꝙ calicem in scripturis diuinis, passionem intelligimus, ut in Ps. 115. Calicem salutaris accipiam. statimq; infert quis sit iste calix, Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. & hic est una figura, quæ dicitur ęnigma.

16 Dub. Cur interrogat si possunt pati, cum hoc sciret? Res. Chry. super Mat. ꝙ dñs sciebat eos passionem suam posse imitari. Sed idō interrogat ut omnes audiamus, quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem Christi fuerit imitatus.

17 Dub. Cur sub ęnigmate loquitur dominus? Resp. Chry. in Homi. quia ex hoc mō interrogationis magis eos attrahit, quàm si diceret, potestis effundere sanguinem?

18 Dub. Cur de morte eorū loquitur? Resp. qui supra, quod ideo, quasi diceret, Vos mihi de honore, & coronis loquimini. Ego autē de agonibus vobis, & sudoribus, non .n. hic est præmiorum tempus.

19 Dub. Cur dicit, quem ego bibiturus sū? Res. Remig. super Mat. vt ex communione, ad ipsum audiores fiant.

20 Dub. Cur ita prompte respondent, possumus? Res. qui supra, quia iam martyrij libertatem constantiamque retinebant, bibituros se pollicentur.

21 Dubi. Cur dominus dicit, bibetis, & non bibere poteritis? Resp. quòd hoc dicit dominus respiciēs ad eorum futurā perfectionē.

22 Dub. Quia non videtur, quod calicem domini biberint, cum non fuerint crucifixi, & Ioannes non passus fuerit martyrium? Respon. Chry. super Mat. ꝙ passionem domini dicimus non solum crucifixionem, & persecutionem gentium, sed omnem uiolentiam, quam patimur contra peccata certantes. Iacobus autem decollatus est. Ioannes vero, ut Hiero. dicit se legisse in ecclesiastica historia, propter martyrium missus est in feruentis olei dolium, & relegatus in Pathmos insulam, & ita animus martyrio non defuit, & ipse bibit calicem confessionis, quem & tres pueri in camino ignis biberunt: licet persecutor non fuderit sanguinem.

23 Dub. Quō non poterat Christus dare ut secum sederent, qui erat Deus unus cum patre? Res. Orig. super Matth. sic glossando, non est meum dare uobis. i. superbis talibus sicut uos estis, sed humilibus corde, quibus paratum est à patre meo.

24 Dub. Cur non respondit eis affirmatiuè, uel negatiuè? Resp. Hie. super Matt. ꝙ non dixit. Non sedebitis, ne duos confunderet: nec dixit sedebitis, ne cæteros irritaret.

25 Dubi. Cur non petunt sedere ad dexterā patris, sed Christi? Res. S. Th. 3. par. q. 58. ar. 4. ꝙ Christus dicitur sedere ad dexterā patris, inquantum secundum naturam diuinā est in æqualitate patris: secundum aūt humanam naturam in excellenti possessione diuinorum bonorum prę cęteris alijs creaturis: utrumque autē soli Christo cōuenit. Vnde nulli alij conuenit, nec Angelo, nec homini sedere ad dexterā patris, nisi Christo: sedere autem ad dexteram vel sinistrā Christi, est habere excellentiam præ alijs in participādo iudiciariam potestatem eius. Et ideo filij Zebedæi non petebant sedere ad dexteram uel sinistram patris, sed Xpi.

26 Dub. An isti duo sedeant nunc ad dexterā & sinistrā Christi? Res. Iacobus de Vora. in legenda Sanctorum, ꝙ quia per sinistrā uita præsens designatur, & per dexteram uita beata figuratur, ideo ambo sedent ad sinistram, quia eorum corpora in hac uita in multo honore, & gloria habentur. Et licet corpus beati Ioannis non inueniatur, eius tñ sepulchrū in maxima ueneratione habetur: sedent ad dexteram, quia in cœlo eorū animæ beatificantur, & post resurrectionem contemplantes diuinitatem Christi sedebunt ad dexteram, & ad sinistram: quia delectabuntur in uisione humanitatis eius; & etiam potest dici, ꝙ in præsenti uita sedent ad dexteram & sinistram: qm̄ dextera cœli est oriens, sinistra uero occidens. Sedet ergo Ioannes a dexteris, quia sepulchrum habet ex parte orientis. Sedet Iacobus à sinistris, quia quiescit ex parte occidentis.

27 Du. Quibus paratū ē sedere à patre? Res. Ly. ꝙ uere humilib. & spūalia sapientibus.

28 Dubi. Cur indignati sunt decem contra duos, & non contra matrem, quæ petebat? Resp. Chry. in Homil. dicens, quod decem intellexerunt, quòd hec petitio duorum fuit, quoniam dominus eos increpauit.

29 Dubi. Quomodo ad se uocauit, qui erāt præsentes? Respon. qui supra, quia turbati erant, uocatione eos consolatur de propinquo eis loquendo. Etenim duo à societate decem seipsos separantes propius stabant seorsum domino loquentes.

30 Dubi. Quia non uidetur malum, ꝙ principes

cipes gentium dominentur suis subditis? Res. Orig. super Mat. q. principes nõ contẽti tñ regere suos subditos violenter eis dominari nituntur, quod inquitur, cum dicitur, potestatem exercent: & hoc est malum.

31 Dubi. Cur Papa, & Prælati exercẽt potestatẽ in subditos cõtra preceptum domini? Res. S. Th. 2. sen. dis. 44. q. 1. ar. 4. & q. 2. in fine libri ad 4. q. potestas dupliciter exerceri potest. Vno mõ quantũ ad debitum regimen subditorũ, & ordinare potestatẽ suam ad bonum subditorũ, & hanc exercere Xp̃s non prohibuit imo præcepit dando claues Petro, & eidem dicens, pasce oues meas. Alio modo potestas exercetur ad dominandũ sicut tyranni ad subditos, qui ordinant ptãtem suã ad vtilitatem propriam, & non subditorũ, & vt plurimũ est ambitiosa, quia violenter super alios vult esse, & hanc dñs prohibuit, nec talẽ exercere dicunt summi Pontifices, q. alij Prælati Ecclesiæ, & maxime Papa, qui habet vtrãque potestatem, s. spũalẽ, & temporalẽ, cũ sit rex, & sacerdos.

32 Dubi. An homo debeat se omnibus inferioribus subijcere. Vide in Euangelio præcedenti dub. 33.

33 Dubi. Quia videtur, q. Christus venit ministrari, q. a Martha, & Angeli ministrabant ei? Resp. Orig. super Mat. q. si sibi ministratum fuerit à prædictis, non tamen venit, vt ministraretur ei, sed vt ministraret, put fecit, & dedit animam suam in redemptionem pro multis.

34 Dub. Cum Christus dicatur Saluator mũdi, videtur, q. uenit dare animam suam pro omnibus, & non solum pro multis? Resp. S. Vinc. in Ser. q. passio Christi potest cõsiderari secundum sufficientiam, & sic uenit dare animam suam pro omnibus sufficienter, imo superabũdanter. 1. ad Thi. 2. Vnus est mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus: uel potest considerari secundum efficaciam, & sic non habet efficaciam in omnib. & sic Christus efficaciter venit dare animã suã pro multis: sicut si qs solueret preciũ pro omnibus captiuis redimendis, & aliquis eorũ nollet exire à captiuitate, ille soluisset pro omnib. sufficienter, sed nõ efficaciter, nõ rõne sui, sed rõne nolẽtis liberari: & ita passio Christi non prodest Iudæis, Sarracenis, nec malis Christianis, nõ ratione Christi, sed pp peruersitatẽ eorũ.

ALLEGORICE.

Vide dñica prima in Quinquagesimã. [per matrem vero filiorũ Zebedæi, & filios petentes sedere] significantur amatores sæculi, & eius gloriæ, quæ fluit, [qui adorãt] i. omnibus se subijciunt, vt eam adipiscantur [& quærunt sedere à dextris] exultando in prosperis [& nolũt sedere à sinistris] persecutionis, & aduersitates patienter tolerando: & à domino redarguuntur, [quia nesciunt quid petunt] quia in gloria sæculi non est vera salus, & ipsam quærentes, ut plurimum quærũt ruinam corporis, & quasi semper animæ, sed gloriã veram q̃rentes [bibant calicẽ] tribulationum, Christũ imitantes [quod decẽ.] qui sunt in numero perfecto [indignantur de duobus] qui sunt in primo numero, significat, q. q̃nque hi, qui putant se esse perfectos, indignantur de incipientibus tendere ad pfectionẽ, q. Christus admonet, vt inuicẽ fratres existãt, significat prælatos Ecclesiæ discordantes, & superbiẽtes, ad vnionẽ & humilitatem reducentes.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex sacro Euangelio, ut ambitionem, & iactantiam fugiamus, & patienter calicem acerbitatum bibamus, & non indignari fratribus inferioribus, sed charitatiue eos admonere, & pro eis quatenus expediat animam ponere, Christi exemplo.

ANAGOGICE.

Eleuamur in contemplationem cęlestis patriæ, in qua electi regnabunt cum Christo, sedentes super thronos, & dispositum regnũ à Christo & patre possidebunt, edentes & bibentes super mensa sua, ut qui bibẽdo calicem eius passionis eidem conformati sunt in vita, post mortem participes efficiãtur calicis gloriæ eius, fugatis omnibus indignationibus: quia omnes sua beatitudine contenti erunt: fratresq; inter se erunt, & omnes filij Dei vocabuntur, qui est benedictus in sęcula.

FERIA V. POST SECVNDAM Dominicam Quadragesimę.

Homo quidam erat diues. Luc. 16. c.

Hæc uerba locutus est dominus anno ætatis suæ 32. dominica die 27. Septembris.

HISTORICE.

Quidam hõ diuitijs abundans, purpura, byss-

byssoq; amictus splédide dieb. singulis epulis operā dabat. Lazarus aūt q dā médicans ulcerū multitud ne oppressus penes epplonis ianuā iacés, ut fami eius satisfieret, rogabat, ut de cadétib. micis ex mensa sibi aliqua cōtribueret portio, nec q largiret adesat: compatientes uero canes lambebant vlcera eius. Ambobus aūt uita functis, cum ex inferis (in quib. detrusus diues fuerat) Lazarum in Abrahæ sinum (quo ab Angelis delatus fuerat) intuitus fuisset, Patriarcham deprecabatur quatenus ad suæ linguæ ardētis refrigerium præstandum mitteret Lazarum, aquis guttam ut deferret: cum aūt id fieri posse negasset pr, quoniam delitijs sua in uita abundasset, & aduersa Lazarus pertulisset, iustumq; esse, ut pro gloria pœnas daret, & alter pro laborib. præmia reportaret, nec posse inter eos celebrari cōmercia, cū chaos intersit magnū; cūq; ut saltem qnq; eius fratribus, ut eos ne talia post mortē supplicia cruciarent, oraret mittendū, cui fidé quā sacris scripturis amplioré darét cū uita excessisset? Resp. q. si Moysi, pphetarumq; dictis non credebant, nec quoq; defunctis, si mitterentur, acquiescerent.

Nodanda sunt dubia & soluenda.

1 DVBITATVR. An ueraciter hæc gesta sint? Resp. Amb. super Lu. q. narratio magis, q̃ parabola vr, qn etiam nomen exprimitur: parabola uero illa est, ubi exemplum ponitur, & tacentur nomina.

2 Dub. Cur dñs introducit hanc parabolā? Res. Beda, qm dñs supra admonuerat facere amicos de mammona iniquitatis. Pharisæi hoc audiétes deridebant eū, ideo vt uerbis suis crederent, exemplis astruit, hanc narrationem post uerba deducens.

3 Dub. Quis, cuius religionis, & unde erat iste diues? Res. Greg. in Hom. & S. Vinc. in sermone, qđ nomina reproborum non sunt nota apud Deū notitia approbationis, sed deleta sunt de lib. vitæ: cognomen sortitur post mortem, quia damnatus; quod cognomen nunquam deficiet: uillam non ponit quia perpetuo erit incola inferni: religione & gente Iudæus erat, quia ipse Abraham prēm uocat, & Abraham ipsum filium nominat. Landulphus tamen dicit, qđ quidam asserunt hunc fuisse Nabal, quem Dauid voluit occidere, quia noluit victualia dare suis. 1. Reg. 25. c.

4 Dub. An possessio rerum sit homini naturalis? Resp. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 1. q. res exteriores pnt dupliciter cōsiderari. Vno modo quātū ad earū naturā, & sic non subiacent humanæ ptāti, sed diuinæ, cui oīa ad nutū obediūt. Alio mō quantū ad vsum ipsarum rerum, & sic homo habet naturale dñium oīum exteriorum rerum; quia ipsis potest uti ad sui utilitatem per rationé, & voluntatem. Vnde in Psal. 8. dicitur. Omnia subiecta sunt pedibus eius s. hominis. Et Gen. 1. præsit piscibus maris, &c.

5 Dub. An liceat homini possidere res exteriores tanq̃ pprias? Resp. qui supra art. 2. q. circa res exteriores duo cōpetunt homini, quorū vnum est ptās pcurandi, & dispésandi, & quantum ad hoc licitum est, q. homo ppria possideat, & est ét necesse ad humanam uitam pp tria. Primo, quia est magis sollicitus vnusquisq; ad pcurandum aliquid quod sibi soli competit quam id, quod est commune omnium, uel multorum: quia vnusquisq; laboré fugiens relinquit alteri id, quod pertinet ad commune sicut accidit in multitudine ministrorum. Secundò, quia ordinatius res humanæ tractant si singulis immineat ppria cura alicuius rei pcurandæ: esset autem confusio si qlibet indistincte quælibet pcuraret. Tertio, qa pp hoc magis pacificus status hominum conseruat, vnusquisq; re sua contentus est, qm inter eos, qui communiter, & ex indiuiso aliqd possident, frequenter iurgia oriunt. Aliud uero qđ cōpetit homini circa res exteriores, & vsus ipsarū, & quātū ad hoc non dēt homo hr̄e res exteriores ut pprias, sed vt communes, ut s. de facili aliquis eas cōicet necessitatib. aliorum. Vñ Amb. 47 dis. c. sicut hi, dicit, esuriétiū panis est quem tu detines, nudorum induméntum est quod tu recludis, miserorum redéptio, & absolutio est pecunia, quā tu in terram fodis. Et licet ius naturale disponat non esse distinct oē possessionū, non tñ dictat oīa esse possidenda communiter, & nihil esse quasi pprium possidendum: & secūdum ius naturale non est distinctio possessionum sed potius secundum humanum conditum, quod pertinet ad ius positiuū, & ita superadditur iuri naturali per adinuentionem rationis humanæ.

6 Dub. Quid est purpura? Resp. Amb. sup Lu. q. color Regij habitus est, e cōchis marinis ferro circūcisis emissa, & coloris rubei.

7 Dub. Quid est byssus? Resp. qui supra, q̄ est genus lini candidi & nobilissimi, & nascitur in Aegypto.

8 Dub. An peccatũ sit epulari splẽdidè? Respõ. S. Th 2 2. q. 148. ar. 1. & 2. q̄ gula non noĩat quẽlibet appetitum edendi, & bibẽdi, sed inordinatum, & dr̄ inordinatus ex eo, q̄ recedit ab ordine rõnis, in quo bonũ virtutis moralis consistit. Ex hoc aũt aliq̃d dr̄ esse pctm̃ qđ virtuti contrariat̃, & isto mõ gula est pctm̃; & qm̃ ordo rõnis cõcupiscentia inordinationis dupl̃r tolli põt. Vno modo q̃tũ ad ea, q̃ sunt ad finẽ, put s. non sunt ita cõmensurata, ut sint ꝓportionata fini. Alio mõ quantũ ad ipsum finẽ, put s. cõcupiscentia hoĩem auertit à fine debito. Si ergo inordinatio concupiscentię accipiat̃ in gula ẽm auersionem à fine vltimo, sic erit peccatum mortale: qđ q̃dem cõtingit qñ delectationi gulæ inhæret, nõ tãquã fini, pp quẽ Deum cõtẽnit, paratus s. contra ꝑcepta Dei agere, vt delectationes hmõi cõsequat̃. Si uero in vitio gulę intelligit̃ inordinatio cõcupiscentię, tm̃ ẽm ea q̃ sunt ad finem, vtpotè q̄a nimis cõcupiscit delectationes ciborum, non tamen ita, q̄ pp hoc faceret aliquid contra legem Dei, est peccatum ueniale.

9 Dub. Quia Mat. 15. dr̄, quod intrat ꝑ os non coinquinat hoiem, & sic vr̄ q̄ non sit peccatum gula? Resp. qui supra, q̄ illud dictum Christi intellig t̃ quo ad naturam cibi; qm̃ Iudæi credebant quosdam cibos ex sui natura inquinare hominem, & ideo contra eos dominus prædicta dicit.

10 Dub. Quot modis peccat hõ ꝑ gulam? R. q. supra, ar. 4. q̄ ẽm Greg. 30. Moral. quinq; modis quis in hoc peccat, & continentur in hoc versu. Præpropere, laute, nimis ardenter, studiose. q̄ sic declarat̃: nam in esu duo considerant̃ s. ipse cib. qui comedit̃, & eius comestio: inordinatio ergo concupiscentiæ potest attendi dupl̃r. vno mõ quãtum ad ipsum cibum qui sumitur, & sic quantum ad substantiã uel spẽm cibi quærit aliquis cibos lautos. s. pciosos: quantum ad qualitatẽ q̃rit cibos nimis accurate ꝑparatos, i. studiosè: quantum aũt ad quantitatem excedit nimis in edẽdo. Alio vero mõ attẽditur inordinatio cõcupiscentiæ quantũ ad ipsam sumptionẽ cibi, vel q̄a ꝑuenit debitũ tp̃s comedendi, q̄ est ꝑpropere, uel quia non seruat modũ debitũ in edendo, quod est ardenter.

11 Dub. Quæ sunt filiæ gulæ? Resp. q. supra, ar. 6. q̄ quinq; s. inepta lætitia, scurrilitas, immunditia, multiloquiũ, & hebetudo mẽtis, qm̃ illa uitia inter filias gulæ computantur, quæ ex immoderata delectatione cibi & potus consequuntur, quæ p̃nt accipi uel ex parte aĩæ, uel ex parte corporis. Ex parte aĩæ quadrupliciter. Prima quantum ad rõnẽ, cuius acies hebetatur ex immoderatione cibi & potus, & sic filia gulæ ponitur hebetudo sensus pp fumositates ciborum perturbantes caput. Secundo quantum ad appetitum, qui multipliciter deordinatur per immoderantiam cibi & potus, quasi sopito gubernaculo rationis: & quantũ ad hoc ponitur inepta lætitia, quia omnes aliæ inordinatæ passiones ad lætitiã & tristitiã ordinantur. Tertio quantum ad inordinatũ verbũ, & sic ponitur multiloquiũ, vt Gre. dicit in pastorali. Nisi gulę deditos immoderata loquacitas raperet, diues ille qui epulatus quotidie splẽdide dr̄, in lingua grauius non arderet. Quarto quãtũ ad inordinatũ actũ, & sic ponitur scurrilitas. i. iocularitas quædã ꝑueniens ex defectu rõnis. q. sicut non põt cohibere verba, ita non põt cohibere exteriores gestus, vñ ad Ephe. 5. c. sup illud aut stultiloquium, dicit Gl. q̄ à stultis scurrilitas dr̄. i. iocularitas, q̃ risum mouere solet, quãuis vtrumq; horũ possit referri ad uerba, in q̃b. contingit peccare vel rõne supfluitatis, qđ ptinet ad multiloquium, vel rõne inhonestatis q̄ ptinet ad scurrilitatem. Ex parte aũt corporis ponitur immũditia, quæ põt attendi, siue ẽm inordinatam emissionem quarumcunque superfluitatum, vel specialiter quantum ad emissionem seminis.

12 Dub. Quia byssus & purpura in laudem fortis mulieris Prou. 31. inducitur, ergo vr̄ q̄ nõ sint in vituperium huius diuitis? Res. q̄ ad denotandũ victoriam mulieris bonæ contra uitia assignatur sibi purpura uestis regalis & victoriæ, & byssus ad denotãdam eius puritatem & innocentiam, sed hic vituperatur iste diues, quoniam eis abutebatur, cum non fuerit victor, nec innocens.

13 Dub. An liceat facere cõuiuia? Res. Gre. primo Moralium. q̄ celebrari sine culpa cõuiuia uix possunt, quia pęne semper concomitatur voluptas, nam cum corpus in refectionis delectatione resoluitur, cor ad inane gaudium relaxatur.

14 Dub. An vti preciosis vestibus sit peccatum? Resp. Sanctus Tho. quodlibe. 10. ar. 14. quod

quòd aliter dicendum est de persona publica, in qua consideratur status dignitatis, & propriæ personæ conditio, circa quæ duo taliter se debet habere ne auctoritatis dignitas veniat in contemptum, nimis vilibus vestibus vtendo, & ne ipse in superbiam efferatur nimis sumptuosas portando; in eo autem qui est priuata persona virtuosum est si propter propriam humilitatem abiectioribus indumentis vtatur, etiam quam status proprius requirat. Vnde Greg in Homil. si abiectio preciosi indumenti virtus non esset, Euangelista de Ioanne vigilanter non diceret, Erat indutus pilis camelorum: licitum est cũ vt ſm modum propriæ personæ preciosis vtatur, sed peccatum est si propriũ modum excedat; & quia preciosum dicitur relatiue, sicut & magnum, cum id qđ est preciosum vni, non sit alteri pciosum, pciositas vestiũ semper sonat in excessum pprij modi, & ſm hoc semper est peccatũ pciosis vestibus vti. Vnde Gre. in homil. dicit. Nemo quippe vestimenta pciosa nisi ad inané gloriã quærit, ut honorabilior cæteris esse videatur: nam quia p sola inani gloria pciosum vestimentum quæritur, ipsa res testatur, quòd nemo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi ab alijs non possit videri.

15 Dub. Quis fuit iste Lazarus? Resp. Cyrillus super Lucam, dicens, quòd refert traditio Iudæorum, Lazarum quendam fuisse tunc temporis in Hierosolymis extrema pressum inopia. & infirmitate, cuius meminit dominus, introducẽs eum in exemplum ad maiorem sermonis manifestationem.

16 Dub. Cur iacebat? Res. ꝙ quia erat vlceribus plenus, & ex infirmitate, & doloribus non poterat stare, vel sedere.

17 Dub. Cur nomẽ pauperis ponitur, nõ diuitis? Res. Greg. in Homi. ꝙ in populo plus solent nomina diuitum, quàm pauperum sciri: sed dominus nomen pauperis dicit, quia Deus humiles nouit atque approbat.

18 Dub. Cur nõ recedebat ex quo nullus sibi aliqd dabat? Resp. Chry. super Luc. ꝙ ne diues diceret non vidi, nemo mihi nunciauit, videbat eũ iacentẽ exiens, & reuertens.

19 Dubi. Cur potius cupiebat saturari q̃ sanari? Res. qui supra, ꝙ ægrotatio habet aliqđ solatiũ si opes habet, quanta ergo in isto pœna est, in quo inter tanta vulnera non meminit dolores plagarum, sed famem.

20 Dub. Cur nõ dabat ei de illis micis, quæ cadebant de mensa? Res. Amb. super Lucã. quòd diuites sunt ita propriæ conditionis immemores, ut tanquã supra naturã siti de miserijs pauperum incentiua suarum capiant voluntatum, rident inopem, insultant egenti, & quorũ misereri decet, his auferũt. Et Aug. de verbis dñi. Inexplebilis auaritia diuitũ nec timet Deũ, nec hoĩem veretur, non parcit patri, nec amico fidem seruat, viduam opprimit, rem pupilli inuadit.

21 Dub. Cur canes lingebãt eius vlcera? Res. Gre. in homi. quòd ad testandum quod nemo ei ad visitandum aderat.

22 Du. An animę indigeant portari ab angelis? Resp. S. Thom. in 4 sen. q. 2. art. 3. q. 1. quòd non propter indigentiam, sed propter reuerentiam.

23 Dub. Cur deferuntur ab Angelis? Res. Iacobus de Vorag. in sermo. quod animæ, & etiam corpora gloriosa post resurrectionem deferuntur ab angelis quantum ad reuerentiam, sicut episcopi portantur, qñ intronizantur propter custodiam, quoniam angelis suis Deus mandauit, & propter lętitiam.

24 Dub. Cur plures angeli portauerũt? Res. Chrysost. super Lucam, ꝙ ut facerent chorum lętum.

25 Dub. Quid est sinus Abrahę? Res. S. Tho. in 4. dist. 1. in litera, ꝙ erat limbus patrum. in quo distincti erant sancti ab alijs.

26 Du. Cur potius dicitur Abrahę q̃ Adę, vel aliorum sctorũ? Res. q sup. quia Abrahã primus ab ifidelib. loco & ritu se separasse dicit. Ideo eius sinus, & non aliorũ noĩatur.

27 Dub. Vbi situs erat sinus Abrahę? Res. S. Tho. in 3. d. 22. q 2 ar. 1. quòd est in Inferno, sed quadruplex est Infernus. Vnus scilicet damnatorum, in quo sunt tenebræ, & quantũ ad carentiam diuinę visionis, & quantum ad carentiã gratiæ, & est ibi pęna sensibilis: & ut dicit Basilius infernus est quidã locus cõis in intimo terræ, obumbratus vndique & opacus, cuius est quoddam orificium in profundum tendens, per quod patet descensus animabus ad mala dãnatis. Alius est supra istum, in quo etiam sunt tenebræ quantum ad vtramq; carentiã, sed nõ est ibi pęna sensibilis, & dicitur limb. puerorũ. Tertius est supra istos, in quo sunt tenebræ solũ quantum ad carentiã diuinæ visionis, non autem gratiæ, sed est ibi pęna sensus, & dicitur purgatoriũ. Alius est magis supra, in quo est tenebra carẽtiæ diuinę visionis, nõ

autem gratiæ, nec est ibi pœna sensibilis, & hic dicitur limbus patrum, & etiam dicitur limbus & sinus Abrahæ.

28 Dub. An S. Martinus in eum descenderit, & aliæ animæ, pro quibus orat Ecclesia? Resp. qui supra, artic. 2. ꝙ ille locus Inferni euacuandus erat per Xp̄m, quia post liberationem sanctorũ patrũ factam per Christum, nullus in dictum limbum descendit: & ut dicit S. Th. in 4. dis. 46. q. 1. ar. 2. quod idem locus ante aduentum Christi dicebatur & sinus Abrahę & limbus Inferni: sinus Abrahæ quantum ad id quod habebat de requie, & limbus quantum ad id quod habebat de defectu s. carentiã visionis Dei. Fuerunt igitur limbus & sinus Abrahæ ante aduentum Christi, vnum per accidens, & non per se, & ideo nihil prohibet post Christi aduentum esse omnino diuersum à limbo: quia ea quæ sunt per accidens separari cõtingit, & quia ante Christi aduẽtũ sanctorũ requies habebat defectũ requiei adiunctũ, idem erat Infernus, & sinus Abrahæ, vnde ibi non videbatur Deus: post Christi aduentũ sanctorũ requies est completa, cum Deum videant, & talis dicitur sinus Abrahę, & nullo modo Infernus, & ad hunc sinum Abrahæ Ecclesia orat fideles perduci, & in eo suscipiendus erat Sanctus Martinus.

29 Du. An solius Abrahæ sinus ille eẽt? Res. Aug. de origine aiæ. Ideo sinus dictus est Abrahæ, non quod ipsius tm̃ sit, sed qđ ipse multarum gentium pater sit, qui ad imitandum fidei principatum propositus est.

30 Dub. Cur diues dicitur sepultus in Inferno, cum sola aĩa ibi detrusa fuerit? Resp. ꝙ hic est figura synecdoche, ubi totũ pro parte ponitur, quamuis possit dici, in Inferno sepultus, quia post resurrectionem erit cum corpore & anima.

31 Dub. Quomodo põt dici sepultus in Infernũ? Res. ꝙ ille sepultus dicitur, qui ẽ terræ cõditus, & quia in cẽtro terræ est Infernus, ideo qui ibi deputatur dicitur sepultus.

32 Du. Cur eleuauit oculos? Res. Chrys. q. a Lazarus sursum erat, & ipse diues deorsũ.

33 Dubit. An damnati uideant gloriã beatorũ? Resp. Th. in 4 sen. dist. 50. q. 2. art. 2. ꝙ damnati ante diẽ iudicij videbunt sanctos in gloria non hoc modo, quod gloriã eorũ qualis sit cognoscant, sed solum cognoscent eos esse in gloria quadam inæstimabili, & ex hoc turbabuntur, tum ꝑꝑ inuidiam dolentes de fęlicitate bonorum, tum propter hoc quod ipsi talem gloriam amiserunt, sed post diem iudicij omnino beatorũ visione priuabuntur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur, quia memoriam habebunt gloriæ beatorum, quam in iudicio vel ante viderunt, & hoc erit eis in tormentum: sed adhuc affligentur in hoc quod videbunt indignos se reputari etiam uidere gloriam quam sancti merentur habere: & licet magis distet ab eis dicta gloria, quã ea quæ hic aguntur, tamen ea quæ hic agũtur non ita affligerent damnatos in Inferno si uiderent, sicut sanctorum gloria inspecta. Vnde non ita ostenduntur damnatis ea quæ hic aguntur sicut sanctorum gloria, quamuis ẽt eorum quæ hic agũtur ostẽdantur eis ea quæ in eis tristitiam augere pñt.

34 Dub. An pateretur plura tormenta? Res. Chry. ubi supra, quòd quemadmodum Lazarum plures Angeli portabant, ita hunc infinita tormenta possidebant.

35 Dub. Cur non patiebatur in oculis? Res. ꝙ supra, ꝙ ideo oculos liberos habebat solos ut alterius lætitiam posset aspicere, ut magis torqueretur, quia non habebat quæ alius haberet: aliorum. n. diuitię eorum qui in paupertate sunt, tormenta sunt.

36 Dub. Cur potius vidit Lazarum, q̃ alios pauperes ibidẽ existente? Resp. qui supra, ꝙ licet multi essent pauperes iusti, tamen qui iacuit ad limina eius aspectui occurrit ad eius tristitiam.

37 Dub. Cur non rogauit Lazarum ut ueniret & intingeret &c. Res. Theoph. sup Euangelijs, qđ non dirigit sermonem ad Lazarum, sed ad Abraham, qui forte erubescebat, & putabat Lazarum reminisci malorum, ex proprijs iudicans de illo.

38 Du. Cur clamauit? Resp. Chry. ubi supra, ꝙ magnę pœnę magnam uocẽ reddebant, quamuis tam de oculis eleuatis, quàm clamore metaphoricè dicatur.

39 Dub. Cur uocat Abraham patrem? Res. Chryso. ubi supra, ꝙ Abraham pater erat natura, sed diues eum amiserat uitio.

40 Dub. Quia uidetur ꝙ pœnituerit dicendo, miserere mei? Res ꝙ sup. dicens, frustra agis pœnitẽtiã ubi non est pœnitẽtiæ locus, tormenta te cogunt non mentis affectus.

41 Dub. Si Abraham mittere poterat Lazarũ? Res. qui supra dicẽs, erras miser. Abrahã mittere non potest, sed suscipere potest.

Dub.

42 Dub. Quid mouit diuitē petere ab Abraham, ut mitteret Lazarū? Res. quod quia uidendo Abraham quasi principem eorū qui ibi erant, putaret ipsum esse dominum & p̄sidentē eorum, qui ibidē erant, ideo rogat.

43 Dub. Quid est quod solā linguam petit refrigerari? Res. Aug. de qō. Euang. quòd cū totus arderet, & solam linguam uelit refrigerari, significat, qđ scriptum est. mors & uita in manibus linguę, & q̄a ore confessio fit ad salutem, qđ per superbiam ille non fecit.

44 Dub. Quia anima non habet linguam? Res. Aug. de origine aīæ: quod hoc dicitur metaphoricè. alias homo haberet pennas propriè, quia dicitur, si assumpsero pennas meas diluculo, & lingua haberet manus, q̄a dicit mors, & uita in manibus linguæ.

45 Dub. Quia uidetur, quod diues in uita receperit mala, quia erat plenus uitijs, & Lazarus bona, q̄a virtutib. plenus erat? Res. Chrys. ubi supra, q̧ diues recepit ea, q̄ uera bona esse putabat, & Lazarus mala, non qđ aduersitates malas esse putauerit, sed ex censura diuitis hoc dicebat, qui inopiam & famē, & durā ægritudinem æstimabat mala.

46 Dub. Cur damnatum uocat filium? Res. qui sup quòd in hoc exprimitur mansuetudo Abrahæ.

47 Dub. Quomodo anima incorporea patitur ab igne corporeo. Vide feria 2. post primam dominicam quadragesimæ. dub. 88.

48 Dub. Qūo damnati reminiscūtur maximæ scientię cuius recordatio est delectabilis? Resp. S. Th. 4. dis. 5. q. 2 ar. 2. q̧ in damnatis erit actualis cōsideratio eorū quæ prius sciuerūt, ut materia tristitiæ, non aūt ut delectationis causa, & licet consideratio scientiæ per se sit delectabilis: tn̄ ex aliquo accidente pōt esse tristitiæ causa, quia torquebuntur, de hoc quòd considerabunt notitiam, quam de rebus speculabilibus habuerunt imperfectam esse, & amisisse summam perfectionē eius, quam potuerant adipisci.

49 Dub. An aliquis possit & in hac uita & in alia bona habere? Resp. Chrys. ubi supra, qđ hoc est difficile, & de numero impossibiliū. nā, etsi paupertas non vrgeat, vrgēt tn̄ ambitio. si ægritudo non stimulat, ira inflammat: si tentationes non impetunt, emergūt sępius cogitationes inique. non est aūt paruus labor iracundiam refrenare, compescere illicita desideria, ostentationes sedare, despectionem remittere, uitam asperā ducere, talia uero nō agentē impossibile est saluari.

50 Dub. Propter quid diues recepit bona in uita cum esset malus, & Lazarus mala cū esset bonus, & nunc post uitam è contrario? Resp. Chry. ubi supra q̧ diues recepit bona in uita quasi debita. q. d. si quid boni fecisti, unde prēmiū deberetur, omnia recepisti in illo mundo epulans, ditatus, oblectatus successibus prosperis. Hic autem si quid mali commisit uniuersa recepit, paupertate, fame, & extremis oppressus miserijs, & vterq; uestrum huc nudus accessit. Hic quidem à peccatis propter quod & consolationē sortitur, tu uero a iustitia, propter quod immitigabilem fers pœnam.

51 Dub. Quid est chaos? R. secundum uocabulistas, quod est profunditas, fossa, uel confusa caligo, uel confusio rerum.

52 Dub. Quid ītelligit dominus per chaos? Resp. Theoph. super Euāgelijs, quòd significat iustorum à peccatoribus distantiam, iō bene dicitur, quod uiderat Abrahā à longe.

53 Dub. Quid significat inter damnatos, & electos esse magnum chaos? Resp. Amb. super Lucam, q̧ hoc ideo dicitur, quia post mortem non possunt mereri.

54 Dub. Cur dicitur firmatum chaos? Resp. Chrys. ubi supra, quia non potest dissolui, agitari, uel concuti.

55 Dub. An omnes qui fuerunt diuites in hoc mundo, torqueantur in inferno? Resp. qui supra, q̧ non torquetur hic quia diues, sed quia misertus non fuit.

56 Dub. Quid est, qđ damnati non possunt trāsire ad iustos, nec e cōtra? Res. Gre. in Homil. q̧ iniusti ad beatiorē sortem non transeunt: quia dānatione perpetua cōstringuntur, nec iusti ad reprobos transire possunt, quia electi iam per iustitiā iudicij, eis nullo modo ex aliqua compassione miserentur.

57 Dub. Cum in damnatis sit inuidia, qūo hic nollet suos dānari? Resp. S. Th. in 4. sen. dis. 50. q. 2. art. 1. q. 4. quòd tanta in dānatis erit inuidia, quòd etiam propinquorū gloriæ inuidebunt, cū ipsi sint in infima miseria, cum etiā in hac uita hoc accidat crescēte inuidia, sed tamen minus inuidēt propinquis, quàm alijs, & maior esset eorū pęna si omnes propinqui damnarentur, & alij saluarentur, q̄ si aliqui de suis propinquis saluarentur, & exinde fuit quod diues petijt fratres suos à damnatione eripi. Sciebat enim quòd aliqui eriperentur, maluisset tamen

fratres suos cum omnibus alijs damnari.

58 Dub. An damnati tentent hoĩes sicut dæmones faciũt? ℞. S. Tho. in 2. sen. dist. 6. ar. 3. ꝙ non: quia Angeli ẽm gradum suæ naturæ erant supra nos, vt ex eis aliqua utilitas nobis conueniret, nec hoc per eorũ peccatum oĩno deperire debuit. vnde data sunt nobis in exercitiũ, quod animabus non competit.

59 Dub. Quomodo habebant Moysem, & prophetas, qui mortui erant? Resp. Chrys. vbi supra, ꝙ per Moysem, & prophetas intelligit scripta Mosaica, & prophetica.

60 Dub. Qũo sciebat, quod fratres sui non crederent scripturis? Resp. qui sup. quoniam ipse audiendo scripturas contemnebat, & fabulas esse putabat: ex his, quæ passus fuerat ipse quoque diiudicabat de fratribus.

61 Dub. Qũo sciebat, ꝙ crederent uni mortuorũ si iuisset ad eos? ℞. ꝙ hoc sibi uidebatũ ex nouitate nuncij miraculose apparentis.

62 Dub. Cum ignoraret statũ fratrum, qũo rogat, vt mittat ad eos ne dãnentur? Resp. Aug. de cura pro mortuis habẽda, ꝙ ita illi fuit cura de uiuis, quãuis quę agerent oĩno nesciret, sicut nobis est cura de mortuis, quamuis quid agant omnino nesciamus.

63 Dub. Qũo Abraham sciuit diuitẽ in delicijs vixisse? ℞. qui sup. ꝙ hoc potuit scire indicante Lazaro, qui de mundo migrauerat. Vel ẽt sancti intelligũt ab Angelis, q̃ eis ꝑsto sunt quæ hic agunt, immo ẽt nedũ præsentia, & ꝑterita, sed ẽt futura, quæ necessariũ est eos scire, Deo reuelante cognoscunt.

64 Dub. Quia vr̃. ꝙ magis esset credendum alicui mortuo apparenti q̃ scripturis? Resp. Chrys. vbi sup. dicẽs, quòd verum sit, ꝙ qui nõ auscultat scripturis, nec mortuis auscultat, ostendunt Iudæi, qui volebant occidere Lazarum resuscitatum per Christum. Item Deus instituit scripturas, qui est dñs Angelorũ, & mortuorum. Ideo magis credẽdum est scripturis q̃ sunt dñi, q̃ mortuis, & Angelis, qui sunt serui. Pręterea si Deus sciret, quòd homines pęniterent mortuis apparentibus, vtique etiã hoc non omisisset, qui tanta fecit pro nobis. Vlterius si continue mortui resurgerent, vt peccatores pœniterent, hoc iterum tempore contemnerentur, similiter diabolus in specie mortuorum, apparens, multis fallacijs homines seduceret.

ALLEGORICE.

Diues ille Iudaicum populum designat [qui induebat purpura, & bysso] quia superbus ille populus cærimonijs legis vtebatur ad nitorẽ, & non ad vtilitatem [epulabatur quotidie splendide] certos cibos comedens, alios aũt immundos reputans [Lazarus] verò populũ Gentilem significat [qui erat vlceribus plenus,] i. in peccatis idololatriæ, & alijs, [& iacebat ad ianuam diuitis.] i. populi Iudæorum, quia ille superbus populus eum admittere ad legalia dedignabatur, [qui cupiebat saturari de micis] scripturarum [quæ cadebant de mẽsa,] idest de intellectu illius Iudaici populi, [& nemo] Iudæorum [illi dabat] quia Gentiles despiciebant. [Canes verò] i. prędicatores, s. sancti Apostoli [lingebant vlcera eius.] i. eorum prædicationibus sanabant eos a cultura idolorum. [Mortuo autem mendico,] i. populo Gentili [portatur ab Angelis in sinũ Abrahæ] quoniam vt Christus dicit, multi venient ab Oriente, &c. Et recumbent cum Abraham, [mortuus est autẽ & diues,] i. Iudæorũ populus, [& sepultus est in inferno] quia filij regni eijcientur in tenebras exteriores. [Eleuant autem Iudæi oculos suos] quia cũ ipsi immo sint ꝑꝑ eorum perfidiam, Gentiles sanctos in gloria ꝑꝑ fidem [conspiciunt à longe, quia illic attingere non possunt [rogat autẽ sibi in lingua subueniri,] qm̃ uerba legis in ore tenuit, sed opere seruare contempsit. [Abraham autem eum filium vocat] quem tñ à tormento non liberat, qm̃ antiqui eorũ patres, quia eos à sua fide deuiasse conspiciunt, nulla compassione eos à tormentis liberant, quos tamen per carnem filios recognoscunt [habet autẽ quinque fratres,] quia ipsi Iudæi sub libris quinque Moysi detinentur. [& hic receperunt bona in vita,] s. terrã promissionis, & Gentiles [mala,] quia plures ab ea expulsi, & interfecti sunt. [nunc autem consolatur] populus Gentilium in fide Christi: [Et illi cruciantur in infidelitate sua, & inter fideles, & Iudæos [chaos magnum] interclusum est, quod ex parte Iudæorum est duricies ceruicis eorum, & perfidia, quibus non possunt ad fidem transmeare: ex parte fidelium certitudo cum fide de rebus inuisibilibus, quibus non possunt ad Iudaismum conuolare. [Habent autẽ Moysem, & prophetas] de Christo loquentes, quos nolunt intelligere, sed signa quærunt, quæ iam in principio fidei Christianæ patrata sunt, quibus nõ luerunt credere, ideo si etiam quis ex mortuis

tuis eis prædicaret non crederent.

TROPOLOGICE.

Ex sacro Euangelio admonemur ne confidamus in diuitijs, quas trãseundo relinquimus, nec eis abutamur, operaque misericordiæ impleamus subueniendo egenis, & eos lingua canũ nostrorum.i. exhortationũ lingamus, misericordiæ spiritualis operib.insistendo, nec ad pompã preciosis vtamur uestibus, nec ad libidinẽ bysso induamur, nec cibo utamur ad ingluuiem, sed ad sustentationẽ naturæ: si uerò infirmi fuerimus fortiter sufferamus, & patienter cum Lazaro, petentes nobis subueniri potius quàm alienis inuitis dominis uti, vt tandem in sinu Abrahæ collocari ualeamus.

ANAGOGICE.

Gaudiorũ æternæ uitæ contemplatio ex sacro occurrit Euãgelio, in quã a sanctis Angelis deportabũtur electi, in sinumq; Abrahæ, & sanctorũ patriarcharũ collocabuntur, intuebũturq; clarè quid Moysi, & prophetarũ oracula sub uelamine cõtinebant, laudabuntq; Deũ altissimũ, considerantes se tãta gloria frui, & euasisse impiorũ cruciatus in inferno, vbi etiã gutta aquæ pro refrigerio non põt obtineri, consolatiq; facti os eorũ gaudio replebitur, & lingua exultatione, qm̃ magnificauit dominus facere cum eis.

FERIA SEXTA POST II. Dominicam Quadrag.

Homo erat paterfamiliàs, Matth. 21. c. Mar. 12. c. Luc. 20. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die 21, Mart. die Lunæ.

HISTORICE.

Iudæorũ turbis aiebat dñs, hominẽ quẽdam patrẽfamiliàs vineã plantasse, ac cũctis opportunis muniuisse, agricolisq; locasse, cũ verò opportunũ fructuũ percipiendorũ tps aduenisset, plures patrisfam. seruos (qui ut reportarẽt fructus aduenerãt) supplicijs affecissent, arbitratus, qđ si filiũ transmitteret eũ reuererẽtur, ipsum pro fructib. misit. quẽ vineæ cultores opinati, ꝙ ipsius ad eos transiret hæreditas, extra uineã eiectũ trucidarunt. rogante aũt turbas dño, quid agricolis illis paterfam. facturus esset, cũ rñdissent, ꝙ impios prout meruerant necaret, & alijs eã locaret pro his, qui annuales congruis tpib. persoluerant redditus, sciscitatus est an legissent, qñque reprobatum lapidem ab operarijs in caput anguli a domino erectũ fuisse, &c. Silẽtibus uerò ipsis, dñs intulit ab eis regnum auferendum fore, exhiberiq; alijs vberes producentibus fructus, confringique oportere eum, qui super ipsum lapidẽ ceciderit, super quem uerò decideret, ipsum cõteri necesse esse. Has igitur cum Pharisæi audissent parabolas aduersus se dictas perpenderunt, & nisi turbarum respectu, eum, vt prophetam uenerantium fuissent detenti, protinus in eum iniecissent manus.

Erit nunc dubijs respondendum.

1 DVBITATVR. Ad quid hanc parabolam dñs introduxit? R. Hiero. super Matt. ꝙ vt Iudęos impietatis arguat, & ad gẽtes regnũ Dei doceat transferendũ: & vt Chrys. dicit sup Matt. quos reos proponit in causa ipsos, & iudices petit, vt a nullo merentur solui qui seipsos condemnant.

3 Dub. Quæ sit interpretatio huius parabolæ? Resp. [ꝙ paterfam.] i. Deus pater. [plantauit vineam.] i. populum Israel. [& sepe circũdedit] ponendo Angelos custodes. [Et torcular fodit.] quia in Hierusalem sacrificia fieri voluit. [Et ædificauit turrim.] i. tẽplum, [& locauit agricolis.] i. sacerdotibus, & scribis, quos constituit super plebem, [& peregrè profectus est] dimittẽdo eos in suo libero arbitrio. [& tempore fructuum.] idest tempore remunerationis [misit seruos.] i. prophetas, quos male tractauerunt [Iterum misit plures prioribus] qui fuerunt chorus prophetantium, quos etiam contumelijs affecerunt. [nouissimè misit filium suũ] idest Christum, qui incarnatus est, credens quòd vererentur eum [& dixerunt intra se, hic est hæres, interficiamus ipsum, & nostra erit hæreditas] quasi quòd per ipsum impedirentur sacrificia, & oblationes, & uolebant illam hæreditatem victoriarum apud eos remanere, [& eiecerunt eum extra uineam.] idest synagogam, & extra ciuitatem Hierusalem, vbi etiam interfecerunt eum.

3 Dub. Cur Deus dicitur homo? R. Orig. super Matth. ꝙ in quibusdã parabolis Deus dicitur homo, sicut si pater cum paruulo filio suo loquatur infantilia, vt eũ instruat, & vt dicit Chrys. vbi supra, Deus dicitur homo nomine, non natura, similitudine, non veritate, qui Angelorum, & hominum natura dominus est, beneuolentia pater.

Dub.

4 Dub. Cum sit vbique & immobilis, quo dr profectus? ℞. Hieron. vbi supra, profectus est non loci mutatione. Nec enim Deus alicubi abesse potest, quo complentur omnia, sed abire videtur a uinea, vt uinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.

5 Dub. Cur dicit eum tps fructuũ, & non fructus? Respon. Rabanus super Matth. quia nullus est fructus populi cōtumacis, nec huius vineæ aliquis prouentus inuentus est.

6 Dub. Cur misit filiũ post seruos? ℞. Chrys. in Hom. quòd ut ex his quæ alijs fecerãt se ipsos accusarent, & furorem dimittentes ue recundarẽtur propter filium aduenientem.

7 Dub. Nunquid ignorabat an eum vererentur? Resp. Hieron. vbi supra, q. hoc non de ignorantia dicit. quid enim nesciat paterfamiliàs, qui hoc loco Deus intelligitur, sed semper ambigere Deus dicitur, vt libera voluntas homini reseruetur.

8 Dubit. Quos seruos sic tractarunt? Resp. Hier. q. alios secuerunt, vt Hieremiã, occiderunt, vt Esaiam, lapidauerunt, vt Naboth, & Zachariam inter templum & altare.

9 Dub. Quõ Christus filius fuit nouissimè missus, cũ post eũ prædicauerunt Apostoli, & doctores? Resp. q. non multo tẽpore post Christum derelicto populo Iudaico Apostoli transierunt ad Gentiles, & ita quo ad ipsum populum Christus fuit nouissimus, ẽt quia ipse adhuc prædicabit vsque ad finem mundi per suos prædicatores, quibus dicit, qui vos audit me audit, Luc. 10 c.

10 Dubit. An Iudæi ueraciter cognouerunt Christum esse hæredẽ. i. Saluatorem? Resp. S. Thom. 3. par. q. 47. art. 5. q. apud Iudæos quidã erant maiores, & hi eorum principes dicebantur, & hi sicut dæmones cũ cognouerunt Christum esse promissũ in lege per signa quæ videbant, quæ fuerant in lege prædicta: sed mysterium deitatis ignorabant, vt Apost. dicit ad Rom. 1. quia si cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent, sed hæc ignorantia non excusabat eos a crimine, quia erat quodammodo ignorantia affectata, cum expressa signa uiderent eius deitatis, sed propter odium, & inuidiam noluerunt eis assentiri. Quidam autem erant minores, qui non habebant notitiam scripturarum, & hi ignorabant ipsum esse Christum, quamuis quandoque per signa quæ faciebat dubitauerunt an esset Christus, & etiam aliqui crediderunt in eum, quamuis postmodum multitudo decepta à principibus non crediderit esse Deum, nec Christum promissum.

11 Dub. Qui fuerunt illi qui cogitauerunt eum occidere? Resp. secundũ omnes Euangelistas, q. fuerunt principes sacerdotum, & seniores populi.

12 Dub. Quam hæreditatem volebant esse suam? Resp. Chrys. super Matt. q. postquam dominus eiecit vendentes, & ementes de tẽplo, cogitauerũt, q. propter eum aboleretur consuetudo offerendi oblationes, quam æstimabant esse eorum possessionem, & hæreditatem, & quam dubitabant perdere. Ideo cogitauerunt, q. si interficerent eum, semper eorum esset.

13 Dub. Quid est quod occiderunt extra vineam? Resp. Orig. super Matt. quòd tale est, s. alienum eum esse iudicauerunt à uinea, & colonis.

14 Dub. Cur interrogat eos, quid faciet dominus vineæ? Resp. Hieron. vbi supra, quòd eos dominus interrogat, non quòd ignoret quid responsuri sint, sed vt propria responsione damnentur.

15 Dub Quomodo prophetauerunt ueritatem respondendo? ℞. Chrys. vbi sup. dicens, quòd uerum rñderunt, non est eorũ qui iustè iudicauerunt, sed ipsius causæ: veritas. n. ipsis uiolentiam fecit. Vel vt dicit Orig. ubi supra. Sicut Cayphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda ab eis erant eloquia Dei, & danda Gentibus fructum in tempore daturis.

16 Dub. Cum Marcus, & Lucas dicãt dominum dixisse malos male perdet, quomodo ipsi hoc respõderunt, prout dicit hic Matt.? Resp. Aug. de consensu Euangelist. quòd facile potest intelligi vel illorum vocem ita subiunctam, vt non interponeretur, illi responderunt, aut illi dixerunt, sed tamen intelligeretur. Aut ideo responsionem istam domino potius attributam, quia cum uerũ dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit, quod ueritas est. vel ut dicit Chrys. in hom. quia nulla est contradictio, quia utraque facta fuerunt, videlicet, quod primo illi hoc dixerunt, post dominus iterauit.

17 Dub. Quia Lucas dicit eos rñdisse absit, quod tñ Matt. nec Marcus dicunt? Respon. Aug. vbi supra, q. in plebe quæ audiebat intelligamus quosdam rñdisse, q. Matthæus cõmemorat, quosdam verò illud quod Lucas

eas dicit,scilicet absit.

18 Dub.Quomodo mali male perditi sunt? Resp.Theoph.super Mat.q; dominus vineç est pater filij interempti, & ipse filius interemptus perdidit colonos tradens ipsos Romanis.

19 Dub.Quib.colonis dedit uineam? Resp. qui supra,q; apostolis,nam si perlegas actus Apostolorum, inuenies tria millia & quinque millia repente credentium & fructificantium Deo.

20 Dub. Vbi habetur lapidem quem reprobauerunt &c.Resp quòd in psal.117.

21 Dub. Quomodo intelligitur? Resp.Lyr. qđ ad literam intelligitur de ædificatione templi Salomonis, in quo quidam lapis pluries oblatus est in ædificatione, & quia non poterat conuenienter collocari: Ideò pluries reiectus est quasi reprobatus ab ædificantibus. Vltimo autem positus est in consumatione anguli, ubi coniungebantur parietes templi,& ideo de illo scribitur in eodem psalmo. A domino factum est istud, quia illud non fuit a casu,sed ex diuina præordinatione, quia lapis iste figurabat Christum, qui multoties & multipliciter reprobatus est a principibus sacerdotum, & tamen factus est in caput anguli, coniungens Iudæos & Gentiles, quasi duos parietes in vnam ecclesiam.

22 Dub. Quis est lapis & qui sunt ædificatores? Resp.Chrys.in hom.q; lapidem vocant Christum. Aedificatores autem doctores Iudęorum,qui Christum reprobauerunt dicentes,Hic non est à Deo.

23 Dub.Quia supra per agricolas intelligebantur doctores, quomodo etiam nunc per ædificatores intelliguntur? Resp.Hiero.vbi supra,q; varijs parabolis res eædem concernuntur: quos.n.supra operarios, & agricolas appellauit, nunc ædificatores, id est cæmentarios vocat.

24 Du.Quomodo Christus factus est in caput anguli? Resp.Hilarius super Matt.quia est inter legem, & gentes lateris vtriusque coniunctio.

25 Dub. Quomodo a domino factum est istud? Resp. Orig.super Matth.q; iste lapis donum est donatum à Deo ædificio vniuerso,& admirabile caput in oculis nostris,quę possumus eum videre

26 Dub. Quomodo debebat ab eis auferri regnum Dei,quod non habebāt? Res.Orig. vbi supra, qđ regnum Dei dicit mysteria.i. diuinas scripturas, quas tradidit populo illi primo, & post venerunt ad Gentiles. uel ut dicit Ly. est regimen ecclesiæ quod ablatum est ab eis.

27 Dub..Quibus gentibus datum est? Resp. Lyr.quòd Apostolis.

28 Dub.Quem fructum Dei fecerunt Apostoli? Res.quòd conuersionem Gentium ad Christum, sicut ipse eis præceperat, dicens Io.15.Eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.

29 Dub.Cum primo locauerit vineam, cur nunc vult dare eam, dicens,dabitur Genti? Resp. Orig.ubi supra, q; non est illis data a quibus ablata est; sed considera quomodo quod datur intelligitur gratis datum: quib. ergo locauit, non omnino quasi electis & fidelibus dedit. quibus autem donauit cum iudicio electionis donauit.

30 Dub. Quid significatur per cadere super lapidem,& econtra? Resp.Lyra post Hier q; cadere super lapidem est peccare, & tamen credere in Christum est habere eius fidem, lapidem uero cadere super aliquem, est Christum penitus negare, & nullo modo habere eius fidem.

31 Dub. Quæ differentia est inter comminui,& confringi? Resp.Chrys.super Mat.qđ de eo quod confringitur aliquid remanet, quòd autem comminuitur, quasi in puluerem conuertitur.

32 Dub. Quomodo fidelis peccans confringitur,& infidelis comminuitur? Resp Hier. vbi supra, quòd fidelis peccans reseruatur per pœnitentiam ad salutem. Et Lyr.dicit, q; non ita grauiter peccat sicut qui peccat peccato infidelitatis, qui enim Christum negat sic conteritur, ut dicit idem Hier. ut nec testa quidem remaneat in qua hauriatur aquæ pusillum.

33 Dub. Ad quid cognouerant, qđ de ipsis diceret? Resp. quòd ex hoc quod dixit eis, Auferetur à vobis regnum Dei.

34 Dub. Quia non uidetur malum q; uoluerint eum tenere, quia etiam Samaritani ut habetur Io.4.c.tenuerunt eum? Resp. Ly q; isti volebant eum tenere ad occidendum, Samaritani autem eum tenuerunt ad audiendum ipsum docentem.

35 Dub. Cur principes Iudæorũ cognoscentes ita manifeste reatũ suum,quærebant eũ occidere? Resp.Chrys.ubi supra,q; hæc est diffe-

differentia bonorum hominum & malorũ, bonus in peccato comprehensus gemit, quia peccauit, malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato, & non solũ pœnitentiam non agit, sed magis aduersus corrigẽtem irascitur, & sic fecerunt illi principes Iudæorum.

36 Dub. Cur ergo tunc non occiderunt eũ? Resp. Tex. quòd timuerunt turbas.

37 Dub. Cur destiterunt propter turbas? Respon. Cyrillus super Mat. q. non refrenauit eos legis præceptum, quod dicit Deut. 7. Innocentem & iustum non occides: sed compescuit eorum nefandum propositum plebis timor, præferentes diuinæ reuerentiæ humanum timorem.

38 Dub. Cur turbæ solum habebant eum vt prophetam, & non vt Messiam? Resp. S. Vinc. in sermone qđ propter eorum magnã cęcitatem, quia cũ esset dominus omnium prophetarum, & creator eorum, tamen solum reputabant eum ut prophetam, prout etiam Petrus respondit Christo interroganti. Mat. 16. quem dicunt homines esse filium hominis, quod alij Ioannem Baptistam, alij Helyã, alij Hieremiã, aut vnũ ex ꝓphetis.

ALLEGORICE.

Expositum est dub. 2.

TROPOLOGICE.

Admonemur ex hoc euãgelio, vt gratias nobis à Deo datas conseruare studeamus, & continue laborare in uinea s. sancta ecclesia, & fructum reddere temporib. suis, & bonas inspirationes, quæ sunt serui, & nuncij eius non occidere contraueniendo eis per peccatum, & fidem filij eius per quã saluamur immaculatam custodire, ne ipsam perdentes Christum occidamus, iterum eum crucifigentes, ne cadat super nos, & totaliter cõminuat in æternam damnationẽ, sed cum habeamus cũ turbis, tanquam uerum prophetam, eius præcepta seruantes.

ANAGOGICE.

Contemplari licet uineam illam cęlestis gloriæ munitam Deo protectore ab eo plantatam cum turri diuinæ cõtemplationis, & torculari exprimente merita singulorũ, locatam lucifero & eius sequacibus, qui gloriam Christi hæredis vsurpare volentes male perditi sunt, & nunc nobis non in nostris meritis, sed sola sua gratia datam, qui ea mediante faciemus fructum, eius voluntati obtemperantes, in qua cum eius vnigenito rege regũ, expulso omni timore turbarum infernalium, gaudebimus in æternum.

SABBATO POST SECVNDA Dominicam Quadrages.

Homo quidam habuit duos filios. Luc. 15.

Hanc similitudinem locutus est dñs anno ætatis suæ 32. die 27. Augu. & die Iouis.

HISTORICE.

Turbas instruens dñs hanc proposuit similitudinem: quendã s. hominem duos habuisse natos, quorũ iunior, cũ paternalium sibi contingentem portionẽ bonorũ importunius instando recepisset, post tẽporis non multum in remotissimis libidini deditus regionibus, totam penitus consumpsit, vtque fami (quæ maxime urgebat,) occurreret, pascendo victum utcunq; conquerebat porcorũ cibos in vsus cupiens conuertere suos, nec uoti compos, esuriẽ impellente ad mentẽ coactus redire, animo reuoluebat quamplures in paterna domo mercenarios panibus saturari, cum ipse illis in partib. fame deperiret: proponens itaque erratorũ a genitore veniam precari, ad eum properauit, cumque prostratus, ut sibi indulgeret obsecraret, præueniẽs genitor in eius amplexus ruit, seruisque imperauit ut primis cum induerent vestibus, & lætum pararent conuiuium, qñ interemptũ ac deperditũ recuperasset natum, quibus epulantibus lætanter, cum ex agro senior musicorũ sonũ audisset frater, rescissetq; hæc lætitiæ signa ob germani aduentum fieri, animo indignatus ingredi recusabat: obnixe autem roganti patri ut intraret, respondit, per tot annos eidẽ obtemperatum fuisse, nec eius vllo unquam tempore etiam minimum transgressum esse mandatum, nec tamen hædum solum ut cum sodalib. lætaretur, recepisse: huic vero fratri qui sua turpiter consumpsisset saginatum uitulum obtulisse, ob idq; indignari: cuius clemens genitor demulcens iracundiã ait, ipsos simul semper fuisse, nec quicquam quin particeps fuerit possedisse. Nũc autem recuperati filij periclitantis amore gaudere, ac lætari consentaneum esse.

Non

Non relinquenda sunt dubia absque solutione.

1 DVBITATVR. Ad quid introducitur hæc parabola? R. q vt ex Euangelista apparet, contra Pharisæos & Scribas prolata est, ex indignatione aduersus Christum murmurantes, quod peccatores reciperet.

2 Dub. Quæ est parabolæ interpretatio? R. q sm Aug de qõ Euang. Ambr. & alios doctores. [Homo habẽs duos filios.] Deus pr est, duos habens populos, eũ. s. qui semper in cultu vnius Dei perstitit, & aliũ qui ad idola conuersus fuerat, qui ab ipso Deo [petijt substantiã quæ eum contingebat.] i. rõnabilitatẽ cum liberi arbitrij libertate, cæteraq; Dei dona, vniuersamq; creaturam, quæ ad vtilitatem hoïs creata est, & quæ Deus eisdem populis diuisit, vt quilibet his vteretur. [Iunior aũt filius abijt in regionem longinquam,] i. Gentilis populus in obliuionem Dei, non localiter ab eo discedens, sed affectu: & vires suas tanto velocius consumens, quanto eũ a quo datæ erant deseruit [viuẽdo luxuriosè,] i. pompis exteriorib. prodigè se accõmodando, [& fames magna facta est in terra,] i. indigentia verbi veritatis, [& cępit egere] derelinquens thesauros sapientię Dei, [& adhæsit vni ciuium,] i. diabolo, [regionis illius] cuius villa est modus potestatis eius, [& misit illũ in villam suam, vt pasceret porcos,] i. immundos spiritus, qui sub diabolo sunt, operari, s. ea in quib. ipsi gaudent, [& cupiebat saturari de siliquis,] i. de sæcularib. doctrinis laudes idolorũ continẽtibus, [& nemo illi dabat,] s. sapere quis esset verus Deus [in se reuersus est] qui a se abscesserat, [& dixit, surgam [quia iacebat [ibo] quia longe erat [ad patrẽ meum] quia sub principe porcorũ erat. [& venit ad patrem] tpe Apostolorum ad Deum conuersus, [& dixit, peccaui] pœnitentiam agendo de præteritis [in cœlum.] i. contra cœlum, s. contra Deum, cuius sedes est cœlum [& coram te,] quia nihil Deum põt latere, qui omnia conspicit [iam non sum dignus vocari filius tuus] quia te dereliqui [fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis.] i. fine gr̃a tua nihil possum mereri, [& pater occurrit, & osculatus fuit eum] secũ coniungendo, [& iubet proferri stolam primam,] i. per baptismum ad innocentiã restitui, & annulum in manum eius [quo despõsatur in sua sancta ecclesia] & induitur gr̃a & donis Dei, [& eius pedes calciantur,] vt terrena despiciant [& occiditur vitulus saginatus,] i. Christus, cuius mors nr̃a refectio fuit, qua nos mortuos viuificauit, & perditos inuenit. [& senior filius erat in agro,] i. populus Iudaicus extra ecclesiã, [indignatusq; fuit de populo Gentili,] audiens sonũ suauem sonantis ecclesiæ, & licet semp aliquis de illo populo Deũ coluerit, & mãdata eius non pterierit, tñ conqueri [qđ nunq̃ ei hœdũ dederit,] s. Christũ, qui debebat immolari [quem hędũ reputabant] sed pro populo Gentili. [occiderit vitulum saginatũ] omni pinguedine bonitatis refertum, nec aduertebat, q semper per patres suos Deo familiares cũ ipso fuerat, & secreta Dei eius prophetis cõicata fuerint: populus autẽ Gentilis eius frater, [quia omnes à Noe progressi sunt] mortuus fuerat, & perierat per idololatriam: & nunc reuixit, & inuentus est esse de numero filiorum Dei.

3 Dub. Quomodo cõgregauit omnia, cum possessiones congregari non possint? Resp. quòd precium benè potest congregari.

4 Dub. An solum per luxuriã dissipauerit substãtiam? R. Aug. de qõ Euang. q per luxuriosam vitam intelligitur & prodigalitas.

5 Dub. Cur dicitur, fames aduenisse dissipata substantia? Resp. quia tunc magis opprimebat nihil habentem.

6 Dub. Quando cępit egere? Resp. q quando nihil incępit habere.

7 Dub. Cur pascebat porcos? Res. quia nullam artem exercere sciebat.

8 Dub. Quid sunt siliquæ? R. Ambr. super Luc. q est genus leguminis intus inanis, foris mollis, quo corpus non reficitur, sed impletur, vt sit magis oneri, quàm esui.

9 Dub. Cum posset siliquas capere, cur nõ capiebat? Resp. quòd nemo eas coquebat, vt possent ab hominibus comedi, sed eas crudas porcis dabant in escam.

10 Dub. An factus fuerat mente captus, quia dicitur, in se reuersus? R. Ambros. vbi supra, quòd in se reuertitur: quia a se abscesserat. obedientiam s. paternam fugiens.

11 Dub. Quomodo omnes mercenarij abundabant panibus? Resp. Ambros. vbi supra q sunt aliqui mercenarij boni, qui conducuntur ad vineam, & tales abundabant panibus, & de his loquitur iste.

12 Dub. Qño peribat fame, qui domum reuersus est? Resp. q hic est figura hyperbole, ad

ad denotandum magnam famem, quam patiebatur.

13 Dub. Cur dicit, surgam? Resp. quòd quia iacebat in miseria, à qua surgere optabat.

14 Dub. Cur non dixit, fac me sicut vnũ de mercenarijs, prout præmeditatus fuerat? ℞. Aug. de quæstionib. Euangelistarum, dicens, quòd cum panem non haberet, vt mercenarius esse cupiebat, quod post oculum patris generosissimè iam dedignabatur.

15 Dub. Quomodo peccauerat in cœlum? Resp. Aug. vbi supra, quod peccare in cœlum est peccare coram sanctis animabus, quæ cœlum possident.

16 Dub. Quomodo peccauit coram patre, cum esset a longe? Resp. satis dicitur peccasse coram patre, ad cuius notitiam eius peccatum deuenit.

17 Dub. Cur non est dignus vocari filius, cũ ab eo fuisset genitus? Resp. quòd licet naturæ filius esset, tamen filiali amore separatus erat, patrem derelinquendo.

18 Dub. Quomodo cecidit super collũ filij? ℞. Aug. de quæst. Euang. quòd cadere in collum, est humiliari in amplexum filij.

19 Dub. Cur cadit super collum? ℞. Ambr. vbi supra, quòd cadit vt iacentem erigat.

20 Dub. Cur osculatus est eum? Respon. ad designandum amorem patris ad filium.

21 Dub. Cur pater non respondet filio? Res. q. pater videns eum in tanta miseria, iudicauit non esse opus verbis, sed factis: ideo præcipit seruis vti induant, & orans misericordiam accepit non verbo, sed effectu.

22 Dub. An homo per pœnitentiam recuperet pristinam dignitatem; & plura pulchra dubia de pœnitentia. Require feria quinta, de passione.

23 Dub. Quid sit stola? ℞. secundum Catholiconem, & Tortelium, quod erat indumentum matronarum, quod cooperto capite & scapula a dextro latere in læuum humerum mittit. Cornucopia autem dicit, quòd apud veteres erat quicquid corpus tegeret, & apud Græcos indumentum dicitur.

24 Dub. Quomodo erat prima? Resp. quia erat dignior cæteris indumentis, quam dissipando bona sua amiserat.

25 Dubit. Cur vult dare annulum in manu eius? Resp. Chrysost. quòd in signum reconciliationis.

25 Dub. Quid significat ponere calciamẽta in pedes eius? Res. Chrys. vt cõperiret vestigia, vt per lubricum mundi istius fixus incedat, aut propter mortificationem membrorum. Vt enim noster cursus in scripturis per appellatur, & mortificationis specie calciamentis imponitur, quia de animalium mortuorum pellibus conficiuntur.

27 Dub. Cur vult occidi vitulum saginatũ? Resp. Aug. vbi supra, vt inexhausta fame filij esurientis viscera satiet.

28 Dubit. Cur dicit manducemus, & epulemur? Resp. Ambr. vbi supra, quòd vt ostenderet quoniam paternus erat cibus.

29 Dub. Quid est manducare, & quid epulari? Resp. Catho. Cornucopia, quòd manducare se habet ad omnes cibos, sed epulari ad opulentiores & solenniores.

30 Dub. Cur dixit, quòd mortuus fuerat, & reuixerat, cum hoc falsum sit? Resp. quòd hoc allegoricè dicitur, quoniam vnum dicitur & aliud significatur, quia mortuus erat nullam habens virtutem, reuixit cum ad virtutes redijt.

31 Dub. Cur addit, perierat & inuentus est? ℞. Theoph. super Lucam, quòd quantum ad vitiorum conditionem mortuus fuerat, & desperatus, sed quantum ad humanam naturam quæ mutabilis est, & potest à vitijs ad virtutem conuerti dicitur deperditus, quia minus est perdi, quàm mori.

32 Dub. Quid agebat senior frater in agro? Resp. Aug. vbi supra, quòd in hæreditaria opulentia exercebatur: vel vt dicit Tyrus, agriculturæ vacabat.

33 Dubit. Quid est chorus? ℞. Strabo, quòd est quoddam instrumentum musicum, & est pellis cum duabus actuis. & per alteram inspiratur, per alteram verò reddit sonum.

34 Dub. Quid est symphonia? Res. quòd est lyra secundum Strabonem. Papias verò dicit, quòd est lignum concauum ex vtraque parte pelle extensa, quam virgulis hincinde musici feriunt.

35 Dub. Cur indignatus est senior filius? Respon. quòd ipse patri retulit causam, dicens, Ecce tot annis seruio tibi, &c.

36 Dub. Cur nolebat ingredi? Resp. quòd ex indignatione.

37 Dub. Cur pater egressus est ad eum? Respon. vt eum pacificaret.

38 Dub. An vnquã præterierit mandatũ patri? ℞. Aug. vbi supra, quòd nunquam præterijt mandatũ de honore parentum, quia nunquã deseruit patrem: sed quantum ad alle-

allegoricum sensum populus Israel nūquā præteriuit mandatum Dei, non tñ intelligas de omni mandato, sed de uno maxime necessario, quo nullum alium Deum præter vnū creatorem oīum colere iussus est, neq; iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur personam habere, qui nunquā ab uno Deo ad simulachra conuersi sūt.

39 Dub. Quomodo nunquam dedit sibi hędum? Res. Hier. glossando dicens, nunquam dedisti mihi hędum. i. nullus sanguis prophetæ, uel sacerdotis a Romano imperio nos Iudæos liberauit.

40 Dub. Cum quib. amicis uolebat epulari? Respon. Greg. in hom. q̄ hoc dr̄ ex persona principum cum plebe, aut populo Iuda.

41 Dub. Cur insultat fratri iuniori? Resp. Ambr. vbi supra, q̄ ex inuidia & ambitione, & est similis publicano iustificanti se.

42 Dub. Quæ sunt meretrices? Resp. Aug. q̄ superstitiones Gentiliū, cum quib. substantiā dissipāt, q relicto uero cōnubio ueri Dei, cum dæmone fæda cupiditate fornicantur.

43 Dub. Quomodo filius senior semp erat cum patre, cum tunc esset in agro? Resp. tu semper mecum es. i. non longe discedis a me, & licet non semper præsentialiter assisteret conspectui patris, nunquam tamen abscedebat ab obedientia paterna.

44 Dubit. Quomodo omnia bona paterna erant filij? Res. Aug. dicens, sic a perfectis filijs habentur omnia ut sint, & omnium singula, & singulorum omnia: ut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet.

45 Dub. Quia ex sensu allegorico parabolæ huius uidetur, q̄ sancti innocętes indignētur de sanctis peccatorib. primo post a Deo receptis? Resp. Chrys. super Lucam, qđ non oportet omnia quæcunque parabola continet ad literam pertractare, sed sensum eliciētes, cuius causa componitur, nihil aliud perscrutari. Hæc ergo parabola ad hoc est composita, ut peccatores non diffidant reuerti, scientes qđ magna consequentur. Vnde introducit alios turbatos in eorū bonis, ut inducet non eos liuore tabescentes, sed tāto decore honoratos redeuntes, ut etiam inuidiosi possint alijs fieri.

46 Dub. Cur oportebat epulari, & gaudere? Resp. qđ oportebat i conueniens erat conuiuari, ut paternus demōstraretur affectus dilectione repletus, quod maxime conuiuijs ostenditur, in quibus omnia læta sunt.

Allegoricè & Tropologicè expositum est.

ANAGOGICE.

Contemplari debemus benignitatē omnipotentis Dei, qui sua immensa misericordia peccatores, qui eum ita viliter contempserunt, osculabatur, eorū colla amplectendo, & primo stolam candidam gloriæ cœlestis per peccata deperditā restituēdo, annulum perfectæ coniunctionis tribuendo, pedes ut non lædantur calciando, dans eis, ut sedeant super mensa sua in regno suo, edentes, & bibentes, & epulantes, lætanter, atq; gaudiose exultantes in conspectu domini, & lætitia sempiterna erit super capita eorum, quia quandoq; morti traditi erant, & nunc reuixerunt, regnantes cum agno in sęcula sæculorum. Amen.

DOMINICA TERTIA Quadragesimæ.

Erat Iesus eijciens dæmonium. Lucæ 11. c. Mat. 12. c. Mar. 3.

Histo. huius Euang. facta est anno Christi 31. prima die Decemb. die Iouis.

HISTORICE.

Admirantib. turbis, & dominū a dæmone obsessum liberasse, & eidem reddidisse loquelam, calumniabantur quidam in eum per malignorum spirituum Beelzebub principem operatum fuisse: tentantes uero alij è cęlis portentum requirebant: eorum autē cognitis cogitationibus, quod obijciebatur, minime posse fieri demonstrauit, quoniam nequaquam stabile regnum persisteret dæmonis, si foret vlla inter eos discordia, & se perturbarent, cum regnum omne dilabatur, si absuerit vnitas animorum: eorū quoque filij, non dæmonum auctoritate dæmonia fugant: ideo de ipsis an recte sentiant iudicabuntur. Si Dei igitur potentia id ipse agat, regnum adesse Dei indubie asserendū est: dum. n. quis suū armis tutatur atrium, quiete possessa fruitur. Si uero eum superueniens fortior superet, quæcunq; in quib. confidebat amittit: addebat etiam eum aduersari, qui non secum sentiret, & eum qui secū nō colligeret dispergere: immundum etiam spiritū ab homine fugatum inaquosa, aridaq; loca inambulantē, nec vbi quiescat inuenientem, personam quam reliquerat, vt domum petere, quam mundam ornatamque reperiens, septem se peiores assumens

ſumens ſpiritus ſuũ in ea firmant habitaculum, adeo ut hominis illius extrema priori bus peiora reddantur. Talia dño loquente, quædã ex turba mulier uocẽ extulit, & uentrẽ eſſe beatũ, qui cũ portauerat, & ubera q̃ ſuxerat pdicauit at Ieſus beatos eos eſſe, q̃ Dei verbũ audirẽt, & obſeruarent, aſſeruit.

Satisfacere dubijs volens,

1 DVBITATVR. Quid ſunt dæmones? Reſ. S. Th 1. par. q. 113. art. 5. qđ ſunt ſubſtãtiæ ſeparatę intellectuales, corporib. non vnitæ.

2 Dub. An in eis ſit prælatio? Rñ. qui & vbi ſupra q. 160. ar. 2. quòd ut dicit Gl. 1. Cor. 16. quamdiu durat mundus, angeli angelis, homines hoĩb. & dæmones dæmonib. præſunt, & naturalis diſpõ dæmonum requirit, vt ſit in eis prælatio, q̃ tñ nõ fundatur ſuper iuſtitiã eorum, ſed Dei.

3 Dub. An obediant ſuperiorib. ex amicitia? Reſp. qui ſupra, qđ non, ſed ex communi nequitia, quia homines odiunt.

4 Dub. An in ipſis ſit ſcientia? Reſ. S. Tho. 1. par. q. 64. ar. 1. ꝙ duplex eſt cognitio veri tatis. Vna quæ habetur per gratiam, alia per naturam: & illa quæ habetur per gratiam eſt duplex. Vna ſpeculatiua tm̃, ſicut cũ alicui aliqua ſecreta diuinorũ reuelantur. Alia effectiua producẽs amorẽ Dei, quę pertinet ad donũ ſapiẽtiæ. Harũ cognitionũ prima, q̃ hr̃ per naturã in dęmonib. eſt, nec eſt ablata nec diminuta, quia cõſequitur ipſam naturam angeli, qui eſt intellectus vel mens, à qua natura pp̃ ſimplicitatẽ ſuæ ſubſtantiæ aliquid ſubtrahi non põt, vt ſic per ſubtractionẽ naturaliũ puniatur, ſicut homo puni tur p ſubtractionẽ manus vel pedis, aut alicuius hmõi. Et ideo dicit Dionyſ. 4. c. de diui. no. ꝙ dona naturalia in eis integra manent. unde naturalis cognitio in eis non eſt diminuta. Alia aũt cognitio per gratiã ſpeculatiuã non eſt ab eis totaliter ablata, ſed diminuta, quia de hmõi ſecretis diuinis tm̃ reuelatur eis, quantũ oportet, uel mediantib. Angelis, uel per aliqua temporalia diuinæ uirtutis effecta, ut dicit Aug. 9. de ciuitate Dei. Non autem ſic ipſis ſanctis Angelis, quib. plura, & clarius reuelantur in ipſo uerbo. A tertia uero cognitione ſunt totaliter priuati, ſicut & a charitate.

5 Dub. An cognoſcant futura? Reſp. qui & vbi ſupra, q. 57. art. 3. ꝙ futurum dupliciter poteſt cognoſci. Vno modo in cauſa ſua, & ſic futura quæ de neceſſitate ex cauſis ſuis proueniunt, per certam ſcientiã cognoſcuntur, ut ſolẽ oriri cras: quę uero ex ſuis cauſis proueniunt, ut in plurib. cognoſcuntur, nõ per certitudinem, ſed per coniecturam: ſicut medicus præcognoſcit ſanitatem infirmi: quæ uero proueniunt ex cauſis ſuis, ut in pauciorib. penitus ſunt ignota, ſicut caſualia & fortuita, & talis modus cognoſcendi futura adeſt Angelis, & dęmonibus, & nobis, & tanto magis quam nos cognoſcunt quãto magis rerum cauſas & uniuerſalius & perfectius cognoſcunt, ſicut Medici, qui acutius vident cauſas, melius de futuro ægritudinis pronoſticantur. Alio modo cognoſcuntur futura in ſeipſis, & ſic ſolius Dei eſt futura cognoſcere: & ſic dicitur Eſa. 12. Annunciate, quæ uentura ſunt in futurum, & ſciemus quia Dij eſtis uos.

6 Dub. An dæmones poſſint bonum facere? Reſ S. Th. 2. ſen. diſ. 7. q. 1. ar. 2. ꝙ in dæmonib. remanet naturalis potentia ad bonũ ut remota & indiſpoſita, & p contrariũ habitũ deprauata, qua poſſent bene facere, ſi uellent, ſed uelle nõ pñt, quia habitus malitiæ ab eorum uoluntate remoueri nõ poteſt, cum amplius nõ ſint in ſtatu viæ, quia qñcunq; aliquis peruenit ad terminũ uiæ, non poteſt deflecti ab eo, cui adhæſit, ſiue ſit bonus, ſiue malus: finis aũt Angeli eſt terminus electionis ſuæ, quæ bono adhæſit uel malo: unde ſicut hoĩes poſt mortem in bono confirmantur, vel in malo, ita & Angeli poſt conuerſionem & auerſionem.

7 Dub. Cur homini datur longior uia, quã Angelo? Reſ. qui ſupra, ꝙ homo erat magis à Deo diſtans, & oportebat, ꝙ in eius cognitionem inquirendo perueniret. Angelus autem ſtatim Deiformi intellectu ſine inquiſitione in diuina peruenire potuit.

8 Dub. Quia cum dæmones appetant eſſe, viuere, & intelligere, quæ ſunt bona, vr̃, qđ habeant bonam voluntatem? Reſp. qui ſupra, ꝙ cũ in Angelis natura ſit bona, oportet, ꝙ eorum naturalis appetitus bonus ſit, qui tum per circũſtantias deprauatur, quas opponit deliberatiua voluntas inquantum volunt eſſe, & viuere ſub tali deformitate peccati, ſicut luxurioſus deſiderat viuere in ſua turpi delectatione.

Dub.

9 Dub. An possint facere aliquem actũ bonũ? R. qui supra, quòd omnis actus naturæ dæmonum est bonus, sed actus uoluntatis eorum est malus; actũ aũt malũ cõtingit esse dupl'r: aut quantum ad substantiã actus, sicut malus actus voluntatis est fornicari, uel mentiri: aut quantum ad modũ agentis, sicut cũ q̃s appetitu laudis dat eleemosynas. Pñt ergo dęmones aliquem bonũ actũ ex genere facere, ut ueritatem dicere, & huiusmodi, nullo tamẽ modo bona uolũtate.

10 Dub. An se mutuo diligant? R. qui supra. dist. 6. ar. 4. quòd dæmones, ex nequitia sua, humano generi aduersant; amicos aũt eis esse, qui vnius inimici sunt, consequitur, & ideo, vt magis hominibus noceant, quasi ad inuicem confęderantur, ut concorditer & ordinatè impugnent, sed quãtum in ipsis esset, nunquam concordiam haberent, sed ad aliquid vnum efficiendum concordant; non. n. est probabile, quòd beneuolentiã aliquam ad inuicem habeant, sed solum concordiam ad actum aliquem.

11 Dub. Cur diabolus tẽtando primum hominem non assumpsit formam boni Angeli? R. qui supra, dist. 21. q. 2. ar. j quòd hoc libẽter egisset, sed permissum nõ fuit à Deo, qui eum alias species assumere, in quib. magis posset latere, prohibuit.

12 Du. Cur nunc permittit eũ Deus in forma boni Angeli apparere? R. qui sup. quòd homo post pctm̃ factus est cautior per experientiam mali. Vnde fraudibus hostis, quas quotidie experitur, melius resistere nouit.

13 Dub. An à Deo mittant, vt impugnent. hoïes? R. S. Th. 1. par. q. 114. ar. 1. quòd mali Angeli impugnant hoïes dupliciter. Vno modo instigando ad pctm̃, & sic nõ mittuntur à Deo ad impugnandum, sed aliquãdo permittuntur ſm Dei iusta iudicia: aliquãdo autem impugnant homines puniendo, & sic mittuntur à Deo, sicut missus est spiritus mendax ad puniendum Achab regem Israel, 3. Reg. vlt. Pœna. n. refertur in Deũ, sicut in primum auctorem, & tamẽ alia intentione dęmones puniunt, puta ex odio, & inuidia, quam mittantur à Deo, qui hoc propter iustitiam operatur.

14 Dub. An omnia peccata procedant ex tẽtatione diaboli? R. qui supra, ar. 3. quòd aliquid potest dici causa alicuius dupliciter. Vno mõ directè, alio modo indirectè. Indirectè quidem, sicut cum aliquod agens causans aliq̃ dispõnem, ad aliquem effectum, dr̃ esse occasionaliter & indirectè cã illius effectus, sicut si dicat, quod ille q̃ secat ligna est cã combustionis eorum: & hoc mõ dicẽdũ est, quòd diabolus est cã omnium peccatorum nostrorum, quia instigauit primum hominem ad peccandum ex cuius peccato consecuta est in toto genere humano quædam p̃nitas ad omnia peccata: & sic intelligitur dictum Dion. 4. c. de di. no. & multitudo dæmonum est cã oïum malorum. Directè autẽ aliq̃s dr̃ esse causa alicuius, quòd operatur directè ad aliud, & hoc modo diabolus non est causa omnis peccati: non. n. omnia peccata committuntur, diabolo instigante, sed quædam ex libertate arbitrij, & carnis corruptione, quia ut dicit Orig. ẽt si diabolus non esset, homines haberent appetitum ciborum, & venereorum, & h'mõi, circa quæ multa inordinatio contingit, nisi per rationem talis appetitus refręnetur, & maximè supposita corruptione naturæ.

15 Dub. An diabolus p pctm̃ mortale substantialiter inhabitet hoïem, sicut Spiritus sanctus per gratiã? R. S. Th. quodlib. 3. ar. 8. quòd diabolum inhabitare hominẽ, potest intelligi dupliciter. Vno mõ, quantum ad aïam. Alio mõ, quantum ad corpus: quantum ad animam quidem non põt diabolus inhabitare hominem substantialiter, quia solus Deus illabitur menti: nec ita diabolus causat culpam, sicut Spiritussanctus gratiam. Spiritus. n. sanctus interius operantur, sed diabolus exterius suggerit, uel quãtum ad sensum, vel quãtum ad imaginationẽ. dr̃ tñ inhabitare affectũ hoïs per affectũ malitiæ, non solum q̃tum ex eius suggestione peccatum perpetrat, sed ẽt per quodcũque pctm̃ mortale: q a ex quolibet peccato mortali homo seruituti diaboli subijcitur; & q̃tum ad corpus, diabolus potest hoïem substantialiter inhabitare, sicut patet in energumenis, sed hoc magis pertinet ad rationem pœnæ, quàm ad rationem culpæ.

16 Dub. An dæmones possint alligari anulis, & ampullis, & h'mõi corporib. per nigromanciã? R. qui supra, quodlib. 10. ar. 1. quòd videmus spiritũ corpori alligari, q̃nq; quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori, quãdoq; aũt quadã superiori virtute, sicut per virtutem superiorum dæmonum inferiores alligantur arte nigromãtiæ imaginibus, uel annulis, uel alijs h'mõi rebus,

O Dub.

17 Dub. An hře familiaritatem cum dæmone, vel aliquid petere ab eo, sit apostatare à fide? R. S. Th. in 2. sen. di. 7. q. 2. ar. 2. quòd sicut grauiter peccat, qui illud, quod est Dei, creaturæ impēdit per idololatricū cultum, ita grauiter peccant, qui ea, quæ à Deo expetenda sunt, auxilio dæmonum implorāt, & hmōi est vaticinatio de futuro. Et sīr ēt in alijs operib. magicis, in quib. complemētum operis ex virtute dæmonum expectatur. In his. n. oīb. est apostasia à fide per pactum initum cum dęmone, uel uerbotenus, si inuocatio intersit, uel facto aliquo, etiam si sacrificia desint. Non. n. potest homo duobus dominis seuire, ut dicitur Matth. 7. c.

18 Dub. Cur ergo sancti aliqui vsi sunt auxilio dęmonum in aliquibus, vt de eis legitur? R. q. supra, quòd Paulus, & aliqui alij sancti leguntur aliqua per dæmones fecisse, non pacto cū eis initio sed per virtutem diuinā in eis exercentes, sicut ēt officiū potestatum cęlestium dicitur dæmones arcere.

19 Dub. An licitè possint fieri incantationes ad restringendum sanguinem ex vulnerib. & pro furtis inueniendis? R. S. Tho. vbi sup. quòd nulla utilitas esse pōt pro qua aliqui faciendum sit, quòd in Dei uergat iniuriam, quòd contingit, quando illud, quod ipsius est, non ab ipso quæritur, sed cum eius aduersario fœdus initur.

20 Dub. Cur dæmones permittunt se videri à pueris, virginib. potius, q̄ ab alijs? R. S. Th. q. 6. de po. ar. 10. quòd dæmones a virginib. inuocati adueniunt, vt ex hoc, in suæ diuinitatis opinionem homines adducant, quasi mundiciam ament.

21 Dub. Qūo pñt coire cum mulierib. vt dr fieri? R. S. Th. 1. par. q. 51. ar. 3. qđ sicut dicit Augu. de ciuitate Dei, multi se expertis, vel ab expertis, se audisse cōfirmant, Siluanos, & Faunos, quos vulgus incubos vocat, sæpe cum mulieribus coisse, & earum expetisse concubitum, atque peregisse. Vnde hoc negare impudentiæ vr: si tamen ex coitu dæmonum aliqui interdum nascantur, hoc nō est per semen ab eis decisum, aut à corporibus assumptis, sed per semen alicuius hominis ad hoc acceptum, vtpote quod idem dæmon qui est succubus ad uirum, fiat incubus ad mulierem, sicut & aliarum rerum semina assumunt ad aliquarum rerum generationem, & ut Aug. dicit in tertio de Trin. vt sic ille, qui nascitur, non sit filius dęmonis, sed illius hominis, cuius est semen acceptum.

22 Dub. An dæmones possint transmutare hoīes in bestias? R. S. Th. 1. par. q. 114. ar. 3. quòd omnes transmutationes corporaliū rerum, quæ possunt fieri per aliquas virtutes naturales, ad quas pertinent semina rerum naturalium, pñt fieri per operationē dæmonum, hmōi seminibus adhibitis, sicut cum aliquæ res transmutantur in serpentes, uel ranas, quæ per putrefactionem gñari pñt. Illæ uero transmutationes corporalium rerum, quæ non possunt uirtute naturę fieri, nullo modo operatione dæmonum ſm rei ueritatem perfici possunt, sicut quod corpus humanum mutetur in corpus bestiale, aut, q̄ corpus hominis mortuum reuiuiscat, & si aliquando aliquid tale operatione dęmonum fieri videatur, hoc non est secundum ueritatem, sed secundum apparentiam tantum.

23 Dub. Qūo diabolus facit corpus humanum apparere corpus bestiale? R. qui supra. q. 94. ar. 4. quòd hoc dupl'r operari potest. Vno modo ab interiori secundum quod potest mutare phantasiā hois, & ēt sensus corporeos, ut aliquid uideatur aliter q̄ sit. Vñ Arist. in lib. de som. & uigil. assignans cām apparitionis somniorum, dicit, quod cū animal dormit, descendente plurimo sanguine ad principium sensitiuum, simul descendit motus. i. impressiones relictę ex sensibiliū motionibus, q̄ in spiritib. sensualib. conseruātur, & mouent principiū, ita quòd fit quædam apparitio, ac si tunc principiū sensitiuū reb. ipsis exteriorib. mutaret: & tanta pot est esse motio spiritū, & humorū, qđ hmōi apparitiones ēt uigilātib. fiāt, sicut patet in freneticis, & in alijs hmōi: & sicut hoc fit per naturalē commotionem humorum, & q̄nq; etiam per uoluntatem hōis, qui uoluntariè imaginatur quod prius senserat, ita etiam hoc potest fieri uirtute dæmonis, quandoq; quidem alienatione à corporeis sensibus, quandoq; autem absque tali alienatione. Alio modo, ab exteriore, cum. n. ipse possit formare corpus ex aere cuiuscunq; formæ & figuræ, & illud assumens in eo visibiliter appareat, pōt eadem rōne circumponere cuique rei corporeæ quamcunque formam corpoream, ut in eius specie uideatur.

24 Dub. An possint dęmones cāre pluuias, grādines, & hmōi? Res. qui sup. 1. 2. q. 8. ar. 2. quòd na-

ꝙ natura corporalis ſpũali obedit ad motũ localem. Vnde & diabolus omnia cauſare pôt, quę ex motu locali corporũ inferiorũ peruenire poſſunt, niſi virtute diuina reprimatur. & idem S. Th. q. 16. de malo. ar. 9. dicit, ꝙ oia q̃ uiſibiliter fiunt in hoc mundo, poſſunt fieri per dęmones, nõ ſola propria uirtute, ſed mediantibus actiuis naturalib.

25 Dub. An dęmones ſeipſos poſſint expellere à corporibus? Reſp. S. Tho. 3. par. q. 43. ar. 2. ꝙ uirtute ſuperiorum dęmonũ ita dæmones à corporib. expelluñt, q̃ nec manet dominium eorum quantum ad animam. Non. n. contra regnũ ſuum diabolus agit, ſed Chriſtus expellebat dæmones non ſolum à corpore, ſed multo magis ab anima.

26 Dub. Cur expellendo dæmones dñs permittebat fortius diſcerpere dæmoniacos? Reſ. qui ſupra, q 44 ar. 1. ꝙ Chriſtus expellebat eos ab hominib. propter animæ ſalutem principaliter, & ideo permittebat dæmones quos eijciebat hominib. aliquod nocumentum inferre, uel in corpore, uel in rebus, propter animę ſalutẽ, ad hominum ſinſtructionem, ut etiam patet dub. ſeq.

27 Dub. Cur eos permittebat intrare in porcos? Reſp qui ſupra quòd, ut dicit Chryſ. ſuper Mat. Chriſtus permiſit dæmonib. in porcos ire, non quaſi à dæmonibus perſuaſus. Sed primo quidem, ut inſtruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus inſidiantur. Secundo, ut omnes diſcernerent, quoniam nec aduerſus porcos auderet aliquid facere dæmon, niſi ipſe conſenſerit. Tertio, ut oſtenderet quòd grauiora in illos homines operati eſſent, quàm in illos porcos, niſi eſſent diuina prouidentia adiuti, & propter etiam eaſdem cauſas permiſit eum qui à dæmonibus liberatus fuit ad horam grauius affligi, a qua tamen afflictione cum citius liberauit.

28 Dub. Quæ poteſtas datur hominib. ſanctis dęmones expellẽdi? Reſ. S. Th in 4 ſen. diſ. 5 q 1. ar. 3. q 1. quòd hominibus datur poteſtas talis quantum ad effectum nocumenti corporalis, quem in uexatis faciunt, non autem quantum ad effectum ſpiritualis nocumẽti, quod eſt peccatum expellere, & à ſeruitute dæmonis liberare. Io. 8. c. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis.

29 Dub. An dæmoniaci intelligant verba, q̃ per eos loquit̃ dæmone? ℞ S. Th. 22. q. 165. ar. 2. dicens, ꝙ, ut dicit Aug. 2. ſuper Ge. ad literam, neq; ẽt ſerpens uerborũ ſonos intelligebat, qui in illo fiebant ad mulierẽ, nec ẽt conuerſa credenda eſt anima eius in naturam rationalem, qñ quidem nec ipſi homines, quorum rationalis natura eſt, cũ dæmon in eis loquatur, ſciunt quid loquãtur.

30 Dub. An dæmonibus minuatur pœna ex hoc quòd torquent damnatos? Reſ. S. Th. in 4 ſen. diſ. 47. q 1. ar. 2. q. 4. quod ſicut hominibus per Angelos diuinę illuminationes deferũtur, ita etiam dæmones ſunt executores diuinæ iuſtitiæ in malos, nec in hoc aliquid minuetur dęmonum pœna, quia in hoc quod etiam alios torquent, ipſi torquebuntur. ibi enim miſerorum ſocietas miſeriam non minuet, ſed augebit.

31 Dub. An dæmones tentantes actualiter homines, patiantur ab igne inferni? Reſp. S. Tho. in 4. ſen. diſt. 44. art. 3. q. 3. in fi. quòd ut dicit Glo. ſuper illud Iac. 3. Inflammat rotam natiuitatis &c. Diabolus ubicunque ſit, ſiue ſub aere, ſiue ſub terra, ſecum fert tormenta ſuarum flammarum.

32 Dub. An omnes dæmones ſint deputati in infernum? Reſp. S. Th. in 4. ſen. diſ. 64. ar. 4. q̃d dæmonib. duplex locus pęnalis debetur. Vnus quidem ratione ſuæ culpæ, & hic eſt infernus. Alius aũt ratione exercitationis humanę, & ſic debetur eis iſte aer caliginoſus. Procuratio aut ſalutis humanæ protenditur uſque ad iudicium. Vnde & uſq; tũc durat miniſterium Angelorum, & exercitatio dæmonum. unde & uſque tunc, & boni Angeli ad nos huc mittunt, & dęmones in iſto aere calignoſo ſunt ad noſtrum exercitium. Licet etiam eorum aliqui & nunc in inferno ſint ad torquendum eos, quos ad malum induxerunt, ſed poſt diem iudicij omnes mali tã homines, quàm Angeli in inferno erunt, boni uero in cęlo.

33 Dub. An dęmones poſſint facere miracula? Reſp. S. Th. in de potentia. q. 6. ar. 5. ꝙ ad ea, quę ſunt ſup a facultatẽ naturæ ipſorũ dæmonib. à Deo nulla dat̃ ptãs quia cum opera miraculoſa ſint quoddã diuinũ teſtimoniũ indicatiuũ diuinæ uirtutis, & ueritatis, ſi dæmonib. quorũ eſt tota uoluntas ad malum, aliqua ptãs daretur faciendi miracula, Deus falſitatis eorum teſtis exiſteret, ꝙ diuinam bonitatem non decet: unde ea tantum interdum opera faciunt, quæ miracula hominibus uidentur, quando permittuntur à Deo, ad quæ eorum naturalis uir-

tus se posset extendere.

34 Dub. Quomodo dęmones possint ligari, cũ non habeant corpora? Resp. qui supra, q. vt dicit Aug. 3. de Trini. q̃dã sunt q̃ mali angeli facere possent, si p̃mitterẽtur, iõ facere nõ p̃nt quia nõ permittũtur. Vñ sc̃dm hoc ligari dicuntur, quia impediuntur ab illis agẽdis, ad q̃ eorũ naturalis virtus se extẽdere nõ posset: solui aũt dñr cũ p̃mittũtur agere diuino iudicio, quæ ƒm naturã agere p̃nt.

35 Dub. Cur dæmones apparẽt in formis bestiarũ, & voces imitãtur earum? Res. S. Th. 2.2. q. 165. ar. 5. q. dæmon non potest assumere figuras ad decipiendum, & terrẽdum hoĩes, quas vult. sed solũ prout p̃mittitur à Deo: & quia Deũ dereliquit, ideo iumentis insipientibus similis factus est. Vñ vt habetur in lib. dialogorũ Gre. Datius Mediolanensis episcopus Corinthi in domo, quã malignus spiritus inhabitabat, ad quiescendũ ingrediens, dũ rugitus leonũ, balatus pecudum, mugitus asinorũ, sibilos serpentum, porcorũ grunitus, stridoresq; soricũ audisset, cõtra antiquũ hostẽ magis cæpit clamare vocibus, dicẽs: b̃n tibi miser cõtigit. Tu ille es, qui dixisti. Ponã sedẽ meã ad Aquilonẽ, & ero similis Altissimo. Ecce per superbiam tuam porcis & soricibus similis factus es & qui imitari Deum indigne voluisti, ecce vt dignus es bestias imitaris, & ex tunc malignus spiritus fugit, nec dictã domum vlterius ingressus est.

36 Dub. An possint nocere pueris baptizatis? Res. S. Tho. in 4. sen. di. 4 q. 3. ar. 2. q. 2. q. dæmones nõ habẽt tantã p̃tãtem in pueris baptizatis, & ab originali mũdatis, quãtam in illis, q. adhuc originale habent, neq; quãtũ ad spiritualia, neq; quãtũ ad corporalia; possunt tñ nocere, Deo pemittente.

37 Dub. Cur in baptizandis fit exorcismus ad fugandũ dæmonẽ? Res. S. Th. i 4. sen. di. 6. q. 2. ar. 3. q. 1. q. p̃p p̃cm̃ hominis diabolus accepit potestatẽ in hoĩem, & in oĩa, q̃ in vsum hominis ueniũt in ipsius nocumentum. Et ideò, quia nulla est cõuẽtio Christi ad Belial. ideo qñ aliq̃d sanctificandum est ad cultũ diuinũ, prius exorcizatur, vt liberetur a p̃tãte diaboli, qua illud ad nocumentũ hoĩs assumere poterat, & deinde Deo cõsecrat, & hoc patet in b̃ndictione aquæ, in consecratione templi, & in oĩbus huiusmodi. Vñ cũ p̃pria sanctificatio, qua hõ Deo cõsecratur, fit in baptismo, oportet q. prius ẽt exorcizetur, q. baptizatur. multo fortiori rõne, quam alia res, quia in ipso homine est causa, quare diabolus potestatem accepit in hoĩe, & in alia, quæ sunt propter hominẽ, s. peccatum originale uel actuale, & hæc signant ea, quæ in exorcismo dicũtur, ut cũ dicitur, Recede ab eo sathana, & hmõi. Et similiter ea q̃ ibi fiũt, quia ipsa exsufflatio signat dæmonis expulsionem. Benedictio autem cum manus impositione p̃cludit, expulso viam, ne redire possit. Sal aũt in os missũ, & narium, & aurium sputo linitio, signat remotionẽ impedimẽti ipsius dæmonis respectu fidei docendę uel addiscẽdę. vt dictum est: sed olei unctio signat expeditionem hominis in pugna, quam aduersus diabolum suscipit, à cuius potestate exemptus est.

38 Dub. Cur dæmones ueniunt ad inuocationẽ virtutis diuinæ? Res. S. Th in de po. q. 7. ar. 10. q. in hoc quòd ad inuocationẽ diuinę virtutis aduenjunt, volunt intelligi, q̃d nõ sint à diuina iustitia oĩno exclusi: nõ. n. sic diuinitatẽ appetunt, ut summo Deo velint æquari oĩno, sed sub eo diuinitatis cultum, sibi ab hoĩbus exhiberi, gaudent. Vide dominica prima Quadragesimæ dub. 66.

39 Dub. An magis uexent hoĩes uno t̃pe, q̃ alio? Res. S. Th. 1. par. q. 115. ar. 5. quod ut dicitur Mar. 4. & 15. dæmones lunaticos uexãt, quos dñs liberauit, sed dęmones eos uexãt sc̃dm certa augmẽta lunę, q. contingit p̃p duo. Primo ad hoc ut infamẽt creaturã Dei. s. Lunã, ut Hie. & Chry. dicunt. Sc̃do, q̃a cũ non possint operari nisi mediãtib. naturalibus uirtutibus i suis operibus, cõsiderant corporũ aptitudines ad effectus intentos. Manifestũ est autẽ q. cerebrũ humidissimũ est omniũ partium corporis, ut Aris. dicit. Et iõ maxime subijcitur operationi lunæ, quæ ex sui propietate habet mouere humorem: in cerebro autem perficiuntur uires aĩales, & iõ dęmones, sc̃dm certa augmenta lunæ pertubant hominis phantasiã, qñ cõsiderãt cerebrũ ad hoc esse dispositũ.

40 Dub. Cur dæmones p̃ nigromanticos aduocati sub certis cõstellationibus ueniunt? Res. S. Th. 1. par. q. 115. ar. 5. q. dæmones sic uocati propter duo ueniũt Primo, ut homines in hunc errorem inducant, q. credant aliquid omen esse in stellis: Secundo, quia considerant sc̃dm aliquas certas constellationes materiam corporalem magis esse dispositã ad effectus, pro quibus aduocantur.

Dub.

41 Dub. Quomodo alliciuntur carminibus & lapidibus, & huiusmodi? Res. qui, & vbi supra, quod huiusmodi alliciuntur, non vt animalia alliciuntur cibis, sed vt spiritus alliciuntur signis, inquantum s. hæc eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.

42 Dub. Cur faciunt aliquando aliquas leuitates sicut Siluani, qui vulgo dicuntur Saluani; Res. S. Th. 1. 2. q. 89. ar. 4. quòd dæmones prouocant homines ad risum, & ad alias huiusmodi leuitates, vt homines ad sui familiaritatem attrahant, & sic deducant eos in peccatum mortale.

43 Dub. An semper peccent in omnib. quæ agunt? Resp. S. Th. 1. par. q. 64. ar. 2. ꝙ actus dęmonis est duplex: quidam s. ex voluntate deliberata procedēs, & is propriè pōt dici actus eius, & talis actus dęmonis semper est malus: quia, & si aliqñ aliquod bonū faciat, nō tñ benefacit, sicut cū veritatē dicit, vt decipiat, & dū non voluntariè credit, & cōfitetur, sed rerū euidentia coactus. Alius aūt actus dæmonis est naturalis, qui bonus esse pōt, & attestatur bonitati naturæ, & tamen tali bono actu abutitur ad malum.

44 Dub. An diligat Angelos bonos? Resp. qui sup. q. 60. art. 4. quòd dilectio naturalis dr̄ esse ipsius finis, non tanquam cum aliquis velit bonum, sed tanquā bonum, quòd quis vult sibi, & per cōsequens aliū, inquantum est vnū sibi, nec ista dilectio naturalis remoueri potest ēt ab angelis malis, quin dilectionē naturalē habeant ad alios Angelos, inquantū cum eis communicant in natura, sed odiunt eos inquantum diuersificantur secundum iustitiam, & iniustitiam.

45 Dub. An dęmones possint scire secreta cordiū? Res. S. Th. in 2. sen. dis. 8. ar. 5. ꝙ cogitationes cordiū scire solius Dei est, possunt tñ Angeli, & boni, & mali aliquas earū conficere ex signis corporalib. exterioribus, s. ex immutatione vultus, sicut dr̄, In vultu legitur hominis secreta uolūtas: & ex motu cordis, sicut per qualitatē pulsus, ēt à Medicis per passiones animæ cognoscunt.

46 Dub. An dęmon possit impellere hoīem in peccatū? Res. S. Th. 1. 2 q. 80 ar. 3. ꝙ diabolus propria uirtute nisi refrenetur a Deo pōt aliquē inducere ex necessitate ad faciēdum aliquem actū, qui de suo genere peccatū est: nō aūt pōt inducere necessitatem peccandi: quod patet ex hoc, ꝙ homo moti uo ad pecandū non resistit nisi q̄ rōnē, cuius usum totaliter impedire pōt, mouendo imaginationē & appetitū sensitiuū, sicut in arreptitiis patet; sed tūc rōne sic ligata q̄cquid homo agat non imputat̄ ei ad peccatū, sed si rō nō sit totaliter ligata, ex ea parte, qua est libera, pōt resistere pc̄tō; unū manifestum est ꝙ diabolus nullo mō pōt necessitatem inducere homini ad pecandum.

47 Dub. Quis dicatur mutus? Resp. Catholicō, ꝙ dr̄ a mugio mugis quia quasi mugiat, & nō loquat̄. Vox. n. eius nō est sermo, sed mugitus: uocalem. n. spiritum q̄ nares quasi mugiens emittit. Et Teoph. super Euāg. dicit, ꝙ dr̄ mutus ut in plurib. quia non loquitur: dr̄ ēt, & qui non audit, sed magis q̄ non audit, nec loquitur; qui aūt à natiuitate non audiuit, ex necessitate non loquitur: ea. n. loquimur, q̄ per auditum loqui docemur: si q̄s aūt ex aliqua passione auditū amiserit huic nihil ꝓhibet loq: qui aūt dn̄o oblatus fuit, & mutus erat lingua, & surdus auditu.

48 Dub. An iste esset surdus, & mutus ante introitū dæmonis, uel post? Res. Chrys. sup Matth. quod dæmon utrumque opilauit, s. auditum & uisum, qm̄ ut dr̄ Mat. 12. c. Dæmoniacus erat mutus, & cœcus, & dæmon cæcitatem induxit, & loquelam abstulit, quod patet, quia dicitur, & cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus.

49 Dub. Cur admirabant̄ turbæ? Rn̄d. Cirillus sup Lu. ꝙ Deū extollebat multitudo ꝑconiis, & gloria, q̄ Deum decebat, & ita ob magnitudinem miraculi admirabantur.

50 Dub. Quid est Beelzebub? Rn̄. Beda sup Lu. quòd erat Deus Acharon. Nām Beel q̄ dē ipse, Beelzebub aūt musca uocatur, & inde Beelzebub quasi uir muscarū. Remi aūt dicit quòd Beelzebub ipse est Beel, & Baal, & Beelphegor. Beel fuit pater Nini regis Assiriorum. Baal quia in excelso colebatur, Beelphegor à loco. i. à mōte Phegar. Zebub seruus fuit Abimelech, filij Gedeonis, qui occisis 70. fratrib. ędificauit templum Baal, & constituit Zebub sacerdotem in ipso, ad abigendas muscas, quæ ibi congregabantur, propter nimium cruorem uictimarum: Zebub namque musca dicitur.

51 Dub. Cur dicicunt Beelzebub principē dæmoniorum? Res. Remig. & Be. quod propter spurcissimum ritum colendi, dicebant eum esse principem dæmoniorum.

52 Dub. Cur obijciebāt domino, ꝙ in Beelzebub

Iudæos blasphemãtes,& hæreticos? ℞. Glo. marginalis, quòd uerum Dei filium patri consubstãtialẽ aduersus blasphemãtes confitetur, cũ matrẽ ex filio tanquã principio rõne diuinitatis beatificat: & cõtra hæreticos verum non phãtasticum hominis filium matri substantialem testatur, cùm eũ vẽtre portatum, vberibusq; lactatum significat.

85 Dub. Cur dicit uẽtrem esse beatum? ℞. Beda in hom. dicens, si caro verbi Dei secũdum carnem nascentis à carne semper Virgini matris pronũciatur extranea. sine causa venter, qui eum portasset beatificatur.

86 Dub. Cur beatificat vbera? ℞. Beda vbi supra, quòd ex unius & eiusdem fontis origine, secundum physicos, vterque uigor, seminis s. & lactis manare perhibetur, quæ vero consequentia, vt eius lacte credatur nutritus, ex cuius semine negatur conceptus: ergo, ut dicit Glos. interlinearis, de semine semper Virginis potuit concipi, qui eius potuit lacte nutriri.

87 Dub. Quia videt̃ quòd debuisset beatificare filium, & non matrem? Resp. Landulphus ubi supra, & matrẽ & filium beatificauit commendans eius conceptum, & partũ corporalẽ. q. d. Beatus venter, qui te beatũ portauit, per quem omnes beatificamur.

88 Dub. Quomodo ausa fuit hæc mulier laudare, quem Iudæi blasphemabant? Res. qui supra, quòd suauitate uerborum Xpi accensa, nõ timuit in altum extollere vocem; adde, quòd loquebatur ex Spiritusancto, q̃ est charitas, quæ foras mittit timorem.

89 Dub. Cur dominus, non confirmauit verba mulieris, sed dixit, quinimo beati &c. Resp. Chryso. quòd ideo, quia nihil beatæ semper Virgini profuisset partus, nisi valde bona, & fidelis fuisset.

90 Dub. Quia uidetur, quòd Christus matrem repudiauerit ex illis verbis? ℞. Chrys. quòd hoc non fuit responsum repudiantis matrem, sed ostendentis, quòd nihil ei partus profuisset, ut in dubio præcedente.

91 Dub. An beata semper Virgo designetur beata ex verbis Christi? Res. Beda in hom. dicens. hoc in loco beatæ Dei genitricis excellentia commendatur, quia in tanta speculationis custodia domino famulabatur, q̃d ipsius humilitati, & sanctitati nullus sanctorum comparatur. Beatam igitur matrẽ suã Saluator p̃dicauit, q̃ verbũ Dei audiuit, & supra oẽs huius vitę mortales custodiuit.

92 Dub. An illa dictio, quinimo, sit dicta in laudem semper uirginis Mariæ? Resp. Beda ubi supra, quòd eadem Dei genitrix, & inde quidem beata fuit, quia uerbi Dei incarnandi ministra facta est temporalis, sed inde multo beatior, quia eiusdẽ semper amandi custos manebat æterna.

93 Dub. Quia cum sola beatitudo sit in uisione diuinæ essentiæ, quo beati sunt qui audiunt uerbum Dei &c. ℞. S. Th. 1. 2. q. 3. ar. 2. quòd beatitudo dicitur diuersimode, secũdum quod diuersæ res beatitudinis capaces ad diuersos gradus perfectionis pertingere possunt. Nam in Deo est beatitudo per essentiam, quia ipsum esse eius, est operatio eius, quia non fruitur alio, sed seipso. In angelis autem beatitudo est ultima perfectio, secundum aliquam operationem, qua coniunguntur bono increato, & hæc operatio est in eis vnica, & sempiterna. In hominib. autem secundum statum præsentis uitæ est ultima perfectio, secundum operationem, qua homo cõiungitur Deo, sed hæc operatio nec continua põt esse, & per consequẽs nec unica: & q̃a operatio intercisione multiplicatur, & propter hoc in statu præsentis uitæ perfecta beatitudo ab homine haberi non põt, sed promittitur nobis beatitudo perfecta q̃n erimus sicut angeli in cęlo. Est t̃n in hac uita aliqua participatio beatitudinis, & quanto operatio põt esse m̃gis continua & una, tanto plus habet rationẽ beatitudinis. Et ideo in actiua uita, quæ circa multa occupatur, est minus de ratione beatitudinis, q̃ in contemplatiua uita, quæ uersatur circa unum. i. circa ueritatis contemplationem. Et si aliquando homo actu non operetur huiusmodi operationem, tamen quia in promptu habet eam, semper potest operari: & quia ẽt ipsam cessationem, puta seminis, uel occupationis alicuius naturalis ad operationem prædictam ordinat, quasi uidetur operatio continua esse.

94 Dub. An surdi, qui non possunt audire uerbum Dei, possint esse beati? ℞. quod beatitudo non consistit in audiendo tantum, sed in operando: nec auditus est necessarius nisi propter hoc, ut homo intelligat, & audiat quid debeat operari. Et ideo si surdus operetur iuxta mandata Dei, quæ per nutus, uel signa intelligere potest, eo modo erit beatus, quo sunt illi, qui per auditum eadem operantur.

Dub.

95 Dub. Quid est audire uerbum Dei? R. quod est intelligere, uelle, & cognoscere mãdata, & uoluntatem Dei.

96 Dub. Quid est custodire uerbum Dei? R. quod est implere ea, quæ præcipiũtur, & cauere ab eis, q̃ ipso Dei p̃cepto ꝓhibent.

ALLEGORICE.

Figurat hoc Euãgeliũ dominũ nostrum Iesum Christum [qui eiicit dæmonium] a sanctis patrib. qui in limbo erant [surdum, & mutum] quoniam non permittebat audire eos melodias Angelorũ, nec debitas Deo persoluere laudes, [& cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus] cum genus humanum de limbo eductum gratias suo referebat redemptori] & admiratæ sunt turbę] Angelorum dicentium, quis est iste tam potens, qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra? [Quidã autem] ut Iudæi, & hæretici, ac alii infideles deprauabãt opera Christi, dicentes ipsum non esse Deum, [alii autem,] i. falsi Christiani [signum de cœlo petebant] non dantes fidem scripturis, & dictis prophetarum. Christus autem [fortis & armatus] subiugauit principem huius mundi, & omnes sanctos patres eius potestate liberauit, ac nos a peccato mundauit, ut non essemus amplius contra Deum, sed secum colligeremus fructum bonorum operum, [& cum immundus spũs exit] ab hæreticis baptizatis [quærit requiem per loca arida] cæterorum fidelium debiarum. [& inaquosa.] i. a malitiæ cogitationum libidinis desiccata, [& nõ inueniens requiem] cũ eidem resistant fortes in fide [assumit septẽ spũs] i. oĩa uitia capitalia suggerit ipsis hæreticis relapsis, qui erant [domus sua] cum essent in pristino errore [q̃ erat scopis mundata & ornata] per hypocrisim fingẽtes se esse oues fęcundas, cum sint lupi rapaces: & sic [eorũ nouissima efficiuntur peiora prioribus] cũ alios in errores eorum conentur inducere. [Verum mulier q̃dam de turba.] i. ecclesia catholica de turba Iudæorum, & Gentiliũ congregata, semper Virginis uentrem, qui Christum portauit beatificat & laudat, uoce excelsa eius laudes cantando. Et meretur exaudiri a Christo, dicente [Beati qui audiunt uerbum Dei & custodiunt illud] fidem immaculatam conseruando.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex sacro Euãgelio, quod habemus [dæmoniũ] per mortale pctm̃, quod nos [mutos] facit, ne illud per confessionem purgemus [& surdos] ne monita salutis audiamus, Saluatorem adeamus, & eius uices gerẽti Sacerdoti confiteamur cum cõtritione, & satisfactione: & sic dimisso peccato, dæmoniũ eiicietur, & tunc loquemur laudẽ Dei. [Et turbæ.] i. boni Christiani [admirabũtur.] Deum laudãtes de nostra cõuersione: nec curemus linguas detrahentium, & nobis improperia dicẽtium, sed colligamus patientiam cum Christo, ne dispergamur a sathana, & ipse armatus uexillo crucis, aduersarios disperget [in digito.] i. uirtute diuina, [& perueniet in nos regnũ Dei] & largietur [ac nobis distribuet dona Spiritus sancti] prouiso solerter, ne [immundum spiritum] permittamus ingredi [domum nr̃am] dono septemplici (ornatam) & pcti [mundatam] per confessionem, qm̃ per recidiuationem [fient nouissima nostra peiora prioribus] superueniente ingratitudinis uitio, quod desiccat fontem diuinæ pietatis: sed fortes, & stabiles existentes beatificamur [a muliere de turba] quæ est mater nostra sancta Ecclesia catholica, quæ nos in uentre suo beato portat, & tanquam paruulos vberibus suis nos lactat.

ANAGOGICE.

Ad cœlestem beatitudinem contemplandã eleuamur, ad quã expulsis uitiis [per dæmonium] suggestis, loquemur diuinas laudes cum sanctis turbis spirituũ beatorum. [Beelzebub.] i. lucifero [principe dæmoniorum] una cũ suis spiritib. immundis, agentibus contra Christũ, eius membra impugnãdo, in ignem æternum detruso per Christũ [armatum fortiorem] uniuersum orbẽ iudicantem, & oẽs iniquos dãnãtẽ, quib. eueniet [nouissima peiora prioribus inextinguibilib. flammis traditi. Electi autem in uentre cœlestis Hierusalem beatificati, & saturati ab eius uberib. præmia [de auditione uerbi Dei, & eius obseruatione] abũdãtissimẽ reportabunt ab eo, qui in æternum uiuit cum Patre, & Spiritusancto, ac eius intemerata semper Virgine Maria, qui ab ea lactatus est ubere de cœlo pleno.

FERIA SECVNDA TERTIAE Dominicæ Quadrag.

Quãta audiuimus facta in Capharnaũ Lu. 4.

Histo-

Historia huius Euangelii facta est anno Christi 33.

HISTORICE.

Rogatus dñs a Iudæis, ut sua i patria portenta operaret, cum in Nazareth audissent mirãda ꝑpetrasse. Rñdit prophetã nullum sua in gente in honore haberi, Helyas nãq; fame orbẽ opprimente ad nullã, ut pasceret uiduarũ Israel (quamquã plures essent) sed ad Sareptanã Sydoniæ uiduã missus fuit: Helysei quoq; tpib. nullus leprosorum Iuda,) etsi multi essent) sed Naaman Syrus duntaxat curatus est. Ira igitur in synagoga existẽtes repleti, vt eum præcipitio interimerent, ad montis supercilium extra eorum urbem deduxerunt. At dominus eorum per mediũ incedens, euasit,

Ad dubiorum solutionem deueniendum.

1 DVBITATVR. Cũ ante istud Euãgeliũ dicatur Lu 4. utiq; dicetis mihi: Medice cura te ipsũ. q̃ta audiuimus facta in Capharnaũ &c. Cur ecclesia hic dixit, Dixerũt pharisæi ad Iesũ? R. ꝙ ut dr̃ Mar. 6. c Pharisæi de Christo murmurabãt eum despiciẽdo forte dicẽtes, Quãta audiuim⁹ facta i Capharnaũ, cur nõ facit talia hic in patria sua? Et hic dñs in faciem eis dixit q.d. vos dicitis quãta audiuimus, &c. replicãdo eorũ dicta. Vel ista dicebãt in cogitationib⁹, quas ipse cognoscebat.

2 Dub. Quæ audierant facta in Capharnaum? Resp. ꝙ ea miracula, quæ dominus dicit discipulis Ioannis, cœci uident, &c. ut habetur Matth. 11. c.

3 Dub. Vbi erat dominus, quando hoc sibi dixerunt? Resp. ꝙ erat in Nazareth, ut dicitur ante istud Euangelium.

4 Dub. Cur Nazareth dicitur patria domini, cum ibi non fuerit natus? Res. ꝙ ibi fuit nutritus, & ita dicitur patria sua.

5 Dub. Cur uolebãt, ꝙ ibi faceret miracula? R. quod ꝑp infirmos plures quos hẽbãt, vt sanarent. Vel ut dicit Iac. de Vora. ut suis miraculis eorũ patria honoraret, qa alibi, & nõ ibi faciendo uidebatur eam despicere.

6 Dub. Cur Xp̃s nolebat ibi facere miracula? R. Iac. de Vor. quod ipsi indigni erat tũ ꝑp superbiã, qa eũ despiciebãt: tũ ꝑp eorũ incredulitatem, quia in ipsum nõ credebant: tum propter inuidiam, quia sibi inuidebant.

7 Dub. Quid est miraculũ? R. S. Th. 1. par. q. 105. ar. 7. ꝙ nomen miraculi ab admiratione sumitur: admiratio autem consurgit cum effectus sunt manifesti, & causa occulta, sicut aliquis miratur cum uidet eclipsim solis, & ignorat causam: potest autem causæ effectus alicuius apparentis alicui esse nota, quæ tamen est aliis incognita: unde aliquid est mirum aliis, s. sicut eclipsim solis miratur rusticus, nõ autem Astrologus: miraculũ autem dicitur qua admiratione plenum, quod, s. habet causam simpliciter, & omnib. occultam Hoc autem est Deus, unde illa quæ à Deo fiunt, præter causas nobis notas, miracula dicuntur.

8 Dub. Quis põt facere miracula? R. qui supra q. 110. ar. 4. quod solus Deus, quia illud dr̃ proprie miraculum, quod fit præter ordinem naturæ, non alicuius particularis, sicut cum quis proiicit lapidem sursum, facit cõtra naturam particularem lapidis, quæ est tendere non sursum, sed deorsum, sed totius naturæ creatæ. hoc autem non potest facere nisi solus Deus, quia quicquid facit Angelus, uel quæcunque alia creatura, propria uirtute, hoc fit secundum ordinem naturæ creatæ, & sic non est miraculum.

9 Dub. Quæ differentia est inter signa, miracula, prodigia, & portenta? R. S. Th. 2. 2. q. 170. ar 1. quod in miraculis duo sũt attendi. Vnum quidem est id, quod fit, quod quidem est aliquid excedens facultatem naturæ, & secundum hoc miracula dñr uirtutes. Aliud autem est id, propter quod miracula fiunt s. ad manifestandum aliquid supernaturale: & secundum hoc communiter dicuntur signa, propter excellentiam autem dicuntur portenta, uel prodigia, quasi procul aliquid ostendentes.

10 Dub. An miracula semper sint supra naturã? R. S. Th 2. sen. di. 18. q. 1. ar. 3. quod miracula quãdoq; sunt supra naturã, quãdoq; præter naturã, & quãdoq; contra naturã: supra naturã dicitur miraculum esse quando natura non potest in ipsam substantiã facti, sicut diuisio maris rubri, suscitatio mortui, & huiusmodi. Illa uero dicũtur ꝑter naturam fieri, in quo quidem natura põt quãtũ ad substantiam facti, sed tamen præter operationem naturæ fiũt, iussu diuino, & quod talia dicãtur miracula contingit ex tribus. Primo, propter excessum singularẽ, quemad modum

modum sicut ranę productæ in Agypto in tanta multitudine, sicut antea visum nō fuerat. Secundo ꝓpter hoc, quod hora determinata contingunt ad inuocationem diuini nominis, sicut manus Hieroboam extensa contra pophetam arefacta fuit, & ara eius diuisa. 3. Reg. 13. Tertiò, qn̄ aliquid vniuersaliter cōtingit, sicut in veteri lege de aqua zelotipię, quòd post potū illius, vēter adulteræ diuino miraculo putrescebat. Contra naturā autē dicitur fieri, quādo in re est aliquid contrarium ei quod fit, sicut si graue sursum moueret, & quod uirgo peperit, vel aliquid huiusmodi, ita quod miraculose sequatur actus, manente contraria natura, q̄, scilicet, est principium contrarij actus.

11 Dub. An omnia miracula sint æquali, & consimili admiratione plena? Resp. S. Th. 1. par. q. 105. ar. 8. quòd nihil pōt dici miraculum ex cōparatione diuinæ potentiæ, quia quodcunq; factum diuinæ potentiæ comparatum est minimum, secundum illud Esa. 44. Ecce gentes quasi stella situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. Sed dicitur aliquid miraculum per comparationē ad facultatem naturæ, quā excedit. Et ideò secundum quod magis excedit facultatem naturæ, secūdum hoc maius miraculum dicitur. Excedit autem aliquid facultatem naturæ tripliciter. Vno modo quantum ad substantiam facti, sicut quòd duo corpora sint simul, uel quod sol retrocedat, aut quod corpus humanum glorificetur, quod nullo mō natura facere potest & ista tenent summum gradum in miraculis. Secundò aliquid excellit facultatem naturæ, non quantum ad id, quod fit, sed quantū ad id, in quo fit, sicut resuscitatio mortuorū, & illuminatio cęcorū, & similia. Potest enim natura causare uitā, sed non in mortuo, & pōt præstare visum, sed non in cœco. & hæc tenent secundū locum in miraculis. Tertio modo, excedit aliquid facultatem naturæ quantū ad modum, & ordinē faciendi, sicut cum aliquis subito per uirtutē diuinam à febre curatur, absque curatione, & consueto processu naturæ in talibus: & cum statim aer diuina virtute in pluuias densatur absq; naturalibus causis, sicut factū est ad p̄ces Samuelis & Helię; & huiusmodi tenēt infimū locum in miraculis: quælibet tn̄ horum habent diuersos gradus, secundum quod diuersimodè excedunt facultatem naturæ.

12 Dub. Quod est maximum miraculorū? Res. S. Tho. in 3. sen. di. 3. q. 2. art. 2. & in 4. sen. di. 11. q. 1. art. 3. q. 3. quòd incarnatio Dei est miraculum omnium miraculorum, propter mutationem, quæ est humanæ naturæ ad diuinam personam, quæ præcedit omnes alias mutationes in difficultate.

13 Dub. An gratia miracula faciendi possit alicui Sancto cōicari? R. S. Th. 3. par. q. 3. ar. 2. quòd talis gratia datur animæ alicuius Sancti, non vt propria uirtute eis conueniat miracula facere, sed vt per uirtutem diuinā huiusmodi miracula fiant, & hæc quidē gratia eccellentissimè data est animę Xp̄i, ut s. ipse non solum miracula faceret, sed etiā ut hanc gloriam in alios trāsfunderet. vnde dicitur Mat. 10. c. q̄ conuocatis duodecim discipulis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eiicerent eos, & curarēt omnem languorem, & omnem infirmitatē, & fiunt à Deo p̄ se utēte instrumētaliter eis.

14 Dub. An Xp̄s in pueritia miracula fecerit? R. S. Th. vbi supra q. 43. ar. 3. quòd sicut Chry. dicit super Ioannē, ex verbo Ioannis Baptistæ dicentis, ut manifestetur in Israel, ꝓpterea ueni in aqua ego baptizās. manifestū est, q̄ illa signa, quę quidē dicūtur ī pueritia à Xp̄o facta mēdatia, & fictiones sunt. Si enim à prima ætate miracula fecisset Christus, nequaquàm, neque Ioannes eum ignorasset, neque reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandum eum.

15 Dub. Cur Christus aliqua miracula uoluit esse occulta, & quædam manifesta? Respō. S. Tho. 2. par. q. 29. ar. 1. quod miraculorum Dei quædam sunt, de quibus est fides, sicut miraculum virginei partus, & resurrectionis domini, & etiam Sacramenti altaris. Et ideò dominus uoluit illa occultiora esse, ut fides eorum magis meritoria esset. Quædam vero sunt ad fidei probationem, & ista debent esse manifesta.

16 Dub. An mali possint facere miracula? R. S. Th. 22. q. 178. ar. 2. qđ licet aliqua non vera miracula, & ludificatiua possint fieri per Magos, & per dæmones, vera tn̄ miracula non possunt fieri, nisi virtute diuina, & ea operatur Deus ad hominū vtilitatem dupliciter. Vno modo, ad ueritatis p̄dicatæ confirmationē. Alio modo, ad demōstrationem sanctitatis alicuius, quē Deus hoībus vult p̄ponere in exēplum virtutis. Primo modo possunt fieri miracula per quēcunque, qui veram

veram fidẽ prædicat, & nomen Christi inuocat, quod etiam interdum per malos fit, & secundum hunc modum etiam mali possunt facere miracula. Vnde sup illud Mat. 7. Nonne in noie tuo prophetauimus, &c. Dicit Hierony. Prophetare, vel virtutes facere, & dæmonia eiicere interdum non est eius meriti, qui operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit: vt homines Deũ honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Secundo aũt modo, non fiunt miracula nisi à Sanctis, ad quorum sanctitatẽ denunciandam miracula fiunt, uel in vita eorum, vel etiam post mortẽ, siue per eos, siue per alios. Et licet ut dicit idem S. Tho. 2. ad Thes. 2. aliquis habens malam vitam possit miracula facere, non tamen potest ea facere prædicans malam doctrinam, quia Deus non est testis falsitatis.

17 Dub. An miracula facta per malos possint discerni a miraculis factis per bonos? Res. S. Th. 3. sen. di. 7. q. 2. ar. 1. ꝙ talia signa tripliciter possunt distingui ad minus. Primò, ex efficacia virtutis operãtis, quia signa facta per bonos, uirtute diuina fiunt, in illis etiam ad quæ uirtus actiuæ naturæ se nullo mõ extendit, sicut suscitare mortuos, & huiusmodi, q̃ dæmones, ſm ueritatem, facere non possunt. Scđo, ex utilitate signorũ, q̃a signa per bonos facta, sunt de rebus vtilibus, ut in curatione infirmitatum, & huiusmodi Signa aũt per malos facta sunt in rebus nociuis, uel vanis, sicut quod volant in aere, vel reddũt mẽbra hominũ stupida, & huiusmodi: & hãc differentiã assignat beatus Petrus in itinerario Clementis. Tertia differentia est quantũ ad finẽ, quia signa bonorum ordinantur ad ædificationẽ fidei, & bonorũ morũ; sed signa malorũ sunt in manifestum nocumentum fidei, & honestatis: & quãtum ad modum differunt, quia boni operantur miracula per inuocationes diuini nominis piè & reuerenter: sed mali quibusdam deliramentis, sicut quod incidunt se cultris, & huiusmodi turpia faciunt: & ita signa per bonos facta manifestè possunt discerni ab his, quæ uirtute dæmonum fiunt.

18 Dub. An Antichristus faciet vera miracula? ℞. S. Th 2. 2. q. 178. art. 1. ꝙ sicut dicit Apo. 2. Tes. 2 Aduentus Antichristi erit secundũ operationẽ Sathanæ in omni virtute, & signis, & prodigijs mẽdacibus: & sicut Aug. dicit 30. de ciuit. Dei, ambiguũ esse solet vtrum propterea dicta, sint signa, & prodigia mẽdacia, qm mortales sensus p phantasmata decepturus est, vt quod non facit, facere videatur: aut quia illa etiam si erunt uera prodigia, ad mendacium pertrahent: uera autem dicuntur, quia ipsæ res veræ erunt, sicut Magi Pharaonis fecerunt veras ranas, & ueros serpentes, non tamen habebant ueram rationem miraculi, quia fiebãt uirtute naturalium causarum.

19 Dub. Cũ Ioannes Baptista fuerit sanctissimus, testimonio Christi, cur non potuit facere aliquod miraculum? Res. S. Th. 3. par. q. 88. ar. 2. ꝙ tota doctrina & operatio Ioãnis ordinabatur ad Christũ, qui multitudine signorum, & suam, & Ioannis doctrinam confirmauit; si autem Ioannes signa fecisset, homines ex æquo Ioanni, & Christo adhæsissent, & ad eos accessissent. Et ideò ut homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni ut faceret signum.

20 Dub. An cõueniẽter Christus miracula fecerit? Res. S. Th. 3. p. q. 43. arti. 1. quòd cũ diuinitùs concedatur huiusmodi facere miracula propter duo, scilicet, ad cõfirmãdum ueritatẽ, quam aliquis docet, & ad ostendẽdum p̃sentiam Dei esse in homine per gratiam sancti Spiritus, ut dum facit miracula, credatur Deus habitare in eo per gratiã, & utrumq; horum circa Christũ erat hoĩbus manifestandum, s. quòd Deus esset in eo p gratiam, non adoptionis, sed unionis, & qđ eius supernaturalis doctrina esset à Deo: ideò conueniẽtissimum fuit vt miracula faceret. Vnde ipse dicit Io. Si mihi non vultis credere, operibus credite.

21 Dub. An miracula facta per Christũ sufficienter probauerint eius diuinitatem? ℞. qui supra ar. 4. ꝙ sic, secundum tria. Primò, secundũ ipsam speciem operum, quæ transcendit omnem potestatem creatæ uirtutis: & ideò non poterant fieri, nisi uirtute diuina, unde cæcus illuminatus Ioan. 9 ca. dicebat, à sæculo non est auditum, quod aperuit quis oculos cæci nati; nisi esset hic a Deo non posset facere quicquam. Secundò, propter modum miracula faciẽdi, quia quasi ex propria potestate miracula faciebat. Non autem orando sicut alij. Tertiò, ex ipsa doctrina, qua se Deum dicebãt, quæ nisi vera esset, non confirmaretur miraculis.

22 Dub An cõuenienter Christus miracula fecerit circa dæmones, & omnium creaturarum

rarũ genera? R. S. Th. ubi supra q. 44. per totũ, quod cum Christi miracula fuerint argumenta quædã fidei, quã docebat, & erat futurum, ut per uirtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatem ab hominib. credituris in eum, ideo, circa dęmones conuenienter miracula fecit, & quia per transmutationem corporum inferiorum non ita demonstrabatur diuinitas Christi, quia etiam ab aliis causis transmutari poterant, ideo, conueniens fuit ut per transmutationẽ corporũ cœlestium, quę a solo Deo sũt immobiliter ordinata, eius diuinitas manifestaretur. Et quia etiam ea, quæ sunt ad finem debẽt fini esse proportionatą, & Xps uenerat ut homines saluos facęret, ideo, conueniens fuit, ut Christus partim homines miraculose curando, ostenderet esse uniuersalem, & spiritualem omnium Saluatorẽ: partim ẽt ad uirtutem diuinitatis, ut omnis creatura sit ei subiecta, & ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solum in hominibus, sed etiam in irritionabilibus creaturis.

23 Dubi. Cur prophetæ nõ sunt accepti in patria propria? R. Cyrillus super euangelijs, dicens, Contemnuntur. n. quodãmodo semper etiam optima quæq;, qñ non raro contigerint alicui, sed suppetunt ad uelle, & sic etiã cõtingit in hoibus: familiaritas. n. qa sp pñto est, debita reuerentia priuatur à notis eius, & ita contingit ꝓphetis compatriotis.

24 Dubi. An illud dictum uniuersaliter sit uerũ? R. Iac. de Vor. in sermone, quod sic, respectiue. s. quod ꝓphetæ non erant honorati apud compatriotas suos, sicut apud extraneos. Vel ut dicit Orige. prophetæ non habiti sunt in precio in patria sua, ut patet de Hiere. in Anathot, & sic de aliis.

25 Dubi. Cur dominus hic se prophetam implicite dicit, sub illis uerbis? Respond. quia sic de eo fuit prænunciatum a Moyse, Deut. c. 18.

26 Dub. Cur dicitur propheta? R. S. Th. 3. p. q. 7. ar. 7. quod ꝓpheta dr̃ quasi ꝓcul fans, uel ꝓcul uidens, inquantum, s. cognoscit, & loquĩ ea, q̃ sunt ꝓcul ab hoĩum sensibus, sicut & Aug. dicit 18. cõtra Faustum, nõ põt autem aliqs dici propheta ex hoc, quod cognoscit & annunciat ea, q̃ sunt pñsentia aliqbus, cum quibus ipse est: & hoc manifestum est, ẽm locum, & ẽm tp̃s. Si. n. aliqs in Gallia existens annunciaret aliis ea, quæ in Syria aguntur, ꝓpheta esset: nõ autẽ si esset in Syria, & ea annũciaret, quæ ibi aguntur ipsis Syris: & isto modo prophetauit Helyseus 4. Reg. 5. c. ꝙ dixit Giezi quomodo uir descenderat de curru, & occurrerat ei, &c. Et idem apparet secundum tempus. Nã Esaias pręnunciãdo, quod Cyrus rex Persarum tẽplum Dei esset reædificaturus. Esai. 44 fuit prophetą. Esdras autẽ qui hoc scripsit, qui præsens erat quando reædificabatur, in hoc non prophetauit.

27 Dubi. An Xp̃s fuerit ꝓpheta? Res. S. Th. ubi supra, ꝙ prophetia est eorũ, q̃ sunt ꝓcul ab hominum sensu, cum qb⁹ ꝓpheta cõuersatur, & cõicat in statu uiæ: & cum Xp̃s ante passionem nostrum statum attingeret in quãtum nõ solum ut erat cõprehensor, sed etiã ut erat uiator, cognoscebat, & ideo ꝓpheta erat, quod ea quæ erant procul ab aliorum uiatorum notitia, & cognoscebat, & annunciabat.

28 Dub. An Deus, uel angeli nobis annunciãtes ea q̃ sunt ꝓcul à sensibus nostris, possint dici prophetæ? Resp. qui supra, ꝙ non, quia in nullo ad nostrum statum attingunt.

29 Dub. An propheta possit esse sine charitate? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 172. ar 4. ꝙ sic, qđ apparet ex duobus: primo, qa prophetia pertinet ad intellectum, & charitas ad uoluntatẽ: & cum actus itellectus ꝑcedat actum uoluntatis? Ideo, prophetia põt esse sine charitate, Secũdo, ex fide, qa prophetia datur ad utilitatem ecclæ, & charitas ut homo coniungatur Deo, sed aliqs põt esse utilis ecclesiæ absque eo, quod ipse coniungatur Deo, cum esse possit instrumentum diuinæ dispositionis. Ergo prophetia potest esse sine charitate.

30 Dubit. An prophetia sit solum de futuro? Res. S. Tho. 2. 2. q. 171. art. 3. ꝙ ut Gre. dicit super Ezechielem ꝓphetia q̃dã est de futuro, sicut Esa. 7 Ecce uirgo cõcipiet. q̃dã de præterito, sicut Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et q̃dam de præsenti, sicut 1. Cor. 14. si omnes prophetent, intret autem quis infidelis occulta cordis eius manifesta fiunt. & dum Ioannes Christum demonstrauit dicens, Ecce Agnus Dei.

31 Dub. An oĩs prophetia semper sit uera, & sp impleatur? R. S. Th 2. 2. q. 171. ar. 6 quod diuina pñtia respicit futura ẽm duo. s. secundum quod sunt in seipsis: & ẽm qđ sunt in suis causis. in seipsis, prout ea præsentialiter

ter intuetur in suis causis; prout uidet ordinem causarum ad effectus. Et quamuis futura contingentia, prout sunt in seipsis, sint determinata ad unũ, tamen ꝓut sunt in suis causis, nõ sunt ita determinata, quin possit aliter euenire: & quamuis ista duplex cognitio semper intellectui diuino coniungatur, non tamen semper coniungitur in reuelatione prophetica. Vnde in reuelatione ꝓphetica est impressa quædã similitudo diuinæ præsentiæ, prout respicit futura contingẽtia in seipsis, & talia semper eueniunt sicut prophetatur, sicut illud Esa. 7. c. Ecce uirgo concipiet. Quandoque in reuelatione prophetica est impressa similitudo diuinæ præsentiæ, prout s. cognoscit ordinem causarum ad effectus, & tũc quãdoq; aliter euenit, quàm prophetetur, nec tamẽ prophetiæ subest falsum: nã sensus prophetiæ est, quod inferiorum causarum dispositio, siue naturalium, siue humanorum actuũ hoc habet, ut talis effectus eueniat, & secũdum hoc intelligitur uerbum Esa. dicentis Regi Ezec. Dispone domui tuæ, quia eras morieris, & non uiues. 4. Reg. 20. i. dispositio corporis tui ad mortẽ ordinatur. Et quod dicitur Ionæ 3. c. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. i. hoc merita eius exigunt, ut subuertatur. Dicitur autem Deus pœnitere metaphoricè, inquantum ad modum pœnitentis se habet, prout s. mutat sententiam, etsi non mutet consilium. Et ut dicit idem Sanctus Th. in 4. sen. di. 46. q. 2. art. 3. q. 2. q. prophetia cõminatoria semper quantum ad aliquem intellectum impletur: quia ut dicit Aug. 21. de ciui. Dei, Euersa est Niniue, quæ mala erat, & bona ædificata est, quæ non erat, stantibus enim mœnibus atque domibus euersa est ciuitas in perditis moribus.

32 Dub. An à dæmonibus possit esse aliqua prophetia? ℞. S. Th. 2. 2. q. 172. ar. 5. quod cũ prophetia importet cognitionem quandam procul existentem a cognitione humana, ut dictũ est supra dub. 26. ut cum manifestũ sit, quod intellectus superioris ordinis aliqua cognoscere potest, quæ sunt remota ab intellectu inferioris ordinis: supra autẽ intellectum humanum nõ solum est intellectus diuinus, sed etiam intellectus Angelorum bonorum & malorũ, ſm naturæ ordinẽ. Et ideo, quædam cognoscunt dæmones, etiam si a naturali cognitione, quæ sunt remota ab hominum cognitione, quæ possunt hominibus reuelare. Simpliciter autem, & maxime remota sunt, quæ solus Deus cognoscit, & ideo, prophetia proprie, & simpliciter dicta, fit per solam diuinam reuelationem, sed ipsa reuelatio facta p dæmones potest secundum quid, dici prophetia. Vnde qñ aliquid per dæmones reuelatur, non dicuntur in scripturis prophetæ simpliciter, sed cum aliqua additione, puta prophetæ falsi, uel prophetæ idolorum, secundum quod dicitur 3. Re. 18. Congrega ad me uniuersum Israel in monte Carmeli, prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetas lucorum quadringentos.

33 Dub. An possit discerni inter ꝓphetiã diuinã & dæmonũ? ℞. q. supra, quod aliquibus signis etiã exterioribus discerni potest prophetia dæmonũ a prophetia diuina. Vnde dicit Chrys. super Matt. q. quidam prophetant in spiritu diaboli, quales sunt diuinatores, sed discernuntur, qñ diabolus interdũ falsa dicit, Spiritus sanctus nunquã. uñ dicitur Deut. 18. Si tacita cogitatione respõderis, quomodo possum intelligere uerbum, quod dñs est locutus. Hoc habebis signum, quod in nõie domini ꝓpheta ille ꝓdixerit, & nõ uenerit, hoc dominus nõ est locutus.

34 Dub. Quomodo ꝓphetæ diaboli possunt uera prædicere, cum ipse sit mẽdax, & pater mendacii? ℞. qui supra, art. 6. quod ut dicit Beda, nulla est adeo falsa doctrina, quæ non aliqua uera ĩtermisceat. Et Chr. super Mat. dicit, cõcessum est diabolo interdũ uera dicere ut mendacium suum rata ueritate cõmendet. Et licet a seipsis habeant tanquam propria, s. peccata mendacia, tamen ea, quæ pertinent ad propriam naturam non habẽt a seipsis, sed à Deo: per uirtutem autem propriæ naturæ quandoque uerũ pronunciant, quoniam utitur eis Deus ad ueritatis manifestationem per eos fiendam.

35 Dub. An Helyas creauerit aliquos dies. qñ dicitur in diebus Helyæ. Res. Amb. super Lucã, quod dicunt Helyę dies, nõ quod eius fuerint, sed quia in eis operatus est.

36 Dub. Quomodo clauditur cœlũ? ℞. quod ut habetur 3. Reg. 10. Helias prænunciauit quod nec ros, nec pluuia descenderet, & ita metaphorice cęlum dicitur claudi quando non diffundit rorem, & pluuiam.

37 Dub. Cur Helyas fecit claudere cœlum? ℞. Ly. 3. Reg. 17. quod ut rabbi Salomon refert, & habet. 3. Reg. 16. c. occasione mortis filiorum

filiorum Abiel, qui mortui sunt iuxta prophetiã, seu imprecationẽ Iosue, vt habetur Iosue 6. de reædificatione Hierico, & cum illa imprecatio mortis dictorũ filiorum impleta fuisset, & cùm ẽt Moyses imprecatus fuerit cõtra idololatras, quod ros & pluuia prohiberent, vt habet Deut. 11. nec ista maledictio Moysi fuisset impleta contra Israel, qui iam plurib. annis idololatrabat, & idolis seruiebat. Achab dixit Helyæ, quomodo impletum est verbũ discipuli, s. Iosue, qui fuit discipulus Moysi, & tamen verbum magistri s. Moysi non est impletum in prohibitione pluuiæ, quasi deridendo, & tunc Helyas orauit, ut non plueret, & cognoscens se esse exauditum dixit. Viuit dominus Deus, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia nisi iuxta oris mei verba.

38 Dub. Quomodo facta est fames magna? Resp. quia terra ob defectum pluuiæ, & roris non potuit germinare.

39 Dub. An illa fames fuerit per vniuersum orbem, quia dicitur in omni terra? ℞. quòd in omni terra s. Israel, sed non in omni terra simpliciter.

40 Dub. Quæ est Sarepta Sydoniorũ? ℞. Lyra, quòd est nomen ęquiuocũ ad siluam, & quandam villam prope siluã existentem, & accipitur pro uilla in qua morabatur illa vidua, & quæ uilla est in prouincia Sydoniæ.

41 Dub. Cur Deus misit Heliam pascendũ ita longe? ℞. Chrys. quòd ex quadam Dei dispensatione factum est: fecit enim eum Deus per longum iter pergere vsque ad Sydonem, ut uisa mundi peste, poscat à domino pluuias.

42 Dub. Cur ad viduã misit? ℞. quòd illa vidua erat deuota, unde & meruit qđ suscitarẽt eius filius, q. fuit Ionas propheta, & qa erat libera, & nulli subiecta, & Dei amica.

43 Dub. Cur non misit eum ad aliquam viduã in terra Israelis? Resp. quia ibi persecutus fuisset ab Achab, qui eum odiebat.

44 Dub. An Helysæus esset dominus leprosorum, quia dicit quòd erat sub Helisæo? ℞. quòd nõ dicuntur esse subeo quasi subiecti, sed quia erant eo tempore, quo ipse prophetabat, & miracula faciebat.

45 Dub. Quis fuit Naaman Syrus? ℞. quod ille de quo habetur in epistola hodierna 4. Reg. cap. 5.

46 Dub. Cur solus fuit mundatus à lepra? Resp. Quia fidelis, & deuotus erat, & per illum dederat dominus salutem Syrię.

47 Dub. Propter quid repleti fuerũt ira? Respond. Ly. quia pponebat eis Gentiles, quos abominabantur sicut canes, & Grego. dicit, quia prauam eorum intentionem redargue rat, ideò indignantur.

48 Dub. Quid est ira? Resp. S. Th. in 4. sent. dis. 49. q. 3. ar. 2. qđ in ira sunt duo. Vnũ, qđ se tenet ex parte corporis, & illud est materiale, & est accensio sanguinis circa cor. Aliud, quòd se tenet ex parte animæ, & est formale, & est appetitus vindictæ.

49 Dub. An ira sit peccatum? ℞. S. Th. 2. 2. q. 158. ar. 1. quòd cùm ira sit quædã passio appetitus sensitiui, & vindictę, quæ bene, & male põt appeti, & possit circam ipsam irã esse superabundantia, vel defectus, qñ s. aliquis irascit plus, uel minus pter rõnem rectam, & tunc irasci est illaudabile: si autem aliquis irascitur secundum rõnem rectam, tunc irasci est laudabile: & ibidem ar. 2 dicit, qđ si aliquis appetat, quod secundum ordinem rõnis fiat vindicta, est laudabilis appetitus iræ, & uocat ira per zelum: sed si aliquis appetat, quod fiat vindicta qualitercunque cõtra ordinẽ rõnis, puta si appetat puniri eum, qui non meruit, uel ultra, quàm meruit, uel etiam non secundum legitimum ordinem, uel non propter debitum finem, q. est conseruatio iustitiæ, & correctio culpæ, erit appetitus vitiosus, & nominat ira p uitium Et sic ẽt, si motus iræ non immoderate feruescat, nec interius, nec exterius, erit ira laudabilis: si autem hoc prætermittatur, non erit ira absq; peccato etiam si aliquis appetat iustam uindictam.

50 Dub. An ira mala sit sẽper peccatũ mortale? ℞. q. sup ar. 3. quòd motus iræ potest esse peccatũ dupl. Vno mõ ex parte appetibilis, vtpotè, cùm aliquis appetit iniustam vindictam, & sic ex genere suo ita est peccatum mortale, quia contrariatur charitati, & iustitiæ põt tñ contingere, quòd talis appetitus sit peccatum ueniale pp imperfectionem actus q̃ imperfectio, attenditur, vel ex parte appetentis, puta, cùm motus irę præuenit iudicium rõnis: uel ex parte appetibilis: puta, cùm aliquis appetit in aliquo modo se vindicare, quod quasi nihil est reputandum, ita etiam, quòd si actus inferatur, non est peccatum mortale, puta, si aliquis trahat paruum aliquem puerum per capillos, uel aliqđ huiusmodi; alio modo potest

esse

esse motus irę peccatũ, quãtũ ad modũ ira scẽdi, vtpote, si nimis ardẽter irascatur interius, vel si nimis exterius manifestet signa iræ, & sic ira ex suo genere nõ habet in se rõnẽ peccati mortalis, põt tñ cõtingere ꝙ sit pc̃tm̃ mortale, puta, si ex vehementia irę aliqs excedat à dilectione Dei, & proximi.

51 Dub. Qđ est maius peccatũ, ira, inuidia, aut odium? Resp. qui sup. ar. 4. ꝙ si loquamur de ira quantum ad id, quòd iratus appetit, vr̃ esse ira minimum pecatorum: appetit, n. ira malum pęnæ alicuius sub ratione boni, quod est vindicta. Et ideò ex parte mali quod appetit, conuenit pecatum iræ cũm illis peccatis, quæ appetunt malũ proximi, puta, cũ inuidia, & odio: sed odiũ appetit absolute malum alicuius inquantum huiusmodi. Inuidus aũt appetit malũ alterius pp appetitum propriæ gloriæ, sed iratus illud appetit sub ratione iustæ vindictæ. Ex quod patet, ꝙ odium est grauius, quam inuidia: & inuidia quàm ira, quia peius est appetere malũ sub ratione mali, quàm sub ratione boni. & peius est appetere malum sub ratione boni exterioris, quod est honor, vel gloria, quàm sub ratione rectitudinis iustitiæ. Sed ex parte boni, sub cuius ratione iratus appetit malum, cõuenit ira cùm peccato concupiscentiæ, qđ tendit in aliquod bonum: & quantum ad hoc etiam absolutè loquendo, peccatum iræ videtur esse minus, quàm concupiscentiæ, quanto melius est bonũ iustitiæ, quod appetit iratus, quàm bonum delectabile, vel vtile, quod appetit concupiscens. Vnde Phil dicit in 7. Ethi. qđ incontinens concupiscentiæ est turpior, q incontinens iræ: & ita Aug. in regula comparat iram ad odium, sicut festucam ad trabem, dicens, Ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca. Sed si loquamur de ira, quantum ad inordinationem, quæ est secundũ modũ irascendi, ira habet quamdam excellentiam supra prædicta peccata propter vehementiam, & velocitatem sui motus, secundum illud Prouerb. 27. Ira nõ habet misericordiam, nec erumpens furor, & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Vnde Greg. dicit 5. Moraliũ, Irę suę stimulis accensum, cor palpitat, corpus tremit, lingua se ꝓpedit, frons ignescit, exasperantur oculi, & nequaquam recognoscuntur noti, ore quidem clamorem format, sed sensus, quid loquatur, ignorat.

52 Dub. Quot sunt filiæ irę? Resp. qui suprà ar. 7. ꝙ sex, quas ponit Gre. 31. Moraliũ, quarum sufficientia sic apparet, qm̃ ira potest considerari tripliciter. Vno modo, secundũ quòd est in corde, & sic ex ira nascunt̃ duo vitia. Vnum quidem ex parte eius, contra quem irascitur, quẽ reputat indignum, qđ sibi tale quid fecerit, & sic ponitur indignatio. Aliud aũt vitium, est ex parte suijpsius, inquãtum s. cogitat diuersas vias vindictæ, & talibus cogitationib. animum suum replet, secundũ illud Iob. 15. Nunquid sapiens implebit ardore stomachum suum: & sic ponitur tumor mentis. Alio modo, consideratur ira secundum quod est in ore, & sic ex ira duplex inordinatio procedit. Vna quidem ſm hoc, quòd homo in modo loquendi demonstrat iram suam, sicut de eo, qui dicit fratri suo racha, & si ponitur clamor, per quem intelligitur inordinata, & confusa locutio. Alia aũt est inordinatio, ſm quòd aliquis prorumpit in verba iniuriosa, quæ quidem si sint cõtra Deũ, erit blasphemia: si aũt contra proximum, cõtumelia. Tertio modo, consideratur ira ſm quod procedit, vsq; ad factum, & sic ex ira oriuntur rixæ, per quas intelliguntur omnia nocumenta, quæ facto proximis inferuntur ex ira.

53 Dub. Quia videtur, ꝙ ex ira odium oriatur, & tamen non ponitur filia iræ? Resp. qui supra, ꝙ etsi aliquando odium nascatur ex ira, tamen habet aliquam priorem causam, ex qua directius oritur s. tristitiã, sicut econtrario amor nascitur ex delectatione. Ex tristitia autem illata, quandoque in iram, quandoq; in odium aliquis mouetur. Vnde conuenientius fuit, quòd odium poneretur oriri ex accidia, quàm ex ira.

54 Dub. Quia videtur, ꝙ omnia vitia sint filiæ iræ, cũ omnia ex ipsa oriantur quia Gl. super illud Prouerb. 29. c. dicit, Vir iracundus prouocat rixas. & Ianua est omniũ vitiorum iracundia, qua clausa, virtutib. dabitur quies, aperta autẽ, ad omne facinus armabitur animus, & sic nõ solum illa sex vitia, sed omnia alia ex ira oriuntur? Res. qui supra, ar. 6. ꝙ ira dicitur ianua vitiorũ per accidens s. remouendo prohibens, i. impediendo iudicium rationis, per quod homo retrahitur a malis. directè autem per se est aliquorum causa specialium peccatorem suprapositorum dub. 22.

55 Dub. Quibus homo non irascitur? Resp. S. Th.

S.Th.12.q.46.ar.8.ꝙ nullo modo potest esse ira ad res insensibiles, neq; ad mortuos, tum quia non dolent, quod maxime quærunt irati in eis, quibus irascũtur, tùm etiã, quia non est ad eos vindicta, cum eorum non sit iniuriam facere.

56 Dub. An ebrij possint irasci? Res. quĩ supra, ar. 4. quòd sicut dicit Philo. in libro de Problematibus, ꝙ illi qui sunt multũ ebrij, tanquã nihil habentes de iudicio rationis, non irascuntur, sed quãdo sunt parum ebrij irascuntur multum, tanquam habentes iudicium rationis, non impeditum.

57 Dub. An aliqs possit sibijpsi irasci? ℞.q. supra, ar. 7. quòd sicut dicit Philo. in 5. Eth. quædam metaphorica iustitia, & iniustitia est hominis ad seipsum, inquantum s. ratio agit irascibilem, & concupiscibilem: & secundum hoc, ét hõ dicitur de seipso vindictam facere, & per consequens sibijpsi irasci s. metaphorice. Propriè autem, & per se nõ contingit aliquem sibijpsi irasci.

58 Dub. Cur non uolebant Christũ interficere in ciuitate? ℞. quòd vt habetur Nu. 15. Homo, qui colligebat ligna in die sabbati, iussus est à Deo duci extra castra, & lapidari, & 3. Reg. 21. duxerunt Naboth extra ciuitatem, & similiter Stephanum, & finaliter ipsum Christũ crucifixerunt extra ciuitatẽ.

59 Dub. Quia si ciuitas erat ædificata in supercilio montis, & illuc duxerunt Iesum videtur, quòd non erat extra ciuitatem? Resp. quòd illud relatiuum non refert ly in supercilio, sed ly montis, ut ciuitas sit ædificata in monte, & supercilium montis superemineat ciuitati, & sit extra eam.

60 Dub. Cur uolebant eum præcipitare? ℞. Beda, quòd ut interficeretur, quia peiores effecti fuerant eorum magistro diabolo, qui solum dixit, mitte te deorsum, & isto facto conantur eum præcipitare.

61 Dub. Cur tũc fugit mortem? Res. Beda. quia nondum venerat hora passionis, quæ in parasceue paschę futura extiterat, nec locus passionis aderat, qui non in Nazareth, sed Hierosolymis hostiarũ sanguine figurabatur: nec hoc genus mortis elegerat, qui crucifigendum se à sæculo præconabatur.

62 Dub. An uisibiliter transiret per mediũ eorum? ℞. S. Tho. 3. par. q. 44 ar. 2 quòd, ut Chry. dicit in hoc, & quę sunt humanitatis, & quæ sunt diuinitatis ostendit: stare. n. in medio insidiãtiũ, & non apprehẽdi, diuinitatis eminentiam ostẽdebat: discedere verò dispensationis approbat mysterium, & ita inuisibiliter transibat per medium eorum, vt Aug. dicit.

63 Dub. Quo iuit postmodum dñs? ℞. Lyr. post Bedã, quòd cum dominus de manibus eorum elapsus, de vertice montis descenderet, & sub rupe latere vellet, subito ad actũ dominicæ vestis saxum illud subterfugit, & instar ceræ solutum quendam sinũ effecit. i. concauitatem, in quo Dominicum corpus reciperetur: quo loco omnia lineamenta, & rugæ vestis, & uestigia pedum in rupe apparent adhuc, sicut testantur, qui viderunt: & dicitur quod adhuc ostendit ibi locus, qui dicitur præcipitium, & saltus domini s. per milliare à Nazareth. contra meridiem versus Hierusalem.

ALLEGORICE.

Ex hoc euangelio significãtur increduli, qui licèt audiant, & legant [Christum fecisse multa miracula] non credunt [sed vellẽt uidere fieri] cum tamen sint indigni propter incredulitatem suam, & contemptum sacrarum scripturarum, ac prædicatorum, nolentes eos pascere, sicut [vidua Helyam] nec merentur sanari à lepra peccatorum, quia non uadunt quærere [Helyseum] .i. Christum, sicut fecit [Naamã Syrus] sed replentur ira contra corripientes [uolentes Christum præcipitare] de cordibus suis. [Ipse autem transiens per medium illorum] videns se ab eis negligi [uadit] recedendo ab eis, suam gratiam subtrahendo.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex historia euangelica, ut nõ simus curiosi, nec perscrutare rõnem operũ Dei, maxime in his, quæ sunt fidei, quia nõ credẽtes [prophetis] qui hæc ꝑdixerũt, nõ erunt accepti in patria nostra. Docemur [uiduas] consolari, docentur [viduæ] hoĩes sanctos reuereri, & eis ministrare, inuitamur ad dñm quærẽdũ non passibus corporis accedere, sed affectibus mentis: & lauemur ꝑ confessionẽ, & mundemur [à lepra] pctõrũ nostrorũ, & euitare [irã] quæ impedit animũ ne possit cernere uerum. & facit nos ꝑcipitare Christũ, eum blasphemando.

ANAGOGICE.

Diuinam bonitatem contemplemur, q̃ se diligentes protegit, & exaltat, & eis dat potestatẽ claudere cęlũ nubibus, & aperire portas eius, & morbos incurabiles sanan-

ei. & in medio eorum stat visitando per gratiam, & confortando usque ad consummationem sæculi.

FERIA III. DOMINICAE Tertiæ quadragesimæ.

Respiciens Iesus in discipulos. Mat. 18.

Historia huius euengelij facta est anno Xpi 32. die 27. Augusti, in die Iouis.

HISTORICE.

Petro dñs fratri in se peccanti, ut errata dimitteret, semotis arbitris, eum cõmouendo præcepit, quem nisi obtemperaret, duobus, uel tribus coram testibus rursus redargueret: eo uero in duritia persistente, denũciaret ecclesiæ: qd' si ecclesiæ subterfugeret iudiciũ, uti incurabilem euitaret, qm̃ quæ diffiniret ecclesia, in cęlis confirmarentur: se quoque duobus, uel tribus suo sub nomine aduuatis præsentialiter adesse promisit. Roganti autem Petro an septies erranti indulgere deberet fratri, Respondit, quòd septuagies septies etiam peccanti fratri ueniã largiretur.

Sunt iam dubia soluenda.

1 DVBITATVR. Cur ecclesia addit principio euangelij. Respiciens Iesus, quod tamen non est de textu? Res. ante istud euangelium dominus statuit paruulum in medio discipulorum, & loquebat̃ eis: & cũ loquẽtes aliquib. soleant eos respicere, ideo dicitur respiciens, &c.

2 Dub. Quõ intelligitur ly in te? Res. Lyr. quod intelligitur dupliciter. Vel quia te solum lęsit, uel quia te solum sciẽte peccaret. Si.n. alios læderet, uel coram alijs peccaret, nunc non haberet locum corripe eum inter te, & ipsum solum, quia pctã publica sunt in publico arguenda, ẽm quod dicitur 1. ad Thy. 5. peccantem corã oĩbus argue. & S.Th. 2.2 q. 11. ar. 4. dicit, quod dominus loquit̃ Petro de peccato in eũ cõmisso, quod est semper dimittendum, ut fratri redeunti parcatur: nõ aũt intelligit̃ de peccato in ꝓximum, uel in Deum commisso, quod non est nostri arbitrij dimittere, ut Hiero. dicit.

3 Dub. Quid est correctio fraterna? Resp. S.Th. in 4. sen. dist. 19. q. 2. ar. 1. quòd est admonitio fratris de emendatione delictorum, à fraterna charitate procedens.

4 Dub. Ad quos pertinet fraternaliter alios corrigere? Resp. S.Tho. 2. q. 33. ar. 3. quòd duplex est correctio. Vna, quæ est actus charitatis, quæ specialiter tendit ad emendationem fratris delinquentis per simplicem admonitionem, & talis correctio pertinet ad quemlibet charitatem habentem, siue sit subditus, siue prælatus: de hac habetur 24. q. 3. c. tam sacerdotes. ubi dicit̃. Tã sacerdotes, quam reliqui fideles oẽs summam dent habere curam de his, quæ pereunt, quatenus de eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparent, ab ecclesia separentur. Est autem alia correctio, quæ est actus iustitiæ, per quam intenditur bonum cõe. quod non solum procuratur per admonitionem fratris, sed etiam interdum per punitionem, ut alij à peccato timentes desistant, & talis pertinet ad solos prælatos, qui non solum habent admonere, sed etiam corrigere puniendo.

5 Dub. An subditi de necessitate debeant fraternaliter prælatos corrigere? Resp q. supra, ar. 4. q. correctio, quæ est actus iustitiæ per illationẽ pœnæ, non competit subditis contra prælatos, sed correctio fraterna, q̃ est actus charitatis pertinet ad vnũquemq; ratione cuiuslibet personæ, quam charitatẽ debet habere, si in eo aliquid corrigibile inuenitur: actus.n. ex aliquo habitu, uel potentia procedens, se extẽdit ad omnia, quæ cõtinẽtur sub subiecto illius potentiæ uel habitus, sicut uisio ad omnia, q̃ continentur sub obiecto uisus: sed quia actus uirtuosus debet esse moderatus debitis circunstãtijs, ideo in correctione, qua subditi corrigunt prælatos, debet modus congruus adhiberi, ut s. non cum proteruia, & duritia, sed cum mansuetudine, & reuerentia corrigant, nisi ubi imminet periculum fidei, quia tunc publicè essent prælati a subditis arguendi. Vnde & Paulus, qui erat subditus Petro, propter periculum imminens scandali circa fidẽ, Petrum publice arguit, & sicut glo. Aug. dicit ad Gala. ipse Petrus exemplum maioribus præbuit, ut sicubi forte debitum tramitem reliquisset, non dedignentur etiam à posterioribus corrigi.

6 Dub. An peccator possit aliũ delinquẽtẽ corrigere? ℞. qui supra, ar. 5. quod correctio delinquentis pertinet ad aliquem inquantum uiget in eo iudicium rationis: pctũ aũtem non tollit totum bonum naturæ, quin remaneat in peccante aliqd de recto iudicio

cio rationis,& secūdum hoc potest sibi competere delictum fratris arguere, sed tamen per peccatum præcedens huic correctioni quoddā impedimentū offertur ꝓpter tria, Primò, quia ex peccato precedēti indignus redditur ut alium corrigat,& ꝑcipue,si maius peccatum committit, non est dignus ut aliū corrigat de minori peccato: vnde Hie. super illud Matt. 7. Quid vides festucā &c. dicit quod de his loquitur,qui cum mortali crimine detineātur obnoxij minora peccata fratribus non concedunt;Scdo, reddit indebita correctio propter scandalum, quod sequitur ex correctione, si peccatum corripientis sit manifestum, quia videtur ꝙ ille, qui corrigit, non corrigat ex charitate, sed magis ad ostētationē. Tertio modo, ꝓpter superbiam corripientis, inquantū s. aliquis propria peccata paruipendens, seipsum proximo præfert,in corde suo peccata eius austera seueritate diiudicans, ac si ipse esset iustus. Vnde Aug. de sermone domini in mōte,dicit,Cogitemus cum aliquem reprehēdere nos necessitas cogit,vtrū tale sit vitiū, quod nunquā habuimus, & tūc cogitemus nos homines esse,& habere potuisse,uel tale, quod aliquando habuimus,& iam nunc non habemus, & tunc tangat memoriā cōmunis fragilitas,vt illam correctionem, nō odium, sed misericordia præcedat. Si aūt inueniremus nos in eodem vitio esse, non obiurgemus, sed congemiscamus,ꝙ non illud ad obtemperandum, sed ad æqualiter deponendum inuitemus. Et ex his patet,ꝙ si peccator cum humilitate corripiat, non peccat, nec sibi nouam damnationem acquirit: licèt per hoc,vel in conscientia fratris, vel saltē sua,pro peccato præterito cōdemnabilem se ostendat, ut dicitur Ro. 2. In quo alium iudicas, te ipsum cōdemnas. eadem enim facis iudicans.

7 Dub. Videtur, ꝙ correctio fraterna non sit de ꝑcepto,q̄a Ecclesiastes 7. dicitur. Cōsidera opera Dei, ꝙ nemo possit corrigere quē ille despexerit, & Deꝰ nō ꝑcepit aliqđ impossibile? Resp. qui supra art. 2. ꝙ correctio fraterna cadit sub præcepto: sed considerandū est, qđ sicut præcepta negatiua legis prohibent actus peccatorum, ita ꝑcepta affirmatiua inuitāt ad actus virtutū: Actus aūt peccatorum sunt ſm se mali, & nullo modo benè fieri pñt,nec aliquo tpe,aut loco,quia ſm se sunt coniuncti malo fini, vt dr̃ 2. Eth. & ideo præcepta negatiua obligāt semper,& ad semper, sed actus uirtutū non quolibet mō fieri dñt,sed obseruatis debitis circumstantijs, quæ requiruntur ad hoc,ꝙ sit actus uirtuosus,ut s. fiat ubi debet, & q̄n debet,& ſm quod debet, & quia dispositio eorum, q̄ sunt ad finē attenditur ſm rōnē finis,in istis circunstantijs uirtuosi actus, ꝑcipue attendenda est rō finis, quæ est bonū virtutis: si ergo sit aliqua talis omissio alicuius circunstantiæ circa uirtuosum actum, q̄ totaliter tollat bonum uirtutis, hic actus cōtrariatur præcepto: si autem sit defectus alicuius circunstantiæ, quæ non totaliter tollat virtutem, licèt non perfectè attingat ad bonum uirtutis,non est contra præceptum. Vnde & Philosophus dicit in 2. Eth. ꝙ si parum discedat a medio,non est contra virtutem,sed si multū discedat,corrumpitur uirtus in suo actu: correctio aūt fraterna ordinatur ad fratris emendationem, & ideo hoc modo cadit sub ꝑcepto, ſm quod est necessaria ad istum finē, non aūt ita ꝙ quolibet loco,uel tpe frater delinquēs corrigatur, & licèt in oībus bonis agendis operatio hoīs non sit efficax nisi adsit auxilium diuinum, tñ hō dēt facere qđ in se est. Vnde Aug. dicit lib. de correctione & gratia, Nescientes quis ptineat ad ꝑdestinationis numerum,& quis non ptineat,sic affici debemus charitatis affectu,ut oēs uelimus saluos fieri. Et iō omnibus debemus fraternæ correctionis officium impendere sub spe diuini auxilij.

8 Dub. An q̄n timetur ne delinquēs peior efficiatur si corripitur,sit cessandum à correctione fraterna? Res. qui supra ar 6. ꝙ duplex est correctio delinquentis. Vna pertinens ad p̄latos, q̄ ordinatur ad bonū commune,& habet vim coactiuā, & talis correctio non est dimittenda propter turbationē eius, qui corripitur,tum q̄a etsi ꝓpria spōte emēdari non velit, cogendus est per pœnas vt peccata dimittat:tum ēt,q̄a si incorrigibilis sit,per hoc prouidetur bono cōmuni dum seruatur ordo iustitiæ & vnius exēplo alij deterrētur. Vnde iudex ñ ꝑtermittit ferre sententiā condēnationis in peccantē ꝓpter timorē turbationis ipsius uel etiā amicorū eius. Alia vero est correctio fraterna, cuius finis est emēdatio delinquētis nō habens coactionem, sed simplicē admonitionē. Et ideo vbi probabiliter æstimatˀ ꝙ peccatorum admonitionē non recipiat, sed ad

peiora labatur, est ab huiusmodi correctione desistendum, quia ea quæ sunt ad finē, dñt regulari secundum quod exigit ratio finis.

9 Dub. An semper in tali correctione dēat admonitio esse secreta? Resp. q supra, ar. 7. q aut peccata sunt publica, & talia sunt publice arguenda, quia non est tm adhibendū remedium ei qui peccauit, vt melior fiat, sed etiam alijs in quorum notitiam deuenit, vt non scādalizentur, iuxta illud Apostoli 1. ad Thimo. 5. Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habebāt. qđ intelligitur de peccatis publicis. ut Aug. dicit in libro de verbis domini. Si vero sint peccata occulta, sic vr hre locum, quod dñs dicit. Si peccauerit in te frater tuus &c. qn enim offendit publice coram alijs, non solum in te peccat, sed etiam in alios, quos turbat, sed tn adhuc de occultis peccatis est distinguendum, quia quædam sunt in nocumentum pximorū corporale, vel spirituale, puta si aliquis occulte tractet qūo ciuitas tradatur hostibus, uel si hæreticus priuatim hoīes à fide auertat, & quia ille, qui sic occulte peccat, non solū in te peccat, sed ēt in alios, oportet statim pcedere ad denunciationē, vt hmōi nocumentū impediatur, nisi forte aliquis firmiter ęstimaret, qđ statim p secretā admonitionem posset hmōi mala impedire. Quædā vero peccata sunt, quæ solum sunt in malum peccātis, & eius contra quē peccat, & tunc solū attendendū est, vt fratri peccanti subueniat. & sicut Medicus corporalis sanitatē ægroto confert, si pōt, sine alicuius mēbri abscissione; si autē non pōt, abscondit mēbrum minus necessariū, vt vita totius cōseruet, ita ēt ille, q studet emendationi fratris, debet, si potest, sic emēdare fratrem quātum ad consciam, ut fama eius conseruet, quæ quidem est utilis. Primo quidem, & ipsi peccanti non solum in tpalibus, in quib. quantum ad multa homo patitur detrimentum, amissa fama; sed ēt quātum ad spūalia qa præ timore infamiæ multi à peccato retrahunt, unde qn se infamatos conspiciunt irrefrenate peccant. Secūdo debet conseruari fama fratris peccantis, tum qa uno infamato, alij infamantur, secundum illud Aug. in Epistola ad Plebem Hypponensem. cū de aliquib. qui Sāctum nomen profitentur aliquid criminis, uel falsi insonuerit, uel ueri patuerit, instāt satagunt, ambiunt, ut de omnib. hoc credatur, tunc ēt quia ex peccato unius publicato, alij puocantur ad peccatum: sed qa cōscientia præferenda est famæ, uoluit dñs ut saltem cum dispendio famæ fratris cōsciētia per publicam denunciationem à peccato liberetur, & sic patet q potest esse de necessitate præcepti, q secreta admonitio publicam denunciationem præcedat.

10 Dub. Quia cum Deus puniat aliquando peccatores sine præcedente admonitione, & nos ipsum imitari debemus, uř qd non oportet, quod præcedat secreta admonitio in correctione fraterna? Resp. qui supra, qđ omnia occulta sunt Deo nota, & hoc modo se habent occulta peccata ad iudicium diuinum, sicut publica ad humanum, & tamen plerumq; Deus peccatores quasi secreta admonitione arguit, interius inspirando, uel uigilantib. uel dormientibus, secundum illud Io. 33. per somnium in uisione nocturna, quando irruit sopor super homines, tunc aperit aures uirorum, & erudiens eos instruit disciplina, ut auertat hominem ab eis, quæ fecit.

11 Dub. Quare ergo Ioseph Gen. 37. accusauit fratres suos de crimine pessimo, nulla præcedēte admonitione? Resp. q sup. q credendum est, q fratres suos qnq; admonuerit, licet non sit scriptum: uel potest dici q peccatum publicum erat inter fratres. Vnde dicit pluraliter accusauit fratres suos.

12 Dub. Cur ergo in religionibus, quæ tendunt ad perfectionem in capitulis nulla pręcedente admonitione secreta, fratres proclamant cōtra fratres de culpis commissis? Resp. qui supra, q proclamationes, quæ in capitulis religionum fiunt, sunt de aliquib. leuibus, quę famę non derogant. Vnde sunt quasi quædam commemorationes potius oblitarum culparum, quām accusationes uel denūciationes: si essent tamen talia, de quib. frater infamaretur, contra præceptū domini ageret qui per hunc modum peccatum fratris publicaret.

13 Dub. Qn fiunt monitiones p plātos sub excōicationis pęna de peccatis occultis corrigēdis, reuelādis, an teneant eis obedire nō pcedente secreta admonitione? Res. qui supra, q prælato non est obediendum contra præceptum Dñi. sm illud Act. 5. Obedire oportet Deo magis, q hominib. Et ideo qn prælatus præcipit ut sibi dicatur, quod quis sciuerit corrigēdum, intelligēdum est præceptum

ceptum sane, saluo ordine fraternæ correctionis, siue fiat cōiter ad oēs, siue ad aliquē specialiter, sed si prælatus expsse pciperet cōtra hunc ordinē a dño institutū, & ipse peccaret pcipiens, & ei obediens quasi contra pceptum dñi agens, vñ non esset ei obediendū, quia prælatus nō est iudex iudiciorū occultorum, sed solū Deus, vnde nō hēt ptātē præcipiendi aliqd super occultis, nisi inquātū p aliqua indicia manifestant, puta per infamiā, uel per aliquas suspitiones, in quibus casibus pōt prælatus pręcipere eodē mō sicut iudex sæcularis, uel ecclesiasticus pōt exigere iuramētū de veritate dicēda.

14 Du. Cum testes īducant ad aliqd pbandū, & occulta non possint probari, cur dñt adhiberi testes? ℞. qui sup. art. 8. q de vno extremo ad aliud extremum conuenienter transitur per medium, in correctione autē fraterna dñs uoluit, q principium esset occultum, dum fratrem frater corriperet īter se, & ipsum solum, finem aūt uoluit esse publicum, ut, s. ecclesiæ denunciaretur, & iō conuenienter in medio ponitur testium inductio, prout primo paucis indicetur pctm̄ fratris, q pñt pdesse, & nō obesse, vt statim sic sine multitudinis īfamia emendetur, & licēt isti testes non probent delictum occultum, tamen inducuntur pp tria. Primò, vt hic dicit ad ostendendum, q hoc sit pctm̄ de quo aliquis arguit. Scdò, ut dicit Aug. in regula ad cōuincēdū de actu pcti, si talis actus reiteretur. Tertiò, vt dicit Chr. ad testificādū, q frater admonēs, fecit, q ī se fuit.

15 Dub. Quia homo manifestās pctā occulta fratris testibus, vr, qd fit potius proditor criminis, q̄ corrector, ut dicit Aug. ergo nō dēnt adhiberi testes? ℞. q su. qd post admonitionē secretā, semel, uel pluries factā, quādiu spes pbabiliter hētur de correctione per secretā admonitionē procedendum est. Ex quo aūt iā pbabiliter cognoscere possumus, qd secreta admonitio nō valeat, pcedēdum est vlterius, q̄tumcunq; pctm̄ sit occultum, ad testium pductionē, nisi forte pbabiliter ęstimaret, qd hoc ad emendationem fratris non proficeret, sed exinde deterior redderetur, quia propter hoc esset totaliter a correctione cessādū.

16 Dub. Quia Aug. dicit in regula, qd prius præposito dēt ostēdi, q̄ testibus, sed ostēdere Prælato, est dicere ecclesiæ, ergo testiū inductio non debet præcedere publicam denūciationem? ℞. qui sup. quòd Aug. intelligit, quod prius dicatur prælato, quam testibus, sm quòd prælatus est qdam singularis persona, q̄ magis pōt prodesse, q̄ alii, nō autem, quod dicatur ei tanquam ecclesiæ, i. sicut in loco iudicis residenti.

17 Dub. Quia ad ppriū pctm̄ nullus īducit testes, ergo nec dēt īducere ad pctm̄ fratris quē debet diligere sicut seipsum? ℞. qui supra, q homo non indiget testib. ad emendationē sui pcti, qd tñ pōt esse necessarium ad emendationem peccati fratris. Vnde nō est similis ratio de uno sicut de alio.

18 Dub. An fraterna correctio debeat esse aspera? Res. S. Th. in 4. sen. di. 19. q. 2. ar. q. 3 qd sm Gre. in pastorali nōnulla pctā sūt leuiter corrigēda, nā cum non malitia, sed ignorātia sola, uel infirmitate delinquūt, necesse ē ut magno moderamine ipsa delicti correctio tēperet. Nonnulla aūt sunt vehementer increpāda, ut cū culpa ab actore nō cognoscit, quanti sit pōderis ab increpātis ore sentiat, & cū sibi malū, qd perpetrauit leuigat, hoc cōtra se grauiter ex corripientis asperitate pertimescat, & q̄uis ille loquatur de correctione, quæ prælatis cōpetit, tamē ēt in correctione, q ab aliis fit, hoc ēt est obseruandū, quamuis fraterna correctio semper magis debeat ad lenitatem accedere, quia non ex auctoritate officii, sed ex charitatis affectu exhibetur.

19 Du. Quō lucratus erit fratrem? ℞. Chry. super Mat. qd ī hoc demōstrat, qd in inimicitia damnū est cōe, & pp hoc nō dicit, qd ille lucratus est seipsū, sed qd tu lucratus es eum: ex quo ostendit, qm & tu, & ille damnum passi eratis ex discordia.

20 Dub. Quō in ore duorū, uel triū pōt stare omne verbū? Res. S. Th. 12. q. 105. ar. 2. qd ī negotiis humanis nō pt haberi demōstratiua probatio, & infallibilis, sed sufficit aliqua coniecturalis probabilitas, secundū q̄ rector persuadet. Et iō licēt sit possibile duos aut tres testes ī mēdacium cōuenire, non tñ ē facile, nec probabile, qd cōueniāt, & iō accipitur eorū testimonium tanq̄ uerū, & pcipuē si in suo testimonio non uacillēt, uel aliās suspecti nō fuerit, & ad hoc ēt, quod nō de facili testes a ueritate declinarent īstituit lex, ut testes diligentissimē examinarentur, & grauiter punirentur, q inuenirentur mendaces, ut habetur Deut. 15. fuit tamē ali[illegible] rō huius numeri de-

terminandi ad significandũ infallibilem veritaté diuinarum personarum, quæ qñque numerantur duæ, quia Spiritussanctus est nexus duorum: qñque exprimũtur tres, vt Aug. di. super illud Io. 8. in lege vestra scriptum est, ꝙ duorum testimonium verũ est.

21 Dub. Cur Ecclesiæ debet dici pctm̃ fratris? Resp. Chry. super Mat. glossando uerbũ, Ecclesiæ, dicit. i. his, qui ecclesiæ pſidẽt. vel vt gl. hic dicit, i. congregationi fidelium, vt maiorem erubescentiam patiatur, & post sequatur excommunicatio, quæ fieri debet per os ecclesiæ. i. per sacerdotem, quo excõmunicante, tota ecclesia cum eo operatur.

22 Dub. Quis dicitur ethnicus? Res. ꝙ Gẽtilis, vel paganus, ꝙ nõ est de populo Dei.

23 Dub. Quis dr̃ publicanus? Res. Hier. ꝙ publicani vocantur, qui sæculi sectantur lucra, & exigunt vectigalia per negotiationes & fraudes, ac furta, per scelera atq; piuria.

24 Dub. An postquã ecclesiã noluerit audire, poterit amplius saluari? Res. Aug. de verbis domini, ꝙ licèt non sit deputandus in numero fratrum, eius tamen salus non est negligenda, cum & paganorum, & Gentilium salutem inquiramus, & ita post excõmunicationem ita possunt redire, & saluari falsi Christiani, sicut Gentiles.

25 Dub. Cur comparat eum ethnicis, & publicanis? Res. qui supra, ꝙ in hoc ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm hi, qui aperte Gentiles sunt.

26 Dub. Cur addit dñs q̃cũq; alligaueritis? &c. Res. Hier. super Mat. qa posset tacitè respondere, vel cogitare, si me despicis, & ego te despicio, si me condẽnas, & tu mea snia condemnaris, ideò potestatem tribuit Apostolis, vt sciãt omnes, quia talibus mandatur non solum humana sententia, sed etiã diuina eos condemnare, ideò dicit quæcunque alligaueritis.

27 Dub. Cur hic Petro dicit ĩ cęlis, & Mat. 16. dicit Apostolis in cęlo? Resp. Orig. sup Euang. quia ipsi non sunt tantæ perfectionis sicut Petrus.

28 Dub. Cur non noiat quem dẽt ligare, sed dicit indeterminatè quemcunq; alligaueritis? Res. qui supra, ꝙ hoc dicit quasi iudicio eorum qui alligare pñt dimittendo.

29 Dub. Quid significatur p pdicta uerba q̃cũq; ligaueritis? ℞. Hilarius, dicẽs, ꝙ phoc ad terrorẽ maximi motus, quo ad psẽs oẽs cõtinent, inobile sęueritatis apostolicę iudiciũ demõstrat, ut quos ĩ terris ligauerint, i. pctõrũ nodis innexos reliquerint, & quos soluerint cõcessionẽ, s. veniæ acceperint in salutem, hi in cœlis ligati sunt, uel soluti.

30 Dubi. Cur vult, ꝙ incorrigibilis sit sicut ethnicus. & ꝙ etiam sit ligatus in cœlis? ℞. Orig. vbi supra, ꝙ vt multitudine iudiciorum dissoluat fratris iram.

31 Dub. An iniustè ligans, vel soluens ĩ terra, liget, & soluat in cęlo? Rñ. Aug. de verbis domini, quòd iniusta vincula dirumpit iustitia; cum correxeris, & concordaueris cũ fratre tuo, soluisti illum in terra, cum solueris in terra, solutus erit & in cœlo.

32 Dub. Qũo intelligitur si duo ex vobis cõsenserint &c. ℞. Glo. ꝙ non solum de excõmunicatione sed etiam de omni petitione, quæ fit à consentientibus in vnitate Ecclesię dat cõfirmationẽ dicẽs. Iterũ dico uobis ꝙ si duo ex vobis cõsenserint sup terrã, uel pęnitentẽ recipiendo, vel superbum abiiciẽdo, uel de alia re, quam petierint, quæ nõ est contraria ecclesiæ vnitati, fiet illis &c.

33 Dub. Cur dicitur esse Deus ĩ cęlis, cũ sit vbiq;? ℞. Gl. quod per hoc ostẽdit eũ super oĩa esse, & per hoc cõplere eum posse, qđ petit, uel in cœlis, i. in sanctis, qđ ualet ad probandum, quod fiet illis quicquid petierint, quia illum apud se hñt, à quo petunt.

34 Dub. Cur dicit ĩ nomine meo? ℞. Chry. super Mat. ꝙ ut ostendat se etiam esse datorem simul cum patre.

35 Dub. Cur dicit in medio eorum sum, cũ adhuc nõ essent cõgregati? Rñ. Ori. ꝙ mox ut aliqui consenserunt, Xp̃s inueniẽt in eis.

36 Dub. Cum Deus vbiq; sit, vr̃, quod sit ĩ medio quorumcũq; cõgregatorũ in quocũque noĩe fuerint cõgregati? ℞. qđ Deus ẽ vbiq; p pſentiã, essentiã, & potẽtiã, sed nõ per gratiã, sed solũ in medio eorum, qui in eius noĩe congregantur, & in sanctis eius.

37 Dubi. An semper qui consentiũt de vna re quam petunt exaudiantr̃? ℞. Chry. super Mat. ꝙ quatuor de causis talia petentes, et cõsentientes, non exaudiuntur. Primò, qñ non expedientia petunt. Secundò, quia indigni sunt, qui petunt. Tertiò, quia aduersus eos qui contristauerunt, orant, uindictã quærentes. Quartò, qñ petunt misericordiam peccantibus, qui non pœnituerunt.

38 Dub. Cur requirĩt cõsensus ut exaudiãtur? ℞. Orig. quod sicut ĩ musicis nisi fuerit conue-

conuenientia vocum, non delectat audientem, sic in ecclesia, nisi consensum habuerit, non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum, & ista est vna causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram, neq; dogmate, neque conuersatione.

39 Dub. Cur Petrus interrogat quoties, &c. ℞. Hier. super Mat. quia dñs dixerat supra, videte ne cõtemnatis vnum ex his pusillis: & adiecerat, si peccauerit in te frater tuus: & præmium ꝓmiserat dicens, si duo ex vobis, &c. unde prouocatus Petrus interrogat.

40 Dub. Cur Petrus non expectauit responsionẽ dñi, sed ipse dixit, vsq; septies? ℞. qui supra, quod Petrus putauit se aliquid magnum dicere, quando dixit vsque septies.

41 Dub. Cur potius dixit, septies, q̃ octies uel nouies? ℞. quia septẽ sũt vitia capitalia, & forte Petrus uoluit intelligere an peccãti p omnes genus peccati deberet indulgere.

42 Dub. Cur potius dñs respondit septuagesies septies, q̃ millies? ℞. Aug. de uerbis dñi: quòd quia lex in decem præceptis commẽdatur. lex per decem, & peccatum per undecim significat̃, quia pc̃m transgressio denarij est, septem autem solent pro toto computari, quia septem dieb. uoluitur tempus: septies autem undecim fiunt septuagesies septies. omnia ergo peccata dimitti uoluit, quia ea septuagesimo septimo numero præsignauit, & ut Hiero. dicit septuagesies septies. i. quadringentis nonaginta uicibus ut toties peccanti fratri dimitteret, quotiẽs ille peccare posset, & ita ponit numerum determinatum pro indeterminato, ut dicit Chrys. & est figura synecdoche.

43 Dub. Cur hoc non obseruatur in hæreticis, qui si relabuntur relinquuntur brachio sęculari? ℞ S. Th. 2. 2. q. 11. ar. 4. quòd ecclesia, s̃m dñi institutionem, charitatem suam extendit ad oẽs, ẽt inimicos, & persequentes: pertinet aũt ad charitatem ut aliqs bonum ꝓximi, & uelit, & operetur, & cũ duplex sit bonum. s. spũale s. salus animæ, qđ principal̃r respicit charitas, & tale debet quilibet alteri velle ex charitate, & ita quãtũ ad hoc hæretici reuerentes quotiescũq; relapsi fuerint, ab ecclesia recipiuntur ad pniam, per quam impenditur eis uia salutis. Aliud uero bonum s. tpale secundario respicit charitas, sicut est uita corporalis, possessio mundana, bona fama, & dignitas ecclesiastica, siue secularis, quòd non tenemur alijs velle ex charitate in ordine ad salutẽ æternã, & aliorũ Vñ si aliquid de hmõi bonis existens in uno, posset impedire salutẽ æternã in multis, non oportet, quod ex charitate hoc bonũ ei uelimus, sed potius vt uelimus eũ illo carere, tũ quia salus ęterna ꝑferenda est bono tpali, tum quia bonum multorum ꝑfert̃ bono unius. Si aũt hæretici reuertẽtes sẽper reciperent̃, ut cõseruarentur in uita, & alijs tpalibus bonis, posset in ꝑiudicium salutis aliorũ hoc esse, tũ, quia si relaberentur, alios inficerẽt, tũ ẽt, quia si sine pœna euaderẽt, alij securius in hæresim laberentur, ut dr̃ Ecclesiast. 8. ca. etenim, q2 nõ citò ꝓfert̃ cõtra malos snĩa; absq; timore ullo filij hoium perpetrãt mala. Et iõ ecclesia qdẽ primò reuerẽtes ab hæresi, non solũ recipit ad pniam, sed ẽt cõseruat eos, in uita, & interdum restituit eos dispẽsatiuẽ ad ecclesiasticas dignitates, quas prius habebãt, si uideant̃ uere cõuersi, & hoc ꝓ bono pacis legit̃ frequẽter esse factum, sed qñ recepti, interdum relabunt̃, vr̃ esse signum inconstantiæ eorum circa fidem. Et ideò ulterius redeuntes recipiunt̃ quidẽ ad pniam, non tamen ut liberent̃ à snĩa mortis. Istud autem dictum dñi Petri quòd fratri peccanti est semper remittendum, ut ei redeunti parcat̃, non intelligitur de peccato in proximum, uel in Deum commisso, quod non est nostri arbitrij dimittere, ut Hierony. dicit, sed etiam in hoc est à lege modus præstitutus, secundum quod congruit honori Dei, & utilitati proximorum.

¶ Sensibus spiritualibus non exponuntur ratione dicta in prologo.

FERIA IIII. DOMINICAE Tertiæ Quadrag.

Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis Mat. 15. c. Marci 7.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die 9. Maij, die Iouis.

HISTORICE.

Ad dñm ĩ Genezareth scribę pharisęiq; ab Hierosolymis accedentes rogabant, cur trãsgrederent̃ eius discipuli seniorũ instituta, quia panẽ nõ ablutis manib. edebãt, quibus, cur & ipsi diuina cõtẽnerẽt mãdata ob hoim ordinationes, respondit, qñ lege cau-

tū est, ut parentib. debitus exhibeatur honor,& filios, qui maledicta in procreatores congessissent, uita debere priuari, ipsi vero natis suadent, quòd ab eis Deo dicata munera parentibus prodesse referant, debito honore priuantes in diuinorum contemptū eloquiorum, vt sua diuinis mandata præferrent monitis, ideoq; non ab re egregiè prænunciaret Esai. vates, hos Hypocritas verbis altissimum colere, sed procul à corde oīpotentem existere, doctrinas mortalium diuina abiecta disciplina instruentes: turbis autem astantib. clarissimè demonstrabat nequaquam, q̄ eduntur, sed ab ore procedentia hoīem labefactare; Pharisęis autem his, scandalo perculsis discipulis; ait, euelli oēm plantationem quę non à suo esset genitore plantata necesse fore: pharisæos quoq; nedum uisu carere, sed & cęcorum duces existere, q. si luminibus orbatus cęco dux extiterit, simul cadunt pcipites in foueā. Rogāti aūt Petro, ut īterpretaretur sub velamine dicta. eos quoq; dixit pspicacitate intellectus carere, cū minime ea, q̄ per os edunt̄ in telligerent in ventre digeri,& inde eijci: ex corde aūt per os pessimas egredi cogitationes, homicidia, cęteraq; nefanda scelera, quibus homo inquinatur: manibus vero non lotis cibum sumere, nequaquàm.

In dissoluendis dubijs nunc insistendum est.

1 DVBIT. Igitur primò, ad quod accesserunt pharisæi, & scribæ ad Iesum? ℞. quòd vt patet in textu ad redarguendum eum, propter discipulos.

2 Dub. An solū in Hierosolymis morarentur scribæ,& pharisęi? ℞. Chry. super Mat. quòd in omnes tribus erant disseminati, sed qui in Metropoli habitabant peiores alijs erant, veluti ampliori fruentes honore.

3 Dub. Quæ sint traditiones seniorum? ℞. quòd vt Marci 7. d. c. ī,& Chrys. super Mat. ait q. multa noua, induceban t sacerdotes,& inter alia ea, q̄ hic cōtinent̄ de lotione manuū, quāuis Moyses pcepit Deu. 4. c. dicens nō addetis ad verbum, quod ego loquor vobis hodiè,& non auferetis ex eo.

4 Dub. Vn̄ assumebant hanc traditionē de lauādo manus? Res. Chrys. vbi supra, quòd verba pphetarū carnaliter accipientes, qd̄ dictum erat, lauamini, mundi estote, corpora lauando seruabant,& ideò statuerāt non nisi lotis manibus manducandum esse.

5 Du. Cur arguebāt discipulos, & nō Xp̄m? ℞. Lyra, quòd ipsum ī discipulis suis arguebant, tanq̄ cōtemptorem doctrinæ seniorū, ut sic redderēt eum populo odiosum, quasi dicerent, ut dicit S. Vincen. non est culpa discipulorum, sed tua, qui es immundus, ideò male nutris discipulos tuos,& inuectiuè,& malitiosè hoc dicebant.

6 Du. Qui erāt seniores habētes potestatē cōdēdi tales traditiones? ℞. Lyr. quòd vt habet̄ Nu. 11. à tpe Moysi de uolūtate Dei, statuti sunt septuaginta senes, q. cū eo iudicarēt populū,& ita post obseruatum fuit,& creabant̄ per impositionē manus, & residebāt ī Hierusalē,& ad eos ī ambiguis ex alijs ciuitatib. recursus habebat̄,& eorum determinatio p lege habebat̄,& īter alias determinationes aliqua ordinabāt ad quādā decētiā,& honestatē, ut hic de lauādo manus.

7 Du. Cur discipuli Xp̄i nō lauabāt manus cū ederent? ℞. Chrys. super Mat. dicens, qd̄ superflua despiciebant, ea solum, q̄ sunt necessaria attendentes, & neq; lauari, neque non lauari pro lege habentes, ut contingebat alterutrum facientes: quī. n.& necessarium cibum contemnebant qualiter circa hoc studium haberent.

8 Du. Cur dn̄s nō excusauit discipulos, sed redarguit pharisæos? Res. qui supra, quòd non excusauit, sed confestim reaccusauit demonstrans, qm̄ eū, q. magna peccat, p paruis peccatis aliorū solicitū esse nō oportet.

9 Dub. Cur non dicit, quòd bene faciebāt non lauare? Res. qui supra, quòd ut non det eis occasionem calumniæ.

10 Dub. Cur non dicit, quòd Apostoli male faciebāt non lauando manus? Res. qui supra, quòd ut nō approbet eorū traditiones.

11 Dub. Cur de hac traditione non accusat seniores? Res. qui supra, quia sicut iniuriatorem, eum repulissent.

12 Dub. Cur redarguit eos de trangressione diuini pcepti, cū non videatur ad ppositum? ℞. Ly. quòd quasi clauū clauo retundē do dicit eos deficere, quia faciebant transgredi mandatum Dei propter mandatum hominum, uide infra dubi. 18.

13 Dub. vbi scribitur præceptum de honore parentum? Resp. quòd Exo. 20.

14 Dub. Cur in lege nō ponit̄ aliqd̄ pceptū affirmatiuum de honorādo oēs proximos, sicut ponuntur pcepta de non nocendo eis. Res. S. Th. 12. q. ar. 5. qd̄ statim ratio naturalis

ralis homini dictat, quod nulli iniuriam faciat, & ideò pcepta decalogi prohibentia nocumenta, extendunt se ad oẽs, sed rõ naturalis nõ statim dictat quòd aliqd sit pro alio faciendum, nisi cui homo aliquid debet.

15 Dub. Cur ergo ponitur pceptũ affirmatiuũ quo ad filios erga patres? Resp. qui sup. qđ debitũ filij ad patrẽ adeo est manifestũ, q nulla tergiuersatione põt negari, eo qđ pater est principiũ gñationis, & eẽ, & insup educationis, & doctrinæ, & ideò non ponit sub pcepto decalogi, vt aliquod beneficium & obsequium alicui impẽdat nisi parentib.

16 Dub. Cur nõ ponitur pceptum, vt parentes puideãt filijs? ℞. S. Th. vbi supra, quòd parentes nõ uident esse debitores filijs propter aliqua beneficia suscepta, sed potius econuerso. Filius auté est aliquid patris, & patres amant filios, vt aliquid ipsorum, sicut dicit Philo. in 8. Eth. vnde eisdem rationib. non ponuntur aliqua pcepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum sicut neq; ẽt aliqua ordinantia hominem ad seipsum.

17 Dub. Quo honore debeãt parentes venerari? Res. Hier. super Mat. dicens. Honos in scripturis non tm̃ in salutationibus, & officijs deferendis, quantum in eleemosynis, ac oblatione sentitur. Honora, inqt Apostolus, uiduas, q̃ verè viduæ sunt. Hic. n. honor donum intelligit: præceperat ergo dñs, vel imbecillitates, vel ætates, vel penurias parẽtũ cõsiderans, ut filij honorarẽt & in vitæ necessarijs ministrãdis iuuarẽt parẽtes suos.

18 Dub. Cur hic dñs ponit pœnam inhonorãtium parẽtes, & nõ pmium honorantium eos? ℞. Chrys. vbi supra, quòd dñs pmiũ ptermittens, ponit qđ terribilius est, s. pœnã, ut ipsos stupefaceret, & alios attraheret, dicẽs, qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur: in quo demonstrat eos morte dignos esse: s. n. qui uerbo dehonorat parentẽ morte punitur, multò magis vos, qui opere, & non solum dehonoratis parentes, sed & alios hoc docetis, vos igitur qui nec viuere debetis, qualiter meos discipulos accusatis.

19 Dub. Qũo intelligitur munus quodcũq; est ex me, &c. ℞. Iac. de Vora. ĩ sermone, qđ quia Pharisæi erant auari, inducebant Iudæos, qui habebant parẽtes, vt oĩa Deo deuouerẽt, q est pater principalis, ac si eis dicerent, qđ tale munus factũ Deo sibi pderit ad uitam æternã, & per talem modum pharisæi bona illorum, cum filijs diuidebant,

20 Dub. An filij possint vouere Deo de bonis paternis. Res. S. Th. 2. 2. q. 78. ar. 8. quod sub promissione Deo facta non cadit, nisi quòd est uirtuosum, est autem contra virtutem, vt id, quod est alterius, homo afferat Deo. Et ideò non omnino potest saluari ratio uoti, cum quis in potestate alterius constitutus vouet, id, quod est in potestate alterius, nisi sub conditione, si ille, ad cuius potestatem pertinet, non contradicat.

21 Dub. Qũo filius dicens munus quodcunque &c. Non honorificauit patrem suum? ℞. quod auferendo eis bona, quæ ipsis ministrare debuerant, non honorabant eos, sed potius iniuriam inferebant.

22 Dub. Qũo irritũ faciebant mãdatũ Dei? ℞. Gl. quòd honorare parentes erat præceptum Dei, quod irritum. i. vacuum, sed destructum faciebãt suadẽdo oppositum eius.

23 Dub. An statuta hoĩm sint seruanda? ℞. S. Th. super epistolã ad Gal. lec. 3. in fi. quòd nõ reprehenduntur, quod teneant traditiones hominum, sed quod propter traditiones hominum dimittant mandata Dei.

24 Dub. An traditiones hoĩum seu statuta sint necessaria ad uitam hoĩm? ℞. S. Th. 1 1. q. 95. ar. 1. quòd necessarium fuit ad pacem hominum, & virtutẽ, quòd leges humanæ ponerentur, quia sicut Philosophus dicit in primo politicæ. Sicut homo si sit perfectus uirtute, est optimum animalium, sic si separatus a lege, & iustitia, est pessimum omnium, quia homo habet arma rõnis ad expellendas concupiscentias, & sæuitias, quæ non habent alia animalia.

25 Dub. Quis põt cõdere tales leges, seu statuta? ℞. S. Th. 1 2. q. 60. ar. 3. quòd qa lex propriè, primò, & principaliter respicit ordinẽ ab bonum cõe, ordinare autem aliquid ad bonum cõe, est, uel totius multitudinis, vel alicuius gerentis uicẽ totius multitudiuis. Et ideò condere legem, uel pertinet ad totam multitudinem, vel ad personam publicam, quæ totius multitudinis curam habet.

26 Dub. Quales debent esse leges humanæ? ℞. S. Th. 1 2. q. 95. ar. 3. quod vt Isidorus dicit. erit lex honesta, iusta, & possibilis ẽm naturam, secundum consuetudinem patriæ, loco, tpeq; conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoq;, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo priuato cõmodo, sed pro cõi ciuium utilitate scripta.

27 Dubit. An semper leges sint obseruandæ,

dæ prout verba sonãt? Res. qui supra, q. 96. ar. 6 q̃ omnis lex ordinatur ad cõem hominum salutẽ, & intantum obtinent vim, & rõnẽ legis. Secundũ vero quod ab hoc deficit, virtutẽ obligandi nõ hẽt. Vnde iurisperitus dicit, q̃ nulla rõ iuris, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter per salutẽ hominũ introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorũ cõmodũ perducamus ad seueritatem. Contingit aũt multoties quod aliquid obseruari cõi saluti est vtile, vt in pluribus, qđ tñ in aliquib. casib. est maximè nociuum, quia igitur legislator non põt oẽs singulares casus intueri, proponit legem ẽm ea quæ in plurib. accidunt, ferens intentionẽ suam ad cõem vtilitatem. vnde si emergat casus, in quo obseruatio talis legis sit damnosa cõi saluti, non est obseruãda, sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, quod portæ ciuitatis maneant clausæ, hoc est utile cõi saluti, vt in plurib. Si tamẽ contingat casus, q̃ hostes insequerentur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruat, damnosissimũ esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur, & ideò in tali casu essent portæ aperiendæ contra verba legis, ut seruaretur vtilitas communis, quam legislator intendit.

28 Dub. An Princeps subijciatur legib. suis? R. qui sup. ar. 5. q̃ Princeps dr̃ esse solutus à lege quantũ ad vim coactiuã legis, nullus. n. propriè cogitur à seipso, nec aliquis in principẽ põt iudiciũ condẽnationis ferre si contra legẽ agat, sed quantũ ad vim directiuã legis, Princeps subditur legi ꝓpria volũtate, ẽm q̃ dr̃ extra, de consti. c. cum oẽs, qđ qs iuris in alterũ statuit, ipse eodẽ iure vti debet. Et sapientis dicit auctoritas, Patere legem, quam tu ipse tuleris. Vnde quãtum ad Dei iudiciũ, Princeps non est solutus à lege quãtum ad vim directiuam eius, sed dẽt voluntarius, non coactus, legem implere.

29 Dub. An leges humanæ possint mutari? Res. qui supra, q. 97. ar. 2. q̃ sic. si ex hoc aliqua maxima, & euidẽtissima utilitas ex nouo statuto proueniat, vel ex eo quod est maxima necessitas, ex eo, qđ lex consueta, aut manifestã iniquitatẽ continet, aut eius obseruatio est plurimum nociua. Vnde dr̃ à iurisperito, q̃ in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.

30 Dubit. Cur vocat Phariseos hypocritas? Resp. Remig. super Mat. quia erant simulatores, quia sub honore Dei terrena sibi lucra accumulare cupiebant.

31 Dub. Vbi prophetauit Esaias de eis? Res. Lyr. q̃ 29. c. licet sub aliis verbis, tamen est eadem sententia.

32 Dub. An sit pctm̃ honorare Deũ labijs? Res. quòd non: nec hoc dicit dominus, sed quia ore simulabant, quod non habebant in corde, ideò eos hypocritas vocat.

33 Dub. Qñ honorauerunt Deum verbis & corde longe fuerunt? Resp. Rabanus super Euangelijs, q̃ qñ dicebant, Magister scimus quia verax es, tunc labijs honorabant, sed cor eorum longe erat à Deo, qm̃ miserunt insidiatores ut eum caperent in sermone.

34 Dub. Cũ dñs præsentialiter vbiq; sit, qũo cor potest esse longe ab eo? Resp. q̃ non dr̃ longe per spacium corporeum, sed per affectum mentis, quæ auertitur à Deo.

35 Dub. Qũo sine causa colebãt Deũ? Res. Ly. q̃ sine cã, i. frustra, qđ sicut medicina, q̃ non confert sanitatem, dr̃ sine causa, vel frustra propinari, ita cultus diuinus dr̃ frustra, quando non ducit ad ueram fęlicitatem.

36 Dub. Quia nõ vr̃ esse malum docere doctrinas & mandata hominum, maximè qñ tẽdũt ad bonũ uniuersitatis? Res. Raba. vbi supra, q̃ hoc dñs dicit non proficere, qñ talia docent contemptis præceptis diuinis.

37 Dub. Cur nõ prosequitur rñdere Pharisæis, sed ad turbas sermonẽ cõuertit? Resp. qui sup. q̃ augumentata accusatione Pharisæorum testimonium prophetæ, & illis non emẽdãtis amplius eis nõ loquẽ, sed turbis.

38 Dub. Quia si q̃ intrat in os nõ coinquinaret hominem, nullũ esset peccatũ gulæ? Res. S. Th. 2. 2. q. 48. ar. 1. q̃ id, qđ intrat in hoiem per modũ cibi ẽm suam substantiã, & naturam nõ coinquinat hoiem spũaliter, inordinata aũt ciborũ concupiscentia spũaliter hominem coinquinat, & sic dominus loquitur cõtra Pharisæos, qui opinabantur quod aliqui cibi immundos facerent.

39 Dub. Quia cũ lege prohiberentur certa animalia comedere, vr̃, quòd illa comedendo faciebant cõtra legem, & sic coinquinabantur? Resp. S. Th. 3. par. q. 40. ar. 4. q̃ Christus voluit ostẽdere per illa verba, q̃ homo non redditur immundus ẽm animã ex vsu ciborũ quorumcunq; ẽm suã naturam, sed solum ẽm quãdam significationem: qđ aũt in lege quidam cibi dicũtur immundi, hoc est per quandam significationẽ. Vnde Aug. dicit

dicit contra Faustũ, si de porco, & agno requiratur utrũ natura mundus est, dicimus quod oĩs creatura Dei bona est, quadã uero significatione agnus mundus, porcus ĩmũdꝰ est, & sic figuratiue erãt immũdi cibi, sed adueniente Xp̃o, q. est ueritas, figura cessauit.

40 Dub. Cur nõ licet mãducare de cibis idolis ĩmolatis si quod intrat in os &c. ℞. Hie. ubi sup. ꝙ ipsi cibi, & oĩs Dei creatura per se munda est, sed idolorũ, & dæmonũ inuocatio ea facit immunda apud eos, s. q cum cõscientia idoli, Idolotytũ manducãt, & conscientia eorum cum sit infirma, polluitur.

41 Dub. Cur dicebat turbis, audite & intelligite, cum alterum sufficeret dicere? ℞. Rabanus ubi supra, quod ut eos attentiores faceret utrũque dicit, q. d. attendite, & erigimini ad hoc audiendum.

42 Dub. Quæ sunt quæ procedunt ab ore, & coinquinãt hoĩem? ℞. Ly. quod sunt uerba, quæ sunt malitiæ interioris significatiua.

43 Dub. Quid est scãdalizari, & q̃d est scãdalũ? Requi e dñica secũda aduentus, du. 14.

44 Dub. Quotuplex est scandalum? ℞. S. Th. 2. 2. q. 4. ar. 1. ꝙ est duplex, s. actiuũ & passiuũ. Et iterũ actiuũ est duplex, s. per se, & per accidẽs, scãdalum per se actiuũ est, qñ aliqs suo malo uerbo, uel facto intendit alium ad peccãdũ inducere, uel facit tale q̃d, quod de sui rõne habet q̃d sit inductiuũ ad peccãdũ, licet hoc nõ inte dat, s. eũ sic inducere, puta cum aliquis publice peccat, uel facit aliq̃d ꝙ habet similitudinẽ peccati, & sic dat occasionem ruinæ, & istud est scãdalũ actiuũ, & p se. Actiuum uero p accidens est, quod qñ aliquis nõ intendit aliquem inducere ad peccãdum, nec fecit aliq̃d, quod hẽat inducere aliũ ad peccãdũ, & tñ alius ex tali facto pp inuidiã, uel aliud hmõi inducit ad peccãdũ, uocatur scandalum actiuum, sed p accidens. Aliud est scandalum passiuum, & est qñ aliquis ex quocunq; dicto, uel facto alterius siue bono siue malo inducitur ad peccãdum.

45 Dub. An scandalũ passiuũ semper sit cum actiuo, & econtra? ℞. qui supra, quod qñque sunt simul, sicut qñ aliqs ex male dicto, uel facto, dat occasionem ruinæ alteri, & ille alter ex tali occasione peccat. Aliqñ est passiuum sine actiuo, sicut quãdo p̃ter intentionẽ operantis, & præter cõditionem operis, aliquis male dispositus, ex hmõi opere inducit ad peccandũ, puta cum aliquis inuidet bonis aliorũ, & tunc ille q facit hõmi actum rectũ nõ dat occasionẽ quantum in se est, & iõ hoc scãdalum est passiuũ sine actiuo: & istud scandalũ erat in Pharisæis, qui de bona doctrina Christi scãdalizabant. Qnq; uero est scandalum actiuum sine passiuo, puta cum aliquis uerbo, uel facto inducit aliquem ad peccandum, & ille non consentit.

46 Dub. An omne scãdalum tã actiuum q̃ passiuũ sit peccatum? ℞. q sup. ar. 2. quod scãdalũ passiuum semp est peccatũ in eo, q scãdalizat. Non. n. scandalizat nisi inquantum aliqualr ruit spũali ruina, q̃ est peccatum: potest tñ esse sine peccato scandalum passiuum eius, ex cuius facto aliquis scãdalizat, sicut cum quis scandalizatur de his, q̃ alius bene facit; silr ẽt scandalum actiuum semper est pctm̃ in eo, qui scandalizat, quia uel ipsum opus, q̃d facit est peccatũ, uel ẽt si habeat spẽm peccati, dimittendum est semper pp pximi charitatem, de qua unusquisque tenetur saluti proximi prouidere: & si quis non dimittit, contra charitatem agit: potest tamen esse scandalum actiuum sine peccato alterius, qui scandalizatur, quando non consentit ut in ruinam cadat.

47 Dub. An omne tale scãdalum sit semper pctm̃ mortale? ℞. q sup. ar. 4. quod scãdalum passiuum qñq; põt esse pctm̃ ueniale quasi habens in pactionem tñ, puta cũ aliquis ex inordinato dicto, uel facto alterius commouet motu uenialis peccati: qñque uero est pctm̃ mortale quasi habens eum in pactione ruinam, puta cũ aliquis ex inordinato dicto, uel facto alterius ꝓcedit usq; ad pctm̃ mortale. Scãdalũ aũt actiuũ, si sit p accidens, sicut supra hr̃ dub. 43. põt esse quãdoq; quidem pctm̃ ueniale, puta cum aliquis uel dictum uenialis pcti, uel actum qui nõ est fm se pctm̃, sed habet aliquam speciem mali, cũ aliqua leui indiscretione cõmittit; quandoque uero est pctm̃ mortale siue quando cõmittit actũ pcti mortalis. siue qñ contemnit salutẽ ꝓximi, ut ꝓ ea cõseruanda nõ p̃termittat aliqs facere, ꝙ sibi libuerit. Si uero scandalum actiuũ sit p se, ꝓut supra dictum est, puta cum intendit inducere alium ad peccandum, si quidem intendit inducere ad peccandum mortaliter, est peccatum mortale, & silr si intendit inducere ad peccandum uenialiter, per actum peccati uenialis, est peccatum ueniale.

48 Dub. Q̃d est maius pctm̃ scãdalũ actiuũ uel passiuum? ℞. S. Tho. in 3. sen. di. 38. q. 2. ar. 2.

ar.2.q.1.q̃ p se loquendo scãdalum actiuũ est maius peccatum q̃ passiuũ, quia in unoquoq; genere cã est potior effectu: tamẽ aliquando põt esse maius passiuũ, q̃ actiuum, qñ aliquis maioris ruinæ occasionẽ sumit, quam sibi det, sicut etiam quandoq; est passiuum peccatum sine peccato agentis.

49 Dub. An scãdalũ passiuum reperiatur in uiris pfecti? Res. S. Th. 2.2.q.43.ar.5.q̃ scãdalũ passiuũ importat quãdã cõmotionem animi a bono, in eo, qui scandalũ patit: nullus.n. cõmouet qui rei imobili firmiter inhæret. Maiores aũt siue pfecti soli Deo inherẽt, & plãtis inquãtũ Deo inhærẽt. unde quãtũcũq; uideãt alios inordinatẽ se hre dictis, uel factis, ipsi a sua rectitudine non recedũt, ẽm illud Ps. 114. Qui confidit in dño sicut mõs Syon, nõ commouebitur in æternum &c. Et iõ in his, qui perfecte Deo adhærent per amorem, scãdalum non inuenitur, ẽm illud Ps. 118. Pax multa diligentibus legem tuam, & nõ est illis scandalum.

50 Dub. An bona spũalia, uel tpalia sint dimittẽdda pter scãdalũ, & q̃ pñt dimitti? R. q sup.ar.7. & 8. q̃ hæc qõ hẽt locũ solũ de scãdalo passiuo, & non de actiuo. Et primo quidẽ spũalia bona, q̃ sunt de necessitate salutis, hõ hẽt dimittere pp scãdalũ pximi, qa nullus debet peccare mortaliter, ut proximus euitet pctm̃ mortale, quia ẽm ordinẽ charitatis hõ dẽt plus suã salutẽ spũalẽ diligere, q̃ alterius, & sic talia bona spũalia non dẽnt ptermitti pp salutẽ alterius & ad euitãdũ scãdalum alterius: sed in bonis spũalib. quę nõ sunt de necessitate salutis, vr̃ distinguẽdũ, quia scandalũ, q̃ ex eis orit̃, qñq; ex malitia pcedit, s. cũ aliqui uolunt impedire hmõi spũalia bona, scandala cõcitãdo, sicut hic fecerunt Pharisęi: Qñq; uero scãdalum pcedit ex ĩfirmitate, uel ignorãtia, & hmõi est scãdalũ pusillorũ, pp q̃ sunt alia spũalia bona occultãda, uel etiã interdũ differenda, ubi periculũ nõ imminet, quousq; reddita rõne hmõi scãdalum cesset: si aũt post reddita rõnem hmõi scãdalum duret, iã vr̃ ex malitia esse, & sic pter ipsũ nõ sunt hmõi spiritualia opera dimittẽda, s. docere ueritatẽ, correctio fraterna, & hmõi. Quo autem ad tpalia bona, est distinguẽdũ, aut. n. sunt nostra, & tũc ea dimittere si penes nos ea habeamus, tribuẽdo, uel nõ repetendo, si apud alios sint, pter scãdalũ qñq; qdẽ debem', qñq; aũt nõ. Si.n. scãdalũ ex hoc oriat̃ pter ignorantiã, uel infirmitatẽ aliorum, q̃ supra diximus esse scãdalum pusillorum, tunc uel totaliter dimittenda sunt temporalia, ut aẽr scãdalũ sedãdũ, s. per aliq̃ admonitionem. Aliqñ uero scãdalũ nascit̃ ex malitia, quod est scãdalum Pharysæorum, & pter eos, q̃ sic scandala cõcitãt, nõ sunt tẽporalia dimittenda, quia & hoc noceret bono cõi: daret̃.n. malis rapiendi occasio, & noceret ipsis rapientib. qui retinẽdo aliena, in pctõ remanerent. Aut talia bona temporalia non sunt nr̃a, sed nobis commissa, uel ad cõseruãdum p aliis, sicut bona ecclesiæ committuntur Prælatis, & bona cõia quibuscunque Reipublicæ rectoribus, & talium conseruatio, sicut & depositorum, immi net his quibus sunt commissa ex necessitate, & ideo non sunt propter scandalum dimittenda.

51 Dub. An ab oĩ specie mali sit abstinendum pter scandalum? Resp. S. Tho. super Epistolã ad Ro.17.q̃ aliquid põt hre spẽm mali dupliciter. Vno mõ ẽm opinionẽ eorum, qui sunt ab ecclesia pcisi, sicut sunt hr̃tici, q̃ ab ecclesia nõ tolerant̃, & sic non est curãdũ de eis, nec de tali spẽ mali. Alio mõ ẽm opin. eorum, q̃ tolerant̃ ab ecclesia, sicut tẽpore Apostoli infirmi in fide æstimantes legalia esse obseruanda adhuc, tolerabantur ab ecclesia ante Euangelii diuulgationem, & ideo nõ erat comedendum cum eorum scandalo de cibis in lege prohibitis.

52 Dub. Cur Christus ita acriter redarguebat Pharyseos cum opprobriis, qui sine scãdalo potuisset pdicare suauiter? R. S. Tho. 3.par.q.42.ar.2.q̃ salus multitudinis est pferenda paci quorumcunque singularium hoim, & ideo quãdo aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio a pdicatore uel doctore, ad hoc qđ multitudinis saluti prouideat. Scribæ autem, & Pharisæi, & Principes Iudæorum sua malitia plurimum impediebant populi salutẽ, tũ quia repugnabãt Xpi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus, tum, quia prauis suis morib. uitam populi corrumpebant. Et ideo dominus, non obstante offensione eorum, publice ueritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum uitia arguebat, prout hic patet.

53 Dub. An plãtatio Pauli, q̃ dixit, ego plãtaui, & nõ Pater, eradicabitur? Res. Hier. qđ hæc qõ soluitur ex hoc, qđ sequitur, Deus aũt incremẽtum dedit, qm̃ alibi ipse Paulus

dicit

dicit cooperatores Dei sumus, & ita Deus cum cooperatoribus suis plantat & rigat.

54 Dub. Quia videtur q plantatio Dei eradicari possit, quia Hier. 2. dr, ego te plantaui uineam electam, quo conuersa es mihi in prauum? R. qui supra di. Plantauit quidem Deus, & nemo pot eradicare plantationem eius, sed qn ista plantatio in volutate proprii arbitrii est, nullus alius ea eradicare poterit, nisi ipse tribuerit assensum.

55 Dub. An peccatu veniale sit comittendu vt proximus non scandalizetur? R. S. Tho. 2. 2. q. 44. ar. 7. quod quidam dixerunt peccatu veniale esse comittendu pp vitandum scandalu, sed hoc implicat cotraria: si. n. faciendu est, ia no est malu, neq; peccatu: na non pot esse eligibile, cotingit tn aliquid pp aliq circunstantiam non esse peccatum veniale, quia illa circunstatia sublata, peccatum veniale esset, sicut verbu iocosum est peccatu veniale qn absq; vtilitate dicitur. Si autem ex causa rationabili proferatur, iam non est ociosum, neque peccatum.

56 Dub. Vr q homo teneatur committere peccatu veniale pp salutem proximi, quia sine dispendio suæ salutis debet procurare salutem proximi? R. qui supra quod quamuis per pctm veniale gratia non tollatur, p quam est hominis salus, inquantum tamen veniale disponit ad mortale, vergit i detrimentum salutis, & sic non debet committi etiam propter salutem proximi.

57 Dub. Quomodo debent sinere eos? R. Lyra. i. doctrinam eorum euitare.

58 Dub. Quo dnr cœci? R. Rabanus eo, quia sunt luce mandatorum Dei priuati. S. aut Vincen. in sermone dicit, q sunt cęci, non propter ignorantiam literarum, sed propter malitiam, quam habebant cognoscendo peccata aliorum, & non sua.

59 Dub. Quo erant duces cęcoru? R. Lyra post Rabanum, quia alios in præcipitium trahunt errantes & in errorem mittentes.

60 Dub. Quia vr, q qn cęcus ducit cęcum, vbi nulla est fouea, quod non ambo in foueam cadant? R. quod per quodlibet obstaculum cadere possent, neq; foueam si adesset vitare possent, cum non uideatur ab eis & quia hoc accidit, ut in pluribus.

61 Dub. Cur Petrus dixit: edissere nobis parabolam, cu Xps nulla tunc dixerit parabola? R. Remig quia consueuerat dns loqui parabolice, io Petrus cu audisset, qd intrat in os &c. putauit illum parabolice loqui.

62 Dub. Cu solus Petrus iterrogauerit, cur dominus omnes reprehenderit? R. qui supra, q ex persona cæterorum hoc Petrus dixerat, ideo cum aliis redarguitur.

63 Dub. Quo erant sine intellectu? R. quod quia no intelligebant actualiter, quæ dicebatur à dno, ideo uocat eos sine intellectu.

64 Dub. Quo cibi ingressi per os, oes vadut in secessum, cu ex eis nutriatur corpus, & feces solu emittantur? R. Hier. q tenuis humor, & liquescés esca cum in venis, & artubus concocta fuerit, & digesta, per occultos meatus corporis, quos Græci poros uocant, ad inferiora dilabitur, & in secessum vadit, & ut Chry. dicit dns rndet discipulis fm iudaicam infirmitate; dicit. n. qn cibus non manet, sed egreditur, quamuis & si maneret, non faceret immundu: pp hoc aut, & Moyses per tm tps dicit esse immundos, quantum cib. intus manet. In vespere. n. iubet lauari, & mundum esse, quasi tempus digestionis, & egestionis dimittens.

65 Dub. An dæmones immittant malas cogitationes in cor? R. S. Tho. 1. par. q. 111. art. 3. q dæmones non possunt immittere cogitationes interius, eas causando, cu usus cogitatiuæ uirtutis subiaceat uoluntati, dr tn diabolus incensor cogitationu inquantum incitat ad cogitandum, uel et ad appetendum cogitata per modu persuadentis, vel passionem concitantis, & etiam hoc ipsum intedere Damascenus uocat immittere, quia talis passio interius fit.

66 Dub. An dæmones, & angeli possint cognoscere cogitationes hoium? R. qui su. q. 57. ar. 4 q cogitatio cordis dupliciter pot cognosci. Vno mo in suo effectu, & sic non solu a dæmone, & angelis, sed et ab alio homine cognosci pot, & aliqn cognoscit, non solu per actum exteriore, sed et per immutationem vultus, & et Medici aliquas affectiones animi per pulsum cognoscere possunt, & multo magis angeli, & boni, & mali. Vn Aug. in diuinatione dæmonu dicit, q aliqn hominu dispositiones, no solu uoce prolatas, ueru et cogitationes conceptas cu signa qdam in corpore exprimantur ex animo tota felicitate perdiscunt. Alio modo possunt cognosci cogitationes put sut in intellectu, & affectationes prout sunt in uoluntate, & sic solus Deus cogitationes cordium, & affectiones uoluntatum cogno-

gnoscere pōt cuius ratio est, quia voluntas rationalis creaturæ soli Deo subiacet, & ipse in ea solus operari potest, qui est principale eius obiectum, & vltimus finis.

67 Dub. An cogitatio illicitorū sit semper peccatū? Resp. S. Th. 2.2. q. 154. ar. 5. q̄ cogitatio de aliquo peccato, qn̄q; ē pure speculatiua, puta cum aliquis cā disputationis cogitat de peccatis carnalibus, quandoque aūt est cum aliqua affectione, vel concupiscentiæ, vel horroris: & si quidem sit solū speculatiua, non est peccatum: si autem sit cum affectione horroris, silr non est peccatum, quia tunc homo abhorret peccare, si autem sit cum affectione concupiscentiæ, quia homo cogitando concupiscat perpetrare delictum, tunc est peccatum.

68 Dub. Cum solæ cogitationes ex corde procedant, qūo homicidia, & adulteria ex ipso procedant? Resp. Gl. quòd ex corde exeunt cogitationes malæ, & ex malis cogitationibus proueniunt, & malefacta, & mala verba, quæ lege prohibentur.

69 Dub. Quia si cogitationes malæ exeunt, non coinquinant, sed solum qđ immanēt? Res. Chry. di. q̄ cordis sunt intus in homine manent, & exeuntia inquinant, non manentia solum, imo tunc magis cū exierint; supple ad opus peruersum perpetrandum.

70 Dub. An sp homicidium sit peccatum mortale? Resp S. Th. 2.2. q. ... ar. 8. quod occisio hoīs, prout hēt rōnem indebiti, sp est peccatum, & ita sp prohibetur ī Decalogo nec pōt concedere aliqua lex humana, qđ licèt homo bonus indebitè occidatur. Malefactores autem, & hostes Reipublicæ occidi hoc non est indebitum, & hoc non cōtrariatur p̄cepto decalogi; nec talis occisio est homicidium, quod præcepto decalogi prohibetur, dummodo mandans occidi tales, auctoritatem habeat.

71 Dub. An homicidium sit grauissimum peccatum? ℞. S. Th. 2.2. q. 13. ar. 3. comparando homicidium blasphemiæ qđ si cōparentur ẜm obiecta, in qua peccatur, manifestum est, quod blasphemia, q̄ est directè pctm̄ in Deum præponderat homicidio, quod est peccatum in proximum. Si autē comparentur secundum effectum nocendi, sic homicidium præponderat, plus n. homicidium nocet proximo, q̄ blasphemia Deo, sed quia in grauitate culpæ magis attenditur intentio voluntatis peruersæ, q̄ effectus operis, ideo cum blasphemus intēdat nocumentum inferre honori diuino, simpliciter loquendo, grauius peccat, quā homicida: homicidiū tamen primum locū tenet in pœnis inter peccata in proximum commissa.

72 Dub. An interficiens hoīem casu, peccet mortaliter? ℞. S. Th q. 1. de malo, ar. 3. q̄ si actui, quem homo intendit, adiungāt aliquod malum, vt in paucioribus, tūc homo potest excusari a peccato, sicut incidēs ligna in sylua, p quā raro homo incedit, si proiiciat ligna, & casu interficiat hoīem non videns eum, nec intendens tale malū operari, p̄t excusari à peccato, nō aūt si tali actui non adiungatur malum, ut in plurib. & quasi semper, pōt excusari à peccato.

73 Dub. Quid est adulterium? ℞. est alieni thori uiolatio, quia ex adulterio ab uno conceptus, ad alterius hæreditatem nascit.

74 Dub. An adulterium sit grauissimū luxuriæ peccatum? Res S. Th. 2.2. q. 154. ar. 11. & 12. quod in quolibet genere pessima est principii corruptio, ex quo alia dependēt. Principia aūt rōnis sunt ea, q̄ sunt secundum naturam, & ideo sicut in speculatiuis error circa ea, quorum cognitio est homini naturaliter indita, est grauissimus, & turpissimus, ita in agendis, agere contra ea, quæ sunt secundum naturam determinata, est grauissimum, & turpissimum; quia ergo in uitiis, quę sunt contra naturam trāsgreditur homo id, quod est secundum naturam determinatam circa vsum uenereū, inde est, quod in tali materia hoc peccatū est grauissimum, post quod est incæstus, q est contra naturalem reuerentiam, quam personis coniunctis debemus: per alias autem luxuriæ species præteritur solum id, quod est secundum rōnem rectā determinatum, ex præsuppositione tamen naturalium principiorum. Magis autem repugnat rōni, quod aliqs venereis vtatur, nō solum id quod conuenit proli generandæ, sed etiam cum iniuria alterius, & ideò fornicatio simplex, quæ committitur sine iniuria alterius personæ, est minima inter species luxuriæ. Maior autem iniuria est si quis abutatur muliere alterius potestati subiectæ ad vsum generationis: quàm ad solam custodiam: & ideò adulterium est grauius quam stuprum: & vtrumq; aggrauatur per violentiam; propter quod raptus uirginis

est

est grauius, quàm stuprũ, & raptus vxoris q̃ adulterium, & hęc omnia aggrauantur ſm rõnem adulterij. vnde si quis abutatur Virgine Deo sacrata, inquantũ est sponsa Christi, est sacrilegium, per modũ adulterij. Vnde Iustinianus Imper. dicit, Si quis, nõ dico rapere, sed attentare tm̃modo, matrimonij coniungendi causa, sacratissimas Virgines ausus fuerit, capitali pęna feriatur.

75 Dub. Quod est grauius peccatũ, adulterium viri, vel vxoris? Resp. S. Th 4. sen dist. 35. an. 4. quòd quãtum ad bonum fidei, ad quã coniuges æqualiter sibi inuicem tenentur, tantum peccat contra matrimonium vnius adulterium, sicut alterius adulterium, sed quantum ad bonum prolis plus peccat adulterium vxoris, quàm viri.

76 Dub. Quæ species luxuriæ magis contrariatur dilectioni proximi? Res. S Th. 2. 2. q. 170. ar. 1. quòd nulla alia species luxuriæ sicut adulterium. Non. n. tanta fit iniuria patri per stuprum virginis, quæ non est eius connubio deputata, quanta fit iniuria viro per adulterium, cuius corporis potestatem ipse habet, non vxor.

77 Dub. Cur Deus infundit animã generatis ex adulterio? Resp. S Th. 1. par. q. 118. ar. 2. quòd in actione adulterorũ illud qđ est naturę, bonum est & huic cooperat̃ Deꝰ qđ vero est inordinatæ voluptatis malum est, & huic nõ cooperatur Deus: & in 2. sen. dis. 18. q. 2. ar. 1. dicit, quòd operatio adulterij potest dupliciter considerari, aut secundum esse mortale, & sic prout est deformis, non cooperatur ad ipsam Deus, sed prohibet ſm quod est in specie naturali & sic est bonum quoddam, & sic non est incõueniens vt tali operationi, in quantũ bona est, Deus, qui in omnib. operatur, animam infundat, & complementum apponat.

78 Dub. Quæ dr̃ fornicatio? Resp. S. Tho in 4. sen. dis. 41 q. 1. ar. 4 q. 1. quòd fornicatio non importat, quantum est de se, aliam deformitatem, nisi quæ ad genus luxuriæ pertinet, est. n. soluti cum soluta, & dr̃ fornicatio à fornice, q̃a iuxta fornices. i. arcus triũphales, & in alijs locis, vbi homines conueniebant congregabantur meretrices, & ibi polluebantur.

79 Dub. An fornicatio sit graue peccatum? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 154 ar. 3. ꝙ grauitas peccati secundum se attenditur ex ratione suę speciei, quæ consideratur secundum bonum, cui peccatum opponitur: fornicatio autem est contra bonum hominis nascituri, & ideo est grauius peccatum, secundum speciem suam, peccatis, quæ sunt contra bona exteriora, sicut est furtum, & alia huiusmodi: minus autẽ est peccatis, quæ sunt directe contra Deum, & peccato, quod est contra vitam hominis iam nati, sicut est homicidium.

80 Dub. In fornicatione simplici quis ipsorum plus peccat? Resp. S. Tho. in 4. sen. dist. 35. ar. 4. quod cæteris paribus vir, quã mulier, quia habet plus de rationis bono, quod præualet quibuslibet motibus corporalium passionum.

81 Dub. An ad probandum fornicationem semper requirantur testes? Resp. S. Tho. vbi supra ar. 3. quòd si de fornicatione commissa non constant, possunt esse violentæ suspitiones fornicationis, quibus probatis, videtur fornicatio esse probata, vt si inueniatur solus cum sola, horis, & locis suspectis, & nudus cum nuda.

82 Dub. An coniunges se possint inuicem licentiare ad fornicationem? Res. qui supra. dis. 33 q. 1. ar. 3. q. 2. ꝙ mulier habet potestatem in corpore viri, & econuerso, non simpliciter quantum ad omnia, sed solũ quantum ad matrimonij vsum, & ideo non põt contra matrimonij bonũ mulier corpus viri alteri præbere, nec vir corpus mulieris.

83 Dub. An semper vir possit propter fornicationem vxorem dimittere? Resp. S. Tho. super 1. ad Cor. 7. quòd non, in septem casib. Primò, quando ipsemet eam prostituit. Secundò, quãdo ipse cũ alia fornicatus fuit. Tertiò, quando ei occasionem fornicandi dedit. Quartò, quando ipsa, credens probabiliter virũ mortuum, alteri nupsit. Quintò, quando violenter ab aliquo oppressa fuit. Sextò, quando sub specie viri sui, ab altero cognita fuit. Septimò, quando fuit a viro post adulterium manifeste deprehẽsum nihilominus retenta.

84 Dub An vir occulte adulterans possit petere diuortium vxoris manifeste in adulterio deprehensæ? Resp. S. Tho. in 4. sen dist. 35. ar. 6 quòd talis peccat sic petendo, quia per hoc non aufertur ius excipiendi contra accusationem uiri vxori adulteræ, quamuis desit sibi probatio.

85 Dub. An uir possit dimittere uxorẽ fornicantem sine iudicio ecclesiæ? Resp. qui supra,

pra, quod uir pōt dimittere uxorē dupliciter. Vno modo quantum ad thorum tm̄: & sic potest eam dimittere, quam cito sibi cōstat de fornicatione uxoris, ꝓprio arbitrio nec tenetur reddere debitum exigenti, nisi per ecclesiam compellatur. Alio modo quantū ad thorum, & cohabitationem, & sic non potest dimitti sine iudicio ecclesiæ.

86 Dub. An eam sic dimittens sine iudicio ecclesiæ possit compelli ad eam recipiendum? Resp. qui supra, quod sic, nisi possit ei uir incontinenti fornicationem probare.

87 Dub. Quid dicatur diuortium? Resp. qui supra, quod dimissio uxoris quantum ad thorum, & cohabitationem, quod diuortium non potest celebrari sine iudicio ecclesiæ.

88 Dub. An uir teneatur ex necessitate dimittere uxorem adulterantem? R. qui supra. ar. 2. quod dimissio uxoris fornicātis introducta est ad corrigendum uxoris crimen ꝑ talem pęnā. Pęna autem corrigens nō requiritur, ubi emendatio iā præcessit. Et ideò si mulier de peccato pęniteat, uir nō tenetur eam dimittere: si autem nō pęniteat, tenetur, ne peccato eius cōsentire uideatur, dum correctionem debitam non apponit, & sic dimittens non ex uindicta, sed ut uitet infamiam, uel incertudinem prolis, & ut dictum est, causa correctionis non peccat.

89 Dub. An uir post diuortium possit repetere uxorem? R. q. supra, ar. 7. quod illud quod inducitur in fauorem alicuius, non facit ei præiudicium: unde cum diuortium sit introductum in fauorem uiri, non aufert ei ius petendi debitum, uel reuocandi uxorem.

90 Dub. An uxor teneatur redire sic reuocata, & teneatur ei reddere debitum? Resp. qui supra, quod sic, nisi de licentia eius uotum continentiæ emiserit.

91 Dub. An uir post diuortium adulterans possit compelli ad recipiendum uxorem dimissam? R. qui supra, quod uxor in tali casu nō potest reconciliationem petere, nec ad hoc debet cogi secundum rigorem iuris. Iudex tamen secundum æquitatem iuris ex officio suo debet eum cogere, ut caueat periculo animæ eius, & scandalo aliorum.

92 Dub. An uxor post diuortium possit aliū maritum capere? R. q. supra ar. 5. quod quāuis uxor post diuortium nō teneatur uiro adultero ad debitum reddēdum, & cohabitandum tm̄ adhuc manet uinculum matrimonij, ex quo ad hoc tenebāt, & ideo nō pōt ad aliam copulam transire, uiro uiuente.

93 Dub. An uxor post diuortium possit uotum cōtinentiæ emittere? Rñ q. supra, quod sic, etiā uiro inuito, nisi uideat ecclesiā deceptā fuisse per falsos testes sententiādo de diuortio, quia ēt in tali casu ēt si uotum ꝓfessionis emisisset, restitueretur uiro, & teneretur debitū reddere, sed non liceret ei exigere.

94 Dub. Quid est furtum? Res. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 3. quod est occulta acceptio rei alienæ.

95 Dub. Quæ reqrunt ad hoc, quod aliqd acceptum sit furtū? R. q. sup. quod tria. Primo, qd usurpet rē alienā, & in hoc cōtrariat iustitiæ, q̄ unicuiq; tribuit, quod suum est. Secundo, quod sit circa rem possessam, & sic distinguitur cōtra homicidium, & adulterium quia si quis accipiat rem alterius, non quasi possessam, sed quasi partē, sicut amputando membrum, uel sicut personam coniunctam, uel si auferat uxorem, uel filiam, non habet proprie rationem furti. Tertio, ut occulte usurpetur alienum, & sic propria ratio furti est, ut sit occulta acceptio rei alienę.

96 Dub. Quot modis cōmittitur furtum? R. S. Th. opuscu. 4. quod furtum cōmittitr quatuor modis. Primo occultè accipiendo, & hæc est quædam proditio. Secundo, uiolenter auferendo, & hæc est maior iniuria. Tertio, mercedem non soluendo. Quarto, fraudem in mercationibus committendo.

97 Dub. Quod est grauius peccatum, furtum, uel rapina? Res. q. sup. 22. ar. 4. & 9. quod ista hābēt rōnem peccati ꝓpter inuoluntarium, quod est ex parte eius, cui aliquid aufertur, quia nullus patitur iniustum uolens, ut probatur in 5. Ethic. in furto autem est inuoluntarium per ignorātiam eius, cui aliquid capitur. In rapina autem per uiolentiam, quod est magis inuoluntarium, quam per ignorantiam, quia uiolentia directius opponitur uoluntati, quam ignorantia. Et ideò rapina est grauius peccatum, quam furtum. Et est alia ratio, quia per rapinam, non solum infertur alicui damnum in rebus, sed etiam uergit in quandam personæ ignominiam, siue iniuriam.

98 Dub. An capiens occultè rem suam apud alium detentā, peccet? Res. q. sup. ar. 5. quod si talis res est penes aliquem, in cuius manib. deposita fuit & sic furtiuè rem suam accipiens apud aliū depositam, grauat depositarium, qa tenetur ad restituendum eā, uel ad ostendendum se esse innocentē, unde manise-

iniustũ est, quod peccat, & tenetur ad releuandum grauamen depositarij; sed qui accipit furtim rem suã apud alium iniuste detentam, peccat quidem, nõ quia grauet eũ qui detinet: & ideo nõ tenetur ad restituẽdum aliquid, vel ad recompensandum; sed peccat contra omnem iustitiam, dum ipse sibi vsurpat suę rei iudicium, iuris ordine prætermisso: & ideo tenetur Deo satisfacere, & dare operam, ut scandalum proximorum, si inde exortum fuerit, sedetur.

99 Dub. An retinens rem inuentam cõmittat furtum? Resp. qui sup. q. circa hoc est distinguendum: q̃dam. n. q̃ nunq̃ fuerũt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmę, q̃ inueniuntur in littore maris, & talia occupãti, cõceduntur: & eadẽ rõ est de thesauris antiquo tpe sub terra occultatis, quorũ nõ est aliquis possessor, nisi q̃ ẽm leges ciuiles, tenetur inuẽtor dare medietatem dño agri, si in alieno agro inuenerit, pp quod ĩ parabola Mat. 4. de inuentore thesauri abscõditi in agro, dr̃ q̃ emit agrum, quasi vt haberet ius possidẽdi totum thesaurum, quædam uero res inuẽtæ fuerunt de ꝓpinquo in alicuius bonis, & tũc si quis eas accipiat non animo retinendi, sed animo eas restituendi dño, qui eas pro derelictis nõ hẽt, non committit furtum: & similiter si ꝓ derelictis habeantur, & hoc credat inuentur, licèt sibi eas retineat, non committit furtum: aliàs autem cõmittitur pctm̃ furti: unde Aug. in Hom. & habetur 14. q. 5. si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti.

100 Dub. An hæredes furis teneantur ad restõnem furti? Ref. S. Th. q. 4. de malo. ar. 8. q̃ sic, etiam si ad ipsos nihil de furto peruenerit, secundum iura canonica, lite etiam non contestata cum patre.

101 Dub. An liceat furari tpe necessitatis? Resp. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 7. q̃ ea, q̃ sunt iuris humani nõ pñt derogare iuri naturali, vel diuino: ẽm aũt naturalẽ ordinẽ ex diuina ꝓuidẽtia istitutũ res inferiores sunt ordinatæ ad hoc, q̃ ex his subueniatur hoĩũ necessitati. Et iõ p rerũ diuisionẽ, & appropriationẽ ex iure humano ꝓcedẽtẽ nõ impeditur q̃n hoĩum necessitati sit subueniẽdũ ex hmõi reb. Et iõ res, quas aliqui superabũdanter hñt, ex naturali iure debentur pauperũ sustẽtationi. Vñ Amb. dicit, & hr̃ in decretis, dist. 47. esurientũ panis est, quẽ tu detines, nudorum indumẽtum, qđ tu recludis, miserorũ redemptio, & absolutio est pecunia, quam tu in terram defodis: sed quia multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex eadem re oĩb. subueniri, cõmittitur arbitrio uniuscuiusq; dispensatio ꝓpriarum rerum, ut ex eis subueniat necessitatem patiẽtibus, si tñ adeo sit euidẽs, uel urgens necessitas ut manifestum sit instanti necessitati de reb. occurrentibus esse subueniendum, puta, cum imminet personæ periculum, & aliter subueniri non põt, tunc licitè potest aliquis ex rebus alienis suæ necessitati subuenire, siue manifeste, siue occultè sublatis: nec hic propriè habet rõnem furti, ut rapina; & in casu similis necessitatis ẽt põt aliqs occultè rem alienam accipere, ut subueniat ꝓximo sic indigẽti.

102 Dub. An furtum sit pctm̃ mortale? Ref. qui supra, ar. 6. q̃ sic, quia per furtum homo infert nocumẽtum proximo in suis rebus: & ita contrariatur charitati, si passim homines sibi inuicem furarentur, periret humana societas.

103 Dub. An falsũ testimoniũ sit pctm̃ mortale Ref. qui sup. q. 70. ar. 4. q̃ falsum testimoniũ hẽt triplicẽ deformitatem. Vno mõ ex periurio, quia testes nõ admittuntur nisi iurati, & ex hoc semper est pctm̃ mortale. Alio mõ ex uiolatione iustitiæ, & sic ẽt est pctm̃ mortale in suo genere, sicut, & q̃libet iniustitia, cũ proximo falsus testis suã iustitiam tollat. Tertiò, ex ipsa falsitate, secundum quod omne mendacium ẽ pctm̃: & ex hoc non habet falsum testimonium, quod semper sit peccatum mortale.

104 Dub. Cur non prohibentur alia pctã linguæ, sicut falsum testimoniũ? R. qui sup. q. 122. ar. 6. q̃ ea quę pertinẽt ad locutiones, sicut detractiones, & blasphemiæ, & si qua sũt hmõi, intelligunt ꝓhiberi in falso testimonio, quod directius iustitiæ cõtrariat.

105 Dub. An testimonium alicuius possit repelli absq; eius culpa? R. q. sup q. 70. ar. 3. q̃ testimoniũ nõ hẽt infallibilẽ certitudinẽ, sed ꝓbabilẽ, & iõ qcq̃d est, qđ ꝓbabilitatẽ auferat in cõtrariũ, testimoniũ reddit inefficax. Redditur aũt ꝓbabile, q̃ aliquis in ueritate testificanda nõ sit firmus, q̃nq; quidem pp culpam, sicut infideles, infames, &c. Item illi, qui publici criminis rei sunt, qui nec accusare possunt, q̃nq; autem absq; culpa, & hoc est, vel ex defectu rationis, sicut patet in pueris, amentibus, & mu-

scribus: uel ex affectu, sicut patet de inimicis, & personis cõiunctis, & domesticis; uel ẽt ex exteriori condõne, sicut sunt paupe- res serui & illi quib. imperari põt: de quib. probabile est, q; de facili possunt induci ad testimonium ferendum contra ueritatem, & sic patet, q; testimonium alicuius repellitur, & propter culpam, & absq; culpa.

106 Dub. An testes possint pro testimonio ferendo accipere precium? Res. qui sup. q. 71. ar. 4 q; accipiunt, non quasi precium testimonii, sed quasi stipendium laboris, & expẽsas, quia nemo militat stipendiis suis unquam, ut dicitur 1. Cor. 9.

107 Dub A quib. capiunt expẽsas? Res. qui supra, q; uel ab utraq; parte, cum sint cões utriq; parti, uel ab ea, à qua inducuntur.

108 Dub. An quilibet teneat ad testimoniũ ferendum? Resp. qui supra. q 70. ar. 1 qđ distinguendum est, quia aliquando requirit testimonium alicuius, aliquando nõ requirit: si requirit à superiori, cui in his, q̃ ad iustitiam pertinent obedire tenetur, sic in his in quibus s̃m ordinem iuris testimonium ab eo exigitur, puta in manifestis, & in his, in quibus infamia præcessit; Manifestũ est, qđ tenet testimonium ferre: si aũt in aliis, puta occultis, & de quibus infamia non p̃cessit, non tenetur: si autem requiritur non à superiore, cui obedire tenetur, uel ei' au ctoritate, tunc distinguẽdum est, quia si testimonium requiratur ad liberandum hominem, uel ab iniusta morte, seu pœna, uel à falsa infamia, uel etiam ab aliquo damno, tunc tenetur testificari, & etiam si non requiratur, tenetur facere quod in se est, ut ueritatem denunciet alicui, qui ad hoc possit prodesse, dr. n. in Psal. 81. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, & Prouer. 24 Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & Ro. 1. dr, Digni sunt morte, nõ solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus: ubi dicit gl. consentire est tacere, cum possis redarguere. Super his uero, quæ pertinent ad condemnationem alicuius non tenetur, quis ferre testimonium nisi cum à superiori compellitur secundũ ordinem iuris, quia & si circa hoc ueritas occultetur, nulli ex hoc speciale damnum nascitur uel si immineat periculum accusatori non est curandum, quia in hoc periculum sponte se ingessit: alia autem ratio est de reo, cui periculum imminet, eo nolente.

109 Dub. An clerici possint cõpelli ad testificandum? Res qui sup. qđ operari, & cooperari ad occisionem hois non competit ministris altaris, & ideo secundum iuris ordinem compelli non possunt ad ferendum testimonium in causa sanguinis.

110 Dub. An quis debeat ferre testimonium de his, q̃ sibi cõmittunt per confessionem, uel sub secreto? Res. qui supra, qđ de his, q̃ sunt commissa homini in secreto per cõfessionem nullo mõ debet testimonium ferre quia hmõi non scit ut hõ, sed tanq̃ Dei minister, & maius est uinculum sacramenti quolibet hois p̃cepto. Circa uero ea, q̃ alter homini sub secreto cõmittuntur distinguendum est: qñq; n. sunt talia, quæ statim cum ad notitiam hois uenerint, homo ea manifestare tenetur. puta si pertinẽt ad corruptionem multitudinis spũalem, uel corporalem, uel ĩ graue damnum alicuius personæ: uel si quid aliud ẽ huiusmodi, qđ quis propalare tenetur, uel testificãdo, uel denunciando, & contra hoc debitum obligari non potest per secretũ cõmissum, quia in hoc frangeret fidem, quam alteri debet quandoque uero sunt talia, quæ quis p̃dere nõ tenetur, unde potest obligari ex hoc, quod sibi sub secreto committuntur, & tũc nullo modo tenetur ea prodere, etiam ex præcepto superioris, quia seruare fidem est de iure naturali, nihil autem potest præcipi homini contra id, quod est de iure naturali.

111 Dub. An duorum, uel trium testiũ testimonium sufficiat? Resp. qui su. ar. 2. qđ s̃m Philosophum in 1. Eth. certitudo non est similiter quærenda in oĩ materia: in actib. n. humanis super quibus constituuntur iudicia, & exiguntur testimonia non põt haberi certitudo demonstratiua, eo quod sunt circa contingentia & uariabilia, & iõ sufficit probabilis certitudo, quæ ut ĩ plurib. ueritatem attingat, etsi in paucioribus à ueritate deficiat. Est autem p̃babile, qđ magis ueritatem contineat dictũ multorũ q̃ dictum unius. Et ideò, cum reus sit unus qui negat, sed multi testes asserũt idẽ cum auctore, rationabiliter institutum est iure diuino, & humano, q; dicto testiũ stet: oĩs autem multitudo in tribus comprehenditur, s. principio, medio, & fine. Vnde secundũ Philosophũ in 1. de cœlo omne, & totum in tribus ponimus, ternarius quidẽ consti-

constituitur asserentium, cũ duo testes duo ueniunt cum auctore, & ideò requiritur binarius testium, uel ad maiorem certitudinem, vt sit ternariu, qui est multitudo perfecta in ipsis testib. unde & Eccl. 4 dicitur funiculus triplex difficilè rumpitur.

112 Dub. An discordia testium præiudicet testimonio? Res. qui sup. q in aliquib. principalib. circunstantijs, quæ uariant substantiam facti, puta, in tempore, uel in loco, uel in personis, de quib. principaliter agitur, aufert efficaciã testimonij, quia si discordant in talibus, uidentur singulares esse in suis testimonijs, & de diuersis loqui, puta, si vnus dicat hoc factum esse tali tempore, uel loco: alius alio tempore, uel loco, non uidentur de eodem facto loqui: non tamen præiudicatur testimonio, si unus dicat se non recordari, & alius asserat determinatum tempus, vel locum: si autem sit discordantia in aliquib. circunstantijs non pertinentibus ad substantiam facti, puta, si tps fuerit nubilosum, vel serenum, uel si domus fuerit picta, aut non, aut aliquid hmõi, talis discordia non præiudicat testimonio, quia homines non consueuerunt circa talia multum solicitare: Vnde facile à memoria elabuntur, quinimò aliqua discordia in talib. facit testimonium credibilius, ut Chrys. dicit super Mat. quia si in omnib. concordarent, ẽt in minimis, uiderentur ex condicto eundẽ sermonem proferre, quòd tamen prudẽtiæ iudicis relinquitur discernendum.

113 Dub. Quid est blasphemia? Res. qui sup. q. 13. ar 1. quòd est attribuere Deo, quod ei non conuenit: uel detrahere ab eo, quod ei conuenit.

114 Dub. Quõ cõmittitur blasphemia? ℞. qui supra, quod dupliciter potest cõmitti. Vno modo secundum solam opinionem intellectus. Alio modo cõiuncta quadam effectus detestatione, & ista talis derogatio diuinæ bonitatis, uel est secũdum intellectum tm̃, uel est etiam secundum affectum: si consistat tãtum in corde est cordis blasphemia, si autem exterius prodeat per locutionem, est oris blasphemia.

115 Dub. Quæ est maior blasphemia attribuere Deo, q non ei conuenit, uel detrahere ab eo quod ei conuenit? Res. S. Th. super 1. ad Cor. 15. q pessimum est attribuere Deo q non facit, & laudare in eo, qđ non est. Vnde dicit Aug. non minori, sed maiori fortasse scelere i Deo laudatur falsitas q̃ xituperetur ueritas: cuius rõ est, quia intellectus nunquam potest tm̃ laudare Deũ quin deficiat a perfectione eius, & ideò si non totaliter intellectus oẽm veritatem possit de Deo intelligere, hoc est ad excellentiã Dei sed si attribuo aliquid Deo, quod non hẽt, uel non facit, uidetur, qđ intellectus vr̃ esse maior Dei, & intelligat aliquid maius eo, qđ sibi falso attribuit. Et hoc contra illud 1. Io. 2. Deus maior est corde nostro.

116 Dub. An aliqua blasphemia cõmittatur in proximum? ℞. S. Tho. super epistolam ad Titum 3 quod inquantum dilectio proximi refertur in dilectionẽ Dei, & honor proximi in honorem Dei, & sic etiam impropriũ est in Deum, & ita Apostolus sumit ibi blasphemiam, dum dicit, neminem blasphemare ꝑ qualibet maledictione in proximũ, occulta uel manifesta. 2. Petri. 2. sectas non metuunt introducet blasphemantes.

117 Dub. An blasphemia contra Deũ semper sit peccatum mortale? Res. S. Th. 2. 2. q. 13. ar 2. q blasphemia s̃m genus suũ repugnat charitati diuinæ, q̃a derogat diuinæ bonitati, q̃ est obiectũ charitatis, & ideo ex suo genere est pc̃m̃ mortale: tñ qñque blasphemia põt absq; deliberatione ex surreptione procedere dupliciter. Vno mõ, quod aliquis non aduertat hoc, qđ dicit esse blasphemiã, q põt contingere, cum aliquis subito ex aliqua passione in uerba imaginata prorumpit, quorum significationẽ nõ consideret, & tunc est peccatũ ueniale, & non habet propriè rõnem blasphemiæ. Alio modo, qñ aduertit hoc esse blasphemiã, cõsiderans significata uerborũ, & tunc non excusatur a pc̃ õ mortali, sicut nec ille, qui ex subito motu iræ aliquem occidit iuxta se sedentem.

118 Dub. An blasphemia sit maximum peccatorum? Require supra dub. 70.

119 Dub. Vnde oritur blasphemia? Res. qui supra, q. 158. ar. 7. qđ blasphemia in quã aliquis prorumpit deliberata mente, procedit ex superbia hominis contra Deum se erigentis, quia ut dicit Eccl. 10. initium superbiæ hominis apostatare à Deo. i. recedere à ueneratione eius, est prima superbiæ pars, & ex hoc oritur blasphemia: sed blasphemia in quam aliquis prorumpit ex cõmotione animi, procedit ex ira.

120 Dub. Cur dñs non dicit coinquinare hominem alia quæ prohibentur alijs præce-

 ptis

ptis decalogi? R. quòd adorare Deos alienos continetur sub blasphemia, & etiam uiolatio sabbati; sub cogitationib. malis continétur non desiderare rem proximi, & non cócupiscere vxorem, neq; alias mulieres; quo ad inhonorationem parentum dixi in principio huius euangelij, ut patet.

121 Dub. Quid est coinquinare? R. quòd est cómaculare & fedare, siľr peccare quia primò mala uolũtas hoïs peccat, deinde cómittédo talia peccata simul cũ ipsis mala volũtas deturpãt hoïem vtrũq; s. aïam, & corp^9.

122 Dub. Quia uidetur, ꝙ comedere non lotis manib. sit quædam turpitudo, & sic qđ coinquinet. i. deturpet hominem? R. quòd dominus hic per coinquinare, vt exemplificauit, intelligit de macula peccati, & non de immunditia corporali sola.

¶ Sensibus spiritualibus non exponuntur, ratione dicta in prologo.

FERIA V. DOMINICAE Tertiæ Quadragesimæ.

Surgens Iesus de Synagoga. Luc. 4. c. Matth. 8. Marci 1. cap.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 16. Iulij, in die Sabbathi.

HISTORICE.

Ex synagoga dñs Petri domũ ingressus, eius socrũ à febribus, discipulis intercedentibus, immunẽ reddidit, quæ statim sospes discumbentib. ministrabat: ægrotos demũ oẽs oblatos ex manus impositione transacta die pristinę restituit sanitati. Imperauit autem dæmonib. ipsum Dei filium acclamantib. silentium, & qui Christum eum esse nouerãt, obmutescere illos fecit. Die vero illo desertum petijt; cum uero a turbis quæsitus, & inuentus detineretur, ne abscederet, ait, se vrbib. alijs oportere Dei regnũ annunciare, cuius gratia missus esset, quod in Synagogis peragebat Galileæ.

Nonnulla dubia soluenda sunt.

1 DVBITATVR Igitur. Cur dicit surgens? R. quia sedebat, ut patet Lu. 4 quod in Synagoga dñs surrexit legere librum Esaię, & postea sedit, & ita surgẽs de Synagoga, in qua sedebat intrauit domum Petri,

2 Dub. Quid est synagoga? R. Beda super Lucam, qđ synagoga Græce, Latinè dicitur congregatio, quo nomine non solum turbarum conuentum, sed & domum, in qua ad audiendum verbum Dei conueniebant Iudæi appellare solebant.

3 Dub. Cur nos dicimus ecclesiam, quam ipsi dicebant synagogam? Rñ. qui supra. ꝙ est differentia inter synagogam, quæ congregatio, & ecclesiam, q̃ conuocatio interpretatur, quia s. & pecora, & quæq; res congregari in vnum pñt, conuocari non possunt nisi rõne utentia. Ideò nouæ gratiæ populum quasi maiore dignitate prçditum rectius ecclesiam, q̃ synagogam nominare apostolicis doctrinis visum est.

4 Dub. Cũ Symõ eẽt ex Bethsaida, nec haberet domum in Capharnaum, qũo dñs dr introisse in domum Symoni? Res. Magister Hist. schol. quod forte habebat domum in Capharnaum, pp vxorem, quæ erat de Capharnaum, ut patet etiam hic, q̃a socrus. i. mater uxoris Petri, ibi erat febricitans.

5 Dub. Ad quid dñs intrauit domum Petri? Resp. Chrys. in Hom. ad cibum sumendum, quoniam sequitur, & ministrabat illis.

6 Dub. Cur dñs non liberauit socrum Symonis absq; precibus? R. Hier. super Matt. qđ modo Saluator rogatus, modo vltro curat ægrotos, ostendens se contra peccatorum quoq; passiones, & precib. semper annuere fidelium, & ea, quæ ipsi minime in se intelligunt, uel intelligenda dare, uel non intellecta dimittere, secundum illud ps. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me domine.

7 Dub. Cur Matthæus non dixit, qđ imperauit febri, sicut hic Lucas? Res. Chrys. quod illud Matt. est breuitatis, hoc autem exquisitæ interpretationis.

8 Dub. Cur imperauit febri, quæ non poterat audire? R. Basilius, quod in hoc Lucas figurauit sermonem tanquam de præcepto animali sensibili facto, sic dicens febri imperatum, & quod febris non omisit imperantis operationem.

9 Dub. Quid est febris? R. Auicenna, quòd est calor extraneus in corde accensus, & procedens ab eo mediantibus spiritibus, & sanguine per venas, & arterias in totum corpus: & inflammatur in eo inflammatione, quæ nocet operibus naturalibus.

10 Dub. Quomodo Christus stabat super illam

illam? Res. q̃ ipsa iacebat, & dominus pedibus stans iuxta illam, ita quod superemitebat, ideo dicitur stare super illam.

11 Dub. Quomodo poterat ministrare, cum tunc reliquisset eam febris, & esset debilis? Res. S. Tho. 3. par. q. 44. artic. 3. q̃ dominus in instanti infirmis perfectam sanitatem cõferebat. Vnde Hiero. super Matth. dicit, q̃d sanitas, quæ confertur a domino tota simul redditur.

12 Dub. Quid ministrabat? Resp. quod cibaria ad edendum.

13 Dub. Cur expectabãt post solis occasum ducere infirmos ad Iesum? Res. Orig. q̃ qa uerecundabantur, uel timebant pharisæos, uel quia de die intenti erant circa alia, uel quia putabant non licere sanare in sabbato.

14 Du. Cur imponebat manus, cũ solo uerbo sanare posset? Resp. S. Tho. 3. par. q. 44. art. 3. q̃ Christus uenerat saluare mundum, non solum uirtute diuina, sed per mysteriũ incarnationis eius, & ideo frequenter in sanatione infirmorum, non solum potestate diuina utebatur, curando per modum imperii, sed etiam aliud ad humanitatẽ eius pertinens apponendo. Vnde Cyrillus hic dicit quamuis ut Deus potuisset uerbo oẽs pellere morbos, tangit tñ eos, ostendens propriã carnem efficacem ad præstanda remedia.

15 Dub. Cur non permittebat loqui dæmonia, ueritatem dicentia? Res. qui supra, quod miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter utilitatem dæmonum, sed propter utilitatem hominum, & ideo, prohibuit eos loqui ea, quæ ad laudem ipsius ptinebant. Primo quidem, propter exẽplum, quia ut dicit Athanasius, compescebat eius sermonem, quamuis uera fateret, ut nos assuefaciat ne curemus de talibus, etiã si uera loqui uideantur. Nefas est enim, ut cum adsit nobis scriptura diuina, instruamur a diabolo: est. n. hoc periculosum, quia ueritati frequenter dæmones immiscent mendacia. Secundò, quia sicut Chry. dicit non oportebat eos surripere officii apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fętida publicari, quia non est speciosa laus in ore peccatorũ. Tertio quia ut Beda dicit, nolebat ex hoc inuidiã accendere Iudæorum. unde etiã ipsi Apostoli mandãt retinere de ipso, ne diuina maiestate prædicata passionis dispensatió differatur.

16 Dub. An dæmones sciuerint Xp̃m esse filium Dei? Resp. S. Tho. 3. par. q. 64. q̃ mysterium regni Dei, quod impletum est per Christum, omnes quidẽ angeli à principio, aliquo modo cognouerũt, maximè ex quo beatificati sunt uisione uerbi, quam dæmones nunquã habuerunt. Vnde dęmones multo minus Christo existente in mũdo perfecte mysterium incarnationis cognouerunt: nõ. n. innotuit eis, ut Aug. dicit sicut angelis sanctis, q̃ uerbi participata æternitate perfruuntur, sed sicut eis terrendis innotescendum fuit per quosdam temporales effectus. Si autem perfecte cognouissent, & per certitudinem ipsum esse filium Dei, & effectũ passionis eius, nunquam dominum gloriæ crucifigi procurassent.

17 Dub. Ad quid dñs iuit in desertum locũ? Res. S. Th. 3. par. q. 40. ar. 1. q̃ ut daret exẽplum prædicantibus, q̃ non semper sederent in publico. Ideò q̃nq; dñs se a turbis retraxit: propter tria autẽ hoc legitur fecisse, q̃nq;, quidem, ꝑpter corporalem quietem ut dr̃ Mar. 6 q̃nque causa orationis, ut Lu. 6. q̃nque ut doceat fauorem hominum uitari, ut dicit Chry. super illud Mat. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem.

18 Du. Vt quid orabat cum esset Deus? Res. Greg. quod orabat, non quod ipse oratione indigeret, sed ut nobis bonæ operationis fieret forma.

19 Dub. Quia uidetur cõtradictio inter Lucam, qui dicit, q̃ turbæ requirebãt eum, & q̃ uenerunt ad eũ, & Marcus dicit, q̃ Apostoli fuerunt illi, qui iuerunt ad eum? Resp. Chry. super Matt. q̃ nulla est contradictio, quia suscepit Xp̃s, & post apostolos turbam coniungi Christi pedibus anhelantem.

20 Du. Cur uolebat dimittere turbam? Res. qui supra, q̃ gaudens eos suscipiebat, sed uolebat eos dimittere, ut & reliqui doctrinæ eius participes essent, tanquam non multo tempore in mundo moraturus.

21 Dub. Qui erant qui eũ detinebant? R. q̃ supra, q̃ nõ aliqui primatum, aut scribarũ, sed quoscunq; malitiæ fucus nõ denigrauerat, & qui illæsam habebant conscientiam.

22 Dub. Cur cum Lucas dicit, missus sum: Marcus dicit, ad hoc ueni? Resp. Gregor. q̃ non sine mysterio, quia Lucas ostendit incarnationem, & beneplacitum patris, quam appellat missionem. Marcus uero ostendens diuinitatis eius celsitudinem, & uoluntariam exinanitionem, dicit ad hoc ueni.

23 Dub. Cum Marcus solum dicat ut prædi cent, cur Lucas addit regnum Dei? Res. qui supra, quia, q. unus tacuit, alius suppleuit.

24 Dub. Cum gentes uenirēt continuo ad eū, cur ire uult ad eas? Res. Chry. sup Mat. q. vt pberet nobis exemplū, ut perambulemus & requiramus pereuntes, sicut pastor ouē perditā, & medicus accedit ad infirmū.

25 Dub. Cur ita predicabat in synagogis? Res. q. sup. ut doceret, q. nō esset seductor. nam si iugiter inhabitata coleret diffamarent eum, uelut latitantem.

ALLEGORICE.

Figurat dñs [egressus de synagoga] q. dimisso populo Iudæorū [intrauit domū Symonis] scilicet, populum gētilem [sanando eū a febribus magnis] idololatriæ, & cæterorum pctōrum, q bus detinebatur, [& surgēs ministrauit] tā sibi, quam apostolis, & aliis nunciis ad eum missis [& cum sol occidisset,] i. Christus sol iustitiæ mortuus fuisset, & resurrexisset, imponēdo Apostolis manū, misit eos sanare infirmos [nec sinebat qnq; loqui dæmonia [ut in legenda B Barth. legitur de Astoroth, qui nulla responsa dabat [ét facta die] suæ gloriæ in cęlum ascendendo, & [in desertum locum] paradisi à dæmonibus derelicto eundo [requirebant eum] Iudæi tēpore euersionis Hierusalem [& uoluissent tunc detinuisse eū, ne discessisset ab eis] quia talia mala nō eis euenissent [& regnum Dei] quo ipsi indignos se fecerunt, p Apostolos prædicatum est Gentibus, & per eos cōstituta ecclesia cath. de ipsis gentibus.

TROPOLOGICE.

Si uolumus Iesum, i. salutem instruimur ex hoc euangelio [ut egrediamur synagogam] uitiorum [& ingrediamur domum Simonis] per obedientiam seruando mandata Dei, & quatenus affligamur, [magnis febribus] libidinis, & aliorum scelerum, adeamus sanctos confessores, ut orent pro nobis [& Christus stans super nos] per gratiam liberabit nos, ut dimissis peccatis eidem digne ministremus [cum aūt sol occiderit] i. dies præterita fuerit, memoremur pctōrum illa die commissorum, & ducamus conscientiam nostrā infirmā ad Iesum, ut imponat manus, & eā sanet [& nō sinet loqui dæmonia] in tentationem nos inducentia, & cum surrexerimus [uadamus in desertum locū] dimissa turba, ad orandum patrē in abscondito [euangelizemus regnum Dei,] i. uiuamus secundum euangelia, ut mereamur introduci in regnum eius.

ANAGOGICE.

Gloriam cœlestem non possumus adipisci, ut ex sacro elicitur euangelio, nisi [egrediatur aïa a synagoga corporis] cum nullus Deum uidere possit viuens, tūc corpore mortuo [sanabat omnes infirmitates] animæ abstergendo omnem lachrymam, & luctū ab ea [dæmonibus in inferno obmutescentibus] a laudibus diuinis [& facta die] uniuersalis resurrectionis [Christum requiremus in cęlo, deserto] a Lucifero, & eius sequacibus, & infinita iucunditate illius gloriæ detinebimur [& regnum Dei] aliās nobis euāgelizatū contemplabimur [in Galilæa] transmigrationis corporū nostrorū ex cineribus resolutorū, q tunc gloriosa resurgēt, & omnipotentem Deum tunc laudabimus uoce mētali, & corporali in sęcula sæculorum.

FERIA VI. DOMINICAE Tertiæ Quadragesimæ.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quę dicitur Sichar. Ioan. 4. c.

Historia huius euāgelii facta est anno Xpi 31. in mense Februarii.

HISTORICE.

Absentibus discipulis panes, ut emerent, dominus Samaritanæ mulieri, quę ut aquā a fonte super quo sedebat dominus itinere lassus hauriret, aduenerat, poposcit potū. q̄ admirata rogauit, cur ab ea, quæ Samaritana erat ipse Iudæus (quorū nullū est cōmerciū cū Samaritanis) bibere postularet. Dño aūt respondenti, q si Dei munus perciperet, & q̄ quis foret, qui ut eius siti succurreret exorabat, ab eo fortassis ipsa qsisset, & uiuā recepisset aquā: intulit fęmina profundū fore puteū, nec quo hauriret aliquod habere instrumētū, qua siutque an Iacob Samaritanorū patre præstātior foret, qui eis & puteum dedit illū, & ex eius aqua ipse cū suis potatus fuit. cum uero dominus q. illam bibentes aquam rursus siti afficerentur dixisset, seq; aquam præbiturum, quam potātes non amplius sitirent, sed fontē in eis efficeret in uitam profecturum æternā, mulier illa quatenus a siti pseruaretur uentura, & labore: tā lōge aquæ accipiendi, ut talem sibi ppinaret aquā, req. siuit: cum uero ut suum uocaret

vocaret coniugem iuberet, nullum se maritũ habere respondit, cuius respõsum cum dñs uerum diceret fore, qm̃ quinque copulata fuisset viris, eum uero, cui conuiuebat, nequaquam eius coniugem esse. Hunc prophetã existimans Samaritana, ab eo edoceri deprecata est, quo i loco mõtis, videlicet, Samaritanorũ, an Hierosolymorũ Pater deberet venerari cęlestis. Dño aũt asserẽte futurũ fore, neutrobiq; Patrẽ adorari debere, ipsis Samaritis adorãtibus, quẽ ignorarent. Iudæis uerò, ex q̃bus salus pendebat prudẽter ueneratib: quẽ nouerãt, ueũ uere adorari cupientes, spiritu ac ueritate id agere necesse fore Mulier Messiã uenturũ fore dixit, qui hmõi oĩa reseraret arcana dñs vero se Messiã esse affirmauit: aduenientibus igitur discipulis relicto recessit ua[illegible], ciuitatemq; ingrediens hortabat̃ ciues, ut hoĩem couenirent, quẽ Christũ fore eius ex dictis comperisset: oblatis autem ei, ut comederet cibis à discipulis admiratione repletis, quòd Samaritanã allocutus fuisset mulierem, edere recusauit, dicens, aliũ, quem ipsi ignorarent cibum habere, cumq; inter se quisnam ei detulisset cibaria perquirerent, suũ ait cibum fore eius, q eum miserat adimplese voluntatem, qm̃ iã afforet tempus messes merendi, ut præmia metentes reportent, ut cũ seminãtibus eis fruantur, eos autem mitteret fructum eorum, qui non seminauerunt capere, in aliorũ labores falcem ponentes: in eum itaq; uerbis inducti mulieris crediderũt multi Samaritanorũ, suis apud se pcibus eum biduo detinẽtes, ex cuius sermonibus multo plures eius fidem dederunt uerbis, mulieri, ꝙ non eius propter loquelam, sed Xpi doctrina imbuti, ipsum orbis saluatorem indubiè agnoscerent, dicentes.

Quærenda iam sunt dubia.

1 DVBITATVR Vnde veniebat Iesus? ℞. quod ex Iudęa, & ibat in Galilæam, ut habetur Ioan. 4. ante istud euangelium.

2 Dub. Quid est Samaria? Res. Beda, ꝙ Samaria est insignis ciuitas prouincię Palestinę, adeo ut tota regio ei sociata Samaria dicatur. Et ut dicit Magister. histo. scho. nunc uocatur Sebaste illa ciuitas, quæ sita est inter Iudæam, & Galilæam.

3 Dub. Quæ gẽtes inhabitabant Samariã? Res. Chry. ꝙ olim Israelitæ eam inhabitabant, sed propter eorum peccata à rege Assyriorum ducti in sunt captiuitatẽ in Babylonem: & Medos, & alias gentes in Samariam misit; & uolens Deus ostendere, quòd non propter inutilitatem, sed propter eorũ peccata expulsi fuerunt Iudæi, immisit leones in barbaros, qui eos lędebant, quib. auditis rex misit illuc quẽdam sacerdotem, ꝙ eis traderet leges Dei, ueruntamẽ ut dicit Lyra adhuc idololatrabant, & non recipiebant nisi quinque libros Moysi.

4 Dub. Quæ ciuitas est Sichar? Res. Magister histo. scho. ꝙ est Sichem, de qua habet Gen. 13. sed corrupto vocabulo dicta est Sichar, in quo ut dicit Chrysost propter Dinam filiam Iacob, Symeon, & Leui grauem occisionem fecerunt.

5 Dub. Vnde habuit Iacob illud prædium? Resp. Lyra, ꝙ emit ab Hemor principe ciuitatis, dum rediret ex Mesopotamia, ut habetur Gen. 33.

6 Dub. Quãdo dedit illũ Ioseph filio suo? Res. qui supra, quòd ut habetur Gen. 48. dedit ei quando dixit, do tibi partem unam ultra fratres, tuos, quam tuli de manu Amorrei in gladio, & arcu meo.

7 Dub. Quomodo erat fons, cũ infra dicat puteus? ℞. Aug. super Io quòd puteus erat, sed oĩs puteus est fons, & non omnis fons puteus dicitur: ubi enim aqua de terra manat, & usũ præbet haurientib. fons dr̃, sed si in promptu, & superficie sit, fons tãtũ dicit: si autem in alto, & profundo sit, ita puteus vocatur, ut fontis nomen amittat.

7 Du. Cur dicitur fons Iacob? Resp. Lyra, quia Iacob ipsum foderat.

6 Dub. Cur euangelista meminit fontis, & prædij? Res. Theophilus super Ioan. ꝙ primò, ut cum audieris mulierem dicentem: qd pater noster Iacob ipsum dedit nobis, non admireris. Secundò per id edocemur, quod ea, quæ patriarchæ propter fidẽ, quã in Deo habebãt, adepti sunt, Iudęi propter eorum impietatem perdiderunt, & eorũ loca Gentibus tradita sunt.

10 Dub. Quomodo fatigabatur Xps, cum esset Deus? Resp. Lyr. ꝙ ex hoc apparebat ueritas humanæ naturæ, quemadmodũ & quando esurijt post ieiunium.

11 Dub. Cur tunc sedebat? Resp. Chry. sup Ioannem, quòd ut requiesceret ex labore.

12 Dub. Cur super fontem sedebat? Res. qui supra, quòd propter æstum refrigerabat corpus apud fontem.

13 Dub. Cur dicit de hora sexta? Res. Ly. ꝙ ad ostendendum causam fatigationis, quia ꝑ magnum tempus ambulauerat pedester.

14 Dub. Cur non iuit in ciuitatem cũ discipulis? Resp. Theophilus ubi supra, ꝙ ne qs incusaret eum, ꝙ ad Samaritanos diuertisset, cum hoc ipse prohibuisset discipulis.

15 Dub. Cur uenit illuc mulier? Res. ad hauriendam aquam, quam propius non poterat habere.

16 Dub. An verè Christus sitiret? Rñ. Theophilus vubi supra, ꝙ secundum humanitatẽ propter laborem, & æstum sitiebat.

17 Dub. Cum prohibuerit Apostolis cõuersari cũ Gẽtibus, cur ipse locutus fuit Samaritanę? Rñd. Chrys. vbi supra, ꝙ non ad hoc venerat antecedẽter vt Samaritanis loqueretur, tamen nec ꝑꝑ hoc non venit vt aduenientem ad se expellere oporteret.

18 Dub. Cur Christus non retinuit aliquos ex discipulis secum, vt nõ remaneret solus? Rñ Chrys. vbi supra, ꝙ hoc fecit ex humilitate, qa poterat si vellet, aut non oẽs mittere, aut abeuntibus illis, alios ministros habere, sed noluit, etenim ita discipulos assuefecit omnem superbiam conculcare.

19 Dub. An discipuli cum iter facerent, portarent secum cibaria? Res. qui supra, ꝙ non: & hoc patet hic, quia si detulissent non iuissent emere.

20 Dub. Ad quid cognouit mulier, qa Christus esset Iudæus? ℞. Ly. & ex habitu quem deferebat. vide feria 3. dominicæ 2. quadragesimæ. dub. 15. 16. 17.

21 Dub. Cur Iudæi non coutunt Samaritanis? Res. Ly. post Chry. quia hoc Iudæis fuerat præceptum, ne siungerent fędus, & amicitias cum alijs nationib. tamen Iudæi specialiter abominabantur Samaritanos, tum quia terram eorum occupauerant, ut dictũ est dub. 3. tùm etiam quia molesti eis fuerant in reędificatione templi, & ciuitatis, ut patet Esdræ 1. libro.

22 Dub. Cum non liceret Iudæis bibere in uasis gentilium, & cum eis manducare, cur perijt à Samaritana bibere? Res. Chrys vbi supra, quòd quia indifferens erat de reliquo tales obseruantias præterire.

23 Dub. Quid intelligit ꝑ donum Dei? Res. Ly. ꝙ gratiam Spiritussancti, in quo dono alia dona donantur.

24 Dub. Cur dicit, si scires quis est, &c. Res. qui sup. quod ad ostendendum, ꝙ ipse dominus potens est, & paratus gratiam Spiritus sancti dare omnibus petentibus eam fideliter, & deuote.

25 Dub. Cum nulla aqua habeat spiritum uitę, quõ est viua? Res. Aug. super Io. ꝙ vulgo aqua viua dr̃ illa, quæ de fonte exit: illa enim, quæ colligitur de pluuia in lacuna, vel cisterna, aqua viua non dr̃, nec alia aqua separata à fonte, quæ non mouetur.

26 Dub. Cur dicitur uiua? Res. S. Th. 1. par. q. 18. ar. 1. ꝙ dicitur per similitudinem, inquantum. n. vr̃ se mouere habet similitudinem uitæ, sed tamen non est similis se mouentib. uera ratio uitæ, quia talem motum non habent à seipsis, sed à causa generante, sicut accidit circa motum aliorum grauium, & leuium.

27 Dub. Cur Christus non dedit mulieri gratiam Spiritussancti absque petitione? Respond. Ly. quòd gratia non datur adultis de communi lege sine motu proprio in Deum.

28 Dub. Cur gratia ipsa dr̃ aqua uiua? Rñ. Ly. quia æstum concupiscentiæ refrigerat, & per deuotionem humectat.

29 Dub. Cur dicit, nũquid maiores, &c. Rñ. Ly. q. d. non posses aliundè habere aquam nisi miraculosè, & tunc tu es maior patre nostro Iacob, qđ non uidetur uerum, quia ipse fodit puteum istũ, & bibit ex ipso, &c. significando abundantiam aquæ.

30 Dub. Cur dicit Iacob patrem Samaritanorum, cum non esset? Resp. Chry. ubi sup. ꝙ seipsam impellebat in nobilitatem Iudaicam: Samaritani. n. Abraham progenitorẽ suum dicebãt, quasi à Chaldea exiitentem, sed, & Iacob patrem uocabant, quasi ipsius existentem nepotem: uel ut dicit Beda patrem suum Iacob uocat, quia ipsa sub lege uixerat Moysi, & prædium, quod Iacob filio suo Ioseph dederat possidebat.

31 Dub. Cum Eccl. 24. dicat, qui bibũt me adhuc sitient, quõ dñs dicit, ꝙ non sitiet in æternum, qui bibit ex sua aqua? Rñ. S. Th. 1. 2. q. 33. ar. 2. ꝙ sitis potest dupliciter accipi. Vno modo proprie, secundum ꝙ importat appetitum rei non habitæ. Alio modo communiter, secundum ꝙ importat exclusionem fastidij. Primo modo capitur hic, ꝙ qui biberit aquam Spiritussancti non sitiet,

riet, quasi desideret rem non habitam, sed dictum Eccle. intelligitur, q qui Deum cognoscit, & habet, adhuc desiderat eum perfectius cognoscere.

32 Dub. Q̃uo fit fons salientis &c. Res. Lyr. quia per gratiam Spiritusanctus inhabitat mentem, qui est origo gratiæ facientis hominem salire in vitam æternam: naturale est. n. q aqua tm̃ ascendere potest, quãtum descendit, & ita gratia de cœlo adueniens animam ad cœlum perducit.

33 Dub. Cur Christus nõ asseruit se esse maiorẽ Iacob? Res. q implicitè hoc dedit intelligere in dãdo aquã, q̃ totaliter sitim extinguebat, qđ nõ faciebat aqua putei Iacob.

34 Dub. Quam aquam volebat mulier, dicens: da mihi hanc aquam? Res. q materialem, quod patet, quia dixit, vt nõ veniam plus haurire aquam.

35 Dub. Cur mulier antequã diceret, si scires donum Dei, non appellauit eum dominum, sed post? Resp. quia in principio credebat eũ Iudæum, hoĩem cõem, viatorem, sed cum audiuit illa verba Christi, imaginata fuit eum esse egregium virum, & maximè pp oblationem factam de potu aquę viuæ.

36 Dubit. Cur post nolebat venire haurire aquam? Res. Aug. super Io. quòd eam ad laborem indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat.

37 Dub. Cur iussit vt vocaret virum suum? Resp. Chry. vbi supra, q quia instabat mulier accipere aquã promissam, iussit, vt vocaret virum, quasi ostendens, quoniam, & illum oportet communicare.

38 Dub. Cur negauit se habere virum, cum eum haberet? Resp. qui supra, q adhuc ęstimabat se ad hominẽ loqui, & vt Augu. vbi supra dicit, Reuera non habebat tunc virũ, sed vtebatur, nescio quo non legitimo viro.

39 Dub. Cur dominus sibi dixit, benè dixisti, &c. Res. Lyr. q hoc dixit, exponendo dictũ mulieris, vt patet, quia numerauit quinque viros, & sextum dixit, non esse suum, scilicet legitimum.

40 Dub. Quomodo cognouit, q Propheta esset? Resp. Lyr. post Chrys. q in hoc quod occulta sibi reuelauit.

41 Dub. An vere Christus fuerit Propheta & plura alia dubia de prophetia, require feria 2. dominicæ 3. quadragesimæ, dub. 27. & sequentibus.

42 Dub. An mulier ægrè tulerit cum Christus sibi dixit, quod iste non erat suus vir? Resp. Chrys. vbi supra, q mulier a Christo reprehensa nõ cõtristata est, neq; dimittẽs fugit, sed admiratur, & magis immoratur.

43 Dub. Cur mulier non interrogat de aliquo temporali? Resp. qui supra, q suspicata fuit eum esse prophetã, ideo quęrit de doctrina, quo debet adorare Deum, & super hoc solicita non molestatur à siti, cum venisset haurire aquam.

44 Dub. Qui patres adorauerunt in monte, &c. Res. Ly. quòd Samaritani vocabant patres vete. testam. suos, quia receperant legem Moysi, & in parte erant Iudæi. & vt Chry. dicit, intelligit de patribus antiquis ab Abraham citra, quia aiunt illic filium suum obtulisse.

45 Dub. Quis erat ille mons? Resp. Ly. post Orig. q est mons Garizim, in quo Samaritani ædificauerunt templum, cum Iudæi nollent eos habere consortes in reædificatione templi in Hierusalem.

46 Dub. Cur dicebant Iudæi q Hierosolymis oportebat adorare patrem? Res. Ly. q oportebat. i. magis cõueniebant, quia ille locus erat à Deo electus, ut esset locus adorationis, & sacrificij, ut habetur 2. Parali. 6.

47 Dub. An adoratio requirat determinatũ locum? Res. S. Th. 2. 2. q. 84. ar. 3. q in adoratione principalior est interior deuotio mentis: secundarium autem est q pertinet exterius ad corporalia signa: mens autem interius apprehendit Deum quasi non cõprehensum aliquo loco: sed corporalia signa necesse est, qd in determinato loco, & situ fiant. Et ideò determinatio loci non requiritur ad adoratiõnẽ principaliter, quasi sit de necessitate ipsius, sed secundum quandam decentiam, sicut & corporalia signa.

48 Dub. An adoratio requirat actum corporalem? Resp. qui supra, ar. 2. q ut Damas. dicit in 4. quia ex duplici natura compositi sumus, intellectuali s. & sensibili, duplicem Deo adorationem offerimus, s. spiritualem, quæ consistit in interiori mentis deuotione, & corporalem, quę consistit in exteriori corporis humilatione: & quia in omnibus actib. latriæ, id qđ est exterius, fertur ad id quod est interius, sicut ad principalius, ideo, ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, ut uidelicet, per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noster affectus ad subijciendum se Deo, quia connatu-

naturale est nobis, vt per sensibilia ad intelligibilia procedamus, & ita adoratio corporalis etiam in spiritu fit, inquātum ex spūali deuotione procedit, & ad eam ordinatur.

49 Dub. Cum Deus sit vbiq;, cur requirit determinatus locus eum adorandi? Rñ. qui supra, ar. 3. q. non requirit propter Deū, q. adorat, quasi loco concludat, sed propter ipsos adorātes, & hoc triplici rōne. Primò quidē propter loci consecrationē, ex qua spūalē deuotionem concipiunt adorantes, vt magis exaudiantur, sicut patet ex adoratione Salomonis, 2 Reg. 4 Secundò, propter sacra mysteria, & alia sanctitatis signa, quæ ibi cōtinentur. Tertiò, propter concursum multorum adorantium, ex quo fit oratio magis exaudibilis, secundū illud Mat. 18. vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.

50 Dub. Cur adoramus versus orientē, cum Iudæi adorarent uersus occidentem? R. qui supra, q. s̄m quandam decentiā adoramus uersus orientē pp tria, Primò, propter diuinæ maiestatis indicium, quod nobis manifestatur ex motu cœli, qui est ab oriente. Secūdò, propter Paradisum in oriente constitutum, vt patet Gen. 2. secundum literam 70. interpretū, quasi quæramus ad Paradisum redire. Tertiò, propter Christū qui est lux mundi, & oriens nominatur. Zachariæ. 6. & qui ascendit super cœlum cœli ad orientem, & ab oriente etiam expectatur, secundum illud Mat. 24. sicut fulgur exit ab oriēte, & pergit usque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.

51 Dub. Cur Iudæi adorabant ad occidētē? Res. S. Th. 10. ar. 4. q. adoratio ad occidentem fuit introducta in lege ad excludendā idololatriam. Nàm omnes gentiles in reuerentia solis adorabant ad orientem ad ortum solis. vnde ad hoc excludēdum, Tabernaculum habebat Sancta Sanctorum ad occidentem, ut uersus occidentem adorarent. Rō etiam figuralis esse potest, quia totus status prioris tabernaculi ordinabat ad significandum mortem Christi, quæ figurat per occasum, s̄m illud Ps. 67. qui ascendit super occasum dominus nomen illi.

52 Dub. Qui actus debent corpore fieri in adoratione? Res. S. Th. 2. 2. q. 74. ar. 2 q. genuflectimus, nostram infirmitatē designantes in cōparatione ad Deū. Prosternimus ēt nos, quasi ꝓfitentes nos, nihil esse ex nobis

53 Dub. An aliqua creatura possit adorari? Res. qui supra, q. 80. q. triplex est adoratio. vna, quæ dr̄ latria, quę est seruitus, quæ soli Deo debet exhiberi, & est uirtus cardinalis, & reducit ad iustitiā. Secunda est dulia, & est seruitus, quæ exhibet homini. Tertia est hyperdulia, & est seruitus, quæ exhibet alicui excellēti creaturę. Deus debet solus adorari latria, sed creaturę possunt adorari dulia, & si sunt excellentes, hyperdulia.

54 Dub. Cur soli Deo debetur latria? R. qui supra, q. 81. ar. 1 q. cum seruus dicat ad dominium, necesse est, q. vbi est ꝓpria, & specialis rō dn̄ij, ibi sit propria, & specialis rō seruitutis. Manifestum est autem dn̄ū conuenire Deo secundum propriam, & singularem quādam rōnem, quia ipse omnia fecit, & quia summū in omnib. reb. obtinet principatum, & ideo specialis ratio seruitutis ei debetur, & talis seruitus nomine latriæ designatur apud Græcos.

55 Dub. An Deus possit adorari adoratione duliæ? Rñ. S. Th 3. par. q. 25. ar. 1. q. Deo patri debetur honor latriæ propter deitatē, & honor duliæ propter dominium, quo gubernat creaturam. Vnde super illud Psal 7. Domine Deus meus in te speraui, dicit gl. dominus omnium per potentiam, cui debetur dulia. Deus omnium per creationem, cui debetur latria.

56 Dub. An tota Trinitas sit adoranda una adoratione latriæ, uel tribus? Rñ. S. Th. 2. 2. q. 84. ar. 1. q. quia una est excellentia trium personarū, unus, honor, & reuerentia eis debet, & p consequens una adoratio, in cuius figura legitur de Abraham Gen. 18 q. tres uiri ei apparuerunt, Abraham vnum alloquitur dicens; Dñe si inueni gratiam, &c.

57 Dub. Cur ter genua flectimus ad inuocationē trium personarum? R. q. sup. q. trina genuflexio signum est ternarij personarū, non autem diuersitatis adorationum.

58 Dub. qua adoratione adorari debet humanitas Christi? Rñ. S Th 3. sen. dis. 9. q. 1. ar. 2. q. 1. q. humanitas Xpi pōt considerari dupliciter. Vel put intelligitur nō coniuncta uerbo, & hæc consideratio est intellectu tm̄ & sic non debetur sibi latria, sed hyperdulia. Vel prout intelligitur unita uerbo, & sic pōt honorari honore vno, cum uerbo; & sic debetur ei latria; uel alio honore à uerbo, & sic debetur ei dulia: & isto mō loquitur gl. sup illud Ps. 98. Adorate scabellum

lu m pedũ eius &c. Caro Xp̃i non ẽ adorãda illa adoratione latriæ, q̃ soli Deo debet.

59 Dub. An adorari debeat humanitas vna adoratione cum uerbo? ℞. S. Tho. 3. par. q. 25. ar. 1. q. in eo, qui honoratur, duo possumus considerare. s. eum cui honor exhibetur, & causam honoris, & quia honor debetur toti rei subsistenti, & non partibus, qm̃ si manus, uel pes osculati in episcopis, & papa honoretur, hæ partes non secundum se honorãtur, sed in eis honoratur totum. Cã aũt honoris est id, ex quo ille, qui honorat habet aliquam excellentiam. Et ideo si in uno homine sunt plures causæ honoris, puta platio, scientia, & aliqua alia uirtus, erit quidé illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tñ, ẽm cãs honoris. Homo est. n. qui honoratur, & ꝓpter scientiam, & pp uirtutem: sic ergo in Christo cũ sit tm̃ vna persona diuinæ, & humanæ naturæ, est quidem eius vna adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur, sed ex parte causæ, qua honoratur possunt dici plures adorationes esse, ut. s. alio honore honoretur pp sapientiam increatam, & alio pp sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures personæ, sequeretur, quòd simpliciter essent plures adorationes, & hoc est quod in synodis reprobatur, uidelicet, in capitulis quintæ synodi, & in capitulis Cyrilli.

60 Dub. Qua adoratione adoratur hostia consecrata? ℞. S. Th. 4. sen. di. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. quòd adoratione latriæ.

61 Dub. An adorans hostiam non consecratam, quã credit consecratam, sit idolatra? Res. qui supra, q. adorans hostiam, oportet adorare cum conditione, s. si est consecrata: nec tñ oportet, q. hæc conditio semper sit actu explicata, sed sufficit q. habitu teneat illa. vnde non peccat adorans eã, quia nõ adorat puram creaturam, sed Christũ secundum intentionem suam, sed sacerdos fingens, & non consecrans, quantum in se est, facit populum idolatrare, quia offert ei puram creaturam ad adorandum.

62 Dub. Qua adoratione dẽt adorari imagines Christi? ℞ S. Th. 2. 2. q. 81. art. 3. qđ imaginib. non exhibetur religionis cultus secundum q. in seipsis cõsiderant̃ quasi res quædam, sed secundum, q. sunt imagines ducẽtes in Deum incarnatũ. Motus aũt, q. est in imaginẽ, ꝓut est imago, nõ consistit in ipsa, sed tendit in id, cuius est imago, & ideo quod imaginib. Christi exhibeatur religionis cultus non diuersificatur ratio latriæ, & ita debet adorari latria.

63 Dub. Cur imagines faciunt Christiani, q̃ prohibebant̃ in uete. lege, ut patet Exo. 2. c. ℞. S. Tho. 3. sen. dis. 9. q. 1. art. 2. q. 2. q. ante incarnationẽ Christi, cum Deus icorporeus esset, non poterat ei imago poni, sicut dr̃ Esa. 4. Et ideò prohibitũ erat in vet. lege, ne imagines fierent ad adorandũ, & ꝑcipuè, quia proni erãt ad idololatriam ex hoc, qđ totus mundus idololatriæ insistebat: sed postquàm Deus factus est homo, põt habere imaginem, cũ habeat ratione humanitatis assumptæ, quæ simul cum eo adoratur, figuram corporalem. Et ideò, permissum eit in noua lege imagines fieri.

64 Dub. Cuius auctoritate introductæ fuerunt imagines ad adorandum? Resp. qui supra 3. par. q. 25. ar. 3. q. Apostoli familiari instinctu Spiritussancti quædam Ecclesiis tradiderunt seruanda, quæ nõ reliquerunt in scriptis, sed in obseruatione ecclesiæ per successionem fidelium. Vnde ipse dicit 2. ad Thes. 2. state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, s. ore prolatũ, siue per epistolam, s. scripto transmissam, & inter huiusmodi traditiones est imaginum Christi adoratio. Vnde & beatus Lucas dicitur depinxisse Christi imaginem, quę Romæ habetur.

65 Dub. Qua adoratione dẽt adorari crux Christi? Res. S. Th 3. par. sen. dis. 9. q. 1. ar. 1. q. 4. q. crux Christi etiam ipsa ĩ qua Christus pependit, potest dupliciter considerari, uel inquãtum crucifixi imago, & sic adoratur eadem adoratione sicut crucifixus, s. latria. Vnde eam alloquimur sicut crucifixum, dicentes, O crux aue spes unica. Vel ĩ quantum est res quædam, & sic cum non pertineat ad personam Christi, sicut pars eius, non potest eadem adoratione adorari cum uerbo, sed adoratur inquantũ est res quædam Christi ratione ipsius, yperdulia, sed aliæ cruces non adorantur nisi, ut imago, & ideo adoratur tantum latria.

66 Dub. Qua adoratione adorantur claui, lancea, & alia insĩa passionis eius? Resp. S. Th. 3. par. q. 25. ar. 4 q. quantum ad rationẽ contractus membrorum adoramus nõ solum crucẽ, sed & omnia quæ sunt Christi. Vnde Damasc. dicit in 4. lib. Preciosum

sum lignum, vt sanctificatũ tactu sacri corporis, & sanguinis decenter adorandũ; clauos, induméta, lanceam, & sacra eius tabernacula, quæ sunt præsepe, spelunca, & huiusmodi. Ista tñ non repræsentant imaginem Christi, sicut crux, quæ dr signum filii hominis, ꝙ apparebit in cœlo, vt dicitur Mat. 24. Ideoq; mulierib. dicit angelus. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum; nó dicit lanceatum, sed crucifixũ, & inde est, ꝙ crucem Christi veneramur in quacunque materia, non autem imaginem clauorum, vel quorumcunq; huiusmodi, & sic debent adorari adoratione hyperdulię, ratione dicta in præcedenti dubio.

67 Dub. Qua adoratione adorari dēt semper Virgo mater Dei? Resp. qui supra, ar. 5. ꝙ cũ latria soli Deo debeatur, & nulli creaturæ puræ, & semper Virgo sit purè creatura rationalis, nó debetur ei adoratio latrię, sed solum veneratio duliæ, eminentius tñ quàm cæteris creaturis, inquantum est ipsa mater Dei, & ideo dicitur, ꝙ debetur ei non qualiscunque dulia, sed hyperdulia.

68 Dub. Cur non adoratur latria, sicut crux, cũ Christo coniunctior fuerit? ℞. q supra, crux non est capax venerationis, prout in se consideratur, sed semper Virgo est secundum seipsam venerationis capax, & ideò, non est similis ratio. Et vt dicit in 3. senté. dis. 9. q. 1. ar. 2. q. 4. quod si consideretur honor, qui exhibetur cruci, inquantum est res quædã ratione Christi, non est tantus quãtus ille, qui exhibetur semper Virgini, sed cruci exhibetur quidam honor, inquantũ est imago, qui non exhibetur matri.

69 Dub. Qua veneratione debent venerari Angeli, & Sancti. Require dub. 54.

70 Dub. An reliquiæ sanctorum sint adorãdæ? ℞. qui supra. ar. 6. ꝙ sanctos in veneratione habere debemus, tanquam membra Christi, Dei filios, & amicos, nostros intercessores, & ideo eorum reliquias qualescũque honore cõgruo in eorum memoria venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa, & organa Spiritus sancti in eis habitantis, & operãtis, & sunt corpora Christi cõfigurãda per gloriosam resurrectionem. Vnde, & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum præsentia miracula faciendo, non tamen latria eis debetur, quomodo Gentiles deos eorum honorabant.

71 Dub. Cur Christus dicit mulieri, crede mihi? ℞. Chrys. vbi supra, quia vbique nobis opus est fide matre bonorum operum, quę salutis est medicamentum, sine qua nihil magnorum est possidere, sed qui tentãt assimilantur his, qui sine naui pelagus tentant transire, qui parua quidem naui sufficiunt, vltra vero procedentes, cito merguntur.

72 Dub. Quando veniet illa hora, de qua dominus dicit? ℞. Alcuinus super euang. ꝙ illa hora est tempus euangelicæ doctrinæ, quod iam instabat.

73 Dub. Nunquid Hierosolymis, & vbique possit adorari Deus? ℞. qui supra, ꝙ dominus non intelligit, quod in illis locis nó debeat adorari, sed quod ablata omni vmbra figurarum, veritas pura luce mentes credentium illustratura, esset.

74 Dub. An mulier adduxerit suum uirum ad Iesum? Resp. Aug. vbi supra, ꝙ sic, imo hæc audiuit à Christo præsente viro suo.

75 Dub. Cur Christus non respõdit mulieri dicenti, ꝙ patres adorauerant &c. Resp. Chrys. vbi supra, ꝙ hoc erat superuacuum Christo docere, & ideo tacuit.

76 Dub. Qũo Samaritani adorabant, quod nesciebant? Resp. Chry. quoniam localem, & particularem Deum æstimabant, nihil de eo plus imaginantes, quàm de idolis. Et ideo cultum Dei cum cultu dęmonum miscuerunt.

77 Dub. Qũo Iudæi adorabant, quod sciebant? Resp. qui supra, ꝙ Iudæi detestabantur idola, & colebant ac credebant vnum solum Deum creatorem omnium.

78 Dub. Cũ ipse deberet adorari, cur dicit nos adoramus, connumerando se, cum aliis Iudæis? ℞. qui supra, ꝙ hoc facit ẽm opinionem mulieris, loquens quasi propheta Iudæus existens, cum tamen manifestum sit, quòd ipse est, qui ab omnibus adoratur.

79 Dub. Quia Io. 7. dr, si dixero, quia nescio eũ, ero similis vobis médax, & sic vr, ꝙ nesciebant quid adorabant? Res. Aug. vbi supra, ꝙ Christus loquitur nó ex persona Iudæorum reproborum, sed Apostolorum, & aliorum, qui posuerãt precia rerum suarum ad pedes Apostolorum.

80 Dubit. Cum Gentiles iam crediderint, qũo salus ex Iudæis est? Resp. Chrys. vbi supra, ꝙ per hoc vult ostẽdere, quòd orbi terrarum inde salutaria facta sunt, scire enim

Deum,

Deum,& idola detestari illinc principium habuit, & omnia alia dogmata, sed & ipsum, quod est apud nos, a Iudæis orationis principium habuit: uel præsentiam suam salutem uocat, quam dicit ex Iudæis esse, secundum illud Apostoli ad Ro. 9.c. ex quib. Christum secundum carnem.

81 Dub. Cur dicit, q̃ nũc est illa hora? Resp. qui supra, q̃ prophetæ ante lõga tpa multa pdixerunt, ideo dicit. Et nũc est, ne æstimes hanc talẽ esse prophetiã, quæ post multum tpis impleatur, res iam instat, in ianuis est.

82 Dub. Cur dicit ueri adoratores? Resp. qui supra. q̃ ad distinctionẽ falsorũ, qm̃ quidam sunt falsi adoratores, qui temporalia, & caduca quærunt in oratione sua, qui contra hoc quod orant agere non cessant.

83 Dub. Cũ supra dixerit solũ, uenit hora: cur nunc addit, & nunc est? Respõ. Orig. dicens. Puto primũ quidẽ notare adorationẽ pter corpus futurã impfectiorem. Secundũ uero eam, quæ sit in uita præsenti perfecta, quantum licet humanam procedere naturã.

84 Dub. Nunquid ueri adoratores adorabunt filium sicut patrem? Res. q̃ cum pater, & filius, unum sint. Ideo adorabitur pater, & filius, & filius cum patre.

85 Dub. Cum dicit adorabitis patrẽ, & non Deum? Res. Chry. ubi supra, q̃ cũ hæc hora uenerit, patri aliquis in filiũ deputabitur, ea propter non dictum est adorabitis Deũ, sed adorabitis patrem.

86 Dub. Qũo adorat̃ Deus in spiritu? Resp. qui supra, q̃ cum infra dicatur: spiritus est Deus, indicat q̃ Deus incorporus est, & sic oportet incorpoream eius culturam esse, hoc est per animam, & intellectus puritatem nos ei offerre.

87 Dub. Quomodo adoratur in ueritate? Res. qui supra, quia priora figura erãt, s. circuncisio, holocausta, & thymiamata: nunc autem totum est ueritas.

88 Dub. Quomodo pater quærit adorari in ueritatẽ, cum in uete. test. adoraretur in figura? Resp. qui supra. q̃ si olim uolebat eos ueteribus immorari, concessit eis figuram. Hoc tamen fecit eis cõdescendendo, ut per hoc ad ueritatem inducerentur.

89 Dub. Qũo, aut per quos pater tales quærit? Res. Orig. super Io. q̃ per Iesum quærit, qui uenit quærere, & saluare quod perierat quos erudiens ueros cultores efficit.

90 Dub. Quid est spiritus? Res. S. Tho. in 1. sen. dist. 10. q. 1. art. 4. q̃ spiritus est nomen impositum ad significandum subtilitatem alicuius naturę. Vnde dr̃ tam de corporalibus, quam de incorporeis. Aer n. spiritus dicitur, propter subtilitatem, & exinde attractio aeris, & expulsio dr̃ inspiratio, & respiratio: & exinde uentus etiam dicitur spiritus; & exinde etiam subtilissimi uapores, per quos diffundũtur uirtutes animæ in partes corporis, dicuntur spiritus, & similiter incorporea propter suam subtilitatem dicuntur spiritus, sicut dicimus Deum spiritum, & angelũm, & animam: subtilitas autem dr̃ per remotionem a materialitate. Vnde ea, quæ habent multum de materia uocamus grossa, sicut terram, & aquã, & ea, quæ minus, subtilia, sicut aerẽ, & ignẽ: unde cum remoueri a materia magis sit in incorporeis & maximè in Deo, spiritualitas secundum rationem significationis suæ per prius inuenitur in Deo, & magis in incorporeis, quam corporalibus.

91 Dub. Quia uidetur, q̃ debuisset dicere, Deus est spiritus, & nõ spũs est Deus? Resp. q̃ ex hoc dicto non sequitur, q̃ omnis spiritus sit Deus: quia illa dictio, spiritus, non stat distributiue, sed determinate pro aliquo spiritu, ut sit sensus, q̃ aliquis spiritus est Deus, & hoc est uerum.

92 Dub. Vnde sciebant Samaritani Messiam esse uenturum? Resp. Chr. ubi supra, q̃ Moysi legem suscipientes ab ipsis Moysi libris hoc nouerant, quia Iacob de Christo prophetizãs, dicit Gen. 49. c. Non auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de fęmore eius, donec ueniat qui mittendus est: sed & Moyses dicit Deuth. 18. c. Prophetam suscitabit uobis Deus de patribus uestris.

93 Dub. Quid est Messias? Resp. Aug. ubi supra. q̃ Latine idem est, quod unctus, Græcę Christus, & Hebraice Messias.

94 Dub. Quæ Christus annunciabat? Resp. qui supra, quasi mulier diceret, modo uos Iudæi de templo, contemnitis nos de monte, cum ille uenerit, & mortem spernet, & templum euertet, & docebit nos, ut in spiritu, & ueritate nouerimus adorare.

95 Dub. Quia Xp̃s non annunciauit qñ erit finis mundi, ergo nõ oĩa annunciauit? Res. q̃d annunciauit omnia pertinentia ad honorẽ, & adorationẽ Dei, de qua disputabatur.

96 Dub. Cur in principio nõ dixit mulieri, quod erat Messias, sicut nunc dicit? Respõ. Chrys.

Chrys. ubi supra, q. si circa principium hoc mulieri dixisset, uideretur ei ex vanitate loqui, nũc aũt paulatim in memoria Christi eã reducens, opportunè reuelauit seipsum.

97 Dub. Cur noluit se reuelare Iudæis, dicentibus Io. 10. si tu es Christus, dic nobis palã sicut fecit isti mulieri? Resp. qui supra quia Iudæi non pro addiscendo quærebãt, sed pro iniuriando: hæc uero simplici mente loquebatur.

98 Dub. Cur mirabantur discipuli, q. cum muliere loqueretur? Res. qui supra, q. admirabantur superabundantẽ Christi mãsuetudinẽ, & humilitatem, qm̃ ita perspicuus existens, substituit loqui cum tanta humilitate mulieri inopi, & Samaritanæ.

99 Dub. Cur de hoc non interrogauerunt eum? ℞. qui supra, q. quia nihil ad eos pertinebat quod faciebat.

100 Dub. Cur mulieri reliquit hydriam eũdo ad ciuitatem? Res. Orig. vbi supra, quòd non curabat de corporeo, ac viliori propter utilitatem plurium.

101 Dub. Quid est hydria, Require dominica 1. post 8. Epiphaniæ, dub. 15.

102 Dub. Cur mulier non uerecundabatur dicere palam, quæ commiserat, quæ Christus sibi reuelauerat? ℞. Chrys. vbi supra, q. anima, cum ignita fuerit igne diuino, ad nihil eorum, quæ sunt in terra de reliquo respicit, neque ad gloriam, neq; ad verecundiam: sed ad unam solam, quæ detinet eã flammam.

103 Dub. Cur non dixit hominibus, ut crederent, sed q. uenirent uidere? ℞. qui supra, q. uidere leuius erat, quam credere: ipsa tamẽ nouerat quoniam gustantes de illo fonte, eadem paterentur, quæ, & ipsa.

104 Dub. Cur non dixit, venite uidere Messiam, sed hominẽ? ℞. Alicuinus vbi supra, q. paulatim annunciauit Christum. Primo uocat hominẽ, ne si diceret Christũ, auditores irascerẽtur, & nollẽt exire, & ut Chrys. ubi supra dixit: Licet non manifestè annunciauerit, non tamen totaliter siluit, quia dixit, nunquid ipse est Christus?

105 Dub. Cur discipuli rogabant, ut manducaret? ℞. Chrys. vbi supra, q. quia uidebant eum fatigatum ex itinere, & æstu, qui erat, rogabant eum vulgari uoce.

106 Dub. Quia ex hoc uidebanẽ temerarii? ℞. qui supra, q. hoc non erat temeritatis, sed amoris cura circa magistrum.

107 Dub. Cur non rogauerunt eum mãducare in præsentia mulieris? ℞. Orig. ubi supra, q. arbitrabãtur aptum fore tempus ad prandium, quod erat inter recessũm mulieris ad ciuitatem, & aduentum Samaritanorum ad ipsum: non. n. coram aliquo aduena sibi propinabant escas, & ob hoc bene positum est in textu, interea.

108 Dub. De quo cibo itelligebat dñs, quẽ discipuli nescirent? ℞. Chrys. vbi supra, q. hominum salutem hic cibum vocat, ostendens quantum desiderium habeat nostræ salutis: sicut enim nobis concupiscibile est comedere, ita ei salutare nos.

109 Dub. Cur nõ statim reuelauit hoc discipulis? ℞. qui supra, q. ubiq; in quæstionem mittit auditorem, ut incipiens quærere, q. dicitur, & laborans cum ampliori suscipiat desiderio.

110 Dub. Quomodo discipuli nesciebant talem cibum? ℞. Theop. super Euang. q. d. nescitis, quem cibum uoco salutem hominũ. Vel nescitis, quod Samaritani credituri sunt, & [illegible] fieat.

111 Dub. Cur quærunt, quis sibi attulit mãducare? Resp. Aug. ubi supra, q. non intelligebant, q. de spirituali cibo loqueretur: q. d. ergo mirum si mulier illa non intelligebat aquam; ecce discipuli non intelligunt escã.

112 Dub. An dominus solitus esset cibum ab aliis oblatum manducare? Resp. Theo. ubi supra, q. sic, non quod alieno ministerio indigeret, qui dat escam omni carni, sed ut deferentes meritum cõsequerentur, simulque formam tradens nõ erubescere paupertatem, neque graue putare ab aliis nutriri, proprium. n. & necessarium est doctoribus alios habere procuratores ciborum, ut ipsi de nullo curantes, uerbi ministrationem procurent solicite.

113 Dubit. Cur dñs non interrogatus dicit, meus cibus est, &c. Resp. Aug. ubi supra, q. audit dominus cogitationes discipulorum, & ideo instruit eos ut magister, non p circuitum, sicut mulierem, sed apertè.

114 Dub. Quõ dicit cibum facere uoluntatẽ patris? Resp. Orig. ubi supra, q. idoneus cib. filio Dei est, cum actor paternæ uoluntatis efficitur, hoc uelle in semetipso, quod erat in patre: solus aũt filius perfecti operis paternæ uoluntatis est capax. Cæteri uero sãcti nil, præter diuinam, peragunt uoluntatem: plenam aũt, & integram facit Dei uolun-

luntatem, qui dicit meus cibus &c. proprius enim eius cibus ostenditur.

115 Dub. Cum Dei perfecta sint opera, vt dicitur Deute. 32. c. quomodo dicit, vt perficiam opus eius? Resp. Orig. vbi supra, q ad hominem, propter transgressionem, factum imperfectum missus est Saluator, & factus est caro, ad huius operis perfectionem. Et ut Teophi. vbi supra dicit, q opus Dei perfecit s. hominem, nostram naturã in seipso sine peccato ostendens in omni opere perfectã, & incorruptam. opus etiam Dei s. legem perfecit, quia finis legis Christus, eam cessare faciens, omnibus, quæ in ea erant perfectis, & à corporali cultu in spiritualem reduxit.

116 Dub. De quo tempore hæc loquebatur, quia dixit, q quatuor mẽses sunt &c. Res. Magist. hist. scho. q ex hoc ppenditur fuisse hyeme: & vt dicit Land. l. de vita Christi, uidetur factum de mense Ianuarij, quia in illa calida regione sunt messes tẽpestiuæ, vnde in festo Penthecostes offerebantur frugum primitiæ.

117 Dubi. Quomodo messes erant albæ, si adhuc erant quatuor menses? Res. Theo. vbi supra q in prima intelligebat de messe materiali. hic vero de messe intelligibili. Nam hoc dicebat propter Samaritanos venẽtes ad ipsum, qui erant parati ad credendum.

118 Dub. Quomodo albæ messes significant paratos ad credendum? Resp. Chrys. vbi supra, q sicut spicæ, cum dealbatæ fuerint ad messem sunt paratæ, ita & hi ad salutem.

119 Dub. Cur non dicit palàm Samaritanos paratos esse ad credendum? Res. qui supra, q non dicit apertè duarum occasionũ gratia. Vnius quidẽ vt manifestior fiat sermo, & magis sub visum ducat quæ dicuntur. Alterius autẽ ut dulcior sit narratio, & permanentior eorum, quæ dicuntur memoria.

120 Dub. Quomodo qui metit cõgregat fructum in vitã æternam? Resp. q hic diuidit terrena à cœlestibus: sicut enim supra dixerat de aqua, qui bibit hãc aquam nõ sitiet, ita hic dicit, qui metit cõgregat fructum in uitam æternam.

121 Dubi. Quomodo simul gaudet, qui seminat, & qui metit? Resp. qui supra, q hoc dicit, ut ostendat differentiã cœlestium, & tẽporaliũ, qm in spiritualibus non ita se habet: quoniam seminantes cum metentibus cõicant in mercede, & ideo simul lætantur.

122 Dub. Quos intelligit per seminantes, & metentes? Resp. q supra, q prophetæ seminauerunt, sed nõ illi messuerunt, sed Apostoli. Et August. dicit, q disparis temporis labores habuerunt Apostoli, & prophetæ, sed gaudio pariter perfruent, mercedem simul accepturi sunt in uitam ęternam.

123 Dubi. Quid seminauerunt prophetæ, & qđ messuerunt Apostoli? Resp. Aug. super Ioã. dicens. Legite labores prophetarum, & in omnibus eorum laborib. est pphetia Xpi ergo iã in Iudæa messis parata erat, qñ tot millia precia rerum suarum offerebant, & ad pedes Apostolorum ponentes expeditis humeris à sarcinis ſecularibus Christum dominum sequebantur: de ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum, & surgit alia messis, quæ in fine ſeculi metẽda est, ad quam metendam, nõ Apostoli, sed angeli mittentur.

124 Dub. Videtur quòd & Apostoli laborauerunt prædicantes per totum orbem? Res. Chrys. vbi supra quòd dicit s. alli laborauerunt &c. q. d. vbi minor labor est, maior aũt delectatio, ab hoc vos reseruaui: & quod alboribus erat hoc fuit prophetarum, scilicet mittere semina.

125 Dub. Quo in labores aliorũ intrauerũt? Resp. qui supra, quòd ex hoc vult ostẽdere, quod pphetarũ volũtas erat, vt homines ad Christũ accederẽt, & hoc lex ordinabat: & propterea illi seminauerunt, ut hunc facerent fructum: quia uere Apostoli homines ad Christum adduxerunt, ideo in laboribus prophetarum introierunt.

126 Dubita. Quia uidetur quædam leuitas in Samaritanis, qui ad uerbũ mulieris uenerunt ad Xpm? Resp. qui supra, quòd Samaritani cõsiderabãt, quod nequaquam mulier gratanter eum admirata esset, quis eius delicta redargueratur, nisi magnus quis esset, & excellens, qui prædicabatur ab illa.

127 Dub. Cum Iudæi eiicerent Iesum à suis patribus, cur Samaritani rogãt ut apud eos maneat? Resp. qui supra, quod nihil est liuore, & inuidia deterius, nihil inani gloria difficilius, quæ infinita corrumpere consueuit bona. Iõ Iudæi signa magna uidẽtes in inuidiam exarserũt, & ipsum eijcere uoluerũt: sed Samaritani ista signa non uidentes, & pure credentes, uolebant Christum apud se manere.

128 Dubi. Cur mansit apud Samaritanos, cũ contra

contrarium præceperit Apostolis, ne in viã Gentiũ irent? Res. vt ser. 5. post 1. dominicã quadragesimæ de Chananęa. dub. 2. Orig. vero dicit, q in viam Gentiũ ire, est imbui Gẽtili dogmate & in illo ambulare, & hoc Christus prohibuit: ciuitatem vero Samaritanorũ intrare, est eos, qui deseruerint falsam doctrinã acceptare, & cum ea derelicta venerint ad Iesum, licet cum eis manere.

129 Dub. Quid significat manere duos dies? Res. Aug. quod mãsit duos dies, idest, dedit eis duo præcepta charitatis.

130 Dub. Cur nõ mãsit vltra duos dies? Res. Chryso. vbi supra, q in his duobus diebus suasit toti ciuitati, ut derelicto errore, veritatem sequerentur. Et ideo his peractis, ad alias ciuitates transiuit.

131 Dub. Cur post multo plures crediderunt Christo propter sermonem eius, quàm propter verba mulieris? Respõ. q conueniens erat, vt si crediderant propter uerba Samaritanæ, quæ à Christo audierat & retulerat q viua voce audiẽtes ab eo, qui illuminat omnem hominem, potius debeant credere.

132 Dub. An ratio inductiua ad ea, quæ sunt fidei, diminuat meritum fidei? Res. S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 10. q rõ humana inductiua ad ea, quæ sunt fidei, dupliciter se põt habere ad uoluntatem credentis. Vno modo, q sicut præcedens, puta cum aliquis, aut non haberet voluntatem prõptam ad credẽdum, nisi ratio humana induceretur, & sic ratio humana inducta diminuit meritũ fidei: quare homo debet credere ea, quæ sunt fidei nõ propter rõnem humanã, sed propter auctoritatem diuinam. Alio modo, ratio humana se potest habere ad voluntatẽ credentis cõsequenter, cum enim homo habet prõptã voluntatem ad credendum, diligit ueritatẽ creditã, & super ea excogitat, & amplectitur si quas rationes ad hoc inuenire põt: & quantũ ad hoc ratio humana non excludit meritũ fidei, sed est signũ maioris meriti, & hoc significatur hic, Vbi Samaritani ad mulierẽ (p quã rõ humana figuratur) dixerũt, iam non propter tuam loquelã credimus.

133 Dub. Qõ sciuerunt Samaritani, q esset uerus Saluator mũdi? Rñ. Aug. ubi supra, q primo sciuerunt credentes per famam, & per dictum mulieris annunciantis, & post per pęnitentiam ab ipso audientes, & firmiter credentes, quoniam scire, ut hic accipitur, est firmiter, & sine hęsitatione credere.

134 Dub. Cur Christus dicitur Saluator mũdi? Res. Chrys. ubi supra, quia mundus perditus erat, & in maligno positus, & in magnis malis & peccatis, quæ omnia ipse per mortem abstulit, & mundum saluauit.

135 Dub. Cur dicitur uere Saluator? Respon. qui supra, q Angeli quãdoq; uenerunt saluare, & prophetæ, sed hic est uere Saluator, qui salutem tribuit non solum temporaneam, sed æternam; & non solum in Iudæa, ut ante Angeli, & Prophetæ, sed in toto orbe terrarum.

ALLEGORICE.

[Venit Iesus Samariam] quę interpretatur lana domini, ut ex ea operaretur pannum ad cooperiendum peccata [quę dicitur Sichar,] idest præsentia, quia uenit per præsentiam corporalem, cum esset semper præsens per diuinitatẽ [iuxta prædiũ &c.] Ioseph uenditus Christi figuram portauit, quẽ iuxta somniũ Sol, & Luna, & omnes Stellæ adorant, ad hoc prædium Christus uerus hæres Iacob uenit, ut Samaritani cupientes sibi uendicare hereditatẽ Iacob patriarchę, conuerterentur ad Christũ. Iter Iesu est caro pro nobis assumpta, qui. n. vbiq; est quo it, nisi quia non ad nos ueniret, nisi formam uisibilis carnis assumeret: [& fatigatus] ex carne [hora sexta]. i. sexta ætate sęculi, in quo nos sumus [iuxta puteum] .i. pfunditatẽ tenebrosam huius mundi [ibi sedit] per humilitatem, tanquã doctor, & magister, ut doceret [uenit mulier de Samaria] .i. rõ humana, q̃ est sicut lana, q̃ uellet ordiri [haurire aquã] .i. quærere doctrinam, & intelligẽtiã [Discipuli aũt ierũt emere cibos] .i. doctores quærere intelligentiã spiritualẽ, Xps doctor, ut rõ humana subijciatur fidei [quærit ab ea potum] .i. magister discipulo, quærit discerere, nõ q̃d indigeat, sed ut discipulus respõdẽdo addiscat: miratur rõ humana, q auctoritas diuina egeat ipsa [cũ non simul coutantur] qm̃ finiti ad infinitum nulla est proportio, & tunc auctoritas diuina ostendit [donũ Dei] esse intelligentiam diuinarum scripturarum, quã solus Deus dat, sed adhuc miratur rõ humana, quõ, cũ [non habeat in quod hauriat,] id est, cum non det experimentum in credendis, quõ potest dare aquam, idest intelligentiam talem, maximè cum Patriarchæ, quo ad sensum uacarẽt circa tẽporalia, q̃ eis dabat abundanter, & quę possunt sensũ comprehen-

rehendi. Et dñs oſtẽdit, quod habens tpalia adhuc alia deſiderat, ſed qui delectatur dulcedine ſcripturarũ[non ſitit in æternũ] terrena, ſed talis ſcripturarũ intellectus ducit in fontem uitæ æternæ [& cum hoc uellet ſtatim adiſcere rõ humana, non põt niſi uocet uirũ,].i. præſentet intellectũ, qm̃ in uita ordinata intellectus regit animam, & cũ rõ humana adhuc erraret non percipiendo uerba Chriſti, iubetur intellectũ ſubiicere. [qm̃ quinq; uiros habuit,] ſcilicet, quinq; ſenſus corporis, q̃a antequã quis poſſit uti rõne, non regit niſi ſenſib. carnis, & q̃a poſt hmõi quinq; ſenſus adhuc errabat, iõ ille error[non erat legitimus uir,]& iõ iubetur amouere errorem, tanquã uirũ adulterũ, & tunc rõ humana adhæret Deo uidendo per intellectum, [quod propheta eſt,]& quærit informari de diuinis, & primo de honore Dei, qui eſt adoratio & a Deo inſtruitur ꝑ fidem & tãdem uenit ad oẽs articulos fidei credẽdum, quod ſignificatur [per Meſſiam] qui dicitur Chriſtus [& continuo ueniunt, diſcipuli,] i. doctores mirantes, quod auctoritas diuina de pari diſputet cũ rõne humana, [nemo tñ audet aliquid dicere] cum ſciant abyſſum eſſe diuina iudicia, & [tunc mulier,] ſcilicet, rõ humana [relicta hydria] i. amore huius ſæculi, ꝑparauit annũciare veritatem, quã audierat, alijs non intelligentibus, vt eos ad ſalutem adduceret, [& iterũ diſcipuli].i. doctores, rogãt Ieſum vt mãducet. i. vt de ſuis operibus ĩ expoſitionibus ſcripturarum tẽtet, an benè dixerint, [qui dicit aliũ cibũ habere manducare]. ſ. æternã ſatietatẽ, ad quã hoĩes adducit[quã neſciunt,]qm̃ in cor hominis nõ aſcendit: & hortatur eos, vt poſtquam edocti fuerint[ſecũ ꝑgant ad metendũ labores] credentium, vt eos conducant ad vitam æternam, & ita multo poſtmodum credunt, nedum ratione humana inducti, ſed lumine diuino illuſtrati, & confitentur Ieſum Saluatorem mundi.

TROPOLOGICE.

Qui vult inſtrui a domino[veniat Samariã]lanã ſui itellectus offerẽdo [in ciuitate Sichar] in eius præſentia confitendo errata ſua[iuxta prædiũ Iacob] luctãdo cũ dęmone, [& Ieſum ſedentem iuxta fontẽ]ſuę ſapientiæ interroget[& puteum altum] diuinorũ myſteriorũ per fidẽ capiat[& hauriat aquã viuã,] ſcilicet, gratiam Dei, quæ faciet ſalire in vitã æternã [& relictis delectationibus quinque ſenſuum corporalium [& viro adultero,] .i. vitio quòd animam facit adulterare[quęrat modum orandi Deum] relicta ambitione montis, & ciuitatis [adoret ĩ ſpiritu, & veritate,] & alijs ꝑdicet] relicta hydria] tpalis lucri ſpiritualem cibũ, ut multi guſtantes credant in Chriſtum.

ANAGOGICE.

Contemplari poſſumus aquã viuã æternæ beatitudinis, q̃ nos inebriabit ab vbertate domus, verbi domini in cęleſti Hieruſalem, & monte altiſſimo, vnde auxilium veniet, Deũ patrem, filium, & Spiritum ſanctũ clarè intuebimur, in ſpirituq;, & ueritate adorabimus cũ cœleſtibus ſpiritibus, & manebimus cum eo duobus diebus poſt reſurrectionẽ, ſcilicet animæ & corporis glorificati, vbi erũt multo plures ſaluati, quos nemo dinumerere poterat, niſi ſolus Deus, cui ſoli eſt cognitus eorum numerus, aſſiſtẽtes diuinæ maieſtati in ſęculum ſæculi.

SABBATO DOM. TERTIAE Quadrageſimæ.

Perrexit Ieſus in montem Oliueti. *Ioan. 8.*

Hiſtoria huius euãgelij facta eſt anno Xp̃i 32 die. 22. Septem. die Martis.

HISTORICE.

Ad dominum, populum in templo docentem ſcribæ, & phariſæi mulierem adducunt adulteram tentando rogantes, an pœna legis plecti deberet, ut ſ. lapidibus obrueretur, qui cum certas digito in terra literas deſignaſſet, reſpondit, vt is eorũ qui à peccato immunis foret, lapides primum in eã congereret: cum rurſus in terra literas ſculperet, templo primoribus exordientibus ſigillatim egreſſi ſunt cuncti: mulierem autẽ alloquens dominus ſciſcitabatur, an accuſantium quiſpiam eam damnaſſet, qua negante, nec eam dominus condemnandam protulit, iuſſit tamen vt pacificè pergens in poſterum à flagitijs abſtineret.

Veritatis lucidius indagandæ cauſa, quædam dubiã mouebuntur, & ſoluentur.

1 DVBITATVR. Vñ acceſſit Ieſus in montẽ Oliueti? Reſp. quòd vt habetur Ioan. 7. quòd ex templo, in quo clamauerat. Si quis, ſitit &c.

R Dub.

2 Dub. Quomodo omnis populus venit ad eũ? Res. quòd per figuram sinecdoche omnis populus, id est maior pars populi.

3 Dub. Cur docet sedẽdo? Resp. ꝙ doctorũ, & magistrorum est sedere, dum docent.

4 Dub. Quid pertinebat scribis, & pharisęis adulteram adducere? Resp. quia erant principaliores populi, qui ipsum dirigere debebant.

5 Dub. Quid est adulteriũ? Require fer. 4. dominicæ 3. Quadragesimæ. dub. 73. & sequentibus de materia adulterij.

6 Dub. Cur statuerunt eã in medio? Resp. vt uideretur à toto populo astante.

7 Dub. Cur quærunt quid de adultera agẽdum censeret, cum lege cautum esset eam lapidari debere. Resp. ꝙ ut possent accusare eum, ut patet ex euangelio.

8 Dub. De quo volebant eũ accusare? Res. Aug. super Io. quia animaduerterant pharisæi dominum esse pium, & mitẽ dixerunt apud seipsos, si eam dimitti censuerit, aget contra iustitiam, & legem, & sic accusabitur tanquam præuaricator legis. Si aũt dicat ipsam lapidãdam, a mansuetudine recederet, propter quam iam populis amabilis factus est, & ita de crudelitate accusabitur.

9 Dub. Vbi habetur quòd adulterę lapidẽtur? Res. quòd Leuiti. c. 20.

10 Dub. Quid scribebat in terra? Resp. Lyra, ꝙ id, quod postea protulit ad maiorem certitudinem, scilicet. Qui sine peccato est uestrum &c. quasi respõderet, nõ quòd non lapidaretur, nec quòd dimitteretur illæsa, sed vt Aug. dicit, puniatur peccatrix, sed nõ à peccatoribus: impleatur lex, sed non a ꝑuaricatoribus legis.

11 Dub. Cur non statim respondit absque scribere in terra? Resp. Beda, ꝙ scribendo in terra illum se esse monstrauit qui quondam legem in lapide scripsit.

12 Dub. Cur erexit se? Resp. Lyra, ꝙ ad eorum importunitatem reprimendam, quia perseuerabant importunè interrogantes.

13 Dub. Cur rursus scripsit in terra? Res. Alcuinus super Ioan. ꝙ potest intelligi hoc fecisse dominus iuxta consuetudinem, ut quasi aliquid agens vultu intẽdens in aliud liberam eis exeundi facultatem daret.

14 Dub. Quid scripsit secundo in terra? Res. Lyra, quòd aliqui dicunt eadem scripsisse, quæ prius, ad ostendendum maiorem firmitatem sentẽtiæ. Alij verò, & melius, vt videtur, dicunt, ꝙ scribebat eorum peccata, ut eos ostenderet ineptos ad accusationem huius fœminæ.

15 Dub. Cur seniores primò egrediebantur? Res. glo. ꝙ fortè magis rei erant, uel magis culpas suas cognoscebant.

16 Dub. Quomodo poterat scribere peccata omnium in tã breui tpe? Res. Ly. ꝙ nõ scribebat ꝑ singula, sed diuina virtute potuit facere, ꝙ in aliqua figura ab eo ꝓtracta, quilibet eorũ videret sua ꝓpria pctã, et nõ alia.

17 Dub. Cur interrogat de accusatoribus? Res. Ly. ꝙ in hoc mulier examinatur de accusatione, & ex cõsequenti de cõdẽnatione.

18 Dub. Quis dicitur accusator? Resp ꝙ ille qui aliquem coram iudice accusat, & criminalem sibi mouet quæstionem.

19 Dub. Cur talis uocatur accusator? Res. quia ad causam vocat eum, quem appellat, vt in c. fortis, de verbo. signi.

20 Dub. Ad quid est istituta accusatio? Res. S. Th. in 4. sen. dist. 41. arti. 1. quæst. 2. quòd ne aliquis sustineatur quasi innocens, qui culpam habet.

21 Dub. An homo, uel peccatum debeat accusari? Res. qui supra, ꝙ aliquando contingit, ꝙ aliquod factum reputatur licitum ex ignorantia alicuius circũstantiæ, & ita cur si homo accusatur quandoque, ita & factum ipsum accusari potest.

22 Dub. An homo teneatur de necessitate accusare? Res. S. Th. 2. 2. q. 68. ar. 1. ꝙ si crimen fuerit tale, quòd vergat in detrimentũ reipublicæ, tenetur homo ad accusationem. Dummodo sufficiẽter possit probare, quòd pertinet ad officiũ accusatoris, puta cũ peccatũ alicuius uergit in multitudinis corruptelã corporalẽ, seu spiritualẽ. Si aũt nõ fuerit tale pctm̃, quod in multitudinem redundet, uel etiam si sufficientem probationem non possit adhibere, nõ tenetur ad intentandũ accusationem, quia ad hoc nullus tenetur, quod nõ potest debito modo perficere.

23 Dub. Quomodo accusatio redditur iniusta? Res. qui supra. ar. 3. ꝙ in accusatione duplici ratione contingit esse pctm̃. Vno mõ ex eo, ꝙ aliquis iniustè agit contra eũ, qui accusatur, crimina falsa ei imponendo, ꝙ est calũniari. Alio mõ, ex parte reipu. cuius bonũ principaliter intẽditur ĩ accusatione, dũ aliquis impedit malitiose punitionẽ peccati: ꝙ iterũ dupliciter cõtingit. Vno modo, fraudem in accusatione adhibendo, & hoc pertinet

pertinet ad præuaricationem. nam præuaricator dr quasi varicator, quia aduersam partem adiuuat, pdita causa sua. Alio modo, totaliter ab accusatione desistẽdo, quod est tergiuersari, in hoc.n. quod desistit ab hoc, quod cęperat, quasi tergũ vertere dicitur.

24 Dub. Quæ pęna debẽt ei, qui in accusatione defecerit? R. q supra, art. 4. qđ q̃ a ille, q male accusat peccat cõtra psona accusati, & cõtra Rẽpublicã, pp utrumq; punit, & hoc est qđ dr Deut. 19. cũq; diligentissime pscrutantes inuenerint falsum testẽ dixisse cõtra fratrẽ suũ mẽdacium, reddẽt ei, sicut fratri suo facere cogitauit. qđ ptinet ad iniuriã psonæ, & postea quantum ad iniuriã Reipublicæ subdit, & auferes malũ de medio tui, ut audientes ceteri timorẽ habeant & nequaquã talia audeãt facere: æqualitas itaq; iustitiæ hoc requirit, ut nocumẽtum, quod quis alteri intentat, ipse patiatur, ſm illud Exo. 21 c. oculum p oculo: dentem p dente. Et ideo iustum est, ut ille, qui per accausationem aliquem in periculum grauis pœnæ inducit, ipse etiam similem pœnam patitur, & hæc dicitur pœna talionis.

25 Dub. An accusatus teneatur dicere ueritatẽ iudici interrogãti? Resp. qui sup. q 69 ar. 1. q cũ qs ex debito iustitiæ teneatur obedire suo superiori, in his adq̃ ius plationis se extẽdit, & contrafaciens mortaliter peccet, ex debito accusator tenetur iudici ueritatem exponere quã ab eo, ſm formã iuris, exigit. Et ideo, si cõfiteri noluerit ueritatẽ quã dicere tenetur, uel si eam mendaciter negauerit, ueraciter peccat: si uero iudex hoc requirat, non secũdum ordinem iuris, nõ tenetur ei accusatus rñdere, sed potest, uel per appellationem, uel aliter subterfugere, mendacium tamen dicere non licet.

26 Dub. An liceat accusato se defendere? Res. q sup. ar. 2. q reo, q accusatur, licet se defendere ueritatẽ occultãdo, quã confiteri nõ tenetur p al quos cõuenientes modos, puta, quod non rñdeat ad quod rñdere non tenetur: non aũt licet ei, uel falsitatem dicere, uel ueritatem tacere, quã confiteri tenetur, neque etiam aliquem dolum, uel fraudem adhibere: quia fraus, & dolus uim mendacij habent, & hoc est calumniose se defendere, quod non licet.

27 Dub. De quib. peccatis potest iudex interrogare accusatum ſm formã iuris? Rñd. qui supra, q quando præcessit infamia sup aliquo crimine, uel aliquã expressa indicia apparuerint, uel etiã cum pcessit pbatio semiplena de tali peccato, potest iudex interrogare. & accusatus tenetur respõdere.

28 Dub. An mulier accusata de adulterio penitus occulto, teneatur ueritatem cõfiteri iudici interroganti? Resp. S. Th. quolib. 5. q. 8. art. 2. q non, nec debeat de hoc ab ea exigi iurã de ueritate dicenda, quia occulta soli diuino iudicio reseruantur, ſm illud. 1 ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare quousque ueniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum.

29 Dub. An in omnib. peccatis requiratr accusator, ut puniantur? Rñ. S Th. 2. 2 q. 67. ar. 2. qđ non, in notorijs peccatis quæ non solum sunt manifesta iudici, sed etiã aliis, ita quod nullo modo reus crimen inficiari potest, sed statim ex ipsa euidentia facti conuincitur: si autem esset manifesta iudici, & non aliis: uel aliis, & non iudici, tunc est necessaria iudicij discussio.

30 Dub. An Christus faueat peccatoribus, quia noluit cõdẽnare adulterã? Resp. Aug. ubi supra, q non, si attẽdimus ad id, qđ sequtur: uade, & amplius noli peccare. Ergo & dñs damnauit peccatum, sed non hominẽ: nam si peccatorum auctor esset diceret, uade, & uiue ut uis, de mea liberatione esto secura, ego te quantumcunq; peccaueris ẽt à gehenna, & inferni tortorib. liberabo: non hoc dixit, intendant ergo qui amant in domino mansuetudinem, & timeant seueritatem, etenim dulcis, & rectus dominus.

31 Dub. Cur in lege non introducitur alia mors q̃ lapidatio? Resp. S Th in 4 sen. dist. 38. in litera, qđ lapidatione nulla pœna est grauior, & dr in pœnis secũdũ locũ tenere.

32 Dub. Pro quibus delictis infligebatur? Resp. qui sup. qđ blasphemis, adulteris, & filiis inobedientibus debebatur.

33 Dub. An sacerdotes debeant exemplo Christi absque pñia peccatores absoluere? Resp. Ly qđ non, quia forte Christus uidit in ea magnam contritionem, quæ sufficiebat p pœna illius peccati, quam sacerdos non potest perpendere in confitente, quia non uidet cor, cum homo solum uideat ea, quæ patent, ut dicitur 1. Reg. 16.

ALLEGORICE.

[Iesus perrexit in mõtẽ Oliueti:] i. in sublimitatẽ diuinæ pietatis, quã hoĩbus exhibet [& qđ diluculo uenit in tẽplũ] exortu n

nouæ gratiæ figurat, & postq̄ p grām incepit habitare in templo suo, qđ est ecclesia [ois populus.] i. ex oi gēte: [venit ad eū.] i. crediderunt in eū, [& sedens docebat eos] sessio humilitatem incarnationis insinuat, [& sedente dño ad eum populus venit,] q a postquā p susceptā humanitatem uisibilis apparuit, cęperunt eum multi audire, & in eum credere, [Adducunt aūt scribę, & Pharisæi.] i. dæmones [mulierē in adulterio deprehensam.] i. aīam p pctm̄ adulterantem, [& statuunt eam in medio.] i. pctm̄ eius publicū denunciāt, q̄ merito pp pctm̄ dēt lapidari i. damnari, ut lex vult. [vt possent accusare Christum] i. de eo conqueri, si utat misericordia. Ipse autē qui venit saluum facere, qđ perierat, [inclinat se deorsum] ad cōpatiendum [& digito.] i. ptāte [scribit in terra.] i. in aīa, q̄ vnit corpori terreno, gratiam suam, & in defensione animæ peccatricis obiurgat dæmones in malitia obstinatos, dicens. Qui sine pctō est vestrū &c.] & iterum compatiens animæ, inclinat aurem suæ pietatis [& rursus scribit] infundendo grām, qua pseuerare in bono possit, & hoc uidentes maligni spiritus, cōfusi [vnus post alium recedit] & remanet anima cum solo Iesu, aduersarijs fugatis, & tunc dominus se erigit ad potestatem, quam habet dimittendi peccata, diligentique discussione facta, quod accusantium nullus animam cōdemnauit, nec ipse eam condemnare vult iam de peccato contritam, sed eam in pace dimittit hortando, ut de cętero, ex gratia habita, nolit amplius peccare.

TROPOLOGICE.

Qui vult suorum peccatorum misericordiam cōsequi [ad montē Oliuetij pergat] oleo misericordiæ pauperib. compatiendo [& diluculo ueniat in templum] peccata confitendo statim, & reperiat Iesum crucifixum in cruce sedentem, & manus extendentē ad nos amplectendū, & docendum, & non timeat dæmones accusantes, qm̄ [Iesus se inclinauit] de cęlo ad terras descendēdo, ut peccatores saluos faceret, & faciat sibi inscribi signum sanctæ Crucis, ut diabolū nō timeat, qm̄ ipsa Crux Xpi dæmones fugat, ut non audeant [mittere lapidem] tribulationū, licēt habeant pessimam voluntatem, sed non sunt timendi, quia non pñt nocere, nisi illis sit permisū, & sic anima purgata à peccato p contritionē, & satisfactionē mediantibus operibus misericordiæ non condemnatur a domino, sed ut in pace vadat & firma sit ne amplius peccet præcipitur, ne deterius ei contingat.

ANAGOGICE.

Contēplari debemus miserationes dñi, q̄ oia eius excedunt opera, qñ quidem cœlestem patriam & suæ diuinitatis visionem, non solum puris Angelis concessit, sed & hominib. quibuscunq; nulla habita discretione sexuum, nationum, & condōnum ēt his, qui in baratrum, & spurcitiam maximorum scelerum ceciderūt, elargit, miseratus eorum fragilitatem, dūmodo eidē cor contritū offerant, vt exemplo huius adulteræ clarissime patet: quam tam misericorditer à rigore legis non cōtra legem agenda liberauit. pulchrè eius æmulis eiectis, qui non zelo, sed Dei māsuetudinem impugnare uolendo, eam adduxerāt. quæ meruit audire sententiam suorum criminum absolutoriā, dū dicit [neq; ego te condemnabo.]

DOMINICA QVARTA Quadragesimæ.

Abijt Iesus trans mare Galileæ Io. 6. c. Matth. 14 & Marci 6. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die 13. Aprilis, die Dominica.

HISTORICE.

Magnā cū multitudinē intuitus è monte in quo sedebat dñs fuisset, ex discipulis quēdam Philippum interrogauit, quo nam pacto panes tot emerent, turbis ut sufficerent ad edendum: respondente illo, quod si panes ducentis cōparent denarijs, nequaquā tantę multitudini satis esse possent. Germanus Symonis Petri Andręas quendā adesse puerum quinq; habentē hordeaceos panes, ac pisces duos retulit, sed hæc pauca fore tot gētibus: dominus itaque ut super fœno, quod multum eodem in loco erat, sederēt, iussit. Discumbentib aūt hominum quinq; millibus, præmissis gratiarum actionibus, Saluator panes, ac pisces distribuere iussit, quibus abundanter satiatis, ex his, quæ edētibus superfuerant reliquijs, 12. plenos reportarunt cophinos, quo perspecto signo, hunc uerum esse prophetam, qui in orbem deberet aduenire uniuersi affirmarunt.

Isto-

Isto super euangelio dubia occurentia soluenda sunt.

1 DVBITATVR. Curabiit Iesus trās mare Galileæ? Respon Chry. super Ioan. ꝙ cū dñs in die sabbati sanasset iacentem in porticu piscinę, ut patet Ioā. 5. & inculparetur de violatione sabbati, & multa Iesus locutus fuisset Iudæis, qui egre tulerant, recessit ab eis, vt daret locum iræ, sicut iacula dum in durum aliquid inciderint cum multo impetu iaciuntur, cum nō habuerint aliquid obuiū dissoluit cito immissio, & quiescit: ita ēt si cū audacibus impetuosè incessermius sæuiunt magis, si autem cesserimus facile mollimus eorum insaniam, propterea Christus furorē ex præmissis sermonibus natū secedēdo mitigauit, in Galilæā vadēs.

2 Dubita. Ex quo loco recessit? Respondetur, ꝙ ex Hierosolymis, ut patet ex dictis.

3 Dub. An vere illud esset mare? Resp. Alcuinus super Io. ꝙ erat lacus, sed iuxta hebraicum modum omnis congregatio aquarum, siue dulcium (vt ille huius lacus erāt) siue amararum, mare nuncupatur.

4 Dub. Cur dicitur Tyberiadis? Resp. qui supra, quod à ciuitate q̄ dicitur Tyberias, & etiam dicitur mare Galileæ à prouincia Galileæ.

5 Dub. Quomodo illa multitudo poterat sequi Christum? Require dominica 2. post octauam Epiphaniæ dub. 2.

6 Dub. Cur euangelista nō expirimit signa quæ faciebat dominus? Resp. Chrys. super Ioā. ꝙ hic euangelista maiorē partem libri in sermonibus domini consumere studuit.

7 Dub. Cur ascendit in montem? Resp. qui supra, quod propter signum, quod ibi fieri debebat.

8 Dub. Cur discipulos secum ascendere fecit? Resp. qui supra, ꝙ hoc accusatio multitudinis erat non sequentis eum.

9 Dub. Quid agebat dominus in mōte? Respon. qui supra, qđ discipulos docebat, quoniam solitudo apta est ad philosophiam.

10 Dub. An in illo paschate Christus post fuit crucifixus? Resp. Beda, ꝙ non, sed illud fuit in quo Ioannes fuit decollatus, & in alio paschate post vnum annum Christus passus fuit.

11 Dub. Cur dicit euangelista, dies festus Iudæorum? Res. Theophilus sup euang. q. a hoc non erat festum Christi, sed Iudæorū,

12 Dub. An Christus fuerit in Hierusalē ad hoc festum? Resp. Chrys. vbi supra, qđ non.

13 Dub. Cur illuc non accessit? Resp. qui supra, ꝙ paulatim soluebat legem, occasionem sumens à Iudaica nequitia.

14 Dub. Cur subleuauit oculos? Resp. Beda, quoniam pudicè sedebat cum discipulis attentus non prospiciens hinc inde.

15 Dub. Cur Christus tentat Philippum, cuius mentem nouerat? Respon. S. Th. 2. 2. q. 97. ar. 2. ꝙ non tentauit, vt experimentum de eo sumeret, sed vt aliis ostenderetur, qđ ignorabant ex Philippi responsione.

16 Dub. Cur alii euangelistæ nihil dicunt de interrogatione Philippi? Res. Aug de cōsensu euan. ꝙ postquam discipuli dixerunt domino vt dimitteret turbas, & ille respondisset, quòd non habēt necesse ire, & quòd ipsi darent eis ad manducandum, vt refert Matt. intelligitur post hæc verba dominū inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo, quod Ioannes commemorat: alij autem euangelistæ hoc prætermiserunt.

17 Dub. Cur Philippus nō respondit, quòd Christus diuina potentia eos poterat saturare? Res. Alcuinus vbi supra, ꝙ in hoc tarditatē suam ostēdit, nàm si perfectè de creatore intelligeret, de eius potentiæ largitate non diffideret.

18 Du. Quia Marcus dicit discipulos hoc domino rñdisse? Res. Aug. vbi supra, ꝙ Philippus locutus fuit ex ore cæterorum, quamquàm & pluralem numerum pro singulari vsitatissimè euangelista ponere potuerit, & sic est figura sinecdoche.

19 Dub. Cur potius Philippū, q̄ alios interrogat? Res. S. Vin. i sermone, ꝙ q a ipse erat simplicior cæteris, vt patet ex eius rñsione.

20 Du. Quis erat puer habēs qnq; panes? R. ꝙ ut colligit̄ ex Mat. 14. dicēdo nō hēmus hic nisi quinq; panes, erat vn⁹ ex discipulis.

21 Dub. Quia alii euangelistæ dicunt, qđ discipuli responderunt, & Ioānes dicit, quod fuit Andręas? Res. Aug. vbi supra, quòd alij euangelistæ pluralem numerum pro singulari posuerunt per figuram sinecdoche.

22 Dub. Quid mouit Andręā sic respondere? Resp. Chry. vbi supra, ꝙ quia audierat signū, quòd Helyseus de panibus hordeaceis fecerat, vt habet̄ 4. Reg. 4. ꝙ de 20. panibus pauit centum homines, ascēdit montem, in aliquod excelsum.

23 Dub. Cur post dixit, quid hæc sunt inter

tantos? Res. qui suprà, q. licèt aliquid excelsum Andreas de domino æstimauerit, tñ ad summũ non potuit peruenire, nã æstimabat quòd de paucioribus pauciora, & de pluribus plura facturus esset, qui miracula faciebat, sed hoc non erat uerum. Similiter enim ei facilè erat, & de pluribus, & de paucioribus pascere turbas. Non enim materia subiecta indigebat.

24 Dub. Cur non pauit eos, absq; illis quinque panibus? Resp. qui supra, q. ne panes illi creati, & aliæ creaturæ uiderentur alienæ esse ab eius sapientia, ipsis creaturis utitur ad materiam miraculorum.

25 Dub. Cur fecit homines discumbere, cũ adhuc non haberent panes? Res. qui supra, ut discas quoniam non entia, ut entia ei subsistunt.

26 Dub. An esset ibi tantum fœnũ, ut quinque millia super eo discumberent? Resp. Theophilus ubi supra, fœnum, idest herba uiridis cum esset proximum pascha, quod in primo mense ueris perficiebatur.

27 Dub. Cur Ioannes nullam facit mentionem de mulieribus, & pueris? Res. qui supra, q. soli uiri numerantur ab euangelista, quia legalem consuetudinem sequebatur. Etenim Moyses à 20. annis, & supra populum connumerauit, nulla mentione de mulieribus facta.

28 Dub. Cur Christus gratias egit? Respon. Chrys. ubi supra, ut ostendat, eos, qui comestionem incipiunt gratias agere oportere Deo.

29 Dub. Cur in aliquibus maiorib. miraculis non orabat? Resp. qui supra, ut discas, qđ non propter indigentiã orat. si. n. indigeret orare, multò magis in maioribus hoc fecisset: quia uero illa ex auctoritate facit, manifestum est, q. hic condescẽdẽdo nobis orat.

30 Dub. Cur coram multitudine orabat? Res. qui supra, q. ut persuaderet eis, q. secũdũ uolũtatem Dei aduenerat, & ne crederẽt, q. esset Deo cõtrarius. & orat ẽm naturam assũptã, non ẽm diuinã, ut dicit S. Th.

31 Du. Qualiter illi panes multiplicati sũt? Resp. S. Th. 3. par. q. 44. ar. 4. q. illa multiplicatio non est facta p modũ creationis, sed per additionẽ extraneæ materiæ in panes conuersæ. Vnde Aug. hic dicit. ubi multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multipicauit quinq; panes. Manifestum est autem quòd per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

32 Dub. An ipse distribuerit panes turbis? Res. q. ut habetur Matt. 14. dominus panes discipulis dedit, & ipsi distribuerũt turbis.

33 Dub. Quibus manibus multiplicabantur panes? Res. S. Vinc. in sermone hodierno, quòd in manib. Christi, & in gremijs Apostolorum ministrantium, & inter dentes comedentium.

34 Dub. An ex panibus habuerint quantũ uolebant, sicut de piscibus dicitur? Resp. qđ sic, ut patet per hoc, quod dicitur. similiter & ex piscibus quantũ uolebant, & ex eo, qđ sequitur, ut autem impleti sunt.

35 Dub. An comedendo illi homines biberint? Res. S. Vin in sermone hodierno, quòd ne istud prandium uideatur imperfectum, cum Dei perfecta sint opera, debemus dicere, quod biberunt.

36 Dub. An biberint uinũ uel aquam? Res. qui supra, qđ sicut ex petra exiuit aqua ad bibẽdum, ut habetur Exo. 17 c. & Num. 20 ita de illis panib. & piscibus, exiuit liquor, qui refocillabat comedentes.

37 Du. Quia si satiauit ex panibus multiplicatis, ut dictũ est dub. 31. Ergo non ex quinque panibus satiauit? Res. do. Cardinalis de Turrecremata, negando consequentiam, quia materia addita in illos panes conuersa est. Et ideo ex illis quinque panibus dicitur quinque millia hominum satiasse.

38 Dub. Quia sicut aquam mutauit in optimum uinum in nuptijs, ita debere mutare panes hordeaceos in panes optimi frumẽti? Respond. qui supra, negando consequentiã, quia secundum Albertum conuersio aquæ in uinum deseruiuit iucunditati nubentiũ, & ideo conueniebat aquam mutari in liquorem iucunditatem facientem, sed saturatio ex panibus deseruiuit necessitati esurientium, & ideò, à forma necessitati deseruienti, illum panem non mutauit, maxime, ut dicit hic Chry. ne gulæ deserui re uideretur.

39 Dub. Cur nõ creauit de nouo panes? Respon. qui supra, qđ ut miraculum esset magis notum, quia talis multiplicatio eorundem panum magis est perceptibilis, quam creatio.

40 Dub. Cur uoluit ut colligerent fragmenta? Res. Chry. ubi supra, qđ hęc ostẽtatio superflua non fuit, sed ne fantasticũ æstimarent, quod factum est, propter quod etiã exsubie-

ſubiecta materia miraculum fecit.

41 Dub. Cur potius Apoſtolis, quàm turb præcepit, ut colligerent fragmenta? Reſpõ. Chry. quoniam Apoſtolos maximè erudire uolebat, qui orbis terrarum debebant eſſe magiſtri.

42 Dub. Cur duodecim cophinos collegerũt? ℞. qui ſupra, quia nec plus, nec minus fecit ſuperfluum eſſe, ſed tantum, quantum uolebat, ſcilicet 12. Cophinos, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum.

43 Dub. Quid eſt cophinus? ℞. ſecũdum Rabanũ in hoc loco, & Vocabuliſtas, eſt quoddam uas cauum ex virgultis, aptum aliquid mundare, uel ad fimum portandum, ut dicit gloſ. uel eſt uas vimineum ad opus ſeruile deputatum, unde in pſalmo. 80. Manus eius in cophino ſeruierunt.

44 Dub. Cur illi homines ante illud miraculum non appellabant Chriſtum prophetã? Reſ. Beda hic, ꝙ erant carnales, & carnaliter intelligebant, & ex ſigno facto admirati ſunt, & prorumpunt in illam uocem.

45 Dub. Cur non uocauerunt eum Deum? Reſp. Alcuinus ubi ſupra, quòd nõdum pleni fide, nondum Deum dicere nouerant, ſed iam multum profecerãt ex uirtute miraculi, qui eum ſecernentes ab alijs prophetam uocabant, ſicut ſciebant in populo illo prophetas aliquando miracula feciſſe.

46 Dub. Quis dicit propheta, & alia de prophetia? Require feria 2. dominicæ tertiæ Quadrageſimæ, dub. 23 & ſequentibus.

47 Dub. Quis poteſt facere miracula. ibidẽ dub. 7. & ſequentibus.

48 Dub. Cur dicunt, qui uenturus eſt in mũdum? Reſp. Chry. ubi ſupra, quòd quia prophetam quendã principalem expectabant, & ideo quod dicitur, hic eſt uere propheta, in Græco cum additione articuli ponitur ad oſtendendum, ſcilicet, eum eſſe diſcretum ab alijs prophetis.

ALLEGORICE.

[Quod Ieſus trãs mare Galileę abijt] turbidum ſęculũ ſignificat, quod adijt naſcendo, calcauit moriendo, tranſijt reſurgendo [& magna multitudo ſecuta eſt eũ] credendo [aſcẽdit autem in montem] cum cęlum aſcendit [quòd diſcipulos in montem dicit, & turbã deorſum dimittit] ſignificat, ꝙ ſimplicibus minora ꝑcepta ſunt cõmittẽda, perfectioribus altiora] ꝙ imminente paſcha reficit] ſignificat, quòd qui corpore, & ſanguine Chriſti cupit ſatiari, paſcha celebret, tranſeundo ex uitijs ad uirtutes [qđ oculis multitudiné uidit uenĩẽtẽ] ſignificat dona ſpiritualia, quæ cum dominus electis ſuis miſericorditer concedit, tunc in eos oculos ſuos dirigit. i. reſpectum pietatis impendit [quinque panes] ſignificant ueterem legẽ, quæ à Moyſe in quinque libris ſcripta fuit [hordeacei fuerãt] quia in lege uitale animæ alimentum corporalibus ſacramentis obtegebatur, ſicut medulla hordei tenaciſſima palea tegitur. Vel quia cũ hordeum ſit cibus ſeruorum, & pabulum iumentorũ, ſignificat, quòd lex illa data eſt ſeruis, & iumentis. i. carnalibus [duo piſces] qui ſaporẽ ſuauem pani dabant, ſacerdotalẽ, & regiam perſonã ſignificabant, & qui Ieſum præfigurabant, qui fuit rex, & ſacerdos [quod quinque millia uiri diſcubuerint] ſignificat, qđ, qui quinq; ſenſus corporis perfectè regere ſtudent, debent eſſe mille, qui eſt numerus perfectus [viri] dicuntur à uiribus, quos fęminea mollicies non corrumpit. [Puer, qui panes, & piſces hẽbat] populus Iſrael erat, qui ſenſu puerili ea portabat, nec manducabat. [Andręas dicens quid hæc ſunt inter tantos] ſignificat quòd lex uetus parum proficiebat, quouſque eam Chriſtus ſuis manibus ſuſcepit, ſcilicet, opere impleuit, & eandem ſpiritualiter intelligendam eſſe docuit, quia lex neminem ducebat ad perfectum, [quòd frangendo panes multiplicati ſunt] ſignificat quòd quinque libri Moyſi multos libros cum exponuntur, tanquam frangendo, & diſſerendo fecerunt: & quia ignorantia populi erat in lege, propterea, tentatio domini ignorãtiam Philippi demonſtrabat, [ſuper fænum diſcumbebant] quia carnaliter ſapiebant, & in carnalibus quieſcebant, oĩs quippe caro fęnum: illi de panibus dñi implentur, qui quod auribus audiunt implent operib. quid ſunt autem fragmenta niſi quæ populus non poteſt manducare? qđ ergo reſtat niſi ut ſecretiora intelligentiæ, ꝙ non põt capere multitudo, illis credatur, ꝗ idonei ſunt, & alios docere ualent, ſicut erãt Apoſtoli. Vñ [& 12. cophini impleti ſunt] qđ aũt nouos panes noluit facere, ſed allatos cumulauit, ſignificat, quia ueterem ſcripturã non reprobauit, ſed aperiendo patefecit [quòd poſt ſignum dominum agnoſcũt prophetam] ſignificat, quòd poſt miracula Chriſti, & diſcipulorũ uniuerſus mun-

mundus Christum agnouit, [quod ducentorum denariorum panes nõ sufficiunt &c.] significat quòd lex, & prophetæ, cum denarijs. i. decem præceptis legis non sufficiunt, nisi Christus agnoscatur, qui gratiam elargitus est his, q sub lege, & ꝓphetis seruirẽt.

TROPOLOGICE.

Si uolumus Christum imitari oportet [trans mare abire,] id est, sæculum despicere [& ascendere in montem] contẽplationis, [& ibi sedere,] idest, quiescere [& habere proximum pascha] .i. de uitijs ad uirtutes transire, [& manducare quinq; panes hordeaceos,]. i. amplecti pęnitẽtiam super peccatis cõmissis per quinq; sensus corporis [duos pisces] dilectionem Dei, & proximi custodientes, [& discumbebãt super fęno] satisfaciendo pro commissis, [& simus uiri] uiriliter agendo, [& colligamus fragmenta,] i. etiam parua præcepta, & consilia obseruemus , ne si minima neglexerimus , paulatim defluamus [& impleamus duodecim cophinos,]. i. per omnes duodecim horas diei occupemus nos in diuinis seruitijs , & cũ omnia impleuerimus Deũ laudemus, qui uenturus est in mundum ad iudicandũ.

ANAGOGICE.

Contẽplemur montes vltra mare pñtis sæculi. i. cœlũ, in quo Christus sedet ad dexterã pris cũ sanctis Apostolis, ubi est continuũ festũ Paschæ. i. victoriæ eius, qui licèt in altis habitet, humilia tñ respicit, & uidet multitudinem magnã, q̃ dinumerare nemo poterat, q̃ replet, & satiat quinq; suis plagis gloriosis, quas ꝑꝑ ipsam sustinuit, ut ꝑ humanitatẽ eius transeãt ad diuinitatem [gustando quinque panes,] s. præsentiam Dei, pulchritudinem eius faciei , societatem angelorum, consortium sanctorum cum eo regnantium , & dulcedinem æternæ beatitudinis [& duos pisces] s. certitudinem conscientiæ, & fidelitatis diuinæ [fragmenta] diuinorum secretorum percipientes, & Deũ sine fine laudantes in sæcula.

FERIA II. DOMIN. IIII. Quadragesimæ.

Propè erat pascha Iudæorum . Ioannis 2.

Historia huius Euãg. facta est anno Xp̃i, 31.

HISTORICE.

Pascha Iudæorũ instante Hierosolymam dñs ascendit, tẽplumq; ingressus flagello ex funiculis contexto in eo negotiantes expulit, iubens cũcta inde uendenda exportari ; ne eius genitoris templum negotiorum domum efficerent , eius uero memorati sunt discipuli scriptum esse , zelus domus tuæ me comedit: Iudæis autẽ sciscitantibus qua talia operaretur auctoritate, signumq; quærentibus, respondit; q si id diruerent tẽplũ, in triduo illud reædificaret : admirãtib. Iudæis, quod per triduum erigeret in quo 45. anni in constructione cõsumpti erãt, nec capientibus quod suum templum corpus diceret , Discipuli pacta resurrectione id clarissimè perceperunt, uerbisq; ipsius ac scripturis fidem dederunt, quamplures autem eo in festo ob signorum magnitudinem in eum crediderunt , quibus tamen semetipsum non credebat , cum omniũ corda nosset, nec aliquo indigeret instructore, apertissimè in homine latentiam perpendens.

Sigillatim occurrentia declarãda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Vt quid dicitur pascha Iudæorum , cum nulla alia natio pascha celebraret? R. Orig. super Io. quòd forsan, q quoddam est pascha humanum, eorum s. q procul à proposito scripturæ celebrant illud. Quoddam uero diuinum, & uerum, qđ in spiritu, & ueritate perficitur: ad distinctionem ergo diuini, dicitur Iudæorum.

2 Dub. An in illo paschate Christus fuerit passus? R. Alcu. super Io. q bis legitur Christũ ascendisse Hierosolimã, semel in primo anno prædicationis, dũ adhuc Ioannes non erat missus in carcerẽ, & de hoc ascẽsu nũc agitur, & iterum illo anno, quo fuit passus.

3 Dub. An aliqui iuerũt cum eo? R. q discipuli, ut patet ex textu, qui recordati sũt scripturæ, &c. Et ut Beda dicit , semper Virgo eius mater etiam comitata est eum.

4 Dub. Cur dicit ascendit ? R. euntes Hierusalem ex omni parte ascendere habebãt , cum esset in eminenti loco.

5 Dub. Cur accessit primò ad templũ ? R. Beda, q ut daret nobis exemplum, ut quocunque properamus, domum Dei primo ingrediamur, dominum deprecaturi.

6 Dub. Quid, & quæ vendebãt, & emebant

in templo, & alia dubia ad hæc pertinentia. Require fer. 3. dominicæ 1. Quadragesimæ dub. 10. & seq.

7 Dub. An bis eiecerit istos de tẽplo? Resp. Aug. de consensu Euang. manifestum esse non semel, sed iterato hoc factum esse à domino, sed primũ commemoratũ hic à Ioanne. Vltimum vero ab alijs euangelistis.

8 Dub. Cur hic dicit domum negotiationis, & in alia speluncã latronũ? Resp. Chrys. super Io. q̃ illud fecit ad passionẽ veniens, ideò duriorib. sermonib. vtebatur. Hoc autem in principio signorum fecit, vnde non ita aspera, sed remissa quodammodo increpatione vtitur.

9 Dub An tunc vsus fuerit flagello, sicut & nunc? Res Hier. super Mat. q̃ sic: Sic dicens. Mihi autem inter omnia signa, quæ fecit dñs, hoc videtur esse mirabilius, quòd vnus homo, & illo tempore cõtemptibilis, in tantum, vt postea crucifigeretur, scribis & pharisæis contra se sæuientibus, & videntibus lucra sua destrui, potuerit ad vnius flagelli verba tantam eijcere multitudinem.

10 Dub. Cũ multa alia peccata committerentur in Israel, cur non flagellauit ita peccantes? Resp S. Vin. in sermone, q̃ hoc fecit vt ostenderet quantũ Deo displicet templũ esse ad profana deductum, & ad illicita.

11 Dub. Nunquid absque flagello potuisset eos eijcere? Res. q̃ solo nutu potuisset, cum ipse dixerit, & facta sunt; sed conuenientius fuit, vt cum flagello eos eijceret ad ostendendum, q̃ contra Dei contemptores non solum verbo agendum est, sed etiam facto.

12 Dub. Vbi scribitur zelus domus, &c. Res. quòd psal. 68.

13 Dub Vbi accepit funiculos ad faciendũ flagellũ? Res. Lyra, aliques dicere Christũ, vti tunc funiculo pro cingulo, quẽ soluens, ex ipso flagellũ fecisse, & quãuis nõ habeatur in textu, tñ credibile est, cum vt dr Io. vltimo. c. non omnia gesta Iesu scripta sunt.

14 Dub. Cur tunc recordati sunt discipuli, & non ante? Resp. Ly. quia ex facto Christi recordati tunc fuerunt illius scripturæ, & impletionis eius de Christo.

15 Dub. Quõ exponitur illa scriptura? Resp. q̃ zelus, id est, indignatio, vel amor domus tuæ comedit me, idest, fuit causa passionis meæ, dum corripiebam Iudæos de irreuerentia domus tuæ.

16 Dub. Cur petebant signum? Resp. Chry. vbi supra, q̃ dolentes de suo turpi lucro impedito, simul autem, & per hoc prohibere volentes: opinantur enim eum aut prouocare ad miracula, aut cessare ab his, quę fiebant.

17 Dub. Quod signum dedit, dicens, Soluite templum &c. Resp. Beda, q̃ templum ipsum significabat templum corporis sui, in quo nulla prorsus esset macula peccati: quasi dicat, sicut inanimatum templum à vestris cõmercijs sceleribusq; mea ex pio potestate, ita & hoc corporis mei tẽplum, cuius istud gestat figuram, vestris manibus dissolutum tertia die resuscitabo.

18 Dub. Cur non fecit tunc aliquod miraculum vt tacerent? Resp. Chrys. ubi supra, Propterea non dat eis signum, sicut & post petentibus signum, respondit dicens, Generatio mala, &c. Sed tunc quidem manifestius, nunc autem obscurius respõdet idem, non autem vtique, qui non petentes præoccupat, & signa dat, hic petentes auertisset, nisi mentem eorum cognouisset dolosam.

19 Dub. Quia uidetur imperare Iudæis, vt eum interficiant, dicens, Soluite &c. Resp. Theophi. super Euang. quod nequaquam eos ad homicidium prouocat, sed hoc eis affectantibus, non sibi esse absconditum demonstrat.

20 Dub. Cur potius dat eis signum resurrectionis, quàm aliud? Respond. Chrysost. vbi supra, quoniam, scilicet, hoc maximè erat, quòd ostendebat eum non esse hominem purum, & posse aduersus mortem statuere triumphum, & tyrannidem eius longam velociter dissoluere.

21 Dub. Cum dicatur ad Gal. quia pater suscitauit Iesum à mortuis, quomodo hic dicitur, ego excitabo, idest, resuscitabo eum? Respond. August. super Ioannem dicens. Sed quid fecit pater sine verbo? Quomodo ergo pater resuscitat, sic, & filius reresuscitauit, quia filius dixit, ego, & pater vnum sumus.

22 Dub. Quia Christus non stetit mortuus tribus diebus? Respondit, quòd hoc dicitur per figuram sinecdoche, in qua accipitur pars pro toto, quia de omnibus tribus diebus stetit mortuus, licèt non omnibus completis.

23 Dub. quia non vr̃ verũ, q̃ steterunt 45. annis in constructura tẽpli, quia in 7. annis Salo-

Salomon consummauit templum, ut habetur 1. Reg. 6. Res. Ly. post Alcuinum, q; hoc dr de reædificatione, quæ facta fuit sub Zorobabel per 46 ann. impedientib. inimicis. Nam templũ Salomonis fuerat destructum per Nabuchodonosor, ut hr 4. Reg. ultimo.

24 Dub. Cur addit Euangelista, qđ dicebat de tẽplo corporis sui? ℞. Aug. super Io. quia Iudæi caro erant, carnalia sapiebãt, ille spiritualiter loquebatur, ideò, de quo templo diceret per Euangelistam aperuit nobis.

25 Dubit. Quia vr, q; corpus Christi fuerit inanimatum, vt Apollinaris hæreticus dicit, quia assimilat eũ dñs tẽplo inanimato? ℞. Theoph super Euang. quòd nõ oportet, quod similitudo in omnib. curat, quia sic sequeretur, quòd caro Christi esset lignũ, & lapides ex quib. templum erat constructũ, & falsũ esset, q; dñs dixit. Nunc anima mea turbata est, & potestatem habeo ponendi animam meam, & in manus tuas domine commendo spiritum meum.

26 Dub. Cur tunc nõ intellexerunt discipuli? Resp. Alcuinus vbi supra, q; ante resurrectionẽ non intelligebãt scripturas, sed post aperuit eorũ sensum, vt eas intelligerent, & tunc crediderunt scripturæ prophetarũ, prędicantiũ Christum tertia de resurrecturũ.

27 Dub. Cui sermoni domini crediderunt post resurrectionem? Res. qui supra, quòd illi, soluite templum hoc.

28 Dub. Quæ signa tunc fecit Iesus in Hierusalem? Resp. Orig. ubi supra, q; nõ legitur fecisse aliquod signum in Hierosolymis, nisi fortè aliqua signa facta sint, quæ in scripturis non habentur, & nisi expulsio cum flagello vendentium de templo dicatur signum.

29 Dub. Cur illi credentes credebant pp signa? Res. Chrys. ubi supra, quia erant grossi, & tales trahuntur per signa, sed rationabiliores trahuntur per doctrinam.

30 Dub. Cur crediderunt in nomine eius, & non in eum? ℞. Orig. vbi supra, quòd qui in Iesum credunt, per angustam viam uadunt ducentem ad uitam, qui aũt credunt signis non in eum, sed in nomine eius credunt.

31 Dub. Cur nõ credebat se eis? ℞. Orig. vbi supra, quia non opere implebant, quòd credebant, & Chrys. dicit, quòd non credebat .i. confitebãt, ut in discipulis perfectis, nec committebat eis omnia dogmata, ut iam firmiter fidelibus fratribus.

32 Dub. Cur non egebat testimonio. &c. ℞ Chrys. ubi supra, quod scire ei, quę sunt in corde hominũ n. est Dei, qui solus corda plasmauit: non indigebat ergo testib. ut propriorum plasmatum mentem addiscat.

33 Dub. Quia medici per pulsum, & vrinam sciunt, quæ sunt in homine? ℞. quod per ea quæ sunt in homine intelligũtur, quæ sunt in mente hominis.

34 Dub. An anima Christi cognoscat cogitationes hominum. Vide dominica tertia quadragesimæ, dub. 53.

ALLEGORICE.

(Vendentes in templo) significant Prælatos per simoniam vendentes dona Spiritus sancti, qui tandem à Christo eijciuntur, & flagellantur in inferno à dæmonib. subuersis omnib. eorum mẽsis diuitiarum quas relinquent alienis, & sepulchra eorum domus illorum in æternum, nec in præsentiarum Deus semper signa cõtra tales demonstrat, quia, qui se permisit crucifigi, etiam permittit talia fieri: sed post resurrectionem in extremo, ac tremendo iudicio omnia manifestabit, & iusti reædificabuntur in uitã æternam.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt sequamur Christum in paschate sacram cõionem recipiendo, utq; in ecclesijs (non uendamus oues & boues) .i. non cogitemus dum sumus in diuinis officijs terrena, nec mercantias, aut negotia sæcularia, nec de eis ibidem loquamur, sed zelemus zelum Dei, ipsum toto mentis affectu deprecantes, ut mereamur effici participes meritorũ passionis eius, & ipse credet .i. committet se nobis in mysterio corporis, & sanguinis eius, qui omnium corda nouit.

ANAGOGICE.

Contemplemur cęlestem Hierosolymã, quam post Christum ascendemus, si tamen cõpatimur, vt simul regnemus, & tunc perfectè cognoscemus omnia sacramenta suæ sacratissimæ passionis, per quæ salui facti erimus, & inebriabimur ab ubertate domus eius, & credet se omnib. sanctis suam communicando gloriam.

FERIA III. DOMI. QVARTAE Quadragesimæ.

Iam die festo mediante. Ioan. 7. c

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die 18. Septembris.

HI-

HISTORICE.

Medio solênitatis scenophegiæ die Christum in templo docêtem admirabantur Iudæi, quonam modo sciret literas, quas non didicerat, q. perpendens dñs illam non suã, sed eius, qui eũ miserat esse doctrinam, dicebat, nec propriam aucupabatur gloriam, eam ex se proferendo. Subdit uero eos cõtra Moysi agere legem eum morti tradere volentes: cum itaq; turba eum dęmoniacũ diceret, eo, quia a nemine eius perquireretur interitus, ait ex uno a se perpetrato opere, q. sabbatho, s. hoïem sanitati restituisset eos indignari, cum tñ ex hoc legem nõ præteriret, qm̃ nec circuncisio sabbatho celebrata, quæ ex patrib. talem reportauit consuetudinem, non illicita redditur, non itaq; expedire, ut ex facie quenquam diiudicêt, sed eos recto debere uti iudicio. Hierosolymis quibusdam submurmurantibus an hic, quê principes ad necem quærerent, esset: cui tñ palam loquenti nihil violentiæ inferre auderent, ex hoc fortassis, q. cũ agnouissent esse Christum. Quamquã, cũ Christus ipse adueniret, ignotus existeret, & huius patriam, ac parentes nossent, dñs uocem extollês, eis dixit, & se & cuius eêt patriæ scire. Veruntamen non ex se se aduenisse, sed ab eo, qui verax est missum esse, quem cum ipsi ignorarêt, ipse optimè agnosceret, siq; quis assereret contrariũ mêdacij reus esset, cuiusmodi ipsi forent: eũ vero apprehendere cupientes, nequaquam ĩ eum manus iniecerunt, cum necdum eius aduenisset hora, quinimo ex astantib. in eũ quam plures crediderunt.

Igitur ad dubiorum declarationẽ adueniendũ.

1 DVBITATVR. Cur primo die non accessit ad templum ad docendum? Resp. Theoph. super Ioan. quoniã illa die Iudæi his, quæ festi erant magis attẽdebant. Et ideò, expectauit ut post attentius audirent.

2 Dub. Quod festum erat illud? Ref. q. ut habetur in hoc 7. c. erat festũ scenophegię.

3 Dub. Quot diebus durabat dictũ festũ? ℞. Ly. q. septem diebus.

4 Dub. Quid docebat? ℞. Chrys. super Io. q. hoc euangelista non dicit, sed quod mirabiliter docebat solum. Sed Lyra post August. dicit, q. legis, & prophetarum testimonia proferebat.

5 Dub. Cum aliàs dixerit, vt habetur Io. 7. Hic seducit turbas, quomodo nũc admirabantur? Resp. qui sup. q. tanta erat uirtus docẽtis, ut ex eo, quod aliàs dicebant transmutati admirarentur.

6 Dub. An alibi, quam in templo possit p̃dicari? Resp. q. sic s. in plateis, & locis publicis, & honestis, non aũt in domibus priuatis, ne suspicio hęresis oriatur. dist. 30. ca. si quis extra. unde in aut. de eccl. § si quis ĩ sua domo, illa domus in qua conuenticula celebrãtur, & occultè prædicatur publicanda est, tamen in ecclesiis rationabiliter potius debet p̃dicari, quia ille locus est magis aptus, ut patet exemplo Christi, qui in templo, & synagogis prædicabat.

7 Dub. Qua die festo Iesus prædicabat? S. Vinc. in sermone, q. erat quarta dies, quæ erat media septem dierum.

8 Dub. Quomodo sciebant eum non didicisse literas? Resp. Aug super Io. quoniam multi nouerant ubi natus erat, quemadmodum fuerat educatus, nunquam uiderant literas discentem; audiebant tamen de lege disputantem. Et ideò, crediderunt, ut dicit S. Vinc. illam doctrinam esse a diabolo.

9 Dub. Cum eius doctrina esset de regno Dei, quomodo illi non credebant? Respõ. Chrysos. ubi supra, quia eorum admiratio erat nequitia plena.

10 Dub. Quia uidetur contradictio in uerbis Christi, dum dicit, mea doctrina nõ est mea? Resp. Aug. ubi supra, q. ſm aliud suã dixit, secundum aliud non suam: secundum formam Dei suam, ſm formam serui non suam, sicut si fistula diceret, vt dicit S. Vinc. sonus non est meus, sed sonãtis magistri.

11 Dub. An in Christo fuerit alia doctrina quam diuina. Vide dominica infra octauã Epiphan. dub. 29.

12 Dub. Quõ facientes uoluntatẽ Dei poterant cognoscere illam doctrinam esse a Deo? Resp. Chrys. ubi supra, qđ si auferrẽt iram, inuidiam, & odium, qđ in eo sine causa habebant, nihil esset, quod prohiberet eos cognoscere, quòd uerba, quæ loquebatur, essent a Deo.

13 Dub. Quid est facere uoluntatem Dei? Resp. Aug. ubi supra, qđ est credere in eũ, put ipse dominus dixit Io. 6. Hoc ẽ opus Dei

Dei ut credatis in eum, quem ipse misit.

14 Dub. Quo loquens a seipso gloriam propriam quærit? Res. Chrys. ubi supra, q; hoc est unum argumētum insolubile, quasi dñs dicēs, qui aliquā propriā uult instituere doctrinam pp nihil aliud hoc uult, q̃ ut gloriam acquirat. Si uero ego gloriā eius, qui me misit quæro, cuius gratia, aliena uellem uos docere? & hoc est, q; sequitur, qui autē gloriam quęrit eius, qui misit illum, hic uerax est, & iniustitia in illo non est.

15 Dub. Cur dixit: hic uerax est? Rñ. Theophillus super Ioannem q. d. uerax sum, quia doctrina mea continet ueritatem.

16 Dub. Cur addit, iniustitia in eo non est? Res. qui supra, q. d. iniustitia in me non est, quia alterius gloriam non usurpo.

17 Dub. Cur dicit, nonne Moyses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legem? Resp. Chrys. ubi supra, q; Iudæi duas criminationes cōtra Christū inducebant. Vnam, q; sabbathū solueret: Aliam, q; patrem suū dicebat Deum, æqualem seipsum faciens Deo. Hoc igitur prius confirmauit dū ostendit, q; non est Deo contrarius, sed eadem illi docet. de reliquo ad sabbathi solutionem instat dicens. Nonne Moyses, &c. quasi diceret, lex dicit, non occides, uos autem occiditis, & hoc est, q; subditur, quid me quæritis interficere, ac si diceret. Et si ego dissolui legem hominem sanans, trāsgressio fuit, sed in salutem: uos autem transgredimini in malum, unde non debeo a uobis de solutione legis diiudicari: in duob. ergo eos corripit, & dicēdo, quid me quæritis interficere, & ostendendo qm̄ occisionem meditantes, non sunt digni alium diiudicare.

18 Dub. qui fuerunt illi, qui dixerunt demonium habes? Respō. quod Pharisæi, & scribæ principaliter, & alios instigabant ad sic dicendum.

19 Dub. Cur alia sibi dicebant, q̃ non erant ad propositum? Resp. Aug. ubi supra, q; etsi talia non pertinerent ad ordinem, pertinebat tamen ad perturbationem.

20 Dub. Cur non fuit dominus in hoc turbatus? Resp. Beda, q; in hoc nobis patientiæ reliquit exemplum, ut quotiens nobis ab aliquibus falsa obiiciuntur conuitia, patienter toleremus.

21 Dub. Cū Christus multa fecisset opera, cur dicit unum opus feci? Respon. Aug. ubi supra, d. q. quid si omnia opera mea uideretis: ipsius enim opera erant, quæ in mundo uidebant, & ipsum, qui fecit omnia, non uidebant. fecit unam rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hominem in sabbato.

22 Dub. Quem hominem sanū fecit in sabbato? Resp. quod ut habetur Io. 5. fuit ille, qui iacebat in porticu probaticæ piscinæ.

23 Dub. Cur redarguit eos, q; admirarent? Resp. q; non admirabantur, sed conturbabantur, & de hoc eos redarguit, admira mini, idest turbamini, tumultuatis.

24 Dub. Quomodo circuncisio erat ex patribus? Res. q; quia fuit data Abrahæ. Vnde ut dicit S. Tho. 12 q. 103. ar. 1. circuncisio non potest dici sacramentum legis, quasi in lege institutum, sed solum, quasi in lege obseruatum: fuit tamen circunsio a Deo instituta, & etiam a patribus ipsam secundum Dei præceptum obseruantibus.

25 Dub. An posset fieri in sabbato, & alia dubia de circuncisione, quære in festo circuncisionis, quasi per totum.

26 Dub. Cur dicit, propterea Moyses, & qd ex hoc uolebat concludere? Res. Chrys. ubi supra, quod sabbati solutio in circuncisione legis obseruatio. Quare ego curans in sabbato legem seruaui, uos, qui non æstis legislatores ultra modum legem defenditis, sed Moyses iubet legem solui propter mandatum, quod non erat ex lege, sed ex patribus.

27 Dub. Cur dicit, totum hominem? Resp. qui supra, quod propter hoc ostendit circū cisionem esse particularē sanitatem. Et ut dicit hic S. Vinc. ex hoc loco emanauit regula Theologalis, quod dominus nunquam sanauit aliquam corpore, quin sanauerit & mente.

28 Dub. Cur dicit, nolite iudicare secundum faciem? Res. qui supra, quasi dominus diceret. Non quia Moyses apud uos habet maiorem gloriam, quam ego, ex personarum dignitate feratis sententiam, sed a rerum natura, hoc. n. est recte iudicare. Nullus aūt incusauit Moysem de hoc, qđ iussit sabbatum solui propter mandatū circuncisionis, quod erat aliunde, quam ex lege inductum: ergo fide dignior uobis est Moyses, qui iubet solui legem a mandato non legali.

29 Dub. Cur Hierosolymitę potius murmurabāt, q̃ alii? R̄. q sup quoniā, qui magis potiti erant signis, hi erant miserabiliores, qui deitatis eius signum uidentes, maximū, omnia

omnia iudicio corruptorum principum permittebant.

30 Dub. Cur dicebant, & nihil ei dr? Respon. August. ubi supra, q; non plene intelligentes Christi potentiam, putauerunt esse principum scientiam, quod ei pepercerunt.

31 Dub. Vnde habebant, q; nesciretur unde esset Christus? Ref. qui supra, q; hæc opinio apud Iudeos non inaniter nata est, quoniã utrũque pronuntiauerunt scripturæ, secundum hominem prædixerunt unde esset, secundum Deũm latebat impios, & quærebat pios. Hanc igitur opinionem in eis generauerat, q; per Esaiam 53. c. dictum est, Generationem eius quis enarrabit?

32 Dub. Cur dicit dñs, & a meipso nõ ueni? Ref. qui supra, q; dñs respondit ad utrumq; dictum scripturarum quasi diceret, & me, & unde sum scitis, quantum ad humanitatẽ, & locum natiuitatis, & tamen me, & unde sim nescitis, quantum ad diuinitatem.

33 Dub. Quid sciebant Iudæi de Christo? Ref. qui supra, q; solus uirginis partus quantum ad humanitatem latebat Iudæis, quo excepto, totum nouerant in Iesu, quod ad hominem pertinet: sciebant ergo, quis, & unde esset secundum carnem, & effigiem hominis, quam gerebat.

34 Dub. Cur addidit, sed uerax est, qui misit me, quem uos nescitis? Ref. Chry. ubi supra, q; ex propriis sermonib. eos capit, quoniam ipsi dicebant: Christus cũ uenerit nemo scit unde sit, ostendit se ẽt inde Christum esse, qm a patre uenit, quem ipsi nesciebant.

35 Dub. Cur clamabat? Ref. qui supra, q; ut eos uerecundari faceret.

36 Dub. Cur dicit ego scio eum? Ref. Aug. ubi supra, q; ut ostenderet eis unde possent scire. Vnde dicit ego scio eum, ergo a me quærite, ut sciatis eum, quoniam patrem non cognoscit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

37 Dub. Cur dicit, & si dixero, quia nescio eum? Ref. Chrys. ubi supra, q; est argumentum ducens ad impossibile, nam impossibile est q; sim similis uobis mendax, quoniam uerax est, qui me misit: ergo congruum est & ipsum ueracẽ esse, qui missus est, ergo scio eum; & contrarium dicens mentirer, quod est impossibile, s. me mentiri.

38 Dub. Quia cum omnia a patre sint per creationem, uidetur, q; omnia sciant patrẽ, si Christus, qui est ab eo, scit eũ? Resp. Hilarius 7. de Trinitate, qđ esse a Deo per creationem non est causa, qđ Deus sciatur: sed esse a Deo, ut uerus filius Dei per generationem, est ratio, quod sciatur Deus.

39 Dub. Qũo missus est a patre, cum non sit minor eo, cum sit unus Deus cum patre, & ubique sit, & impleat omnem locum? Ref. S. Tho. 1. par. q. 43. ar. 1. q; in rõne missionis duo importantur, quorum unum est habitudo missi ad eũ, a quo mittitur: Aliud est habitudo missi ad terminum, ad quem mittitur. Per hoc aũt, qđ aliquis mittitur, ostenditur processio quædam missi a mittente: uel ẽm imperium, sicut dñs mittit seruum, uel ẽm consilium, ut si consiliarius dicatur mittere regem ad bellandum: uel ẽm originem, ut si dicatur, qđ flos emittitur ab arbore. Ostẽditur ẽt habitudo ad terminum, ad quem mittitur, ut aliquo modo esse incipiat, uel quia prius ibi omnino nõ erat quo mittitur, uel quia incipit aliquo modo esse, quod prius non erat. Missio igitur diuinę personæ conuenire potest ẽm quod importat ex una parte processionẽ originis a mittẽte, & ẽm quod importat ex alia parte nouum modum existendi in alio. sicut filius dicitur esse missus a patre in mundum, secundum quod cępit in mundo esse per carnem assumptam: & tamen ante in mundo erat, ut dicitur Io. 1. Et licet missus sit minor mittente, qñ mittitur secundum imperium, aut secundum consilium, quia imperans est maior, & consiliarius est sapientior, non tamen qñ procedit ẽm originem, quæ est secundum æqualitatem, & est in diuinis. Et licet processio, quæ est secũdum motum localem sit secundum discessum de loco ad locum, non tamen processio diuina, quæ est absque oĩ motu; & etiam non uenit in mundum secundum diuinitatem, quia erat in mundo, sed secundum carnis assumptionem, secundum quem modum nõ erat in mundo ante incarnationem.

40 Dub. Cur quærebant eum apprehẽdere? Ref. Chrys. ubi supra, quoniam ea, quæ dicebat, Iudæos irritauerunt, uidelicet, quem uos nescitis, quia simulabant se scire.

41 Dub. Cur non miserunt in eum manus? Ref. Chry. ubi supra, quia furor eorum inuisibiliter fuit refrenatus.

42 Dub. Qũo cognitum est quod uolebant eũ apprehẽdere? R. qđ Christus, qui cognoscebat corda eorum, hoc potuit iudicare, uel

uel fecerāt aliquos actus furiosos pro eum capiendo.

43 Dub. Quæ hora erat illa eius? Res. Aug. quod illa in qua uolebat mori.

44 Dub. An Christus subijceretur horæ? Respon. qui supra, q. dñs non est natus sub Fato, quia nec hoc de te credēdum est, quanto magis de illo per quē factus es, si tua hora uoluntas est, illius hora, quæ est nisi uoluntas sua? non ergo horam dicit, qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi.

45 Dubit. Cur potius de turba crediderunt quam de pharisæis, uel scribis? Resp. qui supra, quia dominus humiles, & pauperes solos faciebat, & turbam, quæ suam ægritudinem cito uidit, & illius medicinam sine dilatione cognouit.

ALLEGORICE.

Iudæi admirantes, & cōturbati in doctrina Christi, significant eos, qui scripturæ sacræ nolunt credere, nec subdere colla iugo fidei catholicæ opinantes ea non esse uera, quæ non possunt ab eorum intellectu comprehendi, & ideo non possunt uere cognoscere patrem, quem filius reuelauit, & tales quærunt apprehendere Christum, i. eius doctrinam destruere, sed nōdum uenit illa hora, nec ueniet, quia licet semper sint hæreses in mundo, tñ nunquā preualuerunt nec præualebunt contra ecclesiam, ut dñs promisit Petro. Multi aūt de turba significant simplices, qui ad eam, quæ sunt fidei non quærunt rationes naturales, sed puro corde credunt in eum.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex sacro euāgelio si uolumus patrem cognoscere, & eius uoluntatē adimplere, ut in dieb. festis accedamus ad ecclesias, in quib. Christus docet per os prædicatorū, nec turbemur si arguimur ab eis, quia tunc ueraciter intelligemus unde sit Christus, quo ad humanitatē, in qua uoluit pp nostram salutem nostros subire dolores, & generationem eius æternam ipso reuelante per fidem percipere poterimus.

ANAGOGICE.

Sacrum euangelium in contemplationē nos ducit festi perpetui beatorum, in quo Christo docente in uerbo, literas quas nunquam didiceramus cognoscemus clare intuentes id, quod nunc in ænigmate conspicimus adueniente hora nostræ beatitudinis, quæ sine fine durabit.

FERIA IIII. DOMIN. IIII. Quadragesimæ.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcum. Io. 9.

Hist. huius Euangelii facta est anno Christi 32. die 27. Septemb. in die Sabbathi.

HISTORICE.

Iesu domino iter faciente, dum quidam ex utero cęcus ab ipso conspectus fuisset, discipulis sciscitantib. quibus peccatis, parentum uidelicet, an propriis accidisset cæcitas, respondit dominus neutrorum delictis hoc contigisse, sed ut Dei in eo mirabilia operanda patefierent. Se uero opera operari oportere eius a quo missus esset, dū illucesceret, qm̄ nocte superueniente nemo opus aliquod peragere ualet, lumenque se mundi fore interim quamdiu in eo permaneret. His ita persolutis, ex sputo terræ admixto lutum finxit, quo cœci oculos liniens imperauit ut in piscina Syloe eos ablueret, qđ cum peregisset, lumen statim intuitus est, tenebris depulsis, cumque redisset submurmurabant uicini inter se quærentes an ipse idem fuisset luminib. orbatus, aut sibi similis existeret. affirmanti uero se cœcum uere fuisse percunctabantur quonam modo nūc uideret, qui cum enarrasset, quærebant quo Iesus iuisset, qui cū id se ignorare dixisset, ad pharisæos deductus est, ab eisq; pari interrogatus modo, Iesū suæ uisionis auctorē esse narrauit, qm̄ uero ea sabbathi dies esset, rixabantur aliqui, hunc a Deo nequaquam esse hominem, qui sabbathū non obseruaret, dicentibus, cæteris uero asserentibus nullum similia prodigia peccatorē operari posse, cū impii a Deo minime audiantur. Rogatus aūt qui cœcus fuerat, ut ediceret sententiā, ipsum prophetam esse denunciauit: cumq; parentes conuenissent an hic eorū filius esset ab eis pquirebant, modūq; habitæ uisionis simul efflagitabant, q hunc suum a se genitū dixerunt, sed quonam pacto nunc uideret se nescire attestati sunt. Cūq; ab eo rursus, ut modū enarraret exigerent, quęsiuit, an Xpi discipuli effici optarent, quib. indignātib. & maledictis eū insectātes se Moysi cui dñs locutus fuisset discipulos fore professi sunt, eumq; Iesum confitentem ex synagoga eiecerunt, quod totus in sceleribus genitus eos docere præsumeret, qui postmodum inuentus a domino, an in Dei natū crederet requisitus est,

cui

cui quisnam esset cũ percunctaret? Res. dñs se Dei filium esse: statimq; procidens, & se credere dixit, & eum suppliciter adorauit.

Tollenda per declarationes dubia se offerunt.

1 DVBITATVR. Vnde progrediebatur dñs? R. quòd ut habetur Io. 8. c. e templo in quo se absconderat quando eum lapidare voluerant.

2 Dub. Vbi erat cęcus? R. quòd sedebat in exitu templi, & mendicabat.

3 Resp. Quid mouit discipulos interrogare de cęco? Resp. Chry. super Ioan. q; Iesus studiose cęcum respiciebat, quòd attendentes, discipuli interrogauerunt causam cęcitatis.

4 Dub. Cur dominus non requisitus à cęco eum illuminauit? Res. qui supra q; quia Iudęi in templo sermonũ Christi altitudinem non susceperunt, exiens de templo curauit cœcum sui absentia eorum furorem mitigans, & per operationem signi eorum duritiam molliens.

5 Dub. Quid significat Rabbi? Res. Aug. super Io. quòd interpretatur magister.

6 Dub. Cur appellabant eum magistrum? Resp. qui supra, quia discere cupiebant, quęstionem quippe proposuerant domino tanquàm magistro.

7 Dub. Cũ cęcus natus esset, ante natiuitatẽ non peccauerat, cur ergo discipuli sic interrogant? Res. Chry. vbi supra, quia cũ paraliticũ sanasset, & dixisset ei, ecce sanus factus es, non vltra pecces. ideò, illi cogitãtes, quod pp peccatũ illud accidisset, similiter de isto cęco quærunt, qui & peccatum originale contraxerat, & etiam parentes peccauerant, cum non sit homo qui non peccet.

8 Dub. Cur ergo dominus respõdit, q; nec hic, nec parentes eius peccauerant? Res. Augu. vbi supra, q; hoc dominus respondit innuens hanc non esse causam cęcitatis, sed vt opera Dei in illo manifestarentur.

9 Dub. An omnis pœna sit propter aliquã culpam? Res. S. Th. 12. q 87. ar. 7 quòd pœna dupliciter considerari potest. Vno modo simpliciter, vt pœna est. Alio modo secundũ quid, videlicet, ut est satisfactoria, quæ est quodammodo voluntaria, & secũdum hanc aliquis, qui non peccauit, pœnã voluntariè pro alio portat, sicut in rebus humanis videmus, quod aliquis in se transfert alterius debitum, & hoc modo Christus absque peccato pœnam ꝓ nobis sustinuit. Si uero loquamur de pœna primo modo, sic semper habet ordinem ad culpam ꝓpriam, vel originalem, uel actualẽ: & ad actualem, quãdo quis à Deo, vel ab homine punitur ꝓ peccato commisso. Ad originalem uero dupliciter, s. principaliter, & consequenter: Principaliter autem pœna peccati originalis est, quod natura humana sibi relinquitur destituta auxilio originalis iustitiæ. Sed consequenter ad hoc consequuntur omnes pœnalitates, quæ, ex defectu naturæ in hominibus contingunt.

10 Dub. An omnis pœna sit mala? Resp. qui sup. quòd detrimenta, quæ patitur homo in diuitijs, propter sanitatem corporis, uel in diuitijs, & corpore propter salutem animæ, non est simpliciter mala, sed solum secundum quid, prout habet rationem affligendi.

11 Dub. An quis possit puniri pro peccato alterius? Resp qui sup. ar. 8. q; quo ad detrimentum rerum corporalium vnus aliquando punitur ꝓ peccato alterius, ut in crimine lęsæ maiestatis diuinæ, & humanæ, in quo filij puniuntur pro peccato parentum, & ẽm hoc dr̃ Exo. 2. Deus visitat iniquitatem patrum in filios. Et Matt. 23. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. Quo uero ad detrimentum animæ nullus punitur pro peccato alterius. & secundum hoc dicitur Ezec. 18. Filius autem non portabit iniquitatem patris, scilicet, quo ad pœnas spirituales.

12 Dub. Cur uisitat Deus iniquitatem patrum vsq; in tertiam, & quartam gñationem? R. qui sup. quia tm̃ consueuerunt homines viuere, & se mutuo videre possunt, & filij peccata parentum ad imitandum, & patres pœnas filiorum ad dolendum.

13 Dub. Quia uidetur, quòd opera Dei satis erant manifesta creatione cęli, & terræ &c R. Chry. vbi sup. q; hoc de seipso dominus dicit, non de patre, qui erat notus in Israel, & eius opera, sed nõ erat notum Christum esse dominum.

14 Dub. Quia vĩ, q; maior honor Dei esset ꝑseruare hominem à malo, q̃ post malum immissum, ipsum liberare? R. Greg. quod alia est percussio, qua peccator percutitur, ut sine retractione puniatur. Alia, qua percutit, vt corrigat. Alia, qua quisque percutitur non ut præterita corrigat, sed ne ventura cõmittat. Alia, propter quam nec præterita

rita culpa corripitur, nec futura prohibetur. sed dum inopinata salus percussionem sequitur, saluantis virtus cognita ardentius amatur.

15 Dub. Cur dicit me oportet operari? Res. Chry vbi supra, quasi diceret me oportet manifestare meipsum, & ea facere, quæ me manifestant, s. vt & dicit Beda infirma saluare, debilia roborare, & homines illuminare.

16 Dub. Quomodo intelligitur donec dies est? Resp. qui supra. i. donec licet credere hominib. in me, donec vita consistit, & hoc ostendit cum dicit, venit nox quando nemo potest operari.

17 Dub. Quia homines etiam operantur in nocte? Res. qui supra, hoc intelligitur de nocte, de qua dicitur Matt. 25. Proiicite eum in tenebras exteriores, ubi nemo potest operari, sed recipere secundum quod viuens operatus est.

18 Dub. Quia videtur quod nunc Christus non sit lux mundi, cum non sit in mundo, sed in cælo? Resp. Aug. vbi supra, quòd dies præsentiæ Christi usque in consumationem sæculi extendentur, ut ipse dicit Mat. 28. c. Ecce ego uobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.

19 Dub. Cur ergo dicit, donec sum in mundo? R. Hier. quod donec, dupliciter in scripturis accipitur. Aliquando enim significat tps determinatũ, ut illud ad Gal. 3. pp trãsgressionẽ lex posita est, donec ueniret semẽ, qđ promiserat. Quandoq; vero significat infinitum tempus, sicut hic, & in psal. 122. Oculi nostri ad dñm Deũ nostrum, donec misereatur nostri, quia non est intelligendũ, quòd post impetratam misericordiam oculi auertantur à Deo.

20 Dub. Quomodo Christus est lux mũdi? &c. de luce, require, In principio erat uerbum, dub. 43. & sequen.

21 Dub. An sine luto potuisset illuminare cœcum? R. S. Th 3. par. q 44 ar. 3. quòd ut Chry. dicit supra Marcum, Manus imponit cœco, & spuit, volens ostendere, quod uerbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit. Vel etiam, ut dicit Aug. vbi supra, ad ostendendum, quòd ipse erat, qui ex limo terræ homines formauerat.

22 Dub. Cur non ex aqua, sed ex sputo fecit lutum? Res Chry. Ideo ut nihil ascribatur fonti, sed discas, quoniã virtus oris eius, oculos aperuit, & plasmauit.

23 Du. Cur iubet vt lauet? Resp qui suprà ne uideretur curati, esse ex uirtute terræ, & ut intelligatur ipsum non indigere luto ad faciendos oculos.

24 Dubi. Cur misit eũ ad natatoriũ Syloe? Respondet, qui supra, ut destrueretur Iudæorum indeuotio: conueniens enim erat omnes eum uidere euntem, & lutum super oculos habentem.

25 Dub. Quia videtur quòd aqua Syloe haberet uirtutem oculos fabricandi? Res. qui supra, quod hoc non erat timendum, quòd s. Syloe sumeret hanc gloriam: multi enim lauantes ibi oculos, nullo tali beneficio sunt potiti.

26 Dub. Cur cœcus illuc accessit? Resp. qui supra, quòd ex fide, quam habebat non contradixit, sed simpliciter obediuit, non cogitans de contrario, s. quòd Christus absque tali missione poterat eum illuminare.

27 Du. Quid est Syloe? Resp. Magister. hist. scho. quòd est fons ad radicẽ montis Syon, qui nõ iugibus aquis, sed incertis horis ebullit, cuius aquę, vt exciperẽtur, quasi stagnũ, non longè à fonte cõstructum erat, quã collectionem modo piscinam, modo natatoriam vocat scriptura.

28 Dub. Cur vicini aliqui dicebant quòd hic fuerat cœcus? Resp Chry. vbi supra, quod cœco per longam viam eunte diligentiores inspectores facti, ex inopinabilitate eius quòd uiderant, non vltra poterant dicere, non est hic.

29 Dub Cur alij dicebant non est hic? Resp. Aug. ubi supra, quòd aperti oculi vultũ mutauerant.

30 Dub. Cur respõdit ego sum, cum nullus interrogaret eum de hoc? Resp. Chrys. vbi supra, qđ ne de ingratitudine dãnaretur, & ob hoc benefactorem non est verecundatus, asserendo se fuisse cœcum, prędicare.

31 Dub. Cur interrogarunt eum, quo mõ eius oculi fuerant aperti? Resp. quod ex admiratione processerunt ad perquirendum modum curationis.

32 Dub. Cur nõ respondit clarè? Res. Chry. vbi supra, quod modum nec nos scimus nec ipse, qui curatus est nouit, sed quod factum est nouerat, modum autem comprehendere non poterat.

33 Dub. Cur non dixit oĩa, quæ fecerat Iesus in liniendo oculos? Res. qui supra, quòd ueritate usus est: quod enim nõ nouerat nõ dixit,

dixit, nec. n. sciuit, quoniam in terra spuit, quoniam autem superunxit, per sensum tactus didicit, & ex auditu testatus est, qđ sibi dixit, uade ad natatoria Syloe, &c. Recognouit. n. uocē eius ex disputatione cum discipulis.

34 Dub. Cur dixit, quòd abierat &c. Resp. ꝙ supra, quoniam ad unum se præparauerat, s. omnia sibi suaderi a iubente.

35 Dub. Cur interrogant, ubi Iesus est? Res. quòd occisionem meditantes, quia iam aduersus ipsum conspirauerant.

36 Du. Cur Christus aberat? Res. qui supra, quia non quærebat gloriam suam, neque se ostentare; sed recedebat, ut omnis suspitio tolleretur signorum.

37 Dub. Qũo nesciebat, quo iuerat? Respon. quia nõ uiderat quò iuerat, cũ esset cęcus.

38 Dub. Cur adduxerũt eum ad pharisæos? Resp. Beda, quoniam pharisæorum erat approbare opus, uel improbare.

39 Dub. Cur Euang. dicit, quòd erat Sabbatum? Res. Chry. ubi supra, ut, s. eorum malã mentem demonstraret, & causam, propter quam, eum quærebant, & quia detrahebãt miraculo per æstimatam legis præuaricationem.

40 Dub. Cur rursus interrogant eum? Resp. qui sup. ut negaret Iesum hoc fecisse.

41 Dubit. Cur non respondet ad plenum sicut ante fecerat? Resp. qui supra, quia iam audierant, ideo succincte loquitur.

42 Dub. An uerum esset quod Christus Sabbatum nõ custodiret. Require fer. 6. primæ dominicæ Quadragesimæ. dub. 28. & seq.

43 Dub. Cur non oẽs dicebant, quòd sabbatum non custodiret? Res. Aug. ubi sup. quia iam quidam inungebanturr, idest credebant in eum.

44 Dub. Quid ẽ schisma? Res. Isidorus in li. Ethimol. ꝙ dicitur a scindo scindis, quasi schisma dicatur scissura animorum, quando. s. animi aliquorum sunt diuisi.

45 Dub. Qui dicãtur schismatici quo ad ecclesiam? Resp. S. Th. 2. 2. q. 39. ar. 1. quod hi, qui propria sponte, & intentione se ab unitate ecclesiæ separant.

46 Dubit. An oĩs peccator sit schismaticus? Res. qui sup. ꝙ nõ obedire præceptis ecclesiæ cũ rebellione quandam constituit schismatis rationẽ. Dico autem cum rebellione, cum & pertinaciter præcepta contemnit, & iudicium eius subire recusat. hoc autem non facit quilibet peccator: unde non omne peccatum est schisma.

47 Dub. An schisma sit maximũ peccatorũ? Res. qui supra, art. 2. ꝙ inter peccata, quæ sunt in proximum, peccatum schismatis uidetur esse maximum, quia est contra spirituale bonum multitudinis.

48 Dub. Cur schismatici traduntur brachio sæculari? Resp. qui supra, ar. 4 ꝙ excommunicantur, quia se separant ab ecclesiæ unitate. Item traduntur brachio sæculari, quia nolunt corrigi ab ecclesia subterfugientes eius iudicium. unde 23. q. 5. c. quasi uos diuinæ, & mundanæ leges statuerunt; ut ab ecclesiæ unitate diuisi, & eius pacem perturbantes, a sæcularibus potestatibus comprimantur.

49 Dub. Cur quærunt a cęco, tu quid dicis de illo &c. Respond. Aug. super Ioannem, quòd quærebant quemadmodum hominem calumniarentur, & de synagoga eijcerent.

50 Dub. Cur dixit, eum esse prophetam, & non filium Dei? Res. qui sup. quòd quia adhuc inunctus erat in corde, nondum Dei filium confitebatur, non mentitur tamen. Ipse enim dominus de seipso ait, non est propheta sine honore, nisi in patria sua.

51 Dub. Cur pharisæi uocauerunt parentes eius? Resp. Chry. super Ioan. ꝙ quia cęcum attonitum facere non ualuerunt, per parentes putabant Christi miraculum annihilare.

52 Dubit. Cur pharisæi non crediderunt, ꝙ cęcus fuisset, usq; quo uocauerunt parentes eius? Resp. ꝙ ex inuidia, quam habebant contra Christum non poterant credere, qđ talia signa faceret.

53 Dub. Cur dicunt parẽtib. quẽ uos dicitis, quia cęcus natus est, & non absolute, quod cęcus natus est? Resp. Chry. ubi supra, ꝙ ex hoc ad negationem eius inducere conantur. Theophilus uero sic exponit. q. d. aut hoc falsum est, quòd nunc uideat, aut primum, quod cœcus fuerit: sed constat hoc uerum quòd uidet: falsum ergo fuit, quod cęcum eum dicebatis.

54 Dub. Cum parentes non responderunt, quomodo nunc uideat? Resp. qui supra, ꝙ hoc pro ueritate factũ est, ut nullus alius, sed is, qui curatus est, & q. dignus fide erat hoc confiteretur.

55 Dub. Cur dicunt, ipsum interrogate? Res. Aug. super Ioan. quasi dicerent, iuste cogeremur

remur loqui pro infante, quia ipse pro se loqui non posset, cæcũ à natiuitate nouimus, sed loquentem.

56 Dub. An parentes scirent eum fuisse illuminatum a Christo? Resp. Alcuinus super euangelijs, ꝙ ex eo, quod Euangelista dicit, ꝙ hæc dicebant propter timorẽ Iudęorum, &c. Ostendit illos non per ignorantiam, sed propter metum talia respondisse.

57 Du. Quæ pęna erat extra synagogã eijci? Resp. Ly. ꝙ erat tanquã si quis esset excommunicatus, & reprobatus, quod erat maximum opprobrium apud Iudæos.

58 Dub. Cur dicunt, da gloriam Deo? Resp. Ly. ꝙ quia uidẽtes Pharisæi, quòd factum negari non poterat, uolebant, quòd cœcus diceret, ꝙ illuminatus fuerat magica arte.

59 Dub. Cur dicebat eum non esse a Deo? Res. Ly. ꝙ hoc dicebant, quasi dicerent, hoc non fecit diuina uirtute.

60 Dub. Cur cæcus dixit, si peccator est nescio? Res. Alcuinus ubi supra, ꝙ ille, ut neq; pateret calumniam, neq; ueritatem celaret non dixit, scio iustum, sed dixit, si peccator est, nescio.

61 Dub. An cæcus sic dicendo timeret Pharisæos? Res. Chry. ubi supra, ꝙ non, sed uoluit Christum a rei testimonio, & non à uoce ab incusatione eripere, & suam responsionem facere fide dignam ab accepto beneficio. Vnde dicit, unum scio quia cũ cæcus essem &c q. d. nihil modo de hoc dico, utrum sit peccator, sed iterum dico, quòd manifestè noui.

62 Dub. Cur iterum quærũt quid sibi fecisset? Resp. qui supra, ꝙ fecerunt sicut canes uenationum, nunc huc, nunc illuc inuestigantes, quasi dicerẽt, nunquid præstigio aliquo aperuit tibi oculos? nec dixerunt qualiter uidisti, dantes occasionem detrahendi contra eius operationem.

63 Dub. Cur cęcus nunc audaciter respondit magis, quam prius? Res. qui supra, quòd donec res inquisitione indigebat, cœcus remisse loquebatur, quia uero iã uicerat, audaciter de cætero eis loquitur.

64 Dub. Cur dixit eis, quid iterum vultis? Res. qui sup. q. d. non attenditis, ad ea, quæ dicuntur unde ultra non respondebo uobis inaniter interrogantibus, & non uolentib. addiscere, sed cauillari, quæ dicuntur.

65 Dubit. Cur interrogat si uolunt Christi discipuli fieri? Res. August. dicens, quid est, nunquid, & uos, nisi quia, iam ego sum. nunquid, & vos vultis: iam uideo, sed non inuideo, & hæc loquebatur stomachans aduersus duritiam Iudæorum, & ex cæco uidens non ferens cæcos.

66 Dub. Quam maledictionem ei imprecati fuerunt? Resp. qui supra, ꝙ tu discipulus eius sis, maledictio quidem est si cor discutias, non si uerba perpendas, tale maledictũ super nos, & super filios nostros.

67 Dub. An liceat alicui maledicere? Resp. S. Th. 2. 2. q. 76. art. 1. ꝙ maledicere idẽ est quod malũ dicere, quod tripliciter se habet ad id, quod dicitur, quia uel per modũ enũciationis, & sic fit per uerbũ indicatiui modi, s. referendo malũ alterius, quod pertinet ad detractionem. Vnde quandoq; maledici detractores dicũtur, de qua detractione dicetur dominica 23. post Trinitatẽ. Alio modo se habet per modũ imperantis, uel optãtis malum alterius, & si imperet, uel optet propter bonum Christi, uel multitudinis, ut s. peccator retrahatur, quia conturbat alios secundũ ordinẽ iuris: sic licitum est maledicere. Si autẽ imperet, uel optet inquantum malum, & non sub ratione boni, tunc non licet, quia est contra dilectionem proximi.

68 Dub. An liceat maledicere diabolo? Resp. qui supra, quòd in diabolo est considerare naturam & culpam, & quantũ ad naturã, q̃ bona est, nõ licet ei maledicere: quantũ uero ad culpam, licet, quia culpa est maledicẽda. secundũ illud Iob. 3. Maledicant ei, qui maledicunt diei: sed peccator maledicens hoc modo diabolo simili ratione indicat se maledictione dignum. & secundum hoc dicitur Eccle. 21. c. cum maledicit impius diabolum maledicit ipse animam suam.

69 Dub. An liceat maledicere creaturã irrationalem? Resp qui sup. ꝙ creatura irrationalis potest cõsiderari dupliciter. Vno mõ inquantũ est creatura Dei, & sic maledicere ei est ociosum, & uanũ, & per consequens illicitũ. Alio modo in ordine ad creaturam rationalẽ, & hoc tripliciter. Primò, inquantum ei subuenit, & sic Deus Gen 3. c. dixit homini. Maledicta terra in opere tuo, ut s. per eius sterilitatẽ homo puniretur, & ita etiã intelligitur benedictio ipsius, ut Deut. 28. Benedicta horrea tua. Secundo, p modũ significationis, inquantũ significat creaturã rationalem, & sic dñs maledixit ficulneam. Matth. 11. c. in significationem Iudæorum.

Tertiò,

Tertio per modum continentis, s. tpis, vel loci, & sic maledixit Iob diei natiuitatis suæ propter culpam originalem, quam nascendo contraxit. vt habetur Iob 4.c.

70 Dub. An maledictio illicita sit semper peccatum mortale? Res. qui sup. ar. 3. qđ ẽm suum genus est peccatum mortale, cum ẽm se repugnet charitati, qua diligimus proximum volentes bonũ ipsius, & tanto magis, quanto personam cui maledicimus, magis amare, & reuereri tenemur. Vnde Leuit. 20. dř, qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Contingit tñ aliquando quod est peccatũ veniale, vel propter paruitatem mali, quod maledicens alteri imprecatur, vel propter affectum maledictionis, quando ex leui motu, vel ludo, aut ex subreptione aliqua sic maledicit, quia peccata verborum maxime ex affectu pensantur.

71 Dub. Quod est grauius peccatũ maledictio, vel detractio? Res. qui supra ar. 4. qđ cũ detractio, derisor, susurro, & contumeliosus dicant malum culpæ proximĩ, quod est grauius, quàm malum pęnæ, ꝙ maledicens imprecat̃, vel optat, ideo detractio ĩ qua denigratur fama proximi est deterior maledictione, in qua operatur malum pęnæ: in ea vero, in qua imprecatur, vel infertur, potest esse detractione grauior, si maius detrimentum inferat, quam sit denigratio famæ: vel leuior si minus possit, tamen & alia per accidens considerari, quę prædicta vitia, vel augent, vel minuunt.

72 Dub. An Pharisæi essent discipuli Moysi? Res. Ly. qđ erant nomine, sed nõ re, quia eius opera non imitabantur, & eius scripturas non pie interpretabantur. Vnde Saluator dixit eis. Io. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

73 Dub. Vnde sciebant, quòd Moysi locutus fuerat Deus? Res. qui sup. quòd hoc habebant ex sacra scriptura.

74 Dub. Quõ verum dicunt, ꝙ nesciunt vnde sit Christus, cum eius patriam scirent? Res. qui sup. quasi dicerent nullius auctoritatis eum reputamus, nec à Deo missum.

75 Dub. Quod est mirabile, quod dicebat cęcus? Res. Ly. ꝙ quia erat inconsuetum, cũ Iudæi quærerent signa, sicut Moyses fecit signa corã populo; quod nunc non credant Christo facienti signum maximum in illuminatione cęci huius, quia nec Moyses, nec alius propheta similiter fecerat.

76 Dub. Cur dicit, scimus, quia peccatores Deus non exaudit? Res. Chry. vbi sup. qđ illorum in hoc assumit iudicium, propria uerba eis in memoriam adducens. q. d. opinio hæc & mea, & uestra communis est.

77 Dub. An sit uerum qđ peccatores Deus non exaudiat? Res. S. Th. 2. 2. q 83. ar. 16. ꝙ si peccator ex bono naturæ desiderio oret, exauditur à Deo, non ex iustitia, quia non meretur, sed ex pura misericordia, obseruatis tñ quatuor conditionibus, s. ut pro se petat necessaria ad salutem, piè, & perseueranter. Si aũt orando petit aliquid inquantum peccator, i. secundum desiderium peccati, in hoc à Deo non exauditur ex misericordia, sed quandoque exauditur ad uindictam, quia ut Aug. dicit, Deus quædam negat propitius, quæ concedit iratus.

78 Dub. Cur dicit cęcus si q̃s cultor est Dei &c. Res. Chrys. ubi sup. ꝙ in hoc non solum a peccatis eum excusat, sed ualde palcentem Deo ostendit, quia nõ sufficit Deum cognoscere, sed uoluntatem eius facere.

79 Dub. Cur dixit, à sæculo nõ est auditum &c. Res. qui sup. ꝙ in hoc extollit, quod factum est. q. d. confitemini, ꝙ peccatores non audit. Hic autem miraculum fecit, & tale, quale nullus hominum fecit, manifestũ est uirtutem, qua hoc fecit, maiorem esse, quàm, quæ est secundum hominem uirtus, quia nisi esset hic a Deo, non posset facere quicquam.

80 Dub. Quia uidetur, ꝙ etiam uirtute dæmonis fiant miracula. Vide domin. 3. Quadragesimæ. dub. 33. & seq.

81 Dub. Cur dicunt in peccatis natus es totus? Res. qui sup. ꝙ hic eius cęcitatẽ exprobrant, ostendentes, quòd propter peccata factus est cęcus, quòd rationem non habet.

82 Dubit. Cur in principio non obiecerunt hoc? Res. qui sup. quia, donec expectabãt eũ negaturum esse, fide dignum esset putabãt.

83 Dub. Quo eiecerunt eum quia dicit foras? Res. Ly. ꝙ à societate aliorum hominũ excommunicauerunt.

84 Dub. Nunquid Christus sciebat, quòd eiecerunt eum? Respond. qui supra, quòd licèt hoc sciret, tamen etiam audiuit auditu corporali.

85 Dub. An à casus Christus inuenerit eũ? Resp. qui sup. ꝙ non, sed hoc factum est ex sua uoluntate, & ordinatione.

86 Dub. Cur interrogat si credit, cum eius

mentem sciret? Resp. Chrysost. ubi supra, qđ non ingnorans hoc interrogat, sed volens se ipsum notum facere.

87 Dub. Cur nō interrogat si credit in Christum, sed in filium Dei? Res. Hilar. 6. de Trinit. q. hereticis penè omnibus, hoc nomen esset futurum in ore, vt Christum confiterentur, & filium tamen negarent, id quod proprium Christo est ad fidem poscitur, vt creatur in Dei filium.

88 Dub. Cur dicit cęcus, qs est &c. Res. Lyra. post Chrys. q. non cognoscebat Christū in faciem, quia adhuc eum non uiderat, & tamen eum desiderabat uidere, ut patet ex eius interrogatione.

89 Dub. Cur non dixit ei Iesus, ego sum manifeste? Resp. Theoph. ubi supra, q. circumloquitur, ut reduc t ei in memoriam sanitatem, & quia ab ipso uirtutem uidendi acceperat.

90 Dub. Cur dicit, qui loquitur tecum ipse est? Resp qui supra, q. ex hoc destruitur error Nestorij, quia natus est ex Maria Virgine, est Dei filius, & non alius.

91 Dub. Cur cęcus primo dixit, credo, & post adorauit? Resp. q. ore fidem suam professus est, & post opere, adorando.

92 Dub. Quomodo procidit? Resp. Beda, idest supplex in terra prostratus, & non erecta ceruice.

93 Dub. Qua adoratione adorauit eū? Res. qđ adoratione latriæ, uide fer. 6. domin. 3. Quadragesimæ, dub. 84. & seq.

ALLEGORICE. Versus

Est caro nostra lutum patris est sapientia sputum
Redditur humanum genus hoc medicamine sanum.

TROPOLOGICE.

Instruimur de beneficijs accepis gratias reddere, & benefactores pro posse contra æmulos aduersantes defendere, protegere, & tueri.

ANAGOGICE.

Deposita cæcitate mentis nostrę, ac onere carnis aggrauantis animam ex luto formatam, ad cęlestem Hierusalem, Deo illuminante, perueniemus, & ipsum Christum esse Dei filium clarissime intuebimur, qui tandem reformabit corpus humanitatis nostræ, & configurabit corpori claritatis suæ, cum quo sine fine regnabimus, & cum Angelis sanctis in facies nostras cadentes uiuentem in sæcula sæculorum adorabimus.

FERIA VI. DOMI. QVARTAE Quadragesimę.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naym. Luc. 7.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die. 20. Iulij, in die Dominica.

HISTORICE.

Comitatus dominus discipulis, hominūque non paruo numero, cū ianuæ appropinquasset ciuitatis Naym, deferentib. unicum natum uiduæ cuiusdam defunctum, matri flenti, ac eam associantib. ciuib. obuiauit, qui cum pio motus affectu, ut a fletu cessaret, imperasset, loculum tangens uita functo ut surgeret, præcepit, qui ilico iussis obtemperans reuixit, locutusq; fuit, quem cū genitrici uiuum reddidisset, oēs timor inuasit astantes, Deumq; magnis extollentes uocibus aiebant, magnum aduenisse prophetam, Altissimo suum uisitante populum.

Obijcientur, & soluentur dubia.

1 DVBITATVR. Vnde tunc ueniebat dn̄s? Res. qđ ut hr̄ paulo ante istud euangelium, quòd ex Capharnaum ueniebat, ubi curauerat seruum Centurionis.

2 Dub. Vbi sita est ciuitas Naym? Res. Beda, quòd est ciuitas Galilęæ in secundo milliario montis Thabor.

3 Dubit. Cur tam copiosa turba tunc erat cum domino? Resp. qui sup. qđ hoc diuino nutu factum est ut multi essent tanti miraculi testes.

4 Dub. Cur hunc defunctū non rogatus suscitauit? Res. Greg. Nissenus, qđ ut temerariam linguam compesceret, qm̄ aliquis de puero Centurionis diceret, quod mortuus non erat. Ideo hunc defunctum suscitauit.

5 Dub. Cur Euangelista immoratur circa qualitates defuncti, & matris? Respond. Greg. Nissenus, quo erumnę molem breuibus uerbis Euangelista explicauit, Mater uidua erat, & nō sperabat ulterius filios procreare, non habebat in quem aspectum dirigeret uice defuncti. hunc solum lactauer

rat solus aderat, alacritatis causa in domo quicquid matri dulce, ac preciosum hic solus extiterat.

6 Dub. Vt quid extra ciuitatem deferebat? Res. Ly. ꝙ ad sepeliendum, quoniam antiquitus loca sepulturæ erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus inficerentur habitatores ciuitatum.

7 Dub. Cur motus est Iesus misericordia? Resp. Lyra, eo, quia erat vidua, nec habebat alium filium, à quo posset in senectute sustentari.

8 Dub. Cum compati sit quædam passio, quæ non cadit in Deũ, quomodo compassus fuit? ℞. Ly. ꝙ cõpassus fuit tanquam homo.

9 Dub. Cur prohibuit fletum? Res. Bed. q. d. desiste quasi mortuum flere, quem mox viuum resurgere uidebis.

10 Dub. Cur tetigit loculum? uide dominica 2. post octa. Epipha. dub. 14.

11 Dub. Cur uocauit eum adolescentem? Rñ. Greg. Nissenus, quòd significauit florentem temporis horam primam, producenté lanuginem, iam aspirantẽ ad tempus sponsaliũ, virgã generationis, successionis ramum, baculum senectutis.

12 Dub. Cur steterunt, qui portabant? Resp. quia non fuerunt ausi ulterius progredi, uidentes dominum loculum tangentem.

13 Dub. Quid est loculus? Res. Bed. ꝙ prout hic accipitur, est feretrum, in quo deferuntur mortui. Aliquando tamen accipitur pro bursa. ut dicitur Io. 12. de Iuda, quòd loculos habebat.

14 Dub. Cur statim resedit defunctus? Resp. Tytus super euange. quia diuina potestas est irrefragabilis nullam moram sustinens.

15 Dub. Cur cœpit loqui? Res. qui supra, quoniam hæc sunt veræ resurrectionis indicia, corpus enim exanime loqui non potest.

16 Dub. Cur dedit illum matri suæ? Res. qui supra, ꝙ in signum, quòd uerè resurrexerat, nam mulier non reportasset ad domum defunctum filium inanimatum: & etiam ut eã consolaretur, quæ ex eius morte afflicta fuerat.

17 Dub. Cur timuerunt uidentes? Resp. Ly. quòd timor accipitur hic pro admiratione, ut sit sensus, accepit omnes timor, idest admiratio de tanto miraculo facto.

18 Dub. Cur dicunt eum prophetã magnũ? Res. Ly. quia Deut. 18. scribitur. Prophetam suscitabit uobis Deus de medio fratrum uestrorum. & ita propheta magnus in lege promissus.

19 Dub. Quid sit propheta, & alia circa prophetam, & prophetiam. uide fer. 2. domi. 3. quadragesimæ. dub. uigesimotertio. & sequent.

20 Dub. An per miracula Christus probauerit sufficienter diuinitatem suam? uide immediate ubi supra, dub. 7. & sequen. ubi habes amplè de miraculis.

21 Dub. Nũquid uisitauerat dñs plebẽ suã? Res. Ly. ꝙ sic, multoties, sed non mittendo uniuersalem Saluatorem sicut nunc.

22 Dub. Quot resurrectiones factæ fuerunt ante Christi resurrectionem? Res. Amb. sup Lucam, ꝙ septem. Quarum prima est filij Sareptanæ 3. Reg. 18. Secunda filij Sunamitis, 4. Reg. 4. Tertia facta fuit ĩ reliquijs Helisei, 4. Reg. 13. Quarta est ista, quæ fuit in Naym. Quinta filiæ Archisynagogi, Marci 5. Sexta Lazari. Io. 11. c. Septima in Christi passione multa corpora sanctorum surrexerunt. Matth. 27. Octaua fuit Christi, qui iã non moritur in signum communis resurrectionis, quæ futura est in octaua ætate: quæ non tolletur per mortem, sed indissolubilis permanebit.

ALLEGORICE.

[Iste defunctus] significat hominem peccatis mortuum [qui defertur multis uidentibus] quoniam per locutionis, & operis indicium ad multorum notitiam deuenit, & quasi per ostia, ciuitatis effertur. [& est filius unicus matri suæ,] idest ecclesiæ, quæ licèt sit ex multis personis collecta, tamen una sola est [quæ uidua est] per mortem sui sponsi Christi [quæ flet] pro filio suo cum peccatis moritur, & meretur ꝓpter lachrymas misericordiam, ut resuscitetur ad gratiam: hic fertur à quatuor, s. a quatuor elementis ad mortem corporalem, uel ab immundis desiderijs, & blandimentis sociorũ ad interitum animæ, qui tamen, cum dominus tangit, stant, quia superni formidine iudicij tacta conscientia carnales sæpe uoluptates coercens, ad se reuertitur. [incipit loqui] quia uocãti ad uitam respondet Saluator [& dat illum matri suæ] reuniens ecclesiæ sanctæ, alijq; uidentes fratrem penitentem ex admiratione dominum glorificant, [quoniam magnus propheta uisitauit plebem suam] uerbum suum in corda fidelium immittendo.

TROPOLOGICE.

Inſtituitur peccator, q. in anima[defunctus]eſt,exire ciuitatē Naym.i. commotionem habere relinquendi peccata, & extra caſtra reperire Chriſtum crucifixum, ad quem portetur per quatuor, ſ.per confeſſionem,contritionem,emendationem, & ſatiſfactionem, [ut Chriſtus miſericors tangat loculū] cordis ſui, & cum uocauerit eū per inſpirationē [ſtatim reſideat] & fleat commiſſa peccata [& Chriſtus reddet eum matri ſuæ]ſanctę.ſ. eccleſiæ per abſolutionem ſacerdotis[& ex tunc ſemper timeat Deū] timore filiali, & glorificet, & ſic uiſitabitur à domino.

ANAGOGICE.

Contēplemur,quod poſt [exitū Naym] i.commotionem huius mundi, in quo Dei ſerui affliguntur, obuiabimus Chriſto uenienti in aera, & corpora noſtra ſuſcitabūtur in ætate adoleſcentiæ, [reddet nos matri noſtræ] cœleſti Hieruſalē,in qua gloria, & honore coronabimur, [& admirantes] portati ab angelis tantam gloriā ipſum Dei filium,[magnum prophetā] laudabimus,& glorificabimus continuè ab ipſo uiſitati.

FERIA VI. DOMIN. IIII. Quadrageſimæ.

rat quidam languens Lazarus. Ioan. 12.

Hiſtoria huius Euang. facta eſt anno Chriſti 31.die Veneris, 11.Martij.

HISTORICE.

Cū in Bethania Lazarū Marthæ,& Mariæ germanū detineret languor, ad dñm miſerunt una cum fratre ab eo dilectę ſorores quemadmodum grauabatur: moratus autē diebus duobus dominus eo in loco, tertio hortatus diſcipulos fuit die,ut ſecum in Iudæam pergerent, quibus renitentibus,quoniam eum lapidibus obruere uoluerant Iudæi,ait, diem duodecim diſtingui horis, in quo ambulans, cum a luce dirigatur offenſionem minimè patitur,licet noctē incedēs quoniam lumine careat offendatur. Lazarum quoque amicum cōmunem dormire ſubintulit, ad quem excitandum properare ſe dixit: aientibus autem ipſis, cum nequaquàm eum de ſomno mortis dicere perpendiſſent, ſalutis ſignum eſſe quòd dormiret apertè deceſſiſſe denunciauit,ſeq; lætari, ut eorum confirmaretur credulitas horæ mortis non affuiſſe, compatiens uerò Thomas diſcipulos, ut pariter ſimul cum Lazaro moreretur deprecabatur: adueniens itaq; dñs multos Iudæorū,q. ex Hieroſolymis,ut ſorores conſolarentur,uenerant oſtendit. Occurrens autem domino Martha. aiebat ſuū nequaquā mortuū fuiſſe fratrē ſi pſens dñs aſtitiſſet, ſed ſe ſcire ipſum a Deo cuncta, quæ optaret impetrare poſſe:cum uero dñs ipſum reſurrecturum diceret, ipſa ſe credere, quòd in extremo reſurgeret die profeſſa fuit. Dñs autem ſe,& uitam,& reſurrectionē exiſtere dixit,quodque quiſque uita fruens, & in eum credens a morte in æternum immunis eſſet: & rogata an his fidem adhiberet?Rñdit ſe credere eū Dei filiū eſſe,qui hūc in mūdū ueniſſet. Mariæ igitur cum Martha dñm adeſſe nunciaſſet, ſtatim ſurgens Iudæis comitantibus ad dñm acceſſit: proſtrata autem ad dñi pedes lachrymabili aſſerebat uoce, germanū ſuū.ſi affuiſſet, mortē minimè guſtaturū fuiſſe, cūque, qui aſtabāt eiularent, perquirebat, quo in loco iaceret. ipſo itaq; demonſtrato,pias dñs lachrymas effudit. Dicentibus, qui aderant, quòd ualde eum dilexiſſet, aliquibus autē ſubmurmurantibus, quòd hunc a morte eruere potuiſſet, quēadmodū cęco nato lumina reddiderat.Fremens dñs, ſarcophago appropinquauit, a quo cū abſtuliſſent lapidem ſuperpoſitum, Marthæ dicenti ipſum fætere,cū iā triduo iacuiſſet intus, Reſpondit dñs eam intuituram mirabilia dummodo crederet, erectis autem dñs oculis,patri gratias agēs, qđ auditus eſſet pp eum, qui circunſtabat populū,quatenus ab eo miſſum eſſe crederēt, Lazarū alta cōpellans uoce ut egrederetur imperauit, ſtatimq; imperātis iuſſibus obtemperās exijt facie uelata, manibuſq; ac pedibus linteis inuolutis, quo ad imperium dñi ſoluto,abijt, quib. inſpectis Iudæorū, quāplures in eū crediderunt.

Remanet,ut ſoluantur dubia.

1 DVBITATVR. Quo languore infirmabat Lazarus? Reſp. Aug de uerbis dñi, q. cū inuaſerat pnicies inimica lāguoris miſerādi hoīs, corpus quotidie edax febris cōſumebat. Lyra dicit, q. erat incurabilis:quidā aūt dñt ipſum incurriſſe freneſim ex infirmitate, quæ curatur ſomno.

Dub.

2 Dub. Quæ differentia est inter languorem, & infirmitatem? Respon. Lyra, q. omnis languor est infirmitas, sed non e contra, quia infirmitas curabilis non dicitur propriè languor.

3 Dub. Quid est Bethania. Vide domin. 3. aduentus, dub. vlt.

4 Dub. Quid est stadium? Resp. q. est octaua pars milliarij. Vnde versus. Quinq; pedes passum faciũt, passus quoq; centũ. Viginti quinque stadium si des milliare. Octo facis stadia duplicatum sit tibi leuca.

5 Dub. Cur appellatur castellum Mariæ, & Marthæ? Respond. Lyra, quia ipsæ illud inhabitabant.

6 Dub. Cur Euãgelista dicit, q. Maria erat illa, quæ duxit &c. Resp. Alcuinus super Io. quoniam plures fœminæ huius nominis erant, ne erremus in nomine ostenditur ex notissima actione.

7 Dub. An hæc fuerit illa peccatrix, de qua habetur Lucæ 7. Resp. S. Tho. super Matth. q. Chry. Hieron. & Orig. dicunt, quod non fuit illa peccatrix, quia hæc fuit honesta, & studiosa circa Christi susceptionem. Augu. uero, & Greg. dicunt hanc esse illam peccatricem, & ita ecclesia in officio Magdalenæ tenet. Vide feria 5. dominicæ de passione. dub. 6.

8 Dub. Quoties vnxit dominum? Require ubi immediate supra.

9 Dub. Cur vnxit dominum? Require ibidem, dub. 13.

10 Dub. Cur sorores Lazari non fecerũt vocare dominum ut veniret sanare Lazarum? Resp. Aug. super Ioan. quòd sufficiebat dicere quem amas infirmatur, q. dicerent, non amas, & iõ deseris. Et Iacob. de Vorag. qđ commiserunt Christo nescientes, quid magis expediret saluti animæ ægritudo, uel sanitas corporis.

11 Dub. Cur ipsæmet non iuerunt ad Christum? Resp. Chrys. super Ioan. quia confidebant, de Christo cum quo habebant magnã familiaritatem. Theoph. autem dicit, quòd quia erant mulieres non decebat eas de facili domum exire.

12 Dub. Quid intendebant non misereris? Res. qui supra, quòd per hoc ad miserendũ eum attrahere volebant. adhuc enim ei quasi homini intendebant.

13 Dub. Quia videtur, q. Christus mẽtitus fuerit, dicens, q. infirmitas illa non erat ad mortem, cum ex ea mortuus fuerat? Resp. Theoph. super Ioan. quòd non fuit mentitus, quia infirmitas illa non erat ad mortem, sed ad miraculum, quoniam, vt dicit Ly. non sistebat in morte propter resurrectionem sequentem.

14 Dub. An solum euenerit infirmitas pro gloria Dei? Respond. Chrys. ubi supra, quod euenit aliunde, sed dominus vsus est in ea gloriam Dei.

15 Dub. Cur additur, diligebat autem Iesus &c. Resp. Aug. ubi supra, ad ostendendum, quod cum essent omnes dilecti, habebant spem in eo, qui est dolentium consolator, & languentium saluator.

16 Dub. In quo loco mansit duob. diebus? Resp. q. ut patet Io. 10. q. trans Iordanem in loco, in quo erat Ioannes baptizans.

17 Dub. Cur non statim iuit ad sanandum eum? Respõ. Ly. q. à Iudæis calumniantibus diceretur, q. illa infirmitas, & mors sequens, fuissent tantum secundum apparentiam, & illusionem: & sanitas, & resurrectio factæ per artem magicam.

18 Dub. Cur stetit duobus diebus? Res. Ly. q. vt expectaret mortẽ Lazari, ut esset quatriduanus in eius aduentu.

19 Dub. Cur prædicit discipulis se iturum in Iudæam? Res. Ly. post Chry. q. quia sciebat eos de hoc tereri, ideo prædicit, vt non repentes eos conturbet, & ut minus iacula ferirent, quæ præuiderentur.

20 Dub. Cum ex Iudæa fugerit, cur illuc vult redire? Resp. Aug. vbi supra, q. discessit vt homo, sed in redeundo, quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem.

21 Dub. Cur discipuli recusant ire? Resp. Chrys. vbi supra, quòd, quia formidabant pro eo, & pro seipsis, nondum enim erant in fide firmati.

22 Dub. Cur dicit, duodecim horæ sũt diei? Res. Ly. q. d. quòd mutato tempore, potest voluntas mutari volentium me occidere: est enim prouerbium de mutatione propositi, dicens. 12. horæ sunt diei, quod tunc etiam erat inter Iudæos.

23 Dub. Cur dicit si quis ambulauerit i die non offendit? Res. Aug. vbi supra, q. se dicit diẽ, & duodecim horas, duodecim Apostolos, non cõnumerato Iuda ꝓditore, sed eius successore Matthia, q. horę illustrant à die. & per horarum prædicationẽ credat mundus in die, q. d. ut dicit Chrys. qui sibi nihil

conscius est nequitiæ, nihil patietur versutiæ. Qui vero male agit, patietur: itaq; non oportet formidare, nihil enim dignum morte gessimus.

24 Dub. Quia non videtur totaliter verum dictum Christi, cum multi die ambulantes offendant? Resp. Ly. in die, idest sancte, & iuste, vel in die. i. mecum, qui sum lux mundi, faciens diem diuinæ gratiæ: & talis non offendit.

25 Dub. Quomodo ambulãs in nocte offendit? Resp. Ly. in nocte. i. sine mea præsentia offendit. i. debet sustinere pœnam offensæ debitam, quia lux non est in eo.

26 Du. Cur dicit Lazarũ dormire, qui mortuus erat? Resp. S. Th. super epistolã ad Ro. qđ in sacra scriptura multipliciter capitur dormire. Primò pro quiete animalium, vt hic intelligebant discipuli. Item pro dormitione gratiæ, quæ dicitur quies vitæ ęternę, ut in Ps. 4. In pace in idipsum dormiã, & requiescam. Item pro dormitione contemplationis etiam in hac vita. Canti. 5. c. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Item pro dormitione peccati, ad Ephe. 2. Exurge, qui dormis, & exurge à mortuis. Item pro dormitione negligentiæ. Prouer. 6. Vsquequo piger dormis. Item pro dormitione naturę: vt hic Lazarus amicus noster dormit. & 1. Thess. 4. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, idest de mortuis.

27 Dub. Cur dominus mortẽ uocat dormitionem? Resp. Aug. vbi supra, quia dño dormiebat, licet hominib. mortuus esset, qui eũ tãta facilitate de sepulchro excitauit, quanta tu excitas dormientem de lecto.

28 Dub. Cur non dicit, amicus meus, sed noster? Resp. quia tam sibi, quàm discipulis in necessitatibus subueniebat.

29 Dub. Quid est amicitia? Resp. S. Tho. 12. q. 65. ar. 5. ꝙ amicitia addit super amorem mutuam redamationẽ cum quadam communicatione mutua: vt dicitur in 8. Ethic. Vnde non potest cum aliquo quis amicitiã habere si discredat, uel desperet se posse habere aliquam societatem, uel familiarem conuersationem cum ipso.

30 Dub. Quæ dñia est inter amorem, & amicitiam? Resp. qui sup. 3. sen. dis. 37. ar. 2. ꝙ ad rationem amoris sufficit, ꝙ homo velit bonum quodcunq; alicui, sed ad rationẽ amicitiæ oportet, quod velit ei hoc bonum, qđ vult sibi, ut s. velit conuersari cum ipso, & conniuere in illis, quæ maximè amat.

31 Dub. An sit vera amicitia, quando diligitur aliquis propter vtilitatem? Resp. qui sup. 12. q. 26. ar. 4. ꝙ illud, quod amatur ratione amicitiæ simpliciter; per se amatur; quod autem amatur amore concupiscentię, non simpliciter, & per se amatur; sed amatur alteri: & ideo in amicitia vtili, & delectabili, vult quidem aliquis aliquod bonum amico, & quantum ad hoc saluatur ibi ratio amicitiæ: sed quia illud bonum refert vlterius ad suam delectationem, & utilitatẽ: inde est, ꝙ amicitia utilis, & delectabilis inquantum trahitur ad amorem concupiscentiæ, deficit à ratione ueræ amicitiæ.

32 Dub. Quomodo potest cognosci si inter aliquos ẽ uera amicitia? Res. qui sup. opusc. 61. c. 14. ꝙ per tria põt cognosci. s. p immutabilitatẽ, qui per nouitatẽ amici superuenientis non excludit amicũ antiquũ: imo ꝙ nõ reputet eum antiquũ respectu noui: qm̃ quod antiquatur, & senescit prope interitũ est: nec minuat gradum dilectionis, quẽ erga eum gerebat. Secundò, ꝙ aduenięte prosperitate insperata nõ reddatur extraneus. Tertiò, ꝙ inopinata aduersitas amicum opprimens non reddat eum alteri ingratum, sed ita in paupertate fidem cum amico habeat, sicut in diuitijs habebat.

33 Dub. Cur dominus uocat Lazarum mortuum, amicum, qui nõ poterat amare? Res. qui supra: amicus noster, nõ qui amet cum sit mortuus, sed quia ametur.

34 Dub. Vtrum ad seipsum possit esse amicitia? ℞. ꝙ sup. 22. q. 25. ar 4. quòd propriè ad seipsum non habetur amicitia, sed aliquid maius amicitia: quia cum amicitia unionem quandam importet, qm̃ ut dicit Dionysius amor est uirtus unitiua, & unicuiq; ad seipsum est unitas, quæ est potior unione ad alium: ideo unitas, quæ est ad seipsum, est fundamentum unionis, quæ est ad alterum.

35 Dub. An amicitia possit haberi ad inimicos? ℞ qui sup. q. 22. ar. 1. quòd amicitia se extendit ad aliquem dupliciter. Vno modo respectu sui ipsius, & sic amicitia non põt esse nisi inter amicos. Alio modo respectu alterius personæ, quam quis potest tantum diligere, ꝙ propter eam diligit omnia, quæ illius sunt (filios, seruos, &c. Etiam si eum offendant, & ita nos propter Deum diligimus inimicos.

36 Dub. Vtrũ ad irrationales creaturas pos-

sit

sit esse amicitia? Res.qui supra,1.par.q. 20. ar.2.quòd non,quia non possunt pertingere ad amandum, neque ad communicationem intellectualis uitæ.

37 Du. An ad uirtutes possit haberi amicitia? Res.qui sup.17.q.25.ar.2 q̃ nō,nec ēt ad charitatem, quia redamare non possunt, q̃ est de ratione amicitiæ, ut dicitur in 8. Ethicorum,sed solū amamus homines propter uirtutē, & ad eos habemus amicitiam, quia redamare possunt.

38 Dub. An ad vitiosos possit esse amicitia? Res.qui supra, q.22.art.1.q̃ amicitia honestā non habetur nisi ad uirtuosum, sicut ad principalem personam, sed eius intuitu, diliguntur ēt attinētes, etsi non sint virtuosi.

39 Du. Quæ dicitur amicitia honesta,utilis, & delectabilis? R.qui supra in 3.sen.dist.27. q.2.ar. 1.& 2. quòd amicitia delectabilis est, q̃ finē suū ponit in visione, & perfruitione amici: ita,q̃ in tali delectatione ponatur finis amicitię. Amicitia uero utilis est,quando quis diligit amicum propter suam vtilitatē,& istæ duæ species amicitiæ trahuntur ad mortem concupiscentiæ, & ita deficiunt à ratione ueræ amicitię. Amicitia autem honesta est ex inclinatiōe habitus uirtuosi, præsupposita inclinatione naturæ, inquantum omne, qđ facit similitudinem cum aliquo inclinat ad amorem illius, & oportet esse communicationem in vita.

40 Du. Inter quos potest esse vera amicitia? R. qui supra,di.32 ar.1.q̃ inter omnes, qui conuersantur simul: non aūt inter multum distantes, licet inter ipsos possit esse amor, sed non amicitia, q̃a nō cōuersantur simul, qđ est de ratione amicitiæ,& eius ꝓprium.

41 Dub. Quō potest inter aliquos conseruari amicitia? R.qui supra 22.q.82.ar.2.quod per amicabilium operum exercitium,& meditationem. & ibidem q.160.ar.1. quod ꝑ recompensationem beneficiorum amicitia conseruatur.

42 Dub. Quid est magis amicitiæ cōtrariū? Res.qui supra,q̃ cum uera amicitia fundetur supra uirtutē, q̃cq̃d est uirtuti cōtrariū in amico est amicitiæ impeditiuū, & quicquid est uirtuosū, est amicitiæ ꝓuocatiuū.

43 Dub. Quæ sunt propria amicitiæ? Respon. vbi supra,q. 25.art.7.quòd quinque: q̃a amicus, Primo quidem vult suum amicū esse,& viuere. Secūdò,vult ei bona. Tertiò,operatur bona ad ip̄m. Quartò,cōuiuit ei delectabiliter. Quintò, concordat cum ipso,quasi cū eodē delectans, & contrastatus.

44 Dub. An amicus pro amico debebat pati aliqua detrimenta? Res.qui sup.q.26.art. 2. q̃ sic,corporalia, & in hoc ipso seipsum magis diligit secundum spiritualem mentem, quia hoc pertinet ad perfectionem virtutis, quæ est bonum mentis: sed in spiritualibus non debet pati detrimentum peccando, vt amicum liberet à peccato.

45 Dub. An amicis peccantibus sint subtrahenda amicitiæ beneficia? R.qui sup. q.25. art.6.quòd non, quousque habetur spes sanationis eorum, sed magis est eis auxilium dandum,ut recuperent uirtutē,quàm ad recuperationem pecuniæ perditæ, quanto virtus est magis amicitiæ affinis, quàm pecunia. Sed quando in maximam malitiam incidunt, & insanabiles fiunt, tunc non eis amicitiæ familiaritas exhibenda est.

46 Du. propter amicum quis debeat se morti corporali tradere? Resp qui supra,3. sen.di.29.ar. 5.q̃ sic,morti .n.se tradere est perfectissimus actus virtutis. vnde hūc actū magis appetit uirtuosus, quàm uitam propriam corporalem.

47 Dub. Quia tunc videretur,q̃ magis diligeret amicum, q̃ seipsum? Resp.qui supra, q̃ iste actus non contingit ex hoc, quòd aliquis magis amicum,quàm seipsum diligat, sed quia in se plus diligit qui bonum virtutis,quàm bonum corporale.

48 Dub. An amicitia possit stare inter aliquos cum discordia opinionū? Resp.qui supra 2.2.q 29.ar.3.q̃ nihil prohibet aliquos charitatem habentes in opinionibus dissentire,nec hoc repugnat paci, quia opiniones pertinēt ad intellectum, qui præcedit appetitum,qui per pacem vnitur. Nā Hieronymus,& Augu.in aliquibus opinionibus dissenserunt, & etiam Paulus, & Barnabas, ut habetur Actuum. 15.cap.

49 Dubitatur. Cur magis amicus delectatur conuersari cum amico, quàm esse de per se? Respon.qui supra, 3.sen.dist.39.ar. 5. quòd quia magis cognoscit bonum amici,quod quasi suum reputat: & quia per uisum melius cognoscuntur res, quàm per alium sensum, quamuis uirtuosus ad seipsum delectabiliter conuersetur,inquantum in seipso considerat memoriam,& propositum,& spem bonorum operum, quæ ei delectationem ingerunt,vt dicitur in 9. Ethic.

50 Dub. Qui est melius homini amicitia, uel consanguinitas? Res. qui supra, opuscu. 68. c. 8. quod amicitia præponderat consanguinitati. Prouer. 27. melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. Prouerb. 18. uir amicabilis ad societatem magis amicus est quam frater.

51 Dub. Cur dixerunt discipuli domino de Lazaro. si dormit saluus erit? Resp. Chrys. ubi supra. q. d. si dormit, non utile est, q. uadas ad excitandum eum, uolentes impedire eius aduentum ad Iudæam.

52 Dub. Quõ poterant credere, qđ Christus uellet ire tam longe ad excitandum Lazarum à somno? Res. Ly. qđ quia adhuc erant rudes, & in timore positi, ut patet ex euangelio. Et ideò male capiebãt uerba Christi: uel ut dicit Chrys. æstimabant hoc ænigma esse qualia multa loquebatur.

53 Dub. Cur Christus dixit, qđ ibat ad excitandum Lazarum? Res. Lyra, quia timebant ire in Iudæam, ut assecuraret eos dixit, non uado ad disputandum cum Iudęis sed ad Lazarum excitandum.

54 Dubita. Cur manifeste eis dixit nunc, quòd mortuus erat, & non ante? Resp. quia solicitus erat ex uno in aliud eos ducere, uolens per somnũ mortem intelligere, quibus non intelligentib. aperte dixit.

55 Dub. Cur gauisus est dominus de morte amici, de qua potius dolere debebat? Resp. Lyra, qđ non est gauisus absolute de eius morte, ideò addidit, sed propter uos.

56 Dub. Cur post non dixit uado ut resuscitem eum? Res. Chrys. ubi supra, qđ nolebat uerbis prædicere, quod per opera debebat certificare, uanam gloriam ubique hos fugere docens.

57 Dub. Cur propter eos gaudebat? Res. Ly. q. d. ex præsentia mea mors eius fuisset impedita, cum mors locum habere nõ debebat ubi est uita, & per consequens eius resuscitatio non esset, quæ tamen est utilis uobis.

58 Dub. cum crederent iam discipuli, cur dicit ut credatis? Resp. Aug. ubi supra, q. ex miraculis Christi discipulorum ædificabatur fides, non ut inciperet esse, sed ut, quæ inceperat, cresceret: dicit ergo ut credatis i. amplius robustiusque credatis.

59 Dub. Cur Thomas dicitur Didimus? Rñ. Didimus Græcè, Latinè dicitur Didimus.

60 Dub. Quomodo intelligitur, eamus & nos, & moriamur cũ illo? Res. Ly. qđ Chry. sic exponit. q. d. domino si de tua morte nõ curas, saltem de nostra curare debes, q. potius uolumus mori tecum, q̃ uiuere sine te. Vel ut dicit Lyra, quod hoc dicebat ex magna dilectione ad Lazarum. q. d. Melius est nobis cum illo mori, quàm sine illo uiuere. Vel ut dicit Beda, hoc ex magna constantia dicebat, quasi hoc ipse facere posset, q. alios hortabatur, immemor suæ fragilitatis sicut Petrus.

61 Dub. Cur alij discipuli hoc non dixerũt? Resp. Beda, quòd castigati discipuli superioribus domini uerbis, non ausi sunt ultra cõtradicere, sed Thomas, prę omnibus, socios hortatur.

62 Dub. Quomodo erat quatriduanus? Res. Chry. ubi supra. q. dominus manserat duobus diebus, & ante duos dies uenerat nuncius, in qua die Lazarus est defunctus, ipse autem quarta die accessit.

63 Dub. Cur domin⁹ uoluit expectare post mortem quatuor diebus? ℞ Ly. q. propter certitudinẽ mortis, quia licet sint aliquæ infirmitates latentes, quibus uidetur aliquis mortuus ad tempus, hoc tamen non durat per quatuor dies.

64 Dub. Cur dicit, quòd tantum mansit in monumento? Res. Ly. qđ quia dato, quòd ibi potius fuisset uiuus, nihilominus in tanto tempore ibidem mortuos fuisset.

65 Dub. Quõ Iudæi consolabantur sorores, cum iam statuissent, q. confitentes Christũ extra synagogam fierent? Res. Chry. ubi supra, qđ propter calamitatis necessitatem, aut quasi nobiles has mulieres reuerentes eas consolabantur, aut quia hi aderant, qui non mali erant; multi. n. ex ipsis crediderunt.

66 Dub. Cur euangelista dicit quòd multi ex Iudęis conuenerant &c? Resp. qui supra quod ad ostẽdendum q. Lazarus uere mortuus erat.

67 Dub. Cur dicit quòd Bethania erat iuxtà Hierosolymã quasi stadijs 15. Resp. qui supra, ad ostendendum quòd non incongruum fuit multos Iudæorum ab Hierosolymis adesse.

68 Dub. Cur Martha non uocauit Mariam quando iuit ad Christum? Resp. Theophilus ubi supra, q. uolẽs astantes latere Xp̃m aduenisse primo non pandit sorori, qm si præcepisset Maria, obuiã Christo iuisset, & comitati fuissent eã præsentes Iudæi, quib. notũ esse aduentum Iesu Marta nolebat.

Dub.

69 Dub. Cur primò nunciatus fuit aduētus Christi Marthæ, quàm Mariæ? Res. Ly. quia Martha habebat curā domus, propter quòd sibi primo nunciatus fuit.

70 Dub. Quia videtur, q. Maria ociosa esset, quæ sedebat, & nihil operabatur? Resp. qui supra, q. sedebat cum Iudæis, qui venerant ad consolandum eas.

71 Du. Cum Martha crederet in Christum qui per diuinitatē vbique erat, cur dicit, si fuisses hic, &c. Respond. Chry. vbi supra, q. erat quasi diffidens, quoniam etiam absens si vellet, prohibere posset mortem fratris.

72 Dub. Cur non rogat vt resuscitet Lazarum? Resp Aug. vbi supra, quia nesciebat si fratri eius resurgere vtile esset.

73 Dub. Cur dicit scio, quòd quæcūq; popo sceris &c. Res. qui supra, quasi dicat, scio, q a potes, si vis facere. Vtrum facias, iudicij tui est, non præsumptionis meæ.

74 Dub. Cur dicit, poposceris à Deo, & non iusseris? Resp. Ly post Chry. quia nondum cognoscebat, quòd propria virtute hoc facere posset, non plenè edocta de eius deitate. ideò locuta fuit ut virtuoso quodam, & approbato viro.

75 Dub. Cur non dixit Marthæ, petā, vt resurgat frater tuus, uel à meipso ipm resuscitabo? Resp. Chry. vbi supra, q. dominus eā docuit vtraque, quæ non cognoscebat: dicendo, resurget frater tuus, quod medium erat in petendo, & iubendo.

76 Dub. Cur dixit, scio, quia resurget in resurrectione, &c. Resp. Aug. vbi supra, quia ambiguum fuit, quod Christus dixit: non enim dixit modo resurget. Et ideo mota est sic dicere.

77 Dub. Cur resurrectio generalis differtur in nouissimo die? Res. S. Th. 4. sen. di. 43. ar. 3. q. 1 q. ut Aug dicit in 3. de Trini. diuina prouidētia statuit, vt corpora grossiora, & inferiora per subtiliora, & potentiora quodā ordine regantur. Et ideò, tota natura corporum inferiorum subiacet variationi s̄m motum cęlestium corporum. Vñ esset contra ordinem, quem diuina prouidentia in rebus statuit, si natura inferiorum corporum ad statū incorruptionis pduceretur, manente motu corporū superiorum: & qa secundū positionē fidei resurrectio erit in uitā immortalem conformiter Christo, qui resurgēs à mortuis iam non moritur, ut dicitur Rom. 6. Ideò humanorum corporū resurrectio vsq; ad finem mundi differtur, in quo motus cœli quiescit.

78 Dub. Cur resurrectio hominū sanctorum non erit ante resurrectionem vniuersalem omnium, cū ipsi magis coniuncti sint Xp̄o, qui ante omnes resurrexit ad vitā immortalem? Resp. qui supra, q. quàmuis caput magis conueniat cum membris conuenientia proportionis, quæ exigitur ad hoc, q̄d in mēbra fluat, quàm mēbra ad inuicē: tamen caput causalitatem quandam habet supra mēbra, qua membra carent, & in hoc membra differunt a capite, & conueniunt ad inuicem. Vnde resurrectio Christi exemplū quoddā nostræ resurrectionis est, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit. Non aūt resurrectio alicuius membri Christi est causa resurrectionis cæterorum membrorum: & ideò resurrectio Christi debuit p̄cedere resurrectionē aliorum, qui oēs simul resurgere debuerunt in consummatione sæculorum.

79 Dub. Cur ergo semper Virgo, & S. Ioan. Euangelista iam resurrexerunt, ut pie creditur? Resp. qui supra: q. & si aliquibus concessum sit, q. eorum resurrectio non sit vsq; ad communem resurrectionem dilata, est ex speciali gratiæ priuilegio, non ex debito conformitatis ad Christum.

80 Dub. An resurrectio generalis erit naturalis, vel miraculosa? Resp qui supra, ar. 1. q. 3. q. erit miraculosa simpliciter loquendo, quia nullum principium actiuum resurrectionis est in natura, neq; respectu coniunctionis animæ ad corpus, neq; respectu dispositionis, quæ est necessitas ad talem coniunctionem: quia talis dispositio non potest a natura induci, nisi determinato modo per viam generationis ex semine. Erit tamen naturalis secundū quid, quia ad vitam naturæ resurrectio terminabitur.

81 Dub. An resurrectio fiet in instāti, vel in tpe? Resp. qui supra, ar. 3. q. 3. q. in resurrectione aliquid fiet misterio angelorum, & aliquid uirtute diuina immediate: & ministerio quidem angelorū collectio cinerū, & eorū præparatio ad reparationem humani corporis: diuina vero virtute anima immediate a Deo corpori vnietur: illud ergo, q̄d ministerio angelorū fiet, non erit in instanti si instans dicat indiuisibile temporis, erit tn̄ in instanti si instans accipiatur pro tempore imperceptibili: quod autem fiet virtute diuina

uina fiet subito, s. in termino temporis, quo angelorũ opus cõplebitur, quia virtus superior, inferiorem imperfectionem adducit.

82 Dub. Qua hora fiet resurrectio? R. qui supra, q. 4. q. determinata hora temporis, qua fiet resurrectio sciri nõ põt, vt patet in litera magistri sentẽtiarum: tñ satis probabiliter dicitur à q̃busdã, q. erit quasi in crepusculo, sole existẽte in oriẽte, & luna in occidente, qa in tali dispositione sol, & luna creduntur creata, vt sic eorũ circulatio cõpleatur penitus p reditum ad idem punctũ: vñ & de Xp̃o dicitur, q. resurrexit tali hora.

83 Dub. An omnes cognoscent bona, & mala, q̃ operati fuerunt? Res. qui supra, ar. 5. q. 1. q. quia oportet, q. testes, & accusator, & defensor in quolibet iudicio habeant eorum notitiã, quæ in iudicio versantur, & quia in illo communi iudicio oĩa opera hominum in iudicium venient, oportet q. omniũ operum suorum, quisq; tunc notitiã habeat vñ conscientiæ singulorum erunt quasi quidam libri continentes res gestas, ex quibus iudicium procedet, sicut etiam in iudicio humano, registris vtuntur, & nedum propria cognoscent, sed etiam aliena.

84 Dub An boni tunc doleant de malis, per eos aliquando perpetratis, & mali gaudeant de bonis, per eos factis? Res. qui supra, q. sancti in patria erũt ita perfusi gaudio, q. dolor in eis locum habere nõ poterit. Et ideò, de peccatis nõ dolebunt, sed potius gaudebunt de diuina misericordia, qua sunt eis peccata relaxata. Et licèt mali cognoscent oĩa bona, quæ fecerunt: tñ ex hoc non minuet eorum dolor, sed magis augebitur, quia maximus ẽ dolor multa bona perdidisse, vñ Boetius dicit in 2. de consola. q. summũ infortunij genus est, fuisse felicem.

85 Dub. An anima vnietur eidẽ corpori numero, cui vniebatur viuendo? Resp. qui sup. di. 44 q. 1. ar. j. q j q. resurrectio dici nõ posset, nisi anima ad idem corpus rediret, quia resurrectio est iterata surrectio, eiusdem est añt, & surgere, & cadere. Vñ resurrectio magis respicit corpus, qd per mortem cadit, q̃ aiam, q̃ post mortẽ viuit, & ita si nõ esset idẽ corpus, qd aiam resumet, non dicetur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

86 Dub An omnia existentia nũc in corporibus nostris, tunc cum corporibus resurgẽt? Res. qui supra, ar. 2 q. quicquid pertinet ad integritatem humanæ naturæ, hoc totum in corpore surget, unde oportet, q. illa humiditas carnis resurgat in homine, quæ ad integritatẽ eius pertinebat: & quia vrina, sudor, sanies, & huiusmodi, itẽ semen, & lac sunt de perfectione indiuidui resurgentis, nõ resurgent: sanguis autem, & alij tres humores, quos natura ordinauit, & quæ habẽt formas determinatas, resurgẽt simul cũ corporibus, sed humiditates, q̃ sunt in principio transmutationis, q̃ uocantur ros, vel in pgressu trasmutationis, quæ incipiunt iam dealbari, quæ vocãtur cambiũ, nõ resurgẽt, sed genus humiditatis, qđ peruenit ad vltimã pfectionẽ, quam natura intendit, in corpore indiuidui, q̃ iam est dealbata & incorporata mẽbris, quæ uocatur gluten quia est de substãtia membrorũ, resurget sicut alia mẽbra resurgẽt. similiter capilli, & ungues, non tñ in quantitate capillorũ ne sit quantitas immoderata, sed in alijs partibus, ut iudicabit necessarium diuina prouidentia: similiter, & intestina resurgent, & erunt plena non quidem turpibus superfluitatibus, sed nobilibus humiditatibus.

87 Dub. in qua ætate resurgẽt? Resp. qui supra, q. 1. ar. 3 q. 1. q. homo resurget absque omni defectu humanæ naturæ, quia sicut Deus humanam naturam sine defectu instituit, ita absq; defectu reparabit: deficit autẽ humana natura dupliciter; vno modo, quia nondum perfectionẽ vltimam est consecutã sicut in pueris. Alio modo, quia ab vltima perfectione iam recessit, vt in senibus: & ideò in vtrisq; reducetur per resurrectionẽ ad statũ vltimæ perfectionis, qui est in iuuenili ætate, ad quã terminatur modus augmẽti, & à quo incipit modus decremẽti: nec loquimur de ætate, quantũ ad numerũ annorũ, sed quantum ad statum, qui ex annis in corpore humano relinquit Vnde Adam dicitur in ætate iuuenili formatus, propter talem corporis conditionem, quã primo die formationis suæ habuit.

88 Dub. An oẽs resurgent sine aliquibus defectibus? Res. qui supra, q. 3. ar. 1. q q. omnes resurgẽt sine defectibus mẽbrorũ, quia non resurgent tanquã monstra, nec cũ aliquo defectu, qui contingit ex ægritudinibus, sed corpora damnatorũ resurgunt cũ defectibus qui ex naturalibus principijs in humano corpore naturaliter cõsequũtur, sicut põderositas, passibilitas, & similia in corporibus damnatorũ erunt, quos defectus ab electorũ

corpori-

corporibus gloria resurrectionis excludit.

89 Dub. An omnes resurgent in equali quātitate? Resp. qui supra, q. 1. ar. 3. q. 2. ꝙ quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti, si natura non errasset, uel defecisset: quod autē superest, uel supquod deficit in homine, resecabit, uel supplebit diuina potentia sicut inania, & in illis qui immoderatæ magnitudinis fuerunt.

90 Dub In quo sexu resurgent? Resp. qui supra, q. 3. ꝙ sicut resurgent homines in diuersis statibus, ita in diuersis sexibus.

91 Dub. Quia uidetur quædam confusio in mutua uisione membrorū uirilium? Resp. qui supra, ꝙ deerit ibi talis confusio, quia aberit libido incitans ad turpes actus.

92 Dub. An omnes sensus post resurrectionem erunt in beatis? Res. qui supra, dist. 43. ar. 1. q. 3 & 4 ꝙ aliquem sensum esse in corporibus beatorum omnes ponunt, aliàs uita corporalis sanctorum post resurrectionem assimilaretur magis somno, quam uigiliæ, quod nō competit illi perfectioni, eo quod in somno corpus sensibile nō est in ultimo actu utile, propter quod somnus dicitur uitæ diuiduum in 1. Ethicorum.

93 Dub. Quomodo erit ille sensus? Res. qui supra, ꝙ per susceptionem a rebus, quæ sunt extra animam.

94 Dub. Quia uidetur ꝙ corpora ipsa sic sentiendo paterētur, sicut accidit in nobis? Resp. qui supra, quod organa sentiendi immutantur a rebus, quæ sunt extra animam dupliciter. Vno modo, immutatione naturali, quādo scilicet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua disponitur res extra animam, quæ agit in ipsum, sicut cum manus fit calida, & adusta ex tactu rei calidę, uel odorifera ex tactu rei odoriferæ. Alio modo, immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secundum esse spirituale, i. species, siue intentio qualitatis, & non ipsa qualitas: sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa non efficitur alba. Prima ergo receptio non causat sensum per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierū in materia per materiam, i. præter esse materiale ꝙ habebat extra animam, ut dicitur in 2. de Anima, & hæc receptio immutat naturam recipientis, quia recipitur hoc modo qualitas secundum esse suum materiale. unde ista receptio non erit in corporib. gloriosis. Sed secunda, quæ per se facit sensum in actu, & non immutat naturam recipientis, & erit ibi immutatio a qualitatib. tangibilibus spiritualis tantum, sicut & in corpore Adæ fuit, quod nec ignis uere, nec gladius scindere potuisset, & tamen horum sensum habuisset.

95 Dub. An erit ibi gustus? Resp. qui supra, ꝙ secundum quod est sensus alimenti non erit in actu, sed secundum quod est iudiciū saporum, hoc esse poterit, secundum modū dictum in præcedenti dubio.

96 Dub. An erit ibi odor? Resp. qui supra, ꝙ sic, quia ecclesia cantat quod odor suauissimus erunt carmina sanctorum. Et licet quidam posuerint quod ibi non erit odor, cum non sit nisi quædā fumalis euaporatio, quę non erit tunc. Hęc tamen positio non est uera, quod patet ex hoc, quod vultures currūt ex odore percepto ad cadauera ex locis remotissimis. nec esset possibile, ꝙ euaporatio aliqua pertingeret a cadauere ad tam remota loca, etiam si totū resolueretur in uaporem, & præcipuā cum sensibilia inæquali distantia ad quamlibet partem immutent. Vnde odor immutat medium quādoque, & instrumentū sentiendi spirituali immutatione sine aliqua euaporatione pertingente ad organum, sed quod aliqua euaporatio requiratur, hoc est, quia odor in corporib est humiditate aspersus: unde oportet resolutionem fieri ad hoc quod percipiatur: sed in corporib. gloriosis erit odor in sua ultima perfectione nullo modo per humidum suppressus, sicut odor fumalis euaporationis facit, & sensus odoratus erit in Sanctis, qui nulla humiditate impedietur cognoscens, non solum excellentias odorū, sicut nunc in nobis contingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiam minimas odorum differentias.

97 Dub. An erit in Sanctis laus vocalis? Res. qui supra, ꝙ sic. Vnde Aug dicit super illud Ps. 149. Exultationes Dei in guttute corū, ꝙ corda & linguæ nō desinēt laudare Deū.

98 Dub. An erit ibi auditus? Res. q supra, ꝙ sic, non pp disciplinam, quia scientiā acquirat, cum sit sensus disciplinę, sed propter perfectionem sensus, & delectationem.

99 Dub. Cur Christus dr̄ resurrectio? Resp. Ly. qd dr̄ resurrectio causaliter, tum quia resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, tum quia resurrectio generalis futura

tura fiet uirtute Christi, uocantis mortuos ad iudicium.

100 Dub. Cur Xp̄s dicitur uita? Res. Lyra q̄a est uita per essentiam. Propter, quod est causa uitæ oībus uiuentibus, & potest dare uitā mortuis, quia quod est tale per essentiā, est causa omniū aliorum, quæ sunt per participationē, ut habetur 2. Metha.

101 Dub. Q̄uo intelligitur, qui credit in me etiā si mortuus fuerit, &c? Resp. Aug. q̄ si mortuus fuerit in carne, uiuet in anima, donec resurgat caro, nunquā post moritura.

102 Dubi. Q̄uo intelligitur, & oīs qui uiuit &c? Resp. Alcuinus, non morietur in æternum propter uitā spiritus, & immortalitatem resurrectionis.

103 Dub. Cur petit a Martha si credit, cū hoc sciret? Res. qui supra, q̄ hoc sciebat dn̄s, quē nihil latet, sed confessionem, qua saluaretur, quærit.

104 Dub. Cur Martha non r̄ndet ad interrogata? Resp. Chry. ubi supra, q̄ uidet̄ quod non intellexerit Martha quod dictū est, sed q̄m magnū quid erat intellexit, non tamen cognouit quid est, propterea aliud interrogat, aliud respondit.

105 Dub. Quid uolnit Martha exprimere in sua responsione? Res. Ly. q̄d exprimit Xp̄i dignitatē sacerdotalē, & regiā: nā Christus dicitur unctus, vnctio autē debebatur regibus & sacerdotib. Itē exprimit Christi diuinitatē, cū dicit filius Dei, s. naturalis. Item ueritatem incarnationis cū dicit, qui in hūc mundū uenisti non per loci mutationem, sed per carnis assumptionem.

106 Dub. Cur Martha uocauit Mariā? Res. Lyra, q̄d ut audiret bonos mores, quos à Christo ipso audierat.

107 Dub. Q̄uo uocauit eā silentio, cum dixit magister uocat te? Res. Aug. super Io. q̄d suppressam uocem silentium nuncupauit.

108 Dub. Cur silenter uocauit eā? Res. Chry. ubi supra, quia si Iudæi sciuissent Christū aduenisse, recessissent, & non fuissent testes miraculi.

109 Dub. Cū nō legatur q̄d Christus eā uocauit, cur dicit hoc Martha? Resp. Aug. ubi supra, q̄d non est præsumendū Marthā fuisse mentitā. Sed euāg. ob breuitatem narrationis illud omisit, ut etiā dicit Lyra.

110 Dub. Cur Maria statim accessit ad Iesū? Resp. Lyra, q̄d ex magna deuotione, ex qua ut dicit Chrys. omnib. assistentibus illa lugens, & plangens non expectauit ad se uenire magistrū, neq; dignitatem seruauit, neq; a luctu detenta est, ex quo dicit Aug. quod non illam præuenisset Martha, si ei notus fuisset aduentus Iesu.

111 Dub. Cur Christus non uenit cū Martha ad castellū? Resp. Ly. post Chrys. q̄d uacantius ibat, ut non uideatur seipsum inijcere miraculo, sed rogari ab aliis, & ut ex aduentu Iudæorum cum Maria ad ipsum magis celebre, & notorium esset miraculum.

112 Du. Cur euangelista dicit Iudæos opinatos Mariā ire ad monumentū, ut fleret ibi &c? Resp. Aug. ubi supra q̄d narrauit ut uideamus, quæ occasio fuerit, q̄d plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est, ut tā grande miraculum quatriduani mortui resurgentis testes plures inueniret.

113 Dub. Cur Iudæi id opinati sunt? Respon. Lyra quia credebāt eam esse subito motā ex compassione fratris sui, quia non audierant uerbum Marthæ.

114 Dub. Cur Maria cecidit ad pedes Iesu, quod non fecerat Martha? Res. Lyra, q̄d ipsa magis amabat Iesum, & reuerebatur.

115 Dub. Cur non fuit uerecundata ex p̄sentia Iudæorū sic cadere ad pedes? Res. Chr. ubi sup. q̄a ex maximo feruore nō timuit, nec uerecundata est, sed omnia contempsit humana p̄sente magistro, & soli se dabat ei, qui est ad magistrum honori.

116 Dub. Cur dicit, si fuisses hic, &c. Res. Alcuinus ubi sup. quasi diceret, dum nobiscū præsens fuisti, non morbus non infirmitas aliqua apparere ausa est, apud quas uitā nouerat hospitari.

117 Dub. Quid cogitabat in se Maria? Resp. Aug. de uerbis domini, q̄d conquerendo apud se dicebat. O infidelis cōuentio, te adhuc posito in sęculo Lazarus amicus moritur. Si amicus moritur, inimicus quid patietur? parum est si non tibi soli superi seruiunt, ecce tuum dilectum inferi rapuerunt.

118 Dub. Cur Maria non dixit tota uerba sicut Martha? Res. Beda, quia cōsueto hominum more, lachrymans nō omnia, quæ uoluit, & in animo habuit, proferre potuit.

119 Dub. Cur Christus non dixit Mariæ tot uerba sicut Marthæ, ut consolaretur eā? Respon. Chr. ubi supra, q̄d ei non loquitur, nec ea, quæ sorori dixerat, q̄a turba aderat multa,

tū, & non erat tempus illorum uerborum.

120 Dub. Quid est infremere spiritu? Res. secundum Vocabulistas, est furorem mentis vsque ad uocis tumultum excitare, & implorando vocem comprimere.

121 Dub. Vñ ꝓcedebat ille fremitus in Xp̄o? Res. Ly. ꝙ ex indignatione eius contra diabolum per cuius suggestionem mors intrauit in mundum, quā erat citò debellaturus.

122 Dub. Qũo Xp̄s turbatus est, cum turbatio nō cadat in sapientē virū, vt probat Seneca? Res. S. Th. in 3. sen. dis. 15 q. 2. ar. 2. q. 1. & 2. ꝙ turbatio non fuit in Christo ita, ꝙ turbatio inferioris partis peruenit ad superiorem partem, vt eius ordo turbaretur: nec sic talis turbatio totum hoīem occupās cadit in sapientem virum, sed quemadmodum in Christo delectatio superioris partis non tollebat tristitiam sensitiuę partis, ita etiam, & ira sensitiuæ partis non impediebat in aliquo vsum rōnis, quia ex permissione diuinitatis vnaquaq; partium Christi aiebat, quæ ei propria erat, ut dicit Damascenus, & ita una pars nō impediebat aliam, sicut accidit in nobis, qđ una impedit aliam

123 Dub. Cur turbatus est? Resp. Aug. quia uoluit, esuriuit, quia voluit, & in potestate eius fuit sic affici, uel non affici.

124 Du. Vñ processit illa turbatio? Res. Lyr. ꝙ ex compassione Lazari, & sororum eius.

125 Dub. Cur quærebat ubi posuerunt Lazarū, cum hoc sciret? ℞. Chry. ubi supra, quia non uolebat seipsum inijcere, sed omnia ad alijs discere, & rogatus facere, vt ab omni suspitione eripiat signum.

127 Dub. Cur responderūt, veni, & uide? Res. qui sup. quia nondū aliquod signū resurrectionis mōstrauerat, unde ita uidebať iturus, vt lachrymaturus, nō vt resuscitaturus.

127 Dub. Cur lachrymatus fuit Iesus? ℞. Ly. quod ex pietate videns locum sepulturæ.

128 Dub. Quid oportebat flere, quem statim erat resuscitaturus? Res. qui sup. ꝙ ad ostendendum uerā humanitatē, sicut & deitatē, quia vbi ostendebat deitatem, ostendebat & humanitatē, & econuerso: sicut in natiuitate iacebat in præsepio ut hō, & faciebat stellā ī cęlo radiare ut Deus: mortuusq; vt hō, fecit obscurari Solem vt Deus, ita hic resuscitat Lazarum, ut Deus, & flet ut homo.

129 Dub. Quomodo cognouerunt Iudæi ex lachrymis Christi, quòd diligeret Lazarū? Res. Beda, quòd consuetudo hominum est charos suos flere mortuos, & secundū hanc consuetudinem Iudæi dñm flere putabant.

130 Dub. Cur magis mouētur ad lachrymas ex morte amicorum, quàm ex alijs causis? Resp. S. Th. 4. sen. dis. 15 super literam, quia dolor amici deperditi est magis sensibilis, & ideo magis uicinus ad resoluendum corpus in lachrymas.

131 Dub. Qui murmurabant, quod potuisset præseruare Lazarum à morte &c. Respō. Chr. quòd quidam ex inimicis Christi.

132 Dub. Cur sic murmurabant? ℞. Ly. post Chry. quòd quasi dicerent, ex quo non potuit hoc de Lazaro, nec illud de cœco nato potuit, nec fecit. Isti non expectabant sufficienter, sed iudicabant ante tempus, quia Christus plus fecit, plus enim est mortuum suscitare, quàm mortem infirmantis impedire.

133 Dub. Cur replicat Euangelista ꝙ dominus fremuit? ℞. Chrys. quòd studiosè frequenter replicat, ut discas quòd vere nostrā naturam induit: quia enim hic magis alijs euangelistis magna de eo loquitur, etiam in rebus corporalibus humiliora dicit.

134 Dub. Quid est spelunca? Res. Beda, quòd rupis cauata, & etiam dicitur monumentum, eo, quod mentem moueat, hoc est mortuos ad memoriam reuocat.

135 Dub. Cur fremuit rursus dñs? Resp. Lyr. quòd indignatus fuit propter malitiam Iudæorum de factis suis murmurātium, & talis indignatio est uirtuosa, quia sicut ad uirtuosum pertinet applaudere bono, ita & indignari contra malum.

136 Dub. Cur fecit amouere lapidem? Resp. Chry. vbi supra, ꝙ ut eos testes faciat miraculi, ut non dicant, quod in cœco dixerant, non est hic: manus enim, & accessus ad monumentum testabantur, quod ipse est.

137 Dub. Cur Martha dixit, domine iam fętet &c. Respond. Theophil. super Ioan. ꝙ hoc dixit tanquā diffidens, veluti impossibile credens posse fratrem suscitari ob dierum diuturnitatem: uel vt dicit Beda, & Lyra non dixit ex desperatione, sed potius ex admiratione.

138 Dub. Cur dominus dixit Marthæ, nonne dixi tibi &c. ℞. qui supra, quòd memorat ea de quibus secum contulerat, & penè vt obliuiscenti loquitur.

139 Dub. Cū Marthæ supra dixerit ergo sum resurrectio, &c. Cur nunc dixit, videbis gloriam

riam Dei? Resp. Chrys. ubi supra, quòd hic gloriam Dei de patre dicit, ubi de se ipsi Marthæ locutus fuerat, quòd erat resurrectio, & uita, quia nolebat interim turbare astantes.

140 Dub. Quæ gloria Dei fuit ibi? Respond. Lyra, post August. quod in resuscitatione Lazari fœtentis, & quatriduani fuit gloria virtus Dei.

141 Dub. Cur statim non abstulerunt lapidem? ℞. Orig. quòd mora ipsum tollendi à sorore defuncti causata est: nisi enim dixisset, iam fœtet, est enim quatriduanus: non diceretur. Dixit Iesus tollite lapidem: nunc ergo longe tardius ablatus est, commodum est igitur nihil interponere inter iussa Iesu, & ipsorum executionem.

142 Dub. Cur orauit patrem cum quo erat vnus Deus? Respõ. Ly. quòd orauit ratione humanitatis, secundũ quã est minor patre. Vide fe. 6. post cineres, dub. 57. & ante, & retro de oratione.

143 Dub. Cur gratias agit cũ nondum esset resuscitatus? Res. Ly. quòd Deus pater magnificentissimus est, & ideo ex gratiarum actione de præteritis ad præstanda beneficia sequentia prouocatur, quia hoc est proprium magnifici, vt probatur 4. Ethi.

144 Dub. Cur eleuauit oculos? Respõ. Orig. quoniam intelligentiam humanam erexit, adducens illam per orationem ad excelsum patrem.

145 Dub. Quomodo fuerat exauditus, cũ nõ dũ postulasset resurrectioné Lazari? ℞. qui supra, quod Christus oraturus erat pro resurrectione Lazari, sed præueniens illius orationé, qui solus bonus pater est, exaudit dicenda, & pro impletione orationis subdit gratiarũ actiones, dicens, Gratias tibi ago, quoniam exaudisti me.

146 Dub. Cur ergo dicit, ꝙ sciebat, quòd sem per eum audiuit? Res. Chry. vbi supra, ꝙ ut ostendat, quòd non indiget oratione.

147 Dub. Cur non dixit clare, ꝙ non indigebat oratione? Resp qui supra, ꝙ propter auditorũ imbecillitatem. Deus. n. non ita dignitatem suam respicit, ut ad salutem nostram, propterea excelsa quidem, & magna pauca, & ipsa occultata: humilia vero multa circunfluunt eius sermonibus.

148 Dub. Cur dicit, sed propter populũ, &c. Respond. Hilarius 3. de Trinit. quòd Christus non eguit prece; nobis orauit ne filius ignoraretur. Et ideo dicit, sed propter populum, &c. cum enim sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur: non inops ergo auxilij est, sed nos sumus inopes doctrinæ.

149 Du. Cur populus magis crederet si orat, quam si suscitaret sine oratione? Respond. Lyra, ꝙ multi ex Iudæis dicebant, quòd in Beelzebub faciebat signa, & hoc remouet per orationem, conformando voluntatem suam cum voluntate diuina.

150 Dub. Cur clamauit? Respon. Lyra, quòd ad declarationem miraculi, quia si dixisset submisse, possent dicere aduersarij, quòd verba magica dixisset, vel interposuisset. & per hoc tollitur error eorum, qui dicebant animas defunctorũ latitare in sepulchris. Et ideo clamauit voce magna, quasi animam reuocans à longinquo. i. ab inferno, vt ad corpus rediret.

151 Dub. Cur dixit mortuo, veni foras, qui non audiebat? Respond. Augustinus de verbis domini, quod non tanquam mortuum, sed tanquam sanum, tanquam viuum tanquam audire paratum de sepulchro euocauit.

152 Dub. Cur dicit ei, veni foras? Respond. Chrysostomus ubi supra, quod non dicit surge tu, sed veni foras, tanquàm uiuenti loquens.

153 Dubitatur. Cur uocat eũ ex nomine? Respond. August. ubi supra, quòd ne omnes mortui cogerentur exire s. qui fuerant tumulati in illo sepulchro.

154 Dubitatur. Cur non dicit in nomine patris mei ueni foras? Resp. Chrys. ubi supra, quòd postquam oratio formam acceperat, per res auctoritatem ostendit, quoniam ex hoc sapientiæ suæ est, per uerba quidem condescensionem, per res vero ostendere potestatem.

155 Dub. Cur Lazarus exiuit ligatus? Resp. qui supra, ut non putaretur esse fantasma, & exire ligatus non minus putabatur esse, quam resuscitare. Et ut dicit Lyr. per hoc apparet certitudo miraculi inquantum exiuit Lazarus eo modo, quo fuerat in sepulchro positus.

156 Dub. Cur statim exijt? Resp. Lyra, quia uirtus diuina operatur in instanti.

157 Dub. Quid est institia? Res Papias, quòd sunt parua linteola, ꝗ mortuũ inuoluũt, &

latum

latum cingulum, cum quo puerum ligant in cuna, ut dicit Catholicon, seu etiam uestis talaris, quæ etiam stola dicitur.

158 Dub. Quô poterat exire ligatus? Rꝶ. Ly. ꝙ hoc fuit uirtute diuina, uide dubio. 155.

159 Dub. Cur præcepit, ꝙ soluant, cum ipse solo potuisset uerbo soluere? Res. Ly. post Chry. ꝙ ut accedentes de prope, & tangentes ex uisu, & tactu, essent testes miraculi efficaciores.

160 Dub. Qui soluerunt eum? Res. Alcuinus. quod discipuli domini, & quibus id dominus præceperat.

161 Dub. Cur uult, quod sinant eum abire? Res. Ly. ut ostēdatur uere suscitatus, & non fantastice p opera uitæ, cuiusmodi est ambulatio, & comestio, & consimilia.

162 Dub. Cur non duxit Lazarum secum? Res. Chr. ubi supra, qđ propter humilitatē, neq; iubet secum ambulare ad sui demonstrationem.

163 Dub. Cur dicit Euangelista, crediderunt ex astantibus? Res. Orig. quia dominus supra dixerat, propter populum, qui circūstat dixi, ut credant, quia tu me misisti: nullo autem eorum credente hoc dixisset, ueluti aliquis hominū inscius futurorum, ideo ad hoc remouendum dicitur, multi ergo &c.

164 Dub. Cur fuerat facies ligata sudario? Rꝶ. qđ sic erat mos Iudæis mortuos sepelire.

165 Dub. Cum mors sit pœna originalis peccati, cur Lazarus, & alii resuscitati, qui semel satisfecerunt q. debito originalis peccati, iterū mortui sunt? Rñ S. Tho. 2. 2. q 164. art. 1 qđ ut Aug. dicit 15. de ciui. Dei quēadmodū iniusti male utuntur, nō tantū malis, sed etiam bonis. Ita iusti bene utuntur non tm̄ bonis, sed etiam malis Hinc fit ut & mali male lege utantur, quamuis lex sit bonum, & boni benè moriantur, quamuis sit mors malum, inquantum igitur sancti benè morte utuntur, fit eis mors meritoria. Prima igitur mors Lazari, & aliorum fuit pœna peccati originalis. Secunda autem etsi pœnalis fuerit, fuit tamen meritoria. Vel dicendum, qđ leue fuit illius potentiæ, cuius uirtute resurrexerunt, eos præseruare ne dolorē mortis sentirent in posterum.

ALLEGORICE.

[Lazarus languens] signat peccatorem, quē dominus resurgere fecit a peccato] qui est a Bethania] i. ab afflictione, qm̄ faciens peccatum a peccato affligitur,] de castello Mariæ.] i. amaræ s. pęnitentiæ. & Marthæ, i. prouocātis s. conscientiæ, q̄ sunt [sorores] peccatoris, & pœnitentia [ungit dominum unguento, & capillis tergit] dum peccatorē ad lachrymas cōtritionis perducit, [& mittunt ad dominum] i. prouocant ad misericordiam, & tunc dominus dicit, qđ [hæc infirmitas non est ad mortem] s. æternam per desperationem, & obstinationem,] sed pro gloria Dei] qui glorificatur in iustificatione impii, [& dominus diligit] peccatorem, qui aliâs non descendisset de cęlis diligit etiam sorores, i. pęnitentiā, & conscientiam bonam, qđ manet duobus diebus, Oseę. 6. c. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertia resuscitabit nos, quia ipse resurgens tertia die est causa nostræ resurrectionis, & a morte, & peccato [post uult ire in Iudæā] i. peccatorem ire ad confessionem, sed prohibetur propter [Iudæos] i dæmones [quæritur dñm lapidare] i. impedire, nec peccatorem liberet.] dñs autem dicit 12. horas esse diei.] i. duodecim articulos fidei catholicæ, in quibus si quis ambulauerit credendo, & operibus fidem approbādo [nō offendit] sed in nocte [infidelitatis] ambulans offendit] peccatorē in fide dormire dicit, quia fide mediāte, exurget a pc̄tō, & saluus erit: & tamē tunc mortuus existit pc̄tō, [& dñs gaudet] ut eius misericordiā demonstret in iustificando impium quod alii uidentes cōuertunt, & credunt. [Thomas autem] i. dubitantes de misericordia Dei aduersantur [Dñs autē ueniens inuenit peccatorem quatriduanum in monumento] i. perseuerātem in peccato [& fœtentē] p malā famā, & rogatus a sororibus peccatoris, s. pœnitentia, & cōscientia. [Fremit, & lachrymatur], cōcutiendo peccatorē pp horrorē peccatorum, [& clamat uoce magna] quia difficile surgit, quem moles cōsuetudinis p̄mit, [& peccatori ut exeat foras imperat] i. ut peccata detegat per confessionē, qui exiit a monumento. i. carnalibus desideriis, in quibus iacebat [vt exiit ligatus] q. a molestiis [carnis alienus esse non pōt] facies est ligata sudario, quia in hac uita plenā Dei miserātis cognitionē habere nō possumus [quod soluitur, & abire permittitur] significat, qđ post hanc uitā oīa auferuntur uelamina & anima libera a carne ad cœlum uolat: signat etiā quod Christus peccatorem suscitat, & prælatis, ac sacerdotibus mādat, ut soluant.

T TROPO-

TROPOLOGICE.

Si volumus a peccato resurgere, simul [de castello Bethaniæ] nos affligentes [Mariæ] per pęnitentiã [& Marthæ] per prouocationem ad virtutes [& vngamus lachrymis pedes Iesu, & extergamus] per eleemosynarũ largitionem, q̃ extinguunt peccata, sicut aqua ignẽ, & dicamus dño [ecce quẽ amas] per naturam, infirmatur per culpam, & talis tunc infirmitas non erit ad mortem æternã, [& dñs expectabit p duos dies]. s. à die conuersionis vsque ad finẽ vitæ nostræ, ut perseueremus in gratia [& eamus in Iudeã] contẽnẽdo peccata, [nec timeamus Iudęos] i. dæmones impugnantes, & alios peccatores suis prauis moribus nos lapidantes, [sed ambulemus in die] conscientiæ purę, & in pœnitentia, q̃ habet duodecim horas. Quarum prima, est peccatorũ cognitio. Secunda, cordis contritio. Tertia, emendandi propositũ. Quarta, occasionũ vitatio Quinta, oris confessio. Sexta, corporis afflictio. Septima, spũalis oratio. Octaua, eleemosynarum largitio. Nona, debitorum restitutio. Decima, iniuriatũ remissio. Vndecima, famę reparatio. Duodecima, eucharistiæ communio [& sic non ambulabimus] in tenebris peccati, nec Deũ offendemus, & sic obuiabimus dño, & cũ eo fremernus, & lachrymabimur [& eleuatis oculis]ad cęlum deuotissimẽ orémus, & nos [ligatis manib [quo ad bonas operationes [& pedibus]nõ ualentes ad uirtutes pgredi, & facie in tenebris peccati offuscata [uoce magna].i. virtute infinita [à monumẽto peccati] in quo iacebamus suscitabit, [& solutos à potestate diaboli liberos finet abire.] & alij exemplo nostro conuertentur ad dominũ, & credent in eum.

ANAGOGICE.

Contemplari licet, q̃ quemadmodũ [dominus fetentẽ Lazarũ suscitauit]ita corpora nostra in cinerem redacta in nouissimo die resuscitabit ad immortalẽ vitã, vbi Lazarus cũ sororibus dilectis aderunt cũ sanctis Apostolis, & alijs, qui crediderunt, quorũ [ipse dñ erit resurrectio, & vita] cũ quibus dulciter loquetur, & delitiæ suæ esse cũ filijs hominum, & ex odore vnguenti plagarũ eius totus redolebit Paradisus, & oĩs terror, ac infirmitas aberunt, & erit vna dies in atrijs dñi, quæ erit super millia, quæ duodecim habebit horas, i. beatitudines: Aię quatuor. s. sapientiã diuinorũ, scientiam creaturarũ, memoriam præteritorum, lætitiam vniuersorũ. Corporis quatuor, s. impassibilitatem, claritatẽ, subtilitatem, & agilitatem. Totius compositi quatuor, s. concordiam generalem, abundantiam vniuersalem, plenam satietatem, & certam perpetuitatem: & tunc ambulando in illa luce ineffabili à diuinitate Christi ad eius humanitatem non offendemus, nec offẽdemus: saluiq́; erimus dormientes, s. quiescentes: & solutis omnibus vinculis facie ad faciem Deum excelsum intuebimur, & quicquid petimus nunc, tunc obtinebimus, & lapide ablato duriciei cordis nostri, voce magna laudabimus ipsum cum cæteris sanctis, qui in ipsum crediderunt.

SABBATHO DOMINICAE Quartæ Quadragesimæ.

Ego sum lux mundi. Ioan. 8. c.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 32 die Martis. 21. Septembris.

HISTORICE.

Liberata adultera. Iudæis dominus attestatus est lucẽ se esse sæculi, & qui eũ imitaretur minimẽ iret in obscurũ, sed vitæ lucẽ intuerẽt: aduersantib. & vero Iudæis eius asserẽtibus testimonium nil roboris habere, cum à seipso proferret, respondit ipsum esse ualidum, cum vnde venisset, & quo pergeret sciret, q̃ ipsi ignorabant, secundum q́; carnis aspectum iudicarent: quòd ipse non ageret, & si quenquam iudicaret, suum dixit iustum esse iudicium, cum solus non esset, sed cum patre à quo fuerat missus, eorumq́; cautum esse lege, duorum hominũ testimonium esse verum. Et ipse cum genitore idẽ proferrent testimoniũ: cumq́; ubi eius esset pater perquirerẽt, ait eos, nec seipsum, neq; suum agnoscere genitorem, quoniã si loquẽtẽ agnoscerent & eius scirent patrẽ. q̃ uerba in templi Gazophilatio dominus locutus fuit eos admonẽs, nec à quoquã apprehensus fuit, cum necdum eius aduenisset hora.

Ordinem solitum seruare uolens,

1 DVBITATVR. Quomodo Christus est lux mundi, & alia dubia de luce & uide in Principio erat uerbum, dub. 21. & seq.

2 Dub. Cur dixit, ego sum lux mundi? R. Alcuinus

Alicuius supe. Io. q. quia mulierem absoluit a crimine, ne aliqui dubitarent, an ille quem videbāt verum hominem posset peccata dimittere, dignatur ipse apertius suæ diuinitatis potentiam demonstrare. Ideo dicit, ego sum lux mundi.

3 Dub. Cur cum Iudæis loqueretur dixit vniuersaliter, q. erat lux mundi? Res. Chry. super Io. dicens, qui superius Galilæum eū asserebant, & quasi de quodam prophetarū de eo dubitabant, voluit ostendere, qm̄ non vnus prophetarum esset, sed dominator orbis terrarum, ideo dicit. Ego sum lux mundi, non Galilææ, neque Palestinæ, neque Iudææ, suple solum.

4 Dub. Quia si Christus ambularet de nocte videretur, q. sequentes eum, ambularēt in tenebris? Resp. qđ non intelligit de tenebris noctis materialis, sed peccati.

5 Dub. Cur cum dixerit in tempore præsenti, qui sequitur &c. dicit in futuro habebit lumen vitæ? Res. Ly. qđ per irradiationē huius lucis eleuabitur intellectus ad videndum Deum clare.

6 Dub. Cur dicunt Iudæi, tu de te ipso testimonium perhibes &c. Res. qui sup. qđ etsi verissimū sit dictum Christi, tñ Iudæi dicebant ipsum non habere firmitatem, quia nullus potest ferre testimonium de seipso.

7 Dub. An in ore duorum, vel trium stet omne verbum &c. de test. Require fe. 4. dom in. 3. Quadrag. dub. 11. & seq.

8 Dub. Quomodo testimoniom Dei solius valet de seipso? Res. Ly. qđ propter certitudinem cognitionis, quā perfecte se, & alios cognoscit.

9 Dub. An consequentia Iudæorum valeat dum dicunt, tu testimoniun &c. Ergo testimonium tuum non est verum? Res. Ly. q. non quia Christus erat homo & Deus, nec poterat esse defectus cognitionis, vel inordinatio affectionis in diuina natura, vel humana, quia eius testimonium, & de seipso erat firmum.

10 Dub. Quid est lumen vitæ? Resp. Lyra, quòd est visio Dei clara.

11 Dub. Cur dicit, scio vñ venio, & quo uado? Res. Aug. super Io. q. per hoc patrē uult intelligi, q. d. ut dicit Ly. perfectē cognosco patrem à quo exiui, & ad quem reuertar.

12 Dub. Quomodo Iudæi nesciebant unde ueniret? Resp. Lyra, quia eius diuinitatem ignorabant.

13 Dub. Qūo ipsi iudicabant ẜm carnē Res. Theo. super Io. quasi dñs diceret, vos quia in carne sum, carnē me solam putatis esse, non aūt Deum ẜm carnem fallibiter iudicatis. Et ut dicit Ly. filius Dei non potest esse sine patre, & Spiritusancto qui tres dant testimonium, ut dicitur 1. Io. 5.

14 Dub. Quid est iudicare ẜm carnem? Res. q. est iudicare per exteriora signa, quæ sæpe fallunt, & sic Iudæi uidētes Christū pauperem, & filium pauperum, s. semper Virginis, & ut putabatur, Ioseph, non æstimabant eum esse Messiam de quo scribitur Psal. 71. Quod dominabit a mari, usq; ad mare, &c. Et Dan. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. quæ dicuntur de secundo aduentu, credebant complenda in primo aduentu, ideo iudicabant secundum carnem.

15 Dub. quomodo Christus non iudicat quenquam, qui iudicat uiuos, & mortuos? Respon. Augu. ubi sup. qđ potest dupliciter intelligi, non iudico quenquam, s. modo, sicut Ioan. 11. c. dicit, Non ueni, ut iudicem mundum, non iudicium negando, sed differendo. Vel potest intelligi non iudico quanquam, s. secundum carnem, ut ipsi iudicabant.

16 Dub. Cur dicit, & si iudico &c. Respon. Chrys. super Io. quasi diceret si uos iudicarem, iuste uos condemnarem, sed nunc tempus iudicij non est.

17 Dub. Quomodo intelligitur, iudicium meum uerum est, quia solus non sum? Res. qui supra, qđ intelligit de futuro iudicio, ostendens, quia non ipse solus condemnabit, sed & pater & Spiritusanctus.

18 Dub. Si pater misit eum, quomodo secū est? Res. Aug. ubi supra, q. missio Christi incarnatio sua est & tamen à patre non recesserat secundum diuinitatem.

19 Dub. Cur dicit in lege uestra? Resp. Aug. contra Faustum. uestra, i. uobis data.

20 Dub. Vbi habetur q. in ore duorum testium stat omne uerbū? Res. q. Deuter. 19.

21 Dub. Quomodo duorum testimonium uerum est quando mentiuntur? Res. Lyra, uerum est, i. debet reputari uerum.

22 Dub. Cur dicit, ego sum, qui testimoniū perhibeo de me ipso, & testimoniū perhibet de me pater? Res. Alcuinus ubi sup. q. d. si duorū hominum, qui possunt falli, & decipi, testimoniū lex approbat, cur mei, & pa-

tris teſtimonium, quod ſumma ſtabilitate firmam eſſe, verum eſſe non dicitis.

23 Dub. Cur interrogant vbi eſt pater eius? Reſ. Aug. vbi ſupra, q; ipſi patrem accipiebant carnaliter. q.d. ſi ſolus non eſt, vbi eſt pater, quem dicis, q; te miſit, cum te ſolum videamus.

24 Dub. Cur non rñdit ubi erat pater eius? Reſp. Theo. ſuper Io. quoniam non ut ſcire uolentes, ſed ut tentantes quærebant.

25 Dub. Cum dñs dixerit, Io. 7. Et me ſcitis, & unde ſum ſcitis, cur nunc dicit neq; me ſcitis &c. Reſp. Origines ſuper Io. q; hic loquitur quantum ad diuinitatē quam neſciebant: ſupra autem quantum ad humanitatem quam ſciebant.

26 Dub. Quia uidetur q; pater ſit filius, & econuerſo, quia dicit ſi me ſciretis, & patrē meum ſciretis? Reſ. Aug. ubi ſupra, hoc dicit, non quia pater ſit filius, ſed quia patri ſimilis eſt filius.

27 Dub. Cur dicit dubitatiue forſitan? Reſ. Aug. ubi ſupra, q; ut increpat Iudæos, ſicut dominus redarguens ſuum ſeruum dicit. Tu me cōtemnis, cogita quòd forſitan ſum tuus dominus.

28 Dub. Cur dicit, q; neſciunt patrem, cum ſcriptum ſit Pſal. 75. Notus in Iudęa Deus? Reſ. Ly. poſt Originem, q; pater notus erat in Iudæa ut Deus, & creator ac gubernator mundi, Non aũt ut pater, quia myſterium Trinitatis non erat plene reuelatum eis.

29 Dub. Quid eſt gazophilatiũ? Reſ. Alcuinus ubi ſup. q; dicitur Gaza lingua Perſica, quod Latine diuitiæ ſonat, & phila, qđ eſt reſeruare, quia ibi ut dicit Lyra ſeruabantur oblationes pro ædificijs templi.

30 Dub. Cur de hoc facit mentionem euangeliſta? Reſp. Lyra, qđ ad oſtendendum Ieſum tunc fuiſſe in loco, in quo faciliter poterat capi ab eis, niſi fuiſſent repreſſi à diuina uirtute.

31 Dub. An Chriſtus ſubderetur horæ? Reſ. Auguſt. ubi ſupra, q; nondum uenerat hora eius, non qua cogeretur mori ſed qua dignatur occidi.

ALLEGORICE.

Verba Xpi tres excellētias ſignant, quas hēt lex Euãgelica ſuper lege ueteri. Prima, quia illa lex fuit particularis data ſoli populo Iudæorũ. hæc aũt uniuerſalis data toti mundo, quod notatur ibi. [Ego ſum lux mundi.] Io. 1. Erat lux uera quæ illuminat oēm hoīem uenientē in hũc mũdũ. Secũda, q; illa erat obſcura, q; nō oſtēdebat Trinitatē perſonarũ, Chriſti incarnationē, & eius myſteria niſi obſcurè, & figuratiuè. Vñ Pſ. 81. dr. Neſcierunt ſecreta ad Chriſti diuinitatem pertinentia, neque intellexerunt, ſ. ſecreta humanitatis Chriſti in tenebris ambulant. Sed lex Euangelica clariſſimè de his loquitur, & qui eã ſequitur non ambulat in tenebris, in qua cōpletur prophetia. Eſa. 9. c. Populus, qui ambulat in tenebris uidit lucem magnã, ſ. legis Euangelicę, quę illuminat totum mundũ. Tertia excellētia eſt utilitatis, quã dat ſeruantibus eã, q; lex uetus non promittebat niſi terrena. Eſa. 1. Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, ſed lex Euãgelica promittit gloriam cęleſtem omnib. generibus perſonarum, uidelicet, pueris baptizatis. Matt. 19. c. Sinite paruulos uenire ad me, taliũ eſt n. regnum cęlorum, adultis obedientibus. Matth. 7. c. Qui facit uoluntatem patris mei hic intrabit in regnum celorum: peccatoribus pęnitentib. Matt. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum: pauperibus patientib. Matth. 5. Beati pauperes ſpiritu, qm̄ ipſorum eſt regnum cœlorum. omnibus tandem iuſte uiuentibus, Luc. 12. Noli te timere puſillus grex, quoniam placuit patri ueſtro dare uobis regnum, & hæc excellentia denotatur ibi, ſed habebit lumen uitæ, ſcilicet æternæ gloriæ.

TROPOLOGICE.

Si peccata euitare uolumus, debemus ambulare poſt Chriſtum, & eum rogare ut illuminet intellectum noſtrum, & eum, qui paſſus eſt tanta pro nobis, ſequamur per tribulationes huius mundi, quæ non ſunt condignæ ad ſuperuenturam gloriam: docemur quoque ut uelimus cognoſcere, unde uenit Chriſtus carnem aſſumendo, & quo uadit nos conducendo, & gratias ſibi agere: inſtruimur etiam iudicia ſecundum carnē uitare, & quòd qualibet hora ſimus parati, quia neſcimus horam mortis noſtræ.

ANAGOGICE.

Intueamur mētaliter Chriſtũ lucem clariſſimam Paradiſi, quia nunc nos illuminas per gratiam, in futuro per gloriam, & tunc cognoſcemus patrē q eũ miſit, & Spiritum ſanctum, qui tres dant teſtimoniũ in cœlo: intuebimur q; cœleſte gazophilatiũ, in quo ſunt oēs theſauri ſapiētiæ, & ſciētiæ abſcō

diti

diti, & ipsi in perpetuum cum Christo, luce mundi, perfruemur.

DOMINICA DE PASSIONE.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

Hæc verba locutus est dominus anno ætatis suæ 32. die Martis 22. Septembris.

HISTORICE.

A Iudæis quæsiuit dñs, quis eorũ ipsum peccati reum arguere præsumeret: & cũ verax esset, cur ui creditus negabatur, eosque qui a Deo essent, Dei verba perlibenter audire, ipsos aũt percipere nolentes, nequaquã ab ipso esse, conuitiantib. vero quod Samaritanus esset, & demonio plenus: rñdit se nõ possideri a demone, sed honorẽ suo tribuere genitori, quẽ ipsi dedecori haberẽt, & se propriam non quærere gloriam, sed esse, qui eam, & quæreret, & iudicaret, & eum, qui eius seruaret mandata, in æternũ non subiicere morti: aduersantibus aũt, & se agnoscere dicentibus, ꝙ dæmoniacus esset, cum Abraham, cuius non erat maior, cæterique prophetæ mortem obijssent, & iactaret, eos, qui eius custodirent sermonẽ non morituros. Rñdit gloriam suam fore nullam, & si se glorificet; sed se suum glorificare patrem, quẽ suum ipsi Deum asserebant, cum tamen eum nequaquam nossent, sed ipse eum notũ haberet, & se mendacem similem illis fore, si eũ scire negaret, sed verè ipsum agnoscere, & eius seruare sermonem. Abraham vero eorũ progenitorẽ exultasse, & fuisse gauisum, cum diem vidit suum: redarguentib. aũt eum ꝙ necdum quinquagenarius esset, & Abraham se uidisse diceret: respondit se, antequam Abraham in lucem prodiret, esse, volentibus ob hoc eum obruere lapidibus, latenter è templo egressus est.

Relinquenda non sunt dubia insoluta.

1 DVBITATVR Igitur, cur dñs prædicta dixit Iudæis? Respon. Chry. super Io. ꝙ redarguit eos eo quia, inimici eius erãt, & q̃rebãt eum interficere.

2 Dub. Quid ex his verbis volebat inducere? Resp. Theo. super Io. ꝙ q. d. si Dei filij estis, qñ dicebant se vnum patrem habere Deũ, vtiq; peccantes debetis habere odio, si ergo me quoq;, quẽ exosum habetis, non potestis arguere de peccato, manifestum est, ꝙ propter veritatem me odio habetis, quo modo s. sciebat se filium Dei.

3 Dub. Quid videtur ꝙ Christus habuerit peccatum, quia ex persona eius dicitur, in Psal. 21. Verba delictorũ meorum? Res. dñs Cardinalis de Turrecre. ꝙ vt dicit Damascenus in 3. aliqua dicũtur de Christo dupliciter. Vno modo, s̃m proprietatem naturæ, & hypostaticam, vt cum dr̃ factus homo, & pro nobis passus. Alio modo, secundum proprietatem personalem, & habitudinalem, prout, s. aliqua dicuntur de Christo in persona nostra, quę sibi secundum se nullo modo cõueniunt, sicut cum corpus Christi, qui est caput, & ecclesia, quæ sunt eius membra una persona æstimatur, & s̃m hoc Christus ex persona membrorum suorum dicit, verba delictorum meorum: nõ quod in ipso capite fuerint delicta, sed in membris. Et sic Apostolus et dicit 2. Cor. 5. Deus eũ, qui nõ nouerat peccatum, pro nobis fecerat peccatum. i. hostiam pro peccato, sicut Oseæ 4. c. dicitur: Peccatum populi mei comedẽt, s. sacerdotes, qui s̃m legem comedebant hostias pro peccato oblatas: & secundum hunc modum dicitur Esa. 53. ꝙ Deus posuit in eum iniquitates omnium nostrum, qu a s. eũ tradidit, vt esset hostia pro peccatis omnium hominum.

4 Dub. Cur dicit eis vos non auditis, cũ recte rñderent ad propositũ? Resp ꝙ ipsi bene audiebant ad irritandũ, & vt caperent eum in sermone, sed non ad credendum, & opere implendum, vt ipse intelligit in verbis suis.

5 Dub. Cum oẽs essent peccatores, cur eis dicit solũ, ex Deo non estis? Resp. Aug. super Io. ꝙ non solum erant vitiosi, quod est cõe omnibus, sed etiam præcogniti, ꝙ non erãt credituri ea fide, qua possent à peccatorum obligatione liberari.

6 Dub. Qui sunt, qui nolunt audire verba Dei? Resp. Grego. in hom. ꝙ sunt in triplici differentia, s. qui nec aure corporis volunt ea audire: & qui aure corporis audiunt, sed non mentis, & qui & corpore, & mente audiunt, & in fletum prorumpunt sed post fletum ad iniquitatem redeunt, & ita verba Dei non audiunt, quia ea exercere in opere contemnunt.

7 Dub. Cur uocant eũ Samaritanum? Res. Theo. super Ioan. ꝙ quia ritus Hebraicos dissoluebat, utpote Sabbathi: Samaritani

enim non perfectè Iudaizabant. Vide fer. 6. dominicæ 3. Quadragesimæ. du. 3. & 21.

8 Dub. Cur dicũt, nõne benè dicimus nos: quia videtur, q̃ aliàs sibi hoc dixerũt? Resp. qui supra, q̃ hoc nusquam euãgelista dicit, ex quo palam est, q̃ multa prætermiserunt euangelistæ.

9 Dub. Quando dixerunt ei, q̃ dæmonium haberet? Resp. q̃ hoc habetur Io. 7.

10 Dub. Cur dicunt eum habere dæmoniũ? Res. qui supra, eo q̃ eorũ cogitationes reuelabat. Et vt dicit Lyra, arreptitium eum appellabant, sicut Saul regem, 1. Reg. 18.

11 Dub. Cur non exasperauit sibi conuitiantes sicut aliàs, quando vocabat eos genimina viperarum &c? Resp. Chry. super Ioã. q̃ vbi oportebat eos docere, & eorum superbiam subtrahere asper erat: vbi uero exprobrantes oportebat sufferre, multa mansuetudine vtebatur: erudiens nos, quæ ꝑtinent ad Deũ, vindicare; q̃ vero ad nos, despicere.

12 Dub. Cur non negauit se esse Samaritanum? Resp. Aug. vbi supra, q̃ Samaritanus interpretatur custos, & ipse nouerat se esse nostrum custodem: denique ipse est Samaritanus, qui accessit ad saucium, & misericordiam impendit.

13 Dub. Cur negauit se habere dęmonium? Res. Orig. quia ipsum non habebat, nec dæmon in eo aliquid habebat, secundum id q̃d habetur Ioan. 14. ca. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. quia etiam, quæ delictorum reputata sunt minima dæmonibus adaptantur, a quibus ipse immunis erat.

14 Dub. Cur Iudæi ei conuitiabantur? Res. Lyra, q̃d modus eorum, qui nesciunt rationabiliter respondere, est ad conuitia se conuertere, & sic agebant Iudæi.

15 Du. Cur dicit, sed honorifico patrẽ meũ. Resp. Aug. vbi supra, quasi diceret, ne uobis arrogans videar; habeo, quem honorificem.

16 Du. Quomodo honorificauit patrẽ? Resp. Theophilus vbi supra, q̃ vlciscens eum, non tolerans homicidas, & mendaces, se Dei veraces filios appellari.

17 Dub. Nunquid solus Xp̃s honorificauit patrem? Resp. Orig. super Io. q̃ solus Christus verissimè veneratus est patrem: nullus enim honorans quicquam ex his, quæ non honorantur a Deo, honorat patrem.

18 Du. Quomodo Iudæi inhonorarunt eũ? Res. Lyra, qm̃ attribuebant dæmoni, quod virtuti diuinæ deberet attribui.

19 Dubi. Cur dicit non quæro gloriã meã? Resp. Lyra. ne Iudæi possent dicere, q̃ talia diceret ad iactantiam.

20 Dub. Quia videtur, q̃ gloriã suam quærat, cũ quærat gloriã patris, q̃ vna est cũ sua? Resp. Ly. q̃ dirigit verba ad intentionem eorũ, q̃bus loquebatur: qui reputabant eum quærere honorẽ mundanũ, & est sensus: ego non quæro gloriam meam ab honore Dei patris deuiante, sicut uos creditis.

21 Dub. Quis quæret gloriam Christi? Res. Aug. super Io. q̃ nullum alium vult intelligi nisi patrem.

22 Dub. Qũo pater quærit gloriam Christi? Res. Ly q̃a post humiliationẽ in cruce, exaltauit illũ, & dedit illi nomẽ sup oẽ nomen.

23 Dub. Qũo pater iudicat, q̃ omne iudiciũ dedit filio? Res Lyra post Aug. q̃ iudicium capitur hic pro dãnatione, nam ꝓpter mortẽ Christi Hierusalem fuit destructa: & populus captiuatus per Romanos.

24 Dub. Cur duplicat amen? Resp. Ly. q̃ ad maiorem affirmationem. Vide dominica 1. Aduentus dub. 21. de Amen.

25 Dub. Quia nullus eripitur à morte, quomodo ergo seruantes eius sermonem non morientur? Res. Aug. vbi supra, q̃ hic loquitur de morte æternæ damnationis.

26 Dub. Quia Iudas, & plures alij seruauerunt sermonẽ Christi aliquando, & tñ mortui sunt æternaliter? Res. Orig. super Ioã. q̃ sic intelligitur, si quis seruauerit sermonẽ meũ in æternum, mortem non gustabit in æternũ: quia eo vsq; non videt aliquis mortem quousque Iesu verbum custodit.

27 Dub. Quomodo nunc cognouerũt, quòd dæmoniũ haberet? Resp. Lyra, post Orig q. d. prius opinabamur te habere dæmonium, sed modo sumus certi: quia nulla falsitas est a Deo, sed a diabolo, qui est pater mendacij, vt tu dixisti: sed Aabrahã seruauit sermonem Dei, qui maior est te, & mortuus est ergo tu dicis, quòd falsum est, & sic habes dæmonium.

28 Dub. Quia videtur, q̃ Iudæi verum dicebant? Resp. qui supra, quòd decipiebantur in æquiuoco, quia Christus dicebat de morte spirituali, & ipsi intelligebant de morte corporali.

29 Dub. Cur non dicunt, nunquid maior es Deo, cuius sermonẽ seruauit Abraham &c? Respon. Orige. vbi supra, quòd eum ęstimabant,

bant minorem, quam Abraham.

30 Dub. Cur dicunt, quem teipsum facis? Resp. Bed q.d. Tu qui nulla cura dignus es, carpentarij filius de Galilæa, tibi arripis gloriam, cuius meriti, cuiusue dignitatis vis credi.

31 Dub. Cum dñs dixerit mortem non videbit: cur ipsi dicunt, non gustabit? Res. Orig. vbi supra, ꝙ hoc protulerunt velut incauti auditores, confundentes Dñicum sermoné.

32 Dubi. Quæ differentia est inter uidere mortem & gustare? Res. qui supra, ꝙ sicut dñs inquantum panis viuus est gustabilis, est & uisibilis: in eo vero, ꝙ est sapientia est visibilis pulchritudinis, sic etiam aduersaria eius mors est gustabilis, est & visibilis: cum ergo quis steterit per Iesũ in intellectuali loco, mortem non gustabit, si statum seruat secundum illud Mar. 9. sunt de hic stantibus, qui nõ gustabũt mortem. Cum autem aliquis sermonem Christi acceperit, & custodierit, mortem non videbit.

33 Dub. Cur dicit, si ego glo. meipsum, gloria mea nihil est? Res. Ly. post Chry. & Bedã. q.d. si quæro meã gloriã, præter regulã veritatis diuinę, vt uos mihi iponitis, gloria mea nihil est, i. falsa est. quia falsum, & non ens conuertuntur.

34 Du. Qñ glorificauit pater filiũ? Resp. Alcuinus sup Io. ꝙ in baptismo, in mõte, & in tẽpore passionis: & post resuscitãdo, & collocando ad dexteram suam.

35 Dub. Quia ex hoc uidetur ꝙ filius sit minor patre, cum ab eo glorificatur? Res. Aug. quod de isto verbo calumniãtur Arriani fidei nostræ, quibus respondet idem Aug. hęretici, non legistis, & ipsum filium dicentẽ, quòd glorificat patrem suum.

36 Dub. Quia videtur ꝙ Iudæi cognouerãt Deũ, qa ipsũ solũ venerabãtur? Res. Ly. qđ non cognouerunt eum per fidem formatã, in qua consistit Dei filiatio p adoptionem.

37 Dub. An Christus fuerit arrogans dicendo, ego autem noui eum? Res. Alcuinus vbi supra, qđ arrogantia non debet ita caueri, quòd veritas relinquatur, sed iudicantibus secundũ carnem, potuisset arrogans videri.

38 Dub. Cur dicit, & si dixero qa nescio eũ &c? Res. Ly post Chrys. q.d. sicut estis mendaces asserentes vos eum cognoscere, cum tñ non eũ cognoscatis, ita essem mendax si assererem me eũ ignorare, cum inquãtum Deus habeam notitiam eandem cum eo, & inquantum homo eum clarè videam.

39 Dub. Cur replicat, sed scio eũ? Res. Theophilus vbi supra, quasi naturaliter eius cognitionem obtinens.

40 Dub. Quis est sermo patris? Res. qui sup. quòd sermonem mandata nuncupat.

41 Du. Cur dicit Abrahã exultasse, &c? Res. Lyr. ꝙ respondet primo quæsito p Iudeos, cum dixerunt, nunquid tu maior es &c. in hoc se maiorem quàm Abraham ostẽdens, quasi gauisus sit propter beneficium, quòd habet à me tanquam maiorem.

42 Dub. Quomodo Abrahã vidit diẽ Xpi? Resp. Aug vbi supra, ꝙ quando dixit seruo suo quem mittebat Gen. Pone manũ tuam sub fęmore meo, & iura mihi per Deũ cœli, p quod significabatur de genere Abrahę uenturũ in carne Deum cœli. Et Lyra dicit, ꝙ vidit quando dictũ est ei Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, & in oblatione Isaac: quia tunc vidit occultum Christi mysterium.

43 Dub. Qũo exultauit, vt videret, &c? Res. Aug. ꝙ nõ timuit, sed exultauit, vt uideret: credens utique exultauit, sperando ut uideret, intelligendo diem Christi.

44 Dub. Quale de hoc gaudiũ habuit? Res. qui sup. dicens, quale fuit gaudium uidentis uerbum manens, splẽdorem pijs mentibus refulgentem apud patrẽ manentem Deum, & aliquando in carne uenturum, non de patris gremio recessurum.

45 Dub. Cur dixerunt quinquaginta annos &c? Resp. Greg. in Hom. q.d. multa sunt annorum curricula, ex quo Abrahã mortuus est, quomodo uidit diem tuum, carnaliter enim hoc intellexerunt.

46 Du. Cur potius dicũt 50 quã quadraginta? Res. The. ubi sup. ꝙ superuacua ẽ huius modi quæstio: simpliciter enim, put eis occurrit dixerunt. Lyra tñ dicit quosdã dicere quod per quinquagesimum annũ nominant iubilem ex reuerentia q.d. Non uixisti adhuc unũ iubileũ, & Abrahã uidisti. Et tamen Christus propter labores, & ieiunia uidebatur maioris ætatis quam esset.

47 Dubitatur. Cur dicit ego sum, & nõ fui? Respondit Gregor. in homil. quia præteritum, & futurum tempus diuinitas non habet, sed semper esse habet: non ergo sic dixit antequã Abraham esset, ego fui: sed antequam Abraham fieret ego sum, secundum illud Exo. 3. cap. Ego sum, qui sum.

48 Dub. Cur non dixit antequam Abrahã esset? Resp. Aug. vbi supra, quia creatura erat Abraham. Ideo non dixit antequam esset, sed fieret.

49 Dub. Cur dixit sum, & non factus sum? Resp. qui supra, quod in principio erat verbum, quod fuit genitum non factum.

50 Dub. Cur uoluerunt eum lapidare? Res. Lyra, quod tanquam blasphemum.

51 Dub. Cũ ex lege mandaret blasphemos lapidari, videtur, ꝙ nõ male faciebant? Res. Lyr. ꝙ non faciebant zelo iustitiæ, sed liuore inuidiæ. Itẽ quia non procedebant ordine iuris. Itẽ qa in loco sacro, qđ nõ licebat.

52 Du. Vbi ascondit se? Resp. Aug ubi sup. ꝙ non in angulo templi, quasi timens, aut in domunculam fugiens, uel post murum, aut columnam diuertens, sed cœlica potestate inuisibilem insidiantibus se constituẽs. per medium illorum exiuit.

53 Dub Cur fugit, cũ omnes posset prosternere? Res. Greg. ubi supra, ꝙ qui pati uenerat, exercere iudicium nolebat.

54 Dub. Cur tunc fugit, cum post se spontè obtulerit? Resp. Alcuinus, quia nondũ venerat hora passionis eius, & non elegerat hoc genus mortis.

55 Dub. Quo iuit, egressus de templo? Res. ꝙ ut habetur Ioan. 9. sanauit cœcum à natiuitate.

56 Dub. Cur potius voluit cruci figi, q̃ lapidari? Res. quia mors crucis erat despectissima Vnde Sapient. 2. dicitur, morte turpissima condemnemus eum.

ALLEGORICE.

Hæc disputatio Xpi cũ Iudæis significat sex pertinentia ad passionẽ Christi. Primò, quòd fuit passus innocẽter [quia nullus potuit eum redarguere de peccato]. Secundo, qđ a Iudæis fuit tractatus malignanter, qa ab eis derisus, ibi [si ueritatem dico uobis, quare vos non creditis mihi.] Tertio, quia fuit despectus enormiter, ibi [Samaritanus es tu, & dæmonium habes.] Quartò fuit nobis utilis abundanter, quia per ipsum liberauit nos à morte æterna, ibi. [Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non gustabit &c.] Quintò, quia fuit sanctis patribus antiquis demonstrata veraciter. [Abraham pater vester exultauit ut uideret diẽ meũ &c.] Sextò, quod fuit à sancta Trinitate ordinata singulariter s. vt Christus moreretur non gladio, ut innocẽtes, nõ lapidibus, ut nunc, non præcipitio, ut quando duxerũt eũ ad supercilium mõtis, & ipse trãsiẽs per mediũ illorum ibat, sed crucifixus. Quia primus homo per lignũ peccauerat, Et iste secundus per lignũ diabolum uicit: & hoc significatur in fine euangelij, ubi demonstrauit se Deũ, cũ dicit [antequã Abrahã fieret ego sum] & se passurum non lapidibus, sed cruce, quia [abscondit se] pro tũc. & quando uellet, [& extra templum] quia exiuit de templo.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex sacro euangelio, ut patienter sufferamus, qñ [arguimur de aliquo peccato] & talem ducere uitam, ut non veniamus arguendi, utque audiamus prædicatores, ut ex Deo simus, & non ex diabolo, vtq; honorificemus Deum, nec quæramus gloriã nostrã, sed Dei, & quod auribus audimus, opere impleamus: & licet moriamur oẽs morte temporali, sicut [Abrahã, & prophetæ mortui sunt] taliter agamus, ut non moriamur morte æterna [& exultemus uidere diẽ] qua Christus nos uocauit ex hoc mundo, nec expectemus, [quinquaginta annos] ad bene agendum, ut effugiamus [lapides] .i. tormenta, [Iudæorum] id est dæmonum, sed [exeuntes de templo] ecclesiæ militantis, accedere ualeamus ad ecclesiam triumphantem. Amen.

ANAGOGICE.

Signatur ex præsenti euãgelio illa cœlestis gloria, in qua [nullus arguit nos de peccatis] misericorditer relaxatis, erimusque [cũ Deo] & dęmonium nõ nobis nocebit, sed cum uero Samaritano custodiente nos fruemur gloria æterna, honorificãtes Deũ, cuius sermonẽ seruauimus, exultabimusq; cum Abrahã, & alijs prophetis Deum clarè cognoscentes, quem per quinquaginta annos .i. per totum tempus vitæ nostræ solum cognoueramus in ęnigmate, nec timebimus lapides aduersariorum, quoniam protegemur a templo sancto Dei.

FERIA II. DE PASSIONE.

Miserunt principes, & pharisæi. Ioan. 7

Historia huius Euãgelij facta est anno Xpi 32. die Lunæ, 22. Septembris.

HISTORICE.

Dñs satellitibus a principibus, & pharisæis, ut eum detinerẽt missis, ait, parũ adhuc temporis

tẽporis manere, & se ire ad eũ, qui ipsũ miserat: q̃nque uero quæsituri essent, nec inuenirent, cũ non possent, ubi esset, uenire; super quib. inter sese admirantes, quærebant an disperderet in Gentibus, an uero quis locus esset, in quo existeret, quo ipsi accedere nõ ualerent: extremo aũt celebritatis celeberrimo die clamãs dñs, oẽs sitientes, ut ad se uenirẽt potaturi, inuitabat, q̃m teste scriptura, ab his, q̃ in eũ credituri essent aquæ uiuæ flumina emanarent, de spũ, quem eius accepturi erant fideles intelligens.

Dubia iuxta solitum mouebuntur.

1 DVBITATVR Igitur, cur potius nunc, q̃ ante miserunt ad capiendũ Iesum? Chrys. super Io. q̃ maxime mordebat eos hoc, qđ turbæ Xp̃m glorificabant. ut patet Io. 7. c. ante præsens euãgeliũ.

2 Dub. Quam causam habebant eũ capiendi? Resp. qui sup. q̃ sabbathi solutio apparẽs causa erat, quam, s. prætendebant.

3 Dub. Cur ipsi per se non capiebant Christum? Res. qui supra, qđ non audebant, periculum timentes, ministros autem mittunt tanquam periculis expositos.

4 Dub. Cur dixit eis, adhuc modicũ uobiscum sum? Resp. qui sup. q. d. quid festinatis me interficere, paruum expectate tempus. & Aug super Io. qđ modo uultis facere, facturis estis, sed non modo, quia nolo.

5 Dub. Cur non tenuerunt eum? Respond. Chry. ubi supra, q̃ per ista uerba terruit audacem turbam, & eam studiosiorem, & magis auidam fecit ad audiendum, quasi paruo tẽpore derelicto, in quo possent hac doctrina potiri.

6 Dub. Cur dixit uobiscum? Resp. qui sup. q. d. & si persequamini me, nõ tamen cessabo, quæ sunt pro uobis dispensans, & ea, quę sunt ad salutem docens, & monens uos.

7 Dub. Cur dicit, uado ad eum, qui me misit? Res. Theoph q̃ tanquam patri de ipsis conquesturus, quia si missum opprobrijs affecerunt non est dubium, quòd & mittenti fecerunt iniuriam.

8 Dub. Quia nunquam recessit a patre, ergo non uadit ad eum? Resp. Lyra, post Bedam, q̃ per mortem ibat ad eum, qui eum incarnari præceperat, quia corpus suum erat assumpturus ad patrem, a quo per diuinitatem nunquam recesserat.

9 Dub. An Iudęi quæsierint, & non inuenerint Christum post eius mortem? Res. Lyra. post Chrys. q̃ dum ciuitas destrueretur per Romanos, tũc eos meminisse Christi, & miraculorum eius, & præsentiam eius quæsiuisse non tamen inuenisse.

10 Dub. Nunquid per mortem poterãt ire, quo ipse ierat post mortẽ? Res. Chr. ubi su. q̃ hoc non intelligitur de morte, quia si in morte maneret, possent ad eũ ire, sed intelligebat de eundo ad patrem, apud quem erat.

11 Dub. Cur non dixit, quo ego uado, sed ubi ego sum? Rñ. Lyra, qđ sicut ire ad patrẽ conuenit ei secundum humanitatem, in qua est mutatio, ita esse semper apud patrẽ conuenit ei per diuinitatem, in qua est idẽ cum ipso patre in essentia, distinctus tamen in persona.

12 Dub. Cur non dixit, ubi ero? Res. Aug. q̃ semp ubi erat Xp̃s, quo fuerat rediturus, si redijt, ut nos nõ derelinqueret. erat. n. Christus s̃m uisibilem carnem in terra, secundũ inuisibilem maiestatem in cœlo, & in terra.

13 Dub. Cur non dixit, nõ poteritis uenire? Resp. qui supra, q̃ tales tunc erant, qui non possent, nõ. n. hoc ad desperationẽ dictũ est: & deniq; hoc dixit Petro, quo ego uado, nõ potes me modo sequi, sequeris autẽ postea.

14 Dub. Cur Iudæi inter se quærũt, quo iturus esset? Resp Lyr. qđ quasi dubitantes de hoc, quod dicebat, quæreris me, & non inuenietis, & ubi ego sum nõ potestis uenire: agebant, qđ debebat recedere a Iudæa. & ire ad gentes: sed dicens, ubi ego sum, &c Per hoc uidetur, qđ nõ debebat a Iudæa recedere, quia dixisset ubi ero, & ita patet eorum dubium.

15 Dub. Cur dicunt in dispersionẽ Gentiũ, & non inter Gentes? Resp. Chry ubi sup. qđ Gentes uocabant quasi exprobrantes, quasi, s. Gentes ubiq; disseminatę, & dispersæ essent, & imperfecte ad inuicem permixtæ.

16 Dub. Quæ erat illa festiuitas? Res. Aug. super Io. qđ erat scenophegia, id est, tabernaculorum constructio.

17 Dub. Quis erat ille dies nouissimus? Res. Ly. qđ erat dies octauus, quia illa solennitas durabat septem diebus, & in octauo die fiebat festum cętus, uel collectę.

18 Dub. Cur dicebatur magnus? Resp. Lyr. quia figurabat congregationem sanctorum in superna fęlicitate.

Dub.

19 Dub. Cur dominus clamat? Res. Chrys. quod propter turbæ multitudinem.

20 Dub. Cur non clamauit per dies intermedios? Resp. qui supra, quia ne ea, quæ dicebat deperirent eis, in illis diebus uoluptati uacantibus.

21 Dub. Cur stabat? Res. qui supra, quia ut uideretur a turbis, quæ multæ erant.

22 Dub. Cur dicũt, quod iturus erat ad gentes eas docturus? Res. Aug & Chrys. quod ipsi uerba Christi non intellexerunt, & tñ ex hac occasione salutem nostram prædixerunt.

23 Dub. Cur non dicunt potius lædere Gentes, quam docere? Resp. qui sup. quod iam iram subtes, q̃ docere? Resp. qui sup. quod iam iram submiserãt, & his, quæ dicta erant, crediderant.

24 Dub. Quia non legitur, quod crediderunt? Resp. qui sup. quod nequaquam nisi credidissent quæsissent ad seipsos de uerbo Dñi.

25 Dub. Quia Christus non iuit ad docendum Gentes: ergo non bene dixerunt? Res. qui sup. quod non iuit per præsentiam corporis, sed bene pedibus suis. misit enim ad nos membra sua, scilicet, Apostolos.

26 Dub. Quia Matthei 5. dicitur, quod docens sedebat, & hic, quod stat? Resp. Lyr. quod quãdo docebat discipulos sedebat, quando prædicabat turbis stabat, & ita ẽt nunc obseruatur, prælati .n. docentes religiosos sedent, sed prædicando laicis stant.

27 Dub. Cur dicit, si quis sitit &c. Res. Chrysost. ubi sup. ac si diceret neminem necessitate, & uiolentia attraho, sed si quis habet desiderium multum, hunc ego uoco, ut s. bibat doctrinam uitæ.

28 Dub. In quo loco clamabat? Resp. Vinc. in sermo. quod in templo. unde ipse dixit pontifici. Io. 18. ego semper docui in synagoga, & in templo.

29 Dub. Cum essent p̄sentes, quomodo uult ut ad eum ueniant? Resp. Augu. ubi sup. quod debet accedere non pedibus, sed affectibus, non migrando, sed amando.

30 Dub. ubi habetur in scriptura, flumina de uentre, &c. Resp. Hier. quod hoc testimoniũ sumptum est de Prouerbiis Prouer. 5. Deriuentur fontes tui foris, & in plateis aquas tuas diuide.

31 Dub. Quomodo intelligitur de uentre, &c. Vide in prologo.

32 Dub. Cur dicit in plurali flumina? Resp. Chrys. ubi supra, quod copiositatem, & ubertatem occulte insinuat.

33 Dub. Cur dicit Euang. hoc autem dicebat &c. Resp. Aug ubi sup. quod exponit ad qualem potum dominus inuitasset.

34 Dub. Cum unusquisq; accipiat spiritum post conceptionem, cur dicit, quod credentes in eum? Res. qui sup. quod unusquisq; hominum habet proprium spiritum, sed dominus hic intelligit de Spiritusancto.

35 Dub. Quando acceperunt Spiritumsanctum? Resp. Lyra, quod in die Penthecostes signo uisibili in igneis linguis.

36 Dub. Cur nõ dedit eis Spiritumsanctum antequam pateretur? Resp. Aug. ubi sup. quod ita disposuit non dare, nisi post resurrectionem: nam sequitur nõdum erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.

37 Dub. Quia Io. 20. dr, quod dedit eis Spiritũ sanctum? Resp. S. Tho. in 4. sen. dis. 7. q. 1. ar. 2. q. 2. quod primo habuerunt in munere gratiæ, in quo perficiebantur ad ea, quæ ad singulas personas eorum pertinebant, in die uero Penthecostes habuerũt in profectum ad promulgationem fidei in salutem aliorum. Vnde dicitur in hymno, ut uerbis essent profflui.

ALLEGORICE.

Festum septem dierum signat Quadragesimã, quæ habet hebdomadas sex, & partẽ de septima: & octaua dies signat festum paschæ, quo Christus nos inuitat ad sacram cõionem, quæ reficit animam sitientem, & facit profluere flumina lachrymarum.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut amplectamur septem uirtutes, tres theologales, i. Fidem, Spem, & Charitatẽ: & quatuor Cardinales, s. Prudentiam, Iustitiam, Temperantiam, & Fortitudinem, ut in nouissimo die mortis nostræ uocati a Christo ab eo reficiamur, & inueniamus requiem animabus nostris.

ANAGOGICE.

Septem dies figurant totum tp̄s uitæ nostræ in quo non bibimus gloriam nisi per fidem, & spem, sed in octaua die, quæ erit resurrectionis, inebriamur ab ubertate domus Dei, qñ iudex dicet electis, Esuriui, & sitiui, &c & subuenistis mihi. Venite igitur benedicti patris mei p̄cipite regnũ æternũ.

FERIA III. DE PASSIONE.

Ambulabat Iesus in Galilaam. Ioan. 7. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi

sti 32. die Veneris, 18. Septembris.

HISTORICE.

Appropinquante scenophegiæ solénitate, nolens Iesus in Iudæa conuersari, qm̃ ut occideretur à Iudæis quærebatur: dũ ergo Galilæã perambularet, eius eidẽ psuadebãt fratres quatenus Iudęam peteret, ut eius palam essent opera: quib. ips adhuc suum non aduenisse respondit, eorum uero semper promptum tempus fore, nec odio ipsi à mũdo poterãt hri, cũ tñ ipsũ odiret, eo q̃ eius denunciaret opera mala esse. Imperauitq; ut ipsi festo interessent, cui nõ uolebat assistere, sicq; in Galilæa moratus est post, tñ latenter, quasi ad festũ accessit: à Iudæis uero ipso die soléni perquirebatur diuersa de eo susurrantibus & alijs quidem eum bonũ dicétib. cæteris aũt q̃d turbarũ seductor existeret submurmurãtib timore siquidem Iudæorũ apertè de eo nemo sermocinabat.

Inserentur nunc dubia & soluentur.

1 DVBITA. Quæ patria est Iudæa? Respon Beda, q̃ est regio Palestinę Prouinciæ, & est dicta à tribu Iuda, qa ex Tribu Iuda reges oriebantur, & in Hierusalem ciuitate Iuda regnabant, etiam patria Beniamin erat Iudæa.

2 Dub. Quæ patria est Galilæa? Res. qui supra, q̃ est etiam regio dictæ pũnciæ Palestinæ, & Galilæa Græcè, Latinè lac dicĩ, & ita appellata est, eo q̃ lacteũ populũ gigñat.

3 Dub. Nunquid si ambulasset in Iudæam, nõ potuisset se tueri, ne interficeretur à Iudæis? ℞. Aug. super Io. quòd hoc non faciebat ex impotentia, qm̃ quando uoluit demonstrauit potentiam, quam habebat, sed infirmitati nostræ præbebat exemplum.

4 Dub. Quid est scenophegia. Vide feria 6. dominicæ 1. Quadragesimæ dub. 34. & dicitur à scenos, q̃ est vmbraculũ, & phagin, quod est comedere, quia septem diebus in vmbraculis comedebant.

5 Dub. Quo tempore fiebat illud festum? Resp. quòd die 15. Septembris.

6 Dub. Cur dicit in singulari dies festus, cũ duraret 7 diebus? Res. Aug. ubi supra, quòd apud Iudæos q̃uis contineret hoc festũ plures dies, dicebat tñ dies festus in singulari.

7 Dub. Qui dicuntur fratres Dñi. Vide feria primæ dñicæ Quadragesimæ. dub. 4.

8 Dub. Cũ discipuli semp essent cũ Christo, cur dicũtur, ut discipuli tui uideant. &c. ℞. Theo. super Io. quòd non dicit de 12. sed de alijs, quoniam multos alios habebat.

9 Dub. Cur dicunt, nemo in occulto aliqd facit? ℞. Chrys. super Io. quòd notant Christum de formidine cum dicunt nemo in occulto &c. & de uana gloria ibi, & quærit ipse in palam esse.

10 Du. Cur dicit Euangelista, q̃ fratres Domini non credebant in eum? Res Chry. vbi supra, q̃ propter ueritatis amorem Euangelistæ non uerecundantur dicere ea, quæ magistro uidentur ferre iniuriam.

11 Du. Quia videtur, q̃ tempus aduenerat, quia Apostolus ad Gal. 4. dicit, at vbi uenit plenitudo temporis, &c. ℞. Beda, quòd non loquitur de tempore natiuitatis, sed de tempore glorificationis.

12 Dub. Quomodo tempus malorum semp est paratum? ℞. S. Tho. 1. ad Corint. 3. quod quando homo suam uoluntatem impleat etiam contra Deum, tunc est tempus, uel dies hominis. Vnde dicitur Hiere. 16. diem hominis non desideraui, tu scis.

13 Dubita. Quomodo mundus non potest odisse malos? ℞. ubi supra, q. d. dominus qualiter mundus odit eos, qui eadem cum ipso uolunt, & pro eisdem student?

14 Du. Cur odit Christum mundus? ℞ quia arguit eius opera, ut patet in litera.

15 Dubit. Quomodo mundus potest odire eum à quo creatus est? ℞. q̃d per mundum intelliguntur homines mundani, qui natura quidem sunt creaturæ Dei, sed uitio sunt eius inimici.

16 Dub. Cur non retinuit fratres suos secũ? ℞. Theo. ubi supra, quòd ut demonstraret se non esse inanis gloriæ cupidum, quoniam tales consueuerunt multos habere qui sequantur eos.

17 Dubit. Cur vult, quòd ascẽdant ad diem festum? ℞. Ly. vt quasi concedens eis Iudaica facere.

18 Dub. Quia videtur, q̃ Christus mentitus fuerit, qui dixit, non ascendam, & tamen ascendit? ℞ Ly. exponendo ad diem festum istum s. primum, sed quòd postea uenerit in medio solemnitatis, non est mentitus.

19 Dub. Qñ erat eius tempus implendum? ℞. Ly. quod intelligit de tempore doctrinæ per ipsum prædicandæ, quòd non erat ita aptũ in principio solennitatis, in quo uacabat

bat conuiuiis & lætitiæ.

20 Dub. Cur mansit in Galilæa? R. quòd ratione dicta in præcedenti dubio.

21 Dub. Cur non ascendit manifeste? R. Lyra, manifeste. i. cum magna comitiua, ne daret Iudæis occasionem maioris inuidiæ.

22 Dub. Cur ascendit quasi in occulto? Res. Chrys. vbi supra, quia fauorem hominum non quærit, non pompis stipantium se turbarum delectatur.

23 Dub. Cur quærebant eum? Res. Ly. ꝙ ali qui ut eum interficerent, & aliqui ut eius bonam doctrinam audirent.

24 Dub. Cur dicebant, ubi est ille, & nõ vbi est Iesus? Res. Lyr. post Chry. ꝙ inimici ex odio nolebãt eũ nominare. Deuoti autẽ ita reputabãt eũ famosum, & authẽticũ, ꝙ non expediebat eum nominare. q.d. ubi est ille qui tantus, & talis est, & facit tot miracula.

25 Du. Qđ murmur erat de eo? Res. Au. vbi supra, ꝙ cõtentionis erat, vt patet in textu.

26 Dub. Qui erãt maledicentes? Res. Chry. ubi supra, ꝙ principes, & sacerdotes: qđ patet, quia dicunt, seducit turbas, non nos.

27 Dub. An sit peccatum aliquem seducere? R. Aug. ubi supra, quod si seducere est decipere, nec Christus seductor, nec quisquam debet seductor esse Christianus. Si aũt seducere aliundè aliquem ad aliud persuadẽdo ducere est, quærendum est unde & quo, si à bono ad malũ, malus seductor est. Si à malo ad bonum, bonus est, & utinam sic omnes seductores uocemur.

28 Dubit. Q̃uo nullus palam loquebatur si illa dicebant? Res. Lyra, post Aug. ꝙ nemo loquebatur palam de eo. i. in bonum, sed dicentes, quòd seducit turbas clarius sonabãt, sed bonus est pressius susurrabant.

29 Dub. Cum omnes essent Iudæi, cur dicit propter metum Iudæorum? R. Ly. quòd licèt omnes de populo nominarẽtur Iudæi, tamen speciali modo sic nominabantur illi de Tribu Iuda, qui grauius mouebant contra Christum, qui per scripturas debebat esse de Tribu eorum, & hunc reputabant Galilæum, & ab eis extraneum.

ALLEGORICE.

[Ambulabat Iesus in Galilæã] .i. in suis fidelibus, qui transmigrant de uitijs ad uirtutes, [& non in Iudæam] .i. in illis, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negãt [qui quærũt interficere eũ] meritũ suæ passionis destruentes, qui libenter uadunt, & inuitant Christũ. i. eius membra ad festum tabernaculorũ. i. tabernarũ, sed respondet, ꝙ tempus satietatis eorũ necdũ uenit, sed cum apparuerit gloria Dei, derelinquentes eos in obstinatione, quorum tẽpus semper in malo exponitur. Iesus aũt in bonis duob. manet hic s per gratiam, & tertia die. i. resurrectionis, ascendit cum eis ad festum perpetuum, nunc quidem non manifeste, cum ignoretur qs saluetur, sed quasi in occulto, cũ anima inuisibiliter euolet ad cęlum. quęrentur autem iusti ab impijs admirãtibus, & dicentib. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. ecce qũo cõputati sunt inter filios Dei, & palã cum oĩbus blasphemabunt uiuentem in sęcula sæculorum.

TROPOLOGICE.

Edocemur ex sacro Euangelio ambulare de uirtute in uirtutem, & non manere in obstinatione cum Iudæis, nec dare fidem fratribus nostris amatoribus sæculi, nec teramus tempus nostrum in uanitatibus mũdi, nec timeamus improperia malorum, sed duobus dieb. i. tempore uitæ nostræ stemus firmi in fide, ut tertia die cũ Christo ascendamus post mortem corporis, nec bona faciamus ad ostentationem, sed ad Dei gloriam, atque ut per infamiam, & bonam famam ad uitam perueniamus æternam.

ANAGOGICE.

Contemplemur [ambulationem Christi in Galilæam] .i. totam, ueniendo egressus à patre, & ad eũ cõsummata passione regressus, carnem ex Iudæis assumens, & tempore accepto passus gloriam mundi non quærens, post resurrectionem manens in Galilæa se pluries discipulis ostendendo, usque quo ascendit in cęlum ad festum sempiternum, carnẽ assumptam collocãs ad dexterã patris, quibusnã in hoc sæculo dicentib. ꝙ non fuerat uerus Deus, & alijs, ꝙ non erat uerus homo, nec ascendit manifeste, quo ad terminum ad quẽ terminata fuit eius ascensio, qũ nubes suscepit eum ab occulis eorũ, & tamen non totaliter in occulto cernentibus sanctis angelis, & eum comitantibus.

FERIA IIII. DE PASSIONE.

Facta sunt encænia in Hierosolymis. Ioan. 10.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi 33. die 25. Decembris.

HI-

HISTORICE.

Hyemis tpe, & encęniorũ solẽnitate dum in tẽpli porticu Salomonis perãbularet dñs à Iudæis rogãtib. cur clare nõ diceret si Xps esset, rñdit se satis locutũ fuisse, nec eos dictis eius dedisse fidem, qm ipsius non erant oues, quæ, quæ suæ erant agnoscebat, eũq; imitabant, & quib. æternã conferebat uitã, nec a quoquã ab eius poterãt euelli manib. operaq; quæ ipse ageret eidẽ perhibere testimonium quod a patre esset, qui, & ipse unũ essent: cum aũt ut eum interficerent lapides sustulissent, respondit se quaplura eis demõstrasse opera ex patre bona, ob quę lapidibus eum obruere quærerent, cumq; non ex operibus bonis, sed ex blasphemia assererent ipsum lapidare, qm cũ purus existeret homo, Deum se uocaret. Respondit eorũ in lege exaratũ esse, Ego dixi, dij estis, quòd si hi dij nũcupari sũt, quib. Deus locutus fuit: nec errorẽ scriptura contineat, cum ipsum missũ, & sanctificatum à patre blasphemare dicũt, cuius, & opera operatur, & eius se filiũ appellat: operibus igitur ut fidẽ darent inqt, ut itellectu cõprehẽderẽt, & fide tenerẽt, & patrẽ in ipso existere, & ipsũ in patre.

Negligenda non est dubiorum solutio.

1 DVBITATVR igitur, quid sint encęnia? Resp. Aug. super Io. ꝙ erat solennitas dedicationis templi, & dñr a cęnon Græce, quod Latine dicitur nouum, quia qñcunque nouũ q̃d fuerit dedicatũ, encęnia vocañ.

2 Dub. Quæ dedicatio fuit illa tẽpli, de qua solennizabãt? Res. Ly. post Alcuinum & Bedam, ꝙ non erat illa, quæ facta fuit a Salomone, q̃ facta fuit die 10. Septemb. in Autũno, ut habetur 3. Reg. 8. nec quæ facta fuit sub Zorobabel, quæ facta fuit in Martio tpe Vernali, sed illa, quæ facta est sub Iuda Machabeo, qñ templum fuerat profanatum ab Antiocho Epiphane, 1. Mach. 4. q̃ fuit facta die 25. noni mẽsis, q in maiori parte cõiter concurrit cum Decembri apud nos, & ideo ad hoc denotandũ additur, & hyems erat.

3 Dub. Cur est porticus Salomonis? ℞. Alcuinus, ꝙ ibi rex Salomon ad orandũ stare consueuerat, & eius noĩe cognominabatur.

4 Dub. Cũ illa porticus fuerit totaliter cõbusta p Chaldeos, uidetur ꝙ nõ erat illa Salomonis? ℞ Lyra, ꝙ sic dicebatur, quia fuit reædificata ad similitudinem illius, & ita retinuit eius nomen.

5 Dub. Cum Io. 7. dicatur, nolebat in Iudæam ambulare &c. quomodo nunc ambulat in porticu Salomonis? Resp. Chry. super Ioannem, quòd tunc Christus Iudæam frequentabat, quia passio erat in ianuis.

6 Dub. Cur Iudæi dicunt, dic nobis palã, cũ semper palam loqueretur? Res. Ly. post August. & Chry. quia non ueritatem desiderabant, sed calumniam præparabant, cum ipse palam omnia loqueretur.

7 Dub. Cur aliqñ petunt signum, & aliqñ dicunt, dic nobis palam? Resp. qui supra, ꝙ cum per sermonem erudiebat dicunt ei, qđ signum ostendis nobis? cum autẽ per opera demonstrat, dicunt ei, si tu es Christus dic nobis palã. quasi semp cõtrariũ postulantes.

8 Dub. Cur non quærũt si est filius Dei? ℞. qui supra, ꝙ cũ intenderent eũ tradere Pilato si accusassent eũ, ꝙ dicebat se filium Dei, nõ curasset Pilatus, sed dicẽdo, ꝙ erat Christus. i. unctus, i. rex, quia reges iungebãtur, cũ de hoc accusassent eũ, non poterat eum dimittere Pilatus propter Imperatorẽ Romanum, qui sustulerat reges a Hierusalem.

9 Du. Cur dicit loquor uobis, & non creditis? Resp. ubi supra, q. d. si operibus non creditis, quomodo uerbis credetis.

10 Dub. Cur dicit non estis ex ouibus meis, cũ Mat. 15. c. dixerit, non sum missus nisi ad oues Israel, &c. Resp. Aug. vbi supra, ꝙ quia uidebat eos ad sempiternum interitum prædestinatos, non ad uitam æternam sui sanguinis precio comparatos.

11 Dub. Si non erant ex ouibus suis, cur dicit oues meæ, &c. Resp. Theo. super Io. qđ ut inducat eos, ut ex ouibus suis efficiantur.

12 Dub. quomodo intelligitur, oues meę uocem meã audiunt? Resp. Alcuinus, idest præceptis meis ex animo obediunt, ego cognosco eas, idest diligo, & sequuntur me per mansuetudinis, & innocentiæ uiam incedẽdo, & ego uitam æternã do eis, ad gaudia æternæ uitæ intrando, & non peribunt in æternum, sicut uos peribitis, qui non estis de ouibus meis.

13 Dub. Quia cũ tunc Iudas esset ex ouibus Christi & audiret uocem eius &c. & tamen periit? Res. Theophi. ubi supra, ꝙ ei hoc accidit, quia non permansit ex ouibus usque in finem, & in æternum: & Christus de perseuerantibus usque in finem dicebat.

Dub.

14 Dub. Cur ergo dicit, & nõ rapiet eas q̄ſquã de manu mea? Resp. Aug. ubi ſupra, q̃d loquitur de ouibus, de quibus dicitur, nouit dominus, qui ſunt eius. quas nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit.

15 Dub. Cur toties cõparat iuſtos ouibus? Reſp. Iacob. de Vorag. q̄ quia ouis eſt animal ſimplex, nulli nocens, & q̄ multis, p̄deſt, & lacte, & lana, & ita boni catholici debent ſimpliciter credere his, quæ ſunt fidei, & non quærere rationes philoſophiæ, nulli nocere, & omnibus prodeſſe.

16 Dubit. Quid eſt illud maius omnibus, q̃d dedit ſibi pater? Reſp August. ubi ſup. q̄ eſt æqualitas deitatis cum patre.

17 Dubit. Quia uidetur, quòd non ſemper fuit æqualis patri, ſi hoc dedit ſibi pater? Reſp. qui ſup. q̄ non creſcendo, ſed naſcendo æqualis eſt, qui ſemper natus eſt de patre filius Deus de Deo.

18 Dubi. Quid intelligitur hic per manum? Reſp. q̄ metaphoricè dicit manus de Deo, q̄ nõ habet membra corporalia, & ut Aug. dicit, ſolent homines uocare manum ſuam illos, per quos operantur, & ẽt ipſum opus, ut a ſcriptoribus dicitur, ut agnoſcant manũ ſuã. i. ſcripturam ſuam: ſed hoc loco licèt filius ſit manus patris, quia per ipſum omnia fecit, tñ hoc loco manũ patris, & filij intelligimus poteſtatem, ne fortè cũ hic manum patris ipſum filium dictum accepe rimus, incipiat carnalis cogitatio etiam filij quærere filium.

19 Dub. Cur dicit, ego, & pater unũ ſumus? Reſ. Chry. ubi ſup. q̄ ne forte æſtimes, quia ipſe quidem imbecillis eſt. & quod propter patris uirtutem oues ſuæ ſint in tuto.

20 Dub. Cur non dicit unus ſum? Reſ Aug. ubi ſup. q̄ per hoc, quod dicit unum, liberat te ab Arrio, qui poſuit pluralitatem naturarum, ſicut & p̄ſonarũ. Per hoc autem, quod dicit, ſumus, liberat te a Sabellio, qui poſuit unitatẽ perſonæ in Deo, ut ille, qui eſt pater ſit filius, q̃d falſum eſt: Ideo, dicit ſumus,

21 Dub. Cur Iudæi uoluerunt eum lapidare? ℞. qui ſup. & etiam patet in textu, quia cum dixit, ego, & pater unũ ſumus, non pertulerunt, ſed tanquam blaſphemum voluerunt eum lapidare.

22 Dubit. Cur non fugit ſicut aliàs? Reſp. q̄ interim quando ratione poterat ſedare furorem eorũ, non fugiebat, ſed cum nollent audire, ſed de facto procedere, tũc fugiebat, ſicut poſt hoc Euangelium dicitur, quòd quærebant eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum.

23 Dub. Quæ bona operatus fuit? Reſp. Alcuinus ubi ſup. q̄ ſanare infirmos, & docere populum fuerunt bona opera.

24 Dub. Quare confitebãtur ei⁊ bona opera, dicentes, de bono opere non lapidamus te? Reſ. Ly q̄ tanquam furioſi erant ſibi cõtradicentes, dum bona opera cõfitentur, & tamen blaſphemum dicunt.

25 Dub. Quid eſt blaſphemia uide fe. 4. dominicæ 3. Quadrageſimæ dub. 113. & ſeq.

26 Dub. Vbi habetur, ego dixi dij eſtis? Reſpon quod Pſ 81.

27 Dubit. Cur ergo dicit, quod eſt ſcriptũ in lege? Reſ. Auguſt. ubi ſup. q̄ hic dominus legem appellat omnes ſcripturas ueꝫ. teſta.

28 Dub. Cum hi, de quib. loquitur pſalmiſta ſint dij ſolum per participationem, & ipſe eſſet Deus per eſſentiã, non uidetur auctoritas inducta ad propoſitum facere? Reſp. Hilar. 7. de Trinita. q̄ hoc allegauit, ut oſtenderet, quòd non blaſphemabat dicendo ſe Deũ, cũ ſcripturas uocet ſanctos uiros Deos.

29 Dub. Quia uidetur, quòd nõ ſem p̄ Chriſtus fuerit ſanctus, quia dicit quem pater ſanctificauit? Reſ. Augu. ubi ſup. ſanctificauit. i. ut ſanctus eſſet gignendo ei dedit.

30 Dub. Cur dicit, ſi non facio opera patris mei &c. Reſp. Chr. ubi ſup. q̄ per hoc vult oſtẽdere q̄ in nullo minor eſt patre, quia. n. ſubſtantiam eius impoſſibile erat eis uidere ab operum pluralitate, & identitate, demonſtrationem eius, quæ ſecundum uirtutem indiſſimilitudinis eſt, tribuit.

31 Dub Quomodo non poteſt ſolui ſcriptura? Reſ. S. Tho. quodlibe. 12. ar. 27 q̄ quicquid in ſacra ſcriptura continetᷓ, uerum eſt, aliàs, qui contra hoc ſentiret, eſſet hꝛticus.

32 Dubit. An miracula per Chriſtum facta ſufficienter probauerunt eius deitatem. Vide feria 2. dominicæ 3. quadrageſimæ, dub. 21. & ante, & poſt de miraculis.

33 Dub. Cum omnes iuſti maneant in Deo, & Deus in eis, quòd plus habet Chriſtus dicens ego in patre, & pater in me eſt? Reſp. Aug. ubi ſup. q̄ iuſti ſunt per participationẽ in Deũ, ſed Xp̄s eſt in illo tãquã æqualis.

ALLEGORICE.

Quod Iudæi circundarent Chriſtũ prænunciauit Dauid Pſ. 21. cum dixit, Circũdederunt me canes multi. q̄m Iudæi uerè erãt canes

canes inuidi, & rabidi contra Christũ, nec erant ex ouib. eius, sed diaboli, de quib. dr Mat. 7. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in uestimentis ouiũ, intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Lupus autẽ indutus pelle ouina per tria cognoscitur, per actum: quia mordet, non aũt ouis: per vlulatum, quia uersus cœlum vlulat, & ouis versus terram ad seipsam balat: per cibum, quia lupus comedit carnes, & ouis herbas virentes: & sic trib. modis cognoscuntur hypocritæ à seruis Dei, quia serui Dei non mordẽt detrahentes, hypocritarum aliqui mordẽt, qñ in parte laudant, in parte uituperãt: aliqui comedunt cũ aliorum uitia uituperant, & ipsi talia committunt: aliqui consumunt dum aliorum damnant uitam, uituperant famã, iudicant conscientiã. Secundo modo cognoscunt, quia vlulant uersus cęlum dũ infamant viros sanctos, & sancti non vlulãt, sed balant ad seipsos, cognoscentes, propriã fragilitatem. Tertio modo, per cibum, quia hypocritæ vescuntur carnib. in abscondito deuorantes. i. carnalib. uoluptatibus inseruientes Iusti autem herbis uirentibus. i. cœlestibus amænitatibus laudantes.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut si uolumus malorũ uersutias euitare, ambulemus in templo Dei. & in porticu Salomonis, ut simus pacifici cum his, qui odiũt pacẽ, & intersimus encęnijs. i. renouemur spiritu, & tempore hyemis, ut flammas, & uitia carnis extinguamus, & oues Christi efficiamur, & eius uocẽ à prædicatoribus audiamus, & eius mãdata seruemus, nec rapiamur per inanẽ gloriã, quæ bonis operibus insidiatur, ut pereant: nec lapidemus Christum in suis membris, pauperes despiciendo, sed credamus, quia ipse est in patre, & pater in ipso, ut eius filij simus.

ANAGOGICE.

Contemplari licet celeste tẽplum, & porticum ueri Salomonis, in qua encęnia celebrabuntur, cum noua faciet omnia gloriosus Deus, & erimus in hyeme refrigerij animarum nostrarum, & uitam æternam dabit nobis, qui erimus ex ouib. suis, nec vnquàm aliquis rapiet, aut auferet à nobis, sed oẽs erimus dij, & populus Dei, & ipse Deus nobiscum erit noster Deus, qui trinus, & vnus nos beatificabit, detrusis in baratro inferni eos, qui non erunt ex ouibus suis.

FERIA QVINTA De Passione.

Rogabat Iesum quidam Pharisæus. Luc. 7.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die Veneris, 13. Decembris.

HISTORICE.

Pharisæi cuiusdam precibus condescendẽs dominus, apud eum cum discumberet, lubrica quædam mulier id cum agnouisset, introgrediẽs, odorifero, qđ alabastro detulerat, unguẽto, dominicos primò osculata pedes, lachrymis rigatos, flauisvè capillis tersos vnxit. Pharisæo itaque cogitanti hunc si propheta esset, agnoscere debere mulieris eum tangentis fęditatem. Rñdit dñs secum paucis agere uelle verbis, quo assentiẽte, quendam dixit fęneratorem duobus sibi debentib. uni quidem quingentos, alteri vero quinquaginta dono remisisse denarios: petitq; quẽ ex his arbitraretur plus benefactorem amare. Rñdente aũt pharisæo se existimare eum, cui maiorem contulisset summam: quòd iuste arbitratus fuisset affirmauit dñs, & mulierem ostentans Symoni, qđ eius non lauisset pedes, nec osculum ori prębuisset, suumq; caput minimè unguẽto deliniisset, obiecit: cum tñ mulier hæc suas lachrymis abluisset plantas, & capillis tersisset, eisq; basia cum dedisset, unguento fouisset, ob qđ quãplura eidẽ remittũtur crimina, cum amplius dilexerit, cum nequaquam is, cui pauciora donantur tm̃ diligat: mulieri uero cum delicta remisisset, discumbentium quidam submurmurarunt, interius quærentes quisnam hic esset, qui scelera remitteret: fide autẽ mulieris collaudata, ꝙ eam saluasset, iussit ut in pace abiret.

Infrascripta dubia proponuntur soluenda.

1 DVBITATVR. Quomodo vocabatur ille Pharisęus à Resp. quod ut ex tex. apparet, & etiam hr Matt. 26. c. 2 uocabãtur Symõ leprosus. Dub. Cur rogauit eum, ut secum ederet? Resp. quasi se volens iustificare, & de iustitia iactare.

3 Dub. Cur Iesus assensit? Res Greg. Nice. ꝙ ut impartiret pharisęo de iustitiam, ꝑpria & non ut aliquid de uitijs eius sortiretur.

Dub.

4 Dub. Cum quot generib. hominum mãducauit dñs? ℞. Lyr. quòd legitur comedisse cũ peccatoribus, vt eos ad pœnitentiã vocaret, Mat. 9. Secũdo, cùm amicis, & familiaribus, ut eorum deuotionem nutriret, ut cũ Martha, & Maria. Io. 12. Tertio, cũ cognatis pauperibus, ut eorũ inopiã suppleret, vt patet de nuptijs, in quibus deficiente uino, aquam in vinum conuertit. Io. 2. Quartò, cum pharisæis superbientibus, vt eorum superbiam confutaret, prout hic. Adde ꝙ mãducauit cum Apostolis, ut eos cõcaret s. in cęna dñi. Io. 13. Luc. 22. Mar. 14 Matth 26. Item & post resurrectionem, ut se uere resurrexisse demonstraret.

5 Dub. An hæc mulier fuerit Maria Magdalena. Vide fer. 6. domin. quartę Quadrages. dub 7.

6 Dub. An bis vnxerit dñm? Resp. Aug. de consensu Euangelistarũ, ꝙ sic, & semel quidem ꝙ Lucas narrauit, ut in euangelio hodierno, qñ s. meruit habere remissioné peccatorum. Vnde Ioannes dicit, Maria autem erat, quæ vnxit dñm unguento, & tersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur: iam itaq; hoc Maria fecerat, quòd auté in Bethania rursum fecit: aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur ab alijs tribus.

7 Dub. In qua ciuitate hoc gestũ est? Resp. ꝙ in Hierusalem, in qua morabatur dictus Symon, qui fuerat leprosus.

8 Dub. An hæc peccatrix corporaliter peccauerit? Resp S. Th. super Mat. ꝙ peccauerat corporaliter, & spũaliter, sed postquàm ad pedes Iesu venit, & ab ea eiecta sunt septé dæmonia: nõ fuit peccatrix amplius, nec corporaliter, nec spiritualiter, cui opinioni non aduersatur Ambrosius.

9 Dub Quid est alabastrum? ℞. Beda, ꝙ est genus marmoris cãdidi varijs coloribus intercincti, ꝙ ad vasa vnguentaria spectare solet, eo qđ, optimè seruare ea incorrupta dicãt.

10 Dub. Quod unguentũ erat illud? Resp. ꝙ fuit pciosum, & ut hr̃ Marci. 14 c. potuit esse nardi spicati fidelis, & non adulterati.

11 Dub. Cur hæc mulier stabat retro? Resp. Lyra, ꝙ præ verecundia sui peccati non audebat se anteponere, & Greg. Nissenus dicit, quòd rebus tristem animum ostendebat veniam implorans.

12 Dub. Cur non verecundabat osculari, & rigare, ac tergere pedes? Res. Greg. in Hom. ꝙ qa semetipsã grauiter erubescebat intus nihil esse credidit, qđ verecundaretur foris.

13 Dub Numquid sufficiebat, ꝙ ueniã peccatorum petijsset? ℞. Greg. in hom. ꝙ quia oculis terrena concupierat, ideo hoc conterens per pœnitentiã flebat: capillos ad cõpositioné vultus exhibuerat, ideo ipsis lachrymas tergebat: ore superba dixerat, ideo dñi pedes osculans in redemptoris sui vestigia hos figebat: unguentum sibi pro odore suæ carnis exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat, quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta: conuertit ad uirtutũ numerũ, numerũ criminũ, vt totum Deo seruiret in pœnitẽtia, quicquid ex se Deum contempserat in culpa: & hæc quidé, quæ dicta sunt agebant exterius, quæ uero reuoluebat eius intentio, multo feruétiora, his erant, quæ solus Deus inspiciebat.

14 Dub. Cur sic cogitauit pharisæus? ℞. qui sup. quòd inquinari se alieno peccato credebat, qa hũc vera sua iustitia nõ replebat.

15 Dub An peccauerit sic cogitando? Resp. qui supra, ꝙ sic, quia nõ solũ peccanté mulierem, sed etiam suscipientem dominum reprehédit, & ipse ueraciter apud se superbus, & fallaciter iustus ægram reprehendit de ægritudine, & Medicũ de subuentione, quæ profecto mulier si ad pharisæi pedes venisset calcibus repulsa discederet.

16 Du. Cur dominus respondit eius cogitationi? ℞. Titus super Lucam, quòd ex hoc dñs non solũ se prophetam ostendit, sed ét Deum qui nosset cogitationes hominum.

17 Du. Cur dominus proposuit parabolam de duob. debitoribus? Resp. qui supra, q. d. dominus pharisæo, neq; tu absq; debito es: quid igitur si in paucioribus teneris, non superbias, quia tu quoque venia eges.

18 Dub. An peccatores ita cito debeant benignè recipi? Respond. Grego. in Homil. quod districtionem debemus vitijs cõpassionem naturæ: si enim feriendus est peccator, nutriendus est proximus, cum vero iam per pœnitentiam percutit ipse, quod fecit iam noster proximus peccator non est, quia hic in se punit, quod iustitia diuina reprehendit.

19 Dub. Cur pharisæus dixit Christo, ut diceret? Res. glo quòd ex uerbis domini fuit factus attentior.

20 Dub. Cur cui plus donatur, plus diligit? Res. quia cui magis beneficiũ impenditur, maio-

maiorē cām gratitudinis ad diligendū hēt.

21 Du. Cur dominus improperat pharisęo, q̄ non dederat aquam pedibus &c? Respon. Amb. sup. Luc. quasi dn̄s diceret: facilis est vsus aquarū, nō est facilis lachrymarum effusio, in promptis non est vsus, hæc effudit nō prōpta lauans lachrymis pedes meos, lauit maculas proprias, tersit comis, vt p̄ eas sibi assumat sacros sudores, & q̄bus uenata est ad p̄ctm̄ iuuentutē, venata est ad sanctitatē.

22 Dub. Qūo lachrymæ mundant à peccatis? Resp. Chrys. q̄ sicut vbi vehemēs imber prorumpit fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet trāquilitas, & perit caligo reatuū, & sicut per aquā, & Spiritū, sic per lachrymas, & confessionem denuo mundamur.

23 Dub. Qūo magis peccans potest plus diligere? Resp. Titus vbi sup. q̄ quia contingit sæpius eum, qui multum peccauit, per cōfessionē purgari, pauca vero peccantē ex arrogantia nō venire ad cōfessionis remedium.

24 Dub. Quia videtur, quod peccata nō per dilectionem, sed per contritionem dimittantur? Resp. q̄ cōtritio nō potest haberi de peccatis, nisi ex magna dilectione Dei, quia nisi Deum peccator diligeret nequaquam se peccasse doleret.

25 Dub. Quia in parabola dixit, donum esse causam amoris. Hic autem dicit dilectionē esse causam doni, cum dicit, remittuntur ei peccata, qm̄ dilexit multum? Resp. Ly. q̄ in parabola loquebatur modo humano, ubi amor ex dono causatur, in applicatione uero parabolæ ad propositum conuertit se ad loquendum de amore Dei erga nos, qui nō procedit ex bonis meritis nostris, sed magis causat bonum in bonis. Et ideò conuenienter concludit dicto modo.

26 Dub. An per pœnitentiam possit homo redire ad pristinā gratiā? Res. S. Th. in 2 sen. dis. 9. ar. 8. q̄ multis non uirgines, ut Petrus & Magdalena multis etiam uirginib. eminentiores sunt.

27 Dub. An pęnitentia sit sacramentū? Resp. S. Th. 3. par. q 84. ar. 1. q̄ sic, quia sicut Gre. dicit, & habetur. 1. q. 1. c. sacramenta. Sacramentum est in aliqua celebratione cum res gesta ita fit, ut aliquid significatiuè accipiamus, & sanctè accipiendum est. cum igitur peccator pęnitens p̄ ea, q̄ facit, significet se recessisse à p̄ctō, & Sacerdos p̄ ea, q̄ agit erga pęnitētē, significet opus Dei remittentis peccata, manifestum est, quòd pœnitentia, quæ in Ecclesia agitur, est sacramentum.

28 Dub. Quæ est materia huius sacramenti? Resp. qui supra, q̄ sic se habent in hoc sacramēto exteriores actus sensibiles, sicut aqua in baptismo, & chrysma in confirmatione: ipsi igitur actus humani sensibiles sunt loco materiæ.

29 Dub. Cur ministri ecclesiæ non exhibent materiam in hoc, sicut in alijs sacramentis? Resp. qui supra, q̄ cum actus humani sint pro materia huius sacramenti, ipsi proueniunt ex inspiratione interna, unde non exhibentur à ministro, sed à Deo interius operante, sed complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absoluit.

30 Dub. Quæ est forma huius sacramenti? Res. qui sup. ar. 4. q̄ est illud, quod sacerdos dicit, ego te absoluo.

31 Dub. Quia uidetur, quòd peccator esset ligatus si absoluit eum? Respon. quòd peccata sunt quædam uincula, secundum illud Prou 5. iniquitates suæ capiunt impium, & peccatorum suorum funibus quisque constringitur.

32 Dub. Quomodo exponitur, ego te absoluo? Resp. qui supra, q̄ aliqui exponunt. i. absolutum te esse ostendo, quæ quidem quantum ad aliquid uera est, sed esset perfectior expositio, Ego te absoluo. i. sacramentum absolutionis tibi impendo.

33 Dub. An in absoluendo requiratur impositio manuum sacerdotis? Res. qui sup. ar. 4. q̄ non: quia Christus, quando dedit potestatem Petro, & etiā alijs Apostolis remittendi peccata, nullam de manuum impositione fecit mentionem.

34 Dub. An pęnitentia sit de necessitate salutis? Res. qui supra, ar. 5. q̄ sic, non absolutē, sed ex suppositione, & ita non omnibus est necessaria, sed peccato subiacentibus, & ita est necessaria post peccatum.

35 Dub. Cur pœnitentia dicitur secunda tabula post naufragiū? Res. qui sup. ar. 6. q̄ sic metaphoricè dicitur. Quia primum remedium mare transeuntibus est, ut conseruentur in naui integra. Secundum autē remedium est post nauem fractam, ut quis tabulæ adhæreat. Ita primum remedium in mari huius uitæ est, quòd homo integritatem seruet. Secundum autem remedium est si per peccatum integritatē perdiderit, quòd per pœnitentiam redeat.

36 Du. An pęnitētia de peccato debeat du-

rare vsque ad finem vitæ? Resp qui sup.ar. 8 q. duplex est pœnitẽtia vna interior, qua homo dolet de peccato commisso, & hæc debet durare vsq; ad finem vitæ, q̄a si placeret sibi peccasse, iā incideret in peccatū. Alia est exterior, qua q̄s per signa exteriora ostẽdit dolorem de peccatis, sicut ipsa verbotenus confitendo, & satisfaciendo ad arbitriū absoluentis, & talis nō oportet, q. duret vsque ad finem vitæ, sed vsq; ad determinatū tempus secundum mensuram peccati.

37 Du: An homo cōtinue pęnitere debeat? Res. qui sup.ar. 9. q. pœnitere dicitur dupliciter, s. secundum actū, & sic non potest semper pęnitere, quia necesse est, q. actus pœnitentis, siue interior, siue exterior interpoletur, ad minus, somno, & alijs, quæ ad necessitatem corporis pertinent. Alio modo secūdum habitum, & sic oportet, q. homo continue pœniteat, s. q. homo debet in proposito gerere, q. semper sibi præterita peccata displiceant, nec aliquid contrarium penitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pęnitentis tollatur.

38 Dub. An pęnitentia possit iterari? Resp. qui sup ar. 10. q. aliqui pp dictum Apostoli ad Heb. 6. impossibile est eos, qui semel sūt illuminati, & gustauerunt cœleste donum, & participes facti sunt Spiritus sancti, & prolapsi sunt renouari rursus ad pęnitentiam. Aliqui in errorē inciderūt dicentes, q. post baptismū vtilis est pœnitentia, sed solum semel, non tñ pluries, qui error est contra id, q̄d dixit dñs Petro Matt. 18. Non dico tibi vsq; septies, sed vsq; septuagesies septies. & contra Psal 50. vbi dicitur. Miserere mei Deus secundū magnā misericordiam tuam. Et secundū multitudinē miserationum tuarum dele in quitatem meam. Apostolus aūt dicit illa verba contra Iudæos, apud quos erant quædā lauacra s̄m legem instituta, in quib pluries se ab immundicijs purgabant, & ita credebant plures eorū per lauacrū baptismi pluries purificari posse, ad hoc excludendū Apostolus scribit Hebræis, q. impossibile est eos qui semel sunt illuminari, s. per baptismū cursus reuocari ad pęnitentiam, s. per baptismum, qui est lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, ut dicitur ad Tytum 3. & rōnem assignat ex hoc quod per baptismū hō Christo cōmoritur. Vnde subdit rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

39 Dub. An vere dicat̄ pęnitere, qui postea peccat? Res. qui sup. q. si quis interim, quòd pęnitet peccat eodem vel alio genere peccati, uel proponit iterū peccare, nō dicitur uerè pęnitens, sed irrisor: q. aūt post peractam pęnitentiam peccat aliquis, vel actu, vel proposito non excludit quin prima pœnitentia vera fuerit: nunquam. n. veritas primi actus excluditur per actum contrarium subsequẽtem: sicut n. vere cucurrit, qui postea sedet, ita vere pęnituit, qui postea peccat.

40 Dub. An pęnitentia sit virtus? Resp. qui sup. q. 89. ar. 1. q. sic, s̄m, quòd consistit in voluntate, & fit cū quadam electione, quæ recta est: nec loquimur de pœnitentia, prout est passio quædā appetitus sensitiui, nā pęnitens assumit moderatum dolorem a peccatis præteritis, cum intentione remouendi ea, & ita est uirtus, vel actus virtutis.

41 Dub. Quis est proprius actus pœnitentię? Res. qui sup. q. 85. art 4 q. pœnitentia, quæ est virtus proprius actus est propositū emendādi Deo q̄d contra eum commissum est, & ita est sacrificium quoddam, secundum illud Ps. 50. Sacrificium Deo Spiritus contribulatus, quod sacrificiū offerre est actus volūtatis secundū illud Ps. 53. Voluntariè sacrificabo tibi. & sic est in voluntate.

42 Dub. Vnde prouenit in nobis pœnitẽtia, & ex quibus? Resp. qui sup. ar. 5. quòd de pęnitẽtia loqui possumus dupliciter: uno mō quantum ad habitum, & sic immediate à Deo infunditur, sine nobis principaliter operantibus, non tamen sine nobis dispositiue cooperantibus per aliquos actus. alio modo quantum ad actus, quibus Deo operanti in pęnitentia cooperamur. Quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor, secundum illud Tre. 4 Conuerte nos domine ad te, & conuertemur. Secūdus actus ē motus fidei Tertius, est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur. Quartus, est motus spei, quo quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendādi. Quintus, est motus charitatis quo alicui peccatum displicet secundum seipsum, & non iā propter supplicia. Sextus, est motus timoris filialis, quo propter reuerentiā Dei aliquis cor Deo voluntariè offert. & sic patet, quòd actus pœnitentiæ a timore seruili procedit, sicut a primo motu affectus ad hæc ordinatos: à timore autē filiali sicut ab im-

immediato, & proximo principio.

43 Du. Quia uidetur, q non omnia peccata p poenitentiã tollantur, quia ad Heb. 12. dicitur. q Esau non inuenit locũ poenitentiæ quanquã cum lachrimis quæsisset eã. & 2. Mach. 9. dicitũ de Antiocho, orabat scelestus Deum, a quo nõ erat misericordiam consecuturus? Res. qui sup. q. 86. ar. 1. q hoc q aliquod peccatũ per pœnitẽtiã remoueri non possit, põt contingere dupliciter: uno modo, q aliquis de peccato pœnitere non possit, & sic peccata dæmonũ, & hominum damnatorum non possunt remoueri per aliquam pœnitentiã, quia affectus eorum sunt confirmati in malo, ita q non põt eis displicere peccatum inquantũ est culpa, sed solũ quantũ ad pœnã, quã patiuntur. vñ si habẽt aliquã pœnitentiam non est cũ spe ueniæ, sed cũ desperatione: tale autẽ non põt esse peccatũ alicuius uiatoris, hominis, quia tolleretẽ libertas arbitrij, & derogaretur uirtuti gratię, per quã moueri põt cor cuiuscũq; peccatoris ad pœnitendum. Alio modo põt intelligi, q pœnitentia nõ possit delere peccatum quod est erroneũ, quia repugnat diuinæ misericordiæ, de qua dicitur Iohel. 2. q benignus, & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Vinceretur. n. quodammodo Deus, ab hoïe si homo uellet peccatum deleri, q Deus delere non uellet. & ẽt derogaretẽ uirtuti passionis Christi p quã pœnitentia operatẽ, sicut alia sacra, cum scriptum sit 1. Io. 2. ipse est propitiatio p peccatis nostris, nõ solũ uostris, sed etiam totius mundi: & ita simpliciter dicẽdum est, oẽ peccatũ in hoc mundo deleri posse per pœnitẽtiã, Esau aũt non uere pœnituit, q patet ex hoc, q dicit: uenient dies luctus patris mei, & interficiã Iacob fratrẽ meum: similiter ẽt nec Antiochus uere pœnituit: dolebat. n. de culpa preterita nõ pp offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiebatur.

44 Du. An peccatũ possit remitti sine pœnitẽtia? Resp. qui sup. ar. 2. q peccatum mortale nullo modo potest remitti sine pœnitẽtia quæ est uirtus, de qua dictũ est dub. 40. sine tamen pœnitẽtia, quæ est Sacramentũ de qua dictũ est dub. 27. benẽ potest remitti, sicut Christus remisit mulieri adulteræ.

45 Dub. An in baptismo remittantur peccata sine pœnitẽtia? Res. q sup. q pueris remittiẽ peccatum originale in baptismo, q non consistit in actuali deordinatione uoluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturæ. Et ideo remmittitur eis peccatũ cũ habituali immutatione per infusionẽ gratiæ, & uirtutũ: non autem cum actuali. sed adulto, in quo sunt actualia peccata quæ consistunt in deordinatione actuali uoluntatis, non remittuntur peccata, etiam in baptismo sine actuali immutatione uoluntatis, quod fit per pœnitentiam.

46 Du. An unum peccatũ possit sine alio remitti? Res. qui supra, ar. 3. q impossibile est per pœnitentiam unum peccatum sine alio remitti, quia cum peccatũ remittaẽ p gratiam, cui oẽ peccatũ mortale contrariatur, & excludit eam, ideo unũ sine alio nõ põt remitti. Itẽ nec sine uera pœnitẽtia ad quã pertinet deserere peccatũ, in quantũ est contra Deum qđ est commune oĩbus peccatis mortalibus. Nullus igitur põt pœnitere de uno peccato, secundum hanc rationẽ, q est contra Deũ, nisi de omnibus pœnitentia cũ omnia sint contra Deũ. Tertio, quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera, ut dicitur Deut. 32. unde cuius miseretur totaliter miseretur. Vnde Aug. dicit in libro de pœnitentia. Quædam impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est, dimidiam sperare ueniam.

47 Dub. An ueniale remmittaẽ sine pœnitẽtia? Resp. qui sup. q. 87. ar. 1 q non. Non tñ requiritur, qđ adhibat diligentiã ad rememorandũ singula peccata uenialia, ut singula detestetur, sicut requiritur ad remissionẽ mortalium, sed requiritur quædã uirtualis displicentia: puta cũ aliquis hoc mõ fertur secundum affectum in Deũ, & res diuinas, ut quicquid sibi occurerit, qđ eum ab hoc motu possit retardare, displiceret ei, & doleret se cõmisisse, si ẽt actu de illo nõ cogitaret, quod tamen non sufficit ad remissionẽ peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

48 Du. Quomodo peccata uenialia remittantur? Res qui sup. ar. 3. q tripliciter causatur remissio uenialium. Vno modo inquantum infunditur gratia, & hoc modo q eucharistiã, & extremã unctionem, & uniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia, peccata uenialia remittuntur. Secđo per aliquẽ motum detestationis peccatorũ, & sic confessio generalis,

 tunsi,

tunſio pectoris, & oratio dominica operā-
tur ad remiſſionem peccatorum uenialiū ,
quia in oratione dñica petimus , Et dimit-
te nobis debita noſtra . Tertio modo p ali-
qué motum reuerentiæ in Deum , & ad res
diuinas, & ſic benedictio epiſcopalis , aſper-
ſio aquæ bñdictæ , quælibet ſacramentalis
unctio,orō ī eccleſia dedicata, & ſi quæ alia
ſunt hmôi, operantur ad talē remiſſionem.

49 Dub. An ueniale poſſit remitti ſine mor
tali ? Reſ.qui ſup.ar.4.ꝙ cum ille,qui eſt in
peccato mortali careat gratia,per quam re-
mittuntur peccata,nullo mō interim,qđ eſt
in peccato mortali,pôt ſibi remitti ueniale.

50 Dub. An peccata remiſſa redeant per ſe-
quens peccatum ? Reſ.qui ſup.q.88.ar.1.qđ
in peccato mortali duo ſūt ſ.auerſio à Deo,
& conuerſio ad bonum creatum,& cū cuili-
bet peccato mortali ſit cōe auerti à Deo, &
ex hoc inſit ei macula , & reatus pęnæ ęter
næ,propter,hoc dicitur Iac.2.qui offenderit
in uno factus eſt omnium reus . Ex parte
autem conuerſionis peccata mortalia ſunt
diuerſa,& interdum contraria. Vnde mani-
feſtum eſt quòd ex patre conuerſionis pec
catum mortale ſequens,nō facit redire pec-
cata præterita prius abolita . alioquin ſe-
queretur quod homo per peccatum prodi-
galitatis reduceretur in habitum, uel depo-
ſitionem auaritiæ prius abolitę , & ſic con-
trarium eſſet cauſa ſui contrarij , quod eſt
impoſſibile.

51 Dub.An peccata dimiſſa redeant per in-
gratitudinē? Reſp.qui ſup.ar.2.qđ peccata
dimiſſa per pęnitentiam redire dicuntur in
quantum reatus eorum ratione ingratitudi
nis uirtualiter continetur in peccato ſeq.

52 Dub. Ex quibus peccatis ingratitudinis
magis dñr peccata præterita redire? Reſp.q
ſup. quòd ingratitudo poteſt committi du-
pliciter.Vno modo,ex eo quod aliqd ſit cō-
tra beneficium , & ſic per omne peccatum
mortale reddiť homo ingratus Deo,q pec-
cata remiſit:& ſic per oē peccatum mortale
ſequens redeunt peccata prius dimiſſa rō-
ne ingratitudinis . Alio modo committitur
ingratitudo etiam faciendo contra formam
beneficij præteriti,quæ ſi attēdatur ex par-
te benefactoris,eſt remiſſio debitorum. Vñ
contra hanc formā facit , qui fratri petenti
ueniam non remittit,ſed odiū tenet . Si au-
tem attendať ex parte pœnitentis, qui reci-
pit hoc beneficium inuenitur duplex motus
liberi arbitrij.Quorū primus eſt in Deū ꝙ
eſt actus fidei formatæ , & contra hoc facit
homo apoſtatando à fide. Secundus autem
eſt in peccatum ad quem primò pertinet,ꝙ
homo deteſteť peccata præterita, & contra
hoc facit ille, qui dolet ſe pęnituiſſet. Item
pęnitens debet ſe ſubijcere clauibus Eccle-
ſiæ per confeſſionē, ſecundum illud Pſ. 30.
Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam
meam domino , & tu remiſiſti impietatem
peccati mei.& contra hoc facit ille,qui con
tēnit confiteri ſm quod propoſuerat . Et iō
dř ſpecialiter,ꝙ ingratitudo horū peccato-
rum facit redire peccata prius dimiſſa. Vñ
uerſus Fratres odit,apoſtata fit,ſpernitq; fa-
teri, Pœnituiſſet piget,priſtina culpa redit.

53 Dub. An per peccata uenialia redeant
peccata dimiſſa ? Reſp.qui ſup.ꝙ non, quia
peccans uenialiter non facit contra Deum ,
ſed præter ipſum.

54 Du.An per pęnitentiam reſtituātur uir-
tutes amiſſæ per peccatū?Reſ.qui ſup.q.89.
ar. 4. ꝙ cum per gratiam remittantur pec-
cata pęnitenti,gratia infunditur, ex qua cō-
ſequenter omnes uirtutes reſtituuntur.

55 Du. An operatio uirtutū in charitate fa
cta mortificari poſſit ? ℞.qui ſup.quòd effe-
ctus operū uirtuoſorum , quæ in charitate
fiunt,eſt perducere ad uitam æternā, quod
quidem impeditur per peccatū mortale ſe-
quens,ꝙ gratiam tollit, & ita mortificari di
cuntur per ſequens peccatum mortale.

56 Dub. An opera non in charitate facta ui
uificentur per pęnitentiā ſubſequētē?Reſp.
qui ſup.ar.6. ꝙ aliqua opera dicuntur mor
tua effectiuē, ſicut opera peccati mortalis ,
& talia non uiuificantur per pęnitētia , ſed
potius abolentur.Aliqua uero dicūtur mor
tua priuatiuē, quæ ſcilicet,carent uita ſpiri-
tuali,quæ eſt charitas, per quam anima ui-
uit , & ita fides ſine charitate dicitur mor-
tua,ut dicitur Ia.2.Et ſic omnia alia opera ,
q̃ ex genere bona ſunt, ſi fiāt ſine charitate,
dicuntur mortua , quia non procedunt ex
principio uitæ , & cum tranſeant nec poſ-
ſint eadem numero iterum reſumi,impoſſi-
bile eſt quod per pœnitentiam fiant uiua ,
quia non præſtatur eis ut iterum procedāt
ex principio.

57 Dubitatur . Quot ſunt partes pœniten-
tiæ ? Reſpond. qui ſupra , quæſtione 70.ar-
tic. primo,quòd ſunt tres , ſcilicet , contri-
tio , confeſſio , & ſatiſfactio , & ſunt partes
inte-

integrales, nec totã pœnitẽtia consistit in singulis partibus, sed in omnibus simul.

58 Dubi. Quæ differentia est inter pęnitere & pęnitentiam agere? Resp S. Thom in 4. sen. dist. 2. q. 2. ar. 3. q. 3. ꝙ pęnitere est dolor interior, sed pęnitentiam agere est exterius demonastrare.

59 Dub. Propter quid pœnitẽtia publicatur uel solemnizatur? Res. qui supra, di. 14. q. 1. ar. 5. q. 1. qđ ꝓpter quatuor. Primo, ut peccatum publicũ publicam habebat medicinã. Secundo, q̃a maxima cõfusione in hoc mũdo est dignus, qui grauissi nũ scelus cõmisit. Tertio, ut sit aliis ad terrorem. Quarto, ut sit ad exemplũ pœnitendi, ne desperẽt, qui in grauibus peccatis detinentur.

60 Dub. Quæ dicitur pœnitentia solemnis? Resp qui supra, dist. 14. ꝙ est illa, quæ imponitur modo tali. Tales enim pœnitentes in capite Quadragesimæ præsentãt se cũ presbyteris suis episcopo ciuitatis ante fores ecclesiæ sacco induti, nudis pedibus, vultibus demissis, coma deposita, & eis in ecclesiã introductis, Episcopus cum omni clero septem psalmos pęnitentiales dicit, & postmodum eis manus imponit, aquam benedictã aspergit, & cinerem capitibus imponit, cilicio colla eorum cooperit, & denunciat eis lachrymabiliter, quòd sicut Adam eiectus est de paradiso, ita ipsi de ecclesia eiiciuntur, & iubet ministris, ut eos ab ecclesia pellant, clero eos persequente cum hoc responsorio: In sudore vultus tui, &c. In cœna autẽ dñi quolibet anno à suis presbyteris in ecclesiã reducuntur, & erunt ibi usq; ad octauas paschæ, ita tamen ꝙ non comunicabunt, nec pacem accipiant, & sic fiat quolibet anno quousq; aditus ecclesiæ est eis interdictus. Vltima autem reconciliatio episcopo reseruatur, ad quem solum spectat solemnis pœnitentiæ impositio.

61 Dub. An ista solemnis pœnitentia possit iterari? Res. qui sup. q. 2. ꝙ non debet iterari propter tria Primo ne ex iteratione uilescat. Secũdo propter significationem, quia est figura expulsionis hominis de paradiso, quæ est semel tm̃ facta. Tertio, quia solemnizatio est quasi quædam professio perpetuo pœnitentiam conseruandi. si tamẽ postmodum peccauerit non clauditur ei locus pœnitentiæ, sed pœnitentia solemnis non est ei iniungenda.

62 Dub. Quibus põt imponi solemnis pœnitentia? Resp. qui supra, q. 1. art. 5. quòd uiris & mulieribus, sed non clericis propter scandalum.

63 Dub. Cũ clericus plus peccet, quàm laicus in eodem genere peccati, cur non eis sic imponitur sicut laicis? Res. qui supra, qđ ne ordo ueniat in contemptum. unde non defertur personæ, sed ordini.

64 Dub. Pro quibus peccatis debet imponi pœnitentia solemnis? Resp. qui supra, q. 3. ꝙ non debet imponi nisi pro peccato, quod totam commouerit urbem.

65 Du. Cur soli episcopo reseruatur talis solemnis pœnitentiæ impositio? Resp. qui supra, qđ ideo, quia magna peccata indigent maiori cautela ad sui curationem: & quia nõ imponitur nisi pro grauissimis peccatis soli episcopo reseruatur.

66 Dub. An publica pœnitentia, & solemnis sint idem? Resp. qui supra, quòd omnis solemnis pœnitentia est publica, sed non conuertitur, quia publica pœnitentia & non solemnis est illa, quæ fit in facie ecclesiæ, sed non cum solemnitate prædicta, sicut peregrinatio per mũdum cum baculo cubitali.

67 Dub. A quo potest imponi publica pœnitentia? Resp. qui supra, quòd à simplici sacerdote.

68 Du. An possit iterari? Res. q. supra, qđ sic.

69 Dubit. Quibus potest imponi? Respond. qui supra, quòd uiris, & mulieribus, & etiam clericis.

70 Dub Cur dominus non respõdit murmurantibus, quod peccata dimitteret? Respon. Greg. in homil. qđ cœlestis medicus ægros non respicit, quos etiam de medicamento fieri debitores uidit.

71 Dub. Cur sic murmurabãt? Resp. Ly. q̃a ignorabant deitatem interius latentẽ, quę potest peccata dimittere.

72 Dub. Cur dicit mulieri: fides tua te saluã fecit? Resp. Greg in hom quia s. hoc, quod petijt, posse se accipere non dubitauit.

73 Dub. Quomodo intelligitur, uade in pace? Resp. Theophilus super Lucam, uade in pace, idest, in iustitia, quia iustitia est pax hominis ad Deum, quasi dicat, operare omnia, quę ad pacem Dei te ducunt.

74 Dubitatur. Cur potius attribuit fidei remissionem peccatorũ, quàm alii uirtuti? Respond. S. Vincen. in sermone, quia nulla pœnitentia potest remittere peccata, nisi sit in

fide fundata, ideo pęnitentia infidelium non remittit peccata, quia sine fide impossibile est placere Deo.

ALLEGORICE.

Domus in qua discumbit dñs, significat ecclesiam, & ibi est Symeon .i. audiens męrorem; qui est confessor audiens peccata, q. est leprosus, qm̄ discernere scire debet inter peccatum, & peccatum, & mulier peccatrix .i. anima, q̄ est in ciuitate, quia eius peccata sunt notoria, retro præ confusione ad pedes Iesu per humiliationem detestando peccata accedit, & lachrymis. &c. quærens satisfacere in omnibus, in quibus peccauit: & satisfacto integre dominus excusat peccatorem dicendo, sibi, esse remissa omnia peccata, quæ fecit, & instituit confessorem iudicé, qui secundum æstimationem suam pronunciat peccatorem debere absolui, dum uidet contritionem, & data pęnitentia mittit eum in pace.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut si uolumus liberari, & curari à peccatis ea detegamus Christo .i. eius uices gerenti confessori, & simus parati oīa confiteri & pęnitentiam iniunctam perficere, & satisfactionem impendere, nec uerecūdemur cōfiteri, quæ nō erubuimus perpetrare, & sic ibimus in pace cum Deo, cum quo propter peccatum eramus in bello, ita tamen, quod ungamus pedes Christi, i. eius pauperes unguento eleemosynarum, ut ab ipso mereamur commendari.

ANAGOGICE.

Contemplemur infinitam bonitaté Christi, qui nō dedignatur recipere peccatores, dum reccurrunt ad eum, imò ipsos sicut pastor ouem deperditam portat in humeris suis, & ad amęna gaudia paradisi perducit, ubi in pace requiescent, quoniam eorum fides ipsos saluos fecit.

FERIA VI. DE PASSIONE.

Collegerunt Pontifices, et Pharisæi consilium. Io. 1.c.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi. 33 die Sabbathi, 12. Martij.

HISTORICE.

Lazaro resuscitatio consilio disceptatum fuit a pontificio. & pharisæis quidnā acturi essent, cum a Iesu plurima fierent signa: cui nisi resisteretur, oēs eius reciperent fidem. Romaniq; patriam gentemq; ablaturi proficiscerentur, ex consiliarijs uerò unus Cayphas anni illius pontificatu fungens, unum necesse esse occidi hominé ait, ne gens periret uniuersa, quæ non ex se locutus est, sed ob pontificatus dignitatem prophetice Iesū pro gente moriturum esse prænunciauit, & nec dum pro gente, sed, & ut dispersos Dei uniret filios: ab ipso igitur sancitum fuit die Iesum esse neci dandum, qui ea, cum percepisset, nequaquam cum Iudæis palam conuersabatur, sed in Effren urbe, iuxta desertum, suis cum discipulis morabatur.

Satisfaciendum iam dubijs est.

1 DVBITATVR. Quæ differentia est inter concilium, & consilium? Respon. S. Th. 2. 2. q. 158. ar. 5. q. concilium est in quo iudices inter se conferunt, quo supplicio reos damnari oporteat, consilium autem, ut dicit ipse 12 q 14. art. 3. & sequentibus, proprie importat collationem inter plures habitam, & est quædam inquisitio illorum, quæ in dubio obueniūt, dicitur consilium quasi considium, quod multi confident ad simul conferendum.

2 Dub. De quibus est cōsilium? ℞. qui sup. & ubi immediate sup. q. ut Greg. Nissenus dicit, consiliamur de his, quæ fiunt in nobis, & per nos fieri possunt, & ita consilium proprie est circa ea, quæ aguntur a nobis.

3 Dub. An de omnibus, quæ aguntur a nobis sit consilium? Resp. qui supra ar. 4. q. de duobus non consiliamur, s. de rebus paruis, & de his, quæ sunt determinata qualiter fieri debent, sicut est in operationibus artium, præter quasdam coniecturales, ut Greg. Nissenus dicit, ut puta medicinalis, negotiatiua, & huiusmodi.

4 Dub. Cur cum dominus tanta miracula faciebat, consiliū contra eum fecerunt? Resp. Ly. q. audita resurrectione Lazari ex ira, & inuidia moti sūt ad tractādū de eius morte.

5 Dub Cur in dicto consilio non legitur aliquis dixisse pro Iesu? Res Aug. super Ioanné, quod plus prædicti homines cogitabant quomodo nocerent, & perderent, quàm quomodo sibi consulerent, ne perirent.

6 Du. Cur solum pōtifices, & pharisæi hoc consilium fecerunt? Resp. Lyr. q. pontifices erant de tribu Leui, Pharisæi auté pro magna

gna parte erãt de tribu Symeon, quia ex illa tribu habuit ortũ secta pharisæorũ: ideo in figura huius dictum fuit Gene. penul. c. Symeõ, & Leui fratres vasa iniquitatis bellãtia, in conciliũ eorum non veniat aĩa mea.

7 Dub. Cur dicũt, quia hic homo multa signa facit? Resp. Ly. ꝙ hoc erat, quod in concilio agitabatur, videlicet, an deberent credere Xpo, qui multo plura fecit, quàm Moyses, cui tamen credebant, ꝙ hoc erat argumentũ pro vna parte; ꝙ non crederetur sibi, erat pro altera quia si crederetur sibi hoc esset tanquã Messiæ, & Christo, qui debebat habere regimen, quod credebant fore temporale. Et iõ timebant ne Romanum Imperium procederet contra eos, propter omniũ in eum credulitatem, & obsiderent eos, & tollerent ciuitatem, & templum, & gentem Iudæorum captiuarent.

8 Dub. An veraciter inter eos esset timor de Romanis? Resp. Orig. super Ioã. ꝙ fictio erat, quæ dicebãtur. Quid enim demostrabat tale? armigeros, circunferebat? & equitatum trahebat? nõne deserta persequebatur, sed ut non putentur ob passionẽ suam hoc dicere, totam ciuitatem periclitare dicunt.

9 Du. Nunquid sacerdos magnus non durabat nisi per annum? Resp. Aug. vbi supra, ꝙ dominus constituerat, vt esset unus solus pontifex, q. duraret in vita sua, & alius succederet, tamen post propter ambitiones, & contentiones constitutum est, ut essent plures pontifices, qui per annos singulos ministrarent, & forte etiam in vno anno plures ministrabant, & Iosephus refert, quod Cayphas precio sibi sacerdotium vnius anni redemerit.

10 Du. An Cayphas fuerit uerus propheta? Res. qui sup. ꝙ non quicunque prophetizat, propheta est, sicut nec quicunque ius prosequitur, iustus est. vide de prophetia, feria 2. dominicæ tertiæ Quadragesimæ, dubio 26. & sequentibus.

11 Dub. Quia dicitur, hoc à seipso nõ dixit, à quo ergo dixit? Res. S. Th. in 4. sen. di. 19. in fine, ꝙ in verbo Cyphæ fuerũt quatuor s. inspiratio immissa, per quã vtilitas passionis Christi cordi eius inspirata fuit, & hæc fuit à Spiritu sancto. Secundũ fuit falsus intellectus a seipso. Tertium fuit iniqua intẽtio, nec hoc fuit a Spiritu sancto. Quartum fuit vera locutio, quamuis non secundũ intellectum eius, & hoc fuit aliqualiter a Spiritu sancto regulante verba illius, vt consonarent inspirationi ab eo factæ.

12 Dub. Cur dicit, vos nescitis quicquã &c. Res. Orig. vbi sup quasi diceret, vos sederis, & adhuc rem seorsum attenditis, sed attenditis vnius hominis salutem pro communi rep. oportere contemnere.

13 Dub. Cur dicit, cum esset pontifex? Resp. Ly. ꝙ protulit illud verbum propheticum, non rõne sui meriti, sed dignitatis officij.

14 Dub. Cur dicitur nesciens quid diceret, vide dub. 11.

15 Du. An prophetauerit Cayphas de alijs à Iudæis quãdo dixit pro gente? Rñ. Aug. ꝙ Cayphas de sola gente Iudæorum prophetabat, in qua erant oues, de quibus dñs dicit, non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sed Euangelista aliàs esse oues nouerat, quæ non erant de hoc ouili, quas optabat adduci.

16 Du. Quia tunc Apostoli non erat dispersi & Gentes non erant oues Christi? Resp. Aug. quod hæc per prædestinationem intelliguntur.

17 Dub. Quomodo intelligitur, vt congregeret in vnum? Resp. Ly. idest in vnam Ecclesiam ex Iudæis, & Gentibus constitutam.

18 Dub. Cum ante pluries cogitauerint eũ interficere quomodo verum est, qđ dicitur ꝙ ab illo die cogitauerunt &c. Res. Ly. ꝙ cogitauerunt. i. diffinierunt hoc adimplere quam citius possent.

19 Dub. Cur non ita ambulabat palam sicut ante? Resp. Aug. vbi sup. ꝙ si non ambulabat, non quia potentia eius defecisset, sed exemplum dedit, quo apparet, non esse peccatum si fideles eius, oculis persequentium se subtraherent, & furorem sceleratorum potius euitarent, quàm se ostendendo magis accenderent.

20 Dub. Cum quilibet debeat cõfiteri fidẽ, videtur, quòd non sit licitum fugere tempore persecutionis? Res. Orig sup. Io. quòd honestum est imminente agone confitendi Iesum, non euitare confessionem, nec recusare subire mortem; gratia veritatis; nec minus honestum est non tradere occasionem tantæ tentationi, non solum propter certitudinem euentus proprij, sed ne nos occasionem præstemus, ut alij magis impij ac noxij fiant.

21 Dub. Cur abijt in illam regionẽ iuxta desertum? R. Ly. q. a ibi pauci de Iudæis erant.

22 Dub. Quæ est Effren? Res. Lyr. q̄ est ciuitas parua, & parum populata, & vt colligitur ex 47. c. Eccl. erat in tribu Effraim, ex qua tribu fuit Hieroboã primus rex Israel,

23 Dub. Cur ducit secum discipulos? Resp. Orige. vbi supra, q̄ ut nullam daret causam perquirentibus eum.

24 Dub. Quantum temporis moratus fuit in Effren. Respondit, q̄ vsq; ad sabbatũ sequens, in quo Bethaniã, & in die palmarum ingressus est Hierusalẽ, vt habetur Io. 12. c.

ALLEGORICE.

Significantur per hoc euangelium tyrãni, qui concilium cum suis adhærentibus celebrant queadmodũ opprimãt aliquos diuites, etsi sint iusti, vt eorũ bona auferãt, objiciẽtes eis, q̄ sunt rei lęsę maiestatis, vel proditores, aut perturbatores patriæ, & si qui in concilio eos pro iustitia tueri volunt, expellunt a concilio dicentes illud Lucani. Exeat aulã qui volet esse pius. & Cayphas, qui interpretatur vomens ore iniquam profert contra iustum sententiam, & omnia eius bona in fiscum deuoluunt: adeò, vt alij iusti, & diuites non audeant in palam ambulare, sed morantur iuxta Effren, quæ interpretatur fructificatio per bona opera, & patientiam Deo fructicantes.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex præsenti euangelio, vt iuxta Psalmistam non ambulemus in consilio impiorũ, ne cũ peruersis puertamur, sed potius eorũ cõuersationem fugiamus, & iuxta desertũ. i mũdanos deserẽtes commoremur in Effren Deo soli fructũ nostrũ offerentes.

ANAGOGICE.

Contemplemur regem regum, & dominum dominantium patientissimum ferennum dominantium pat entissimum ferentem se a vilissimo, ac spurcissimo seruo põtifice simoniace electo condemnari, & sententiam mortis latam ac diffinitam in concilio non infringere, sed vsque ad tempus præfinitum declinare, qui omnes concilantes prosternere potuisset, sicut turbam eum capere volentem strauit, ut nos a mortis potestate eriperet, & ad regna cœlestia pertrahens, fructuum nostrorum præmia abunduceret fructuum nostrorum præmia abundantissimè retribuens.

SABBATHO ANTE Palmas.

Cogitauerunt autem principes sacerdotum. Ioannes 13. cap.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. partim in vigilia, & partim in die palmarum.

HISTORICE.

Lazarum ex mortuis ereptum sacerdotũ principes conspirarunt neci dandum, q̃m ob ipsum Iudęorum quã plurimi Christi fidem assumebant. Crastino autem dño Hierosolimam super asino insidente, ut fuerat vaticinatum, plurima, quæ ad festum venerat turba obuiã palmarũ cum ramis procedens vocem extollẽs Osanna benedictum, qui domini in nomine adueniret Israel rex acclamabat, quæ clarè, postquã gloriam adeptus est, agnouerunt discipuli: attestabantur autẽ eum concomitãtes resurrectionem vidisse Lazari, pharisæis id nequaquam gratis accipientibus. Philippo siquidẽ Gẽtiles quidẽ, ut Iesum viderent, suggerebãt, cum vero vna cũ Andręa, Philippus dño retulisset horã aduenisse respondit, qua deberet clarificari: semen namque tritici terræ mandatũ nisi occumberet solum permanere. Fructum vero quamplurimũ si moreretur afferre dixit; Eum quoque, qui suam diligeret animã eam perditurum esse, & odiens, in æternã eam reseruare vitam: & eum qui minister eius esset esset, eum sequi, & secum permanere oportere ait, honoresq; ab eius amplos acciperet genitore, vtq; clarificaretur cum eius turbata esset anima patrẽ deprecabat, cui cũ vox quædã, quod ei claritatẽ contribuerat, & rursus clarificaret intonuisset, qbusdã tonitruum factum fuisse, aliquibus vero Angelũ cum allocutum fuisse affirmãtibus, r̃ndit dominus non propter se, sed hãc pp eos vocem aduenisse, affore que mundi iudiciũ, cuius princeps extra ejceretur, trahereq; cũcta ad se dum exaltatus esset, qua deberet nece plecti insinuãs: req̃situs aũt a turba quonã pacto id fieri posset, cũ ex legis auctoritate Christus æternaliter esset permansurus, ut dum eis diuinum illucesceret lumẽ incederent, ne à tenebris obfuscarentur imperauit, atq; quatenus lucis filij fieri mererentur in lucem crederent, hisq; dictis abscedens ab eis se occultauit.

Pro-

Producenda sunt dubia & soluenda.

1 DVBITATVR. Cur Iudæi potius volebant interficere Lazarum, quàm alios resuscitatos à domino, & sanatos? ℞. Ly. post Chrys. quia Lazarus erat nobilis, & famosus], & ideo eius resurrectio erat magis publica.

2 Dub. Quid tunc mouebat eos potius quàm ante? Res. qui sup. quia relicta festiuitate instanti omnes ibant Bethaniam.

3 Dub. Cur potius uolebant eum interficere quàm expellere, vel alio modo p. ouidere? Resp. Aug. super Io. quòd tanta erat euidentia miraculi, ut non possent occultare quod factum est, uel negare.

4 Dub. Nunquid considerabant, quòd si interfecissent eum, quòd adhuc dominus potuisset eum resuscitare? Resp. qui supra, quòd ex cœca sæuitia credebant eum non posse suscitare occisum, quàmuis suscitasset mortuum: & tamen Lazarum mortuum, & seipsum suscitauit occisum.

5 Dub. Cur crastinâ venit Hierosolymā? Res. Ly. quia illa die, quæ erat quinta ante pascha, accipiebatur agnus, & reseruabatur vsq; ad vesperā quartædecimæ diei, & tunc immolabatur, ut habetur Exo. 12. Et quia Christus erat verus agnus immolādus, ideò tunc uenit, ut figura responderet veritati.

6 Dub. Cur tanta turba tūc uenerat Hierusalem? ℞. Ly. quia omnes tenebātur uenire Hierusalem ad festum paschæ.

7 Dub. Cur aliàs ueniens Hierusalem, non uenit in asina &c. dubia hoc tangentia? Require dominica 1. Aduentus secundum ordinem prædicatorum dub. 7. & seq.

8 Dub. Cur accipiebāt ramos palmarum? Resp. Ly post Augu. quòd diuina dispositione hoc fecerunt ad designandam uictoriam, quam Christus de hoste in proximo erat habiturus: unde antiquitus victori in certaminibus ramus palmæ dabatur.

9 Dub. Cur dicit ꝓpheta noli timere? Res. Chrys. super Io quia reges eorū iniusti fuerunt, & eos obnoxios bellis faciebant, sed hic non talis, sed mitis, & mansuetus.

10 Dub. Quid tunc non intellexerunt discipuli? ℞. Lyra, quòd, scilicet, illa scriptura intelligeretur de Christo: quia adhuc erant simplices, & illiterati.

11 Dub. Quando fuit Christus glorificatus? Resp Lyra, quòd post resurrectionem, quando fuit gloriosus simul in anima, & ī corpore.

12 Dub. Quomodo sic cognouerunt? Resp. Lyra, quia tunc aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas.

13 Dubit. Cur tunc non reuelauit eis quòd erat rex? Respond. Chrysost. ubi supra, quòd scandalizasset eos, quod vnus rex talia deberet pati.

14 Dub. Ad quid turba testimonium perhibebat de resuscitatione Lazari? Resp. quòd ut uox vulgi, quæ ex auditu prouenerat confirmaret per testimoniū turbæ, quæ uiderat.

15 Dub. Quomodo intelligitur, quòd nihil proficiebant pharisæi? Resp. Ly. quòd dupliciter. Vno modo, de bono zelo de his, qui crediderant, sicut de Nicodemo, qui uolebat impedire alios à persecutione Christi, & nihil proficiebat.] Alio modo, de malo zelo, quo increduli ex inuidia talia dicebant non ualentes retrahere turbam. unde Augus. ait quòd turba turbauit turbam, & inuidet cœca turba, si mundus post eum abijt, per quem factus est mundus.

16 Dub. Quia totus mundus non ibat post eum? Res. quòd est sensus hyperbolicus ad exprimendum, quòd multi sequebātur eum.

17 Dub Qūo Gentiles idololatrę ueniebāt adorare in Hierusalem? Resp. Beda, quòd templum pro sui sanctitate habebatur in reuerentia à Gētilibus, qui erant in circuitu Iudæorum, ut habetur 2. Mac. 3 & ideo multi ex eis ascendebant adorare in Hierusalē, & maximè in solēnitate Paschali, ut patet in eunucho Candacis Reginæ.

18 Dub. Quomodo Gentiles non poterant uidere Iesum, qui ab omnibus uidebatur? Resp. Sanctus Vincentius, quòd uolebant loqui cum eo.

19 Dub. Quid uolebant sibi dicere? Respon. quòd ut patet ex uerbis de Christo prolatis: uolebant eius doctrinam audire pro eorum salute.

20 Dub. Cur dicebantur Gentiles? Res qui sup. quòd quasi geniti tales cum non essent circuncisi sicut Iudæi.

21 Dubita. Cur potius dixerunt Philippo, quàm alteri Apostolorum? Resp Lyra, quòd quia uidebant eum mansuetum, & pium: uel ut dicit sanctus Vincentius, quia primò inuenerunt eum.

22 Dub Quia cum Bethsaida esset piscina in Hierusalem, qūo erat in Galilæa? Resp. quòd est nomen ęquiuocum ad dictam piscinam,

& quandam uillam Galileæ, unde Philippus erat oriundus.

23 Dub. Cur Philippus non dixit Iesu per se, sed primo dicit Andreæ? Respõ. Ly. post Chryſ. quia Andreas erat principalis, quia cum eſſet primus Chriſti diſcipulus, & per eum Pphilippus fuerat conuerſus, ideo cum eius conſilio uolebat dicere.

24 Dub. Cur non reſpondit dominus, q. erat contentus eos audire? Reſ. Lyra, poſt Augu. qđ implicite reſpõdit eorum uolũtati præ nunciando eis paſſionem, & reſurrectionem ſuam, quaſi diceret isti Gentiles, qui uolunt modo uenire, ad me, poſt mortem meam, uenient ad me per fidem.

25 Dub. Quomodo nunc Chriſtus fuit clarificatus in uiſionem Gentilium? Reſ. Ly. poſt Aug. qđ uidens diſpoſitionem Gẽtilium ad credendum, dicitur glorificatus, quia eius diuinitatem Gentiles ubique confeſſi ſunt poſt reſurrectionem.

26 Dubit. Cur Chriſtus aſſimilat ſe grano? Reſ. S. Th. 3 par. q 42. ar. 1 qđ ſe dicebat granum mortificandum in infidelitate Iudæorum, & multiplicandum in fide Apoſtolorũ.

27 Dub. Quomodo granum moritur, cum non habeat uitam? Reſp. q. metaphorice dicitur mori, quia corrumpitur, quãuis & animam uegetatiuam habeat uirtualiter, & multiplicatiuam.

28 Dub. Quomodo ergo moriens multiplicat? Reſpõ. Quia corruptio unius eſt generatio alterius.

29 Dub. Quõ amans animam ſuam perdet eam? Reſ. Aug ubi ſup. qđ diligens animam ſuam concedendo ei delectabilia huius uitæ, perdet eam in futuro.

30 Dub. Quid eſt diligere animam, & eam odire? Reſ. Chry. ubi ſupra, qđ ille animam ſuam amat, qui eius deſideria inconuenientia facit, & odit, qui noxia concupiſcenti non cedit.

31 Dub. Cur uult qđ odio pſequamur animam? Reſ. Chryſ. ubi ſup. qđ quemadmodũ eorũ, qui odio habentur, nec uocem audire ſuſtinemus, nec uiſum uidere delectat, ita & animã cũ contraria iniungit, q̃ Deo non placent cũ uehementia auertere oportet.

32 Dub. Cur dicit in hoc mundo? Reſ. Theophil. ſuper Io. qm̃ ualde oneroſum erat audire, qđ oporteret odire animam, & per hoc conſolãtur, quod dicit in hoc mundo, tpis indicans particularitatem, non .n. in perpetuum iubet animam odio haberi.

33 Dub. Quia uidetur, qđ Chriſtus per hæc uerba dederit occaſionem hominib. ſemetipſos interficiendi? Reſp. Aug. ubi ſupra, qđ cum cauſæ articulus uenerit, ut hæc conditio proponatur, aut faciendum eſſe contra Dei præceptum, aut ab hac uita migrãdũ, comminante mortem perſecutore, ibi oderis in hoc mundo animam tuam, ut in uitam æternam cuſtodias eam.

34 Dub. Quid eſt miniſtrare Chriſto? Reſp. qui ſup qđ non quærere, quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti.

35 Dub. Quid eſt ſequi Chriſtum? Reſ. qui ſup. qđ eſt ambulare uias Chriſti non ſuas.

36 Dub. Cur dicit, ubi ego ſum &c. Reſ. Ly. qđ ad oſtendendum præmium ſequelæ eſſe ſcilicet, ibi, ubi eſt filius Dei.

37 Dub. Cur dicit ubi ſum, & non ubi ero? Reſp Ly. poſt Chryſ. quoniam tunc erat in cœlo per fruitionem Dei, imo inquantum Deus erat ipſa beatitudo eſſentialiter.

38 Dub. Cur potius dicit, qđ pater talẽ honorificaret, quàm ipſe? Reſp. Chry. ubi ſup. quia nondum de eo decentem opinionem habebant, ſed maiorem de patre.

39 Dub. Cur dicit animam ſuam eſſe turbatam? Reſp. Ly. poſt Chryſ. qđ quia diſcipulos ad mortem exhortatus fuerat ne dicãt, quod ipſe extra dolores exiſtens humanos facile de morte philoſophatur, oſtendit, qđ & ipſe in agonia ſit, tamen propter utilitatem mortem non renuit.

40 Dub. Quia uidetur, qđ Chriſtus nõ debebat turbari. Vide ſupra fer. 6 dominicæ 4. Quadrageſ. dub. 22.

41 Dub. Cur dicit quid dicam? Reſp. Beda quaſi diceret, quid aliud dicã, niſi ut membra mea inſtruantur.

42 Dub. Cur petit ſaluificari ex illa hora? Reſp. Lyr. qđ ſecundum appetitum ſenſitiuum refugiebat mortem, quam ſecundum appetitum rationalem ſufferre uolebat.

43 Dub. Cuius fuit illa uox? Reſ. Ly. qđ fuit formata a tota Trinitate. Veruntamen dicitur uox patris, quia perſonam eius repræſentabat.

44 Dub. Per quem prolata fuit dicta uox? Reſp. Greg. 18. Mora. qđ huiuſmodi uerbis per angelum loquitur Deus.

45 Dub. Quando fuit glorificatus &c. Reſp. Aug ubi ſup. id eſt q. cum de Virgine natus eſt, cũ miracula multa fecit, cũ deſcendente

dente

dente Spiritusſancto in ſpecie colūbæ monſtratus eſt,& iterum clarificauit,cum reſurget à mortuis, cum exaltabitur ſuper cęlos Deus,& ſuper omnem terram.

46 Dub. Cum ſit Deus, nūquid ſemper fuit clarus? Reſ.S.Th.4.contra Gen.c.9. q; hoc ad humanam naturam referendum eſt, in qua fuit humilitas paſſionis, & gloria poſtmodum reſurrectionis.

47 Dub. Cur quidam dicebant tonitruū factum,& alij Angelū fuiſſe locutū? Reſp. Ly. q; rudiores, qui ſolū ſonum vocis audierūt: dicebat tonitruum eſſe factum. Alij perſpicaciores,qui articulationem uocis perceperant, dicebant Angelum ei fuiſſe locutum.

48 Dub. Vnde mouebantur dicentes Angelum fuiſſe ei locutum? ℞.Ly.quòd ex hoc, quia putabant eum purum hominem. Et ideo dicebant Angelum ei fuiſſe locutum, ſicut in ſcriptura,dicitur, q; Angeli loquebantur prophetis.

49 Dub.Cur dicit illam uocem non eſſe factam propter ſe? Reſp.Ly.poſt Auguſ q; ex hoc oſtendit per illam uocem non ſibi indicatum, quod iam ſciebat ſed eis quibus indicari oportebat.

50 Dub. Cum iudicium ſit futurum in fine mundi,cur dicit, q; tūc erat iudicium mundi? Reſ.Ly.poſt Auguſtinum, q; duplex eſt iudicium.Vnum damnationis,quod eſt præmiorum, & pœnarum æternarum. Et illud eſt futurum in fine mundi. Aliud eſt iudicium diſcretionis, quando, ſcilicet, diſcreti ſunt fideles ab obſtinatis, & illud fuit in paſſione Chriſti.

51 Dub.Cur dicitur iudicium mundi? Reſp. qui ſupra,mundi.i.pro mundo, inquantum ex diuina ſententia mundus à poteſtate diaboli ereptus eſt.

52 Dub.Quis eſt princeps mundi? Reſp.qui ſupra,quod eſt diabolus.

53 Dub. Cum Deus ſit dominus omnium cur dr̄ diabolus princeps mundi? Reſ.Aug. ubi ſup. q; mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarū diffuſi ſunt, & ita dicitur princeps mundi. i. malorum hominum,qui ſunt in mundo.

54 Dub.Nunquid & iuſti poſſunt dici mundus? Reſ qui ſupra,q; ut Apoſtolus dicit 2. Cor.5.Deus erat in Chriſto,mundum recōcilians ſibi.i.iuſtos ex quorum cordib.princeps mundi eijcitur foras.

55 Dub. Cum iam eſſet eiectus à cordibus Apoſtolorum, & diſcipulorum,cur dicit eijcietur? ℞. qui ſup. quòd tunc erat eiectus ex pauciſſimis hominibus,ſed nunc in multis magniſque populis iam mox eijciēdum eſſe prædicit.

56 Dub. Quomodo ergo diabolus tentat q; eiectus eſt? ℞.qui ſup.quòd aliud eſt intrinſecus regnare, aliud forinſecus oppugnare. Et ideo tentare non ceſſat, licet eiectus ſit à regno.

57 Dub. Cur dicit conditionaliter, ſi exaltatus fuerit? Reſp.qui ſupra, q; ly ſi, dicitur pro cum.i. cum exaltatus fuerit.

58 Dub. Cur dicit, omnia traham, & non omnes? Reſ.qui ſup.qm̄ non omnium eſt fides: non itaq; ad vniuerſitatem hominum retulit,ſed ad creaturæ integritatem.i.ſpiritum,& animam,& corpus.

59 Dub. Cum neutrum genus cōcipiat maſculinum,videtur, q; comprehendantur ſub illo adiectiuo omnia,& etiam homines? ℞. qui ſupra, quòd ſi ſic intelligimus omnia.i. prædeſtinata ad ſalutem, aut certe omnia hominum genera, ſecundum innumerabiles differentias, quibus inter ſe,præter ſola peccata,homines diſtant.

60 Dub. Quomodo trahet,cum trahere dicat vim? Reſ Chryſ.q; trahet quaſi a tiranno detentos, & ſeipſos nequientes accedere,& illius manus effugere.

61 Dub.ad quid dixit, ſignificans qua morte &c. Reſ.q; ſunt uerba Euangeliſtæ declarantis exaltationem fore crucifixionem.

62 Dubit. Cur per exaltationem intelligit mortem? Reſp.Ly.quia cum fuit crucifixus fuit exaltatus à terra in aere debellando aereas poteſtates.

63 Dub. Cur turba dicit audiuimus ex lege, &c. Reſpond. Lyr poſt Auguſt. quod quaſi arguendo, quòd ipſe non eſſet Chriſtus, ſi Chriſtus ex lege debebat manere in æternum.

64 Dub.Quia in lege Moyſi hoc nōn habetur? Reſp.Ly q; per legem non ſolum intelliguntur quinq; libri Moyſi,ſed etiam prophetæ,& pſalmi.

65 Dub. Vbi habetur,q; Chriſtus manet in æternum? Reſp.Ly.q; Eſa.11.c. Ibi vocabitur nomen eius admirabilis Deus, &c. Et Dan.6.c.Poteſtas eius,poteſtas æterna quæ non auferetur. & Micheæ.5. Et tu Bethleem Effrata &c. & egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis.

Dub.

66 Dub. Quomodo intellexerunt, ꝙ diceret de morte sua, cum hoc clarè non dixerit? Res. Aug. ubi sup. quia hoc facere cogitabant, ideo hoc eum dixisse intelligebant.

67 Dubit. Cur non dicunt, ꝙ Christus nihil patitur? ℞. Chrys. super Ioannem, quòd & passio & resurrectio in multis scripturis simul ponuntur, sed dicunt, quòd manet in æternum, & nimirum hoc non erat contrarium: immortalitati. n. per passionem non est factum impedimentum.

68 Dub. Cur dicunt, quis est filius hominis? cũ Christus hic non se dixerit filium hominis? Res. Ly. quia cõmuniter sic se vocabat.

69 Dub. Cur de hoc interrogãt? Res. Chrys. ubi supra, q. d. non dicas, ꝙ propter odium tuum hoc dicamus, ecce. n. non nouimus de quo dicis. Vel ut dicit Lyra, q. d. si loqueris de teipso sequitur, quòd non sis Christus: si loqueris de alio, dic nobis, qs est iste filius hominis?

70 Dub. Cur Christus nõ respondet ad propositum? ℞. Ly. quòd respondet argumento eorum, & eos commendat, quòd haberent notitiam de eius æternitate per scripturas, sed erat imperfecta. Ideo dicit adhuc modicum lumẽ in uobis est. i. agnoscendo æternitatem Christi.

71 Dub. Quomodo non habebant perfectũ lumen de Christo? Res. Ly. quia non intelligebant mortem, & passionem Christi præ nunciatam per Esa. 53. c. Tanquam ouis ad occisionem ducetur, & secundum antiquos doctores Hebræos totũ illud capitulũ intelligitur ad literã de Christo. & Danielis 9. c. post hebdomadas 72. occidetur Christus.

72 Dub. Cur dicit, ambulate dũ lucem habetis &c. Res. Ly. post Aug. ꝙ admonet eos ut velint habere perfectam cognitionẽ suæ passionis, & mortis, ne tenebræ ignorantiæ, & culpæ illos comprehendant.

73 Dub. Quomodo ambulantes in tenebris nesciunt quo uadunt? Resp. Chrys. ꝙ quia nunc Iudæi multa agunt nescientes quid agant, sed ut in tenebris ambulantes putant rectam incedere uiam, cum tamen qñque contra vadant, s. Iudæi credentes Christum venturum ambulant uiam non rectam.

74 Dub. In quam lucem vult dominus, vt credant? Resp. Ly. in eum, qui est lux, & veritas, scilicet, in Christum ipsum.

75 Dub. Quomodo dicit nunc ipsos fieri filios lucis, idest Christi, cum Ioannis. 1. dicat, ipsos filios Dei fieri? ℞. Chry. quòd hoc dicit, ut ostendat, quoniam una, & eadem est actio patris, & filij.

76 Dub. Cur post abijt? Res. Ly. quia non recipiebant eius doctrinam.

77 Dub. Quomodo abscondit se? Res. Ly. ꝙ non occultando se, sed uirtute diuina se reddendo inuisibilem eis.

78 Dub. Cur abscondit se cum non demonstrarent se uelle ei nocere? Res. Lyra, quòd ipse uidebat eos talia cogitãtes, ideo præueniens abscondit se.

ALLEGORICE.

Concilium sacerdotum significat concilium Imperatorum plurium quærentes extinguere fidem Christi: honor Christo exhibitus per turbas, significat honorem, qui nunc per uniuersum mundum ipsi exhibetur, qui testimonium perhibent per fidem, quod potest mortuos suscitare. Pharisæi indignanter signant populum Iudaicum indignari, quòd nunc totus mundus credat in Christum ipsis a Deo derelictis. Gentiles adorantes, signant conuersionem gentium Deũ perfectè adorãtium. Quod Andreas, & Philippus gentiles adducunt ad Christum, figurat orbem per Apostolos ad Christum deductum, & granum frumenti mortuum & fructum afferens, signat innumerabilem fructificationem per passiones, & mortem Martyrum factam, & in hac ipsos domino ministrasse, & mũdũ sanctificasse. uox de cœlo, figurauit sonum aduenientis Spiritus uehementis Apostolos clarificantem: uox non ꝑ se ueniens, demonstrat Christũ incarnatũ non propter se, sed propter nos homines & nostram salutẽ. Princeps mundi eiectus, declarat idola, in quibus habitabat, confringenda, & annihilanda: turba dicens Christũ mansurũ æternum, significat annunciantes fidem Christi usque in finem mundi duraturam: modicũ lumẽ significat in præsenti sæculo Deũ cognosci ꝑ speculũ, & in ænigmate, tunc uere filios nos lucis fieri, qñ uidebimus eũ sicuti est. Christus se abscõdẽs, significat Deũ recessisse à Iudæis ingratis, & obstinatis retrahendo lumẽ gratię ab eis.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc euangelio fugere consortia prauorũ, & citò derelinquere cogitationes pessimas, ne in aliquod pessimũ facinus incurramus, & docemur nostra ꝑ corda occurrere redemptori, & testimoniũ afferre per

re per gratiarum actiones de bñficijs nobis collatis. Itē ꝙ ad sanctos reccurramus, quib. mediantibus Xpi gratiā consequamur. Item quod tribulationes mundi, & mortē suffera mus, vt fructū multū afferamus, nec condescendemus per oīa appetitui, sed sensualitates odiamus, & qđ ministremus Xpo, eius pauperes pascendo, & ꝙ fidē, quam accepimus, vsque ad mortem conseruemus, & ut non in uacuū gratiā, & lumen Dei recipiamus, sed ambulēmus dū lumē gratiæ nobis illucessit, vtq; abscondamur in abscōdito faciei dñi, ne a diabolo inuenti decipiamur.

ANAGOGICE.

Eleuamur in cōtēplatione cœlestis Hierusalē, ad quam cū Christo triumphāte onusti ramis bonorū operum Deum laudantes ingrediemur, testimoniū reddentes de illius infinita misericordia, qua pctōres continuè recipit, & in illo festo cum sanctis apostolis erunt oēs Gētiles ad fidem conuersi, Deum suppliciter adorātes, & ipsi ministrantes, qui in hoc mūdo tribulationes passi sunt animā suā morti ꝓ Christo dantes, diabolo extra paradisum emisso, & nobis lumē ęternum, & indeficiens, in quo ambulabimus perpetuo erit: Abscondemurq; sub protectione alarum Dei nos protegentium.

SABBATHO ANTE PALMAS

Secundum ordinem prædicatorum.

Require in vigilia Ascensionis.

Dominica in ramis palmarū euangeliū.

Cum appropinquaret Iesus Hierosolymis.

Quære dominica prima aduentus secūdum ordinem prædicatorum.

DOMINICA IN RAMIS

Palmarum in Missa.

Scitis quia post biduum pascha fiet. &c. Mat. 26. Mar. 14 Luc. 22 & Ioan. 18.

Christi passio peracta est anno eius 33. die 25. Martij, feria sexta, s. die Veneris, quæ dicitur parasceue Paschæ.

Relicto sensu historiali ob sui prolixitatem, cū in quatuor euangelijs ample descriptus sit, solum ad dubia me conuertam.

1 DVBITATVR. Vbi Christus discipulis dixit, scitis quia post biduum pascha fiet? Resp. ꝙ vt hētur Matt. 24 & Mar. 3. erat in monte Oliueti.

2 Dub. Quo die erat pascha Iudæorū? Res. Rabanus super euangelijs, ꝙ in quo agnus immolabatur ad vesperā. hoc est quartadecima luna primi mēsis, ꝙ pascha illo tūc euenit die Iouis, q̄ fuit vigesimaquarta Martij.

3 Dub. Quæ dies appellabatur azima? Res. qui sup. ꝙ festiuitas azimorum succedebat immediatè paschæ, quæ fiebat 15. luna dicti primi mensis, qñ, scilicet, populus egressus est de Aegypto. Aliquando tamen euangelistæ vnum pro alio ponere solent.

4 Dub. Quomodo pascha fuit post biduū? Res. Lyra, ꝙ dominus ꝑdixit apostolis passionē suam die Martis, antequā pateretur, & ita per duos dies ante diem Veneris.

5 Dub. Cur dicebatur pascha? Resp Hiero. pascha, quæ Hebraicè dicitur phase a transitu nominatur. quia exterminator vidēs sanguinem ī foribus Israeliticarū petransierit, nec percusserit eos, vel quia populus à seruitute Aegyptiaca transiuit ad libertatem.

6 Dub. Si pascha erat quædā dies, quomodo discipuli petunt, vbi uolebat, qđ pararēt pascha? Res. ꝙ vt colligitur ex Sā. Tho. tertia parte q. 46. & primæ Cor. 5. & in pluribus alijs locis, Pascha multipliciter dicitur. Primo uespera. 14. Lunæ primi mensis, qua immolabatur agnus. Leuit. 23. quartadecima die mēsis ad vesperā pascha dñi est. Item tota hebdomada azymorum, quæ incipiebat ipsa quartadecima die primi mensis, & durabat septem diebus, dicebatur Pascha, ut patet Exo. 12. ꝙ Leuiti. 12. & ita accipitur Act 12. uolens post pascha producere eum populo. Tertiò, agnus, qui tunc immolabatur dicebatur pascha, ut patet Luc. 22. Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pascha. Quartò, prima dies azimorum, scilicet, quintadecima dies primi mensis dicebatur pascha, Ioan. 13. c. Ante diem festum paschæ. Quintò, panes azimi, qui comedebantur dicebantur pascha. Io. 18. c. non introierunt in prætorium &c. sed ut manducarent pascha. i. panes paschales. Sexto, festiuitas epularum. 2. Paralipo. penul. c. nō fuit phase. i. pascha simile huic in Israel à diebus Samuelis ꝓphetæ. Septimò, Christus dicitur pascha 1 Cor. 13. Pascha nostrū immolatus est Christus, & usualiter dies resurrectionis Christi dicitur pascha, qa tunc de morte transiuit ad uitam impassibilem. Vnde uersus Hebdomadas, hora, dies, epulę, pecus, azima Christus.

Dub.

7 Dub. Cur dicit pascha fiet, & non erit, aut ueniet? Resp. Orig. super Euangelium q. dicit fiet, hoc est quale nunquã factum fuit.

8 Dub. Cur non ita celebratur Pascha certo die mensis, sicut annunciatio, natiuitas Christi, circuncisio, Epiphania, & purificatio? Res. qđ ut habetur in rationali diuinorum officiorũ s̃m Aug. prędicta festa pertinent ad memoriam tm̃, unde sufficit pro ea memora quota die mensis natus sit Christus, circuncisus &c. Et ideo semper eadem die mensis celebrantur, licet feria uarietur ꝑ mutationẽ literæ dominicalis. Aliqua uero festa, sicut Paschę, Penthecostes, Ascẽsionis, & passionis domini pertinent ad memoriam, & sacramentum. uerbi gratia Christus passus est 6. feria, ut hominem qui in 6. fer. ceciderat redimeret, & sic de alijs, & sic oportet qđ in diuersis calendis fiant, in eadem tamen feria, scilicet, passio in fer. 6 & resurrectio in dominica.

9 Dub. Cur nõ semper celebratur Pascha in eodẽ tpe? Res qui sup. q. Pascha nostrum accipitur semper dominica prima post Pasca Hebræorum, quod est semper quartadecima luna, quæ non est semper eodem tpe, uel eadem die mẽsis, imo uariatur s̃m annos solares. Ideo, & Pascha nostrum non semper eodem tempore, nec in eodem die mensis, licet semper, ut dictum est, eadem feria, s. in dominica celebretur.

10 Dub. Cur semper Pascha celebratur in die dominico? Resp. qđ sic fuit statutum, ut habetur de cõs. dis. 3. c. nosce. & c. sequenti. & ut dr̃ in rationali diuinorum officiorum. Angelus domini in specie pastoris apparuit Hermæ doctori præcipiens, ut semper Pasca die dominico celebraretur.

11 Dub. Cum pascha sit transitus, & Christus feria sexta transierit, cur nõ celebratur In ipsa feria sexta? Res. qđ ut habetur in rationali diuinorum officiorum. Primo, ne uideamur Iudaizare, quia Iudæi tunc pascha celebrant s. quartadecima luna, quæ tunc erat fer. 6. Secundo, quia Christus die dominico resurgendo uitam reparauit. Tertio, quia quando fuit crucifixus est tempus luctus, ideo ecclesia dimittit hoc usq; ad dominicam, ut solemnius agatur.

12 Dub. Cur prædicit eis qđ traderetur. Require dominica in quinquagesima dub. 1. & sequentibus

13 Dub. Quando fuerunt congregati principes sacerdotũ, q. dicit tunc? Res. Remig. super Euangelium, quod tunc coniungitur superioribus uerbis, i. antequam pascha celebraretur, s. die Mercurii, ut dicit Lyra.

14 Dub. Cur dicitur principes sacerdotum, cum unus solus esset summus Pontifex. Require feria sexta de passione dub. 6.

15 Dub. Qui erant seniores populi. Require feria 4 dominicæ 3. Quadragesimæ, dub 6.

16 Dub. Cur potius cõgregati sunt in atrio Cayphæ quam alibi? Res. qđ ꝓpter dignitatem, quia erat summus sacerdos illo anno.

17 Du. Cur uolebãt Iesum dolo tenere? Res. qui supra, quia nullã in eo mortis causam inuenire poterant, dolo occidere nituntur.

18 Dub. Quem tumultum timebant? Resp. Orig super Euangelium, qđ populi propter diuersa studia diligentis Christũ, & odientis, credentes, & non credentes.

19 Dub. Quid est tumultus? Res. S. Th. super Esa. 17. c. qđ est locutio confusa, & ꝓcipuè multorum simul. Vnde oritur sed tio.

20 Dub. Cur post occiderunt eum in die festo? Res. Chry. in Homel qđ furore feruentes immutati sunt a suo proposito, quia enim traditorem inueuerunt in ipsa festiuitate Christum occiderunt.

21 Du. Quõ comedit cum Symone leproso, qđ non licebat secundum legem? Res. Hier. super Mat. qđ iam fuerat mũdatus a Saluatore, sed nomen pristinum permanebat, ut uirtus curantis appareret.

22 Du. Quæ fuit illa mulier, quæ attulit alabastrum &c. uide fer. 5. dominicæ de passione, quasi per totum.

23 Dub. Vt quid dñs passus est unguentum tanti precii super se effundi? Res. Chryso. qđ quia multa erat huius mulieris religio, & ineffabile studium, idcirco condescendens dominus concessit super caput suum unguentum effundi.

24 Dub. Quia uidetur quædam luxuriosa res ungi tali precioso unguento? Res. Augu. de doctrina Christiana, qđ non usus rerum, sed libido uentris in culpa est: nam hoc magnũ cuiusdam rei signum est, vt etiam dominus eam excusando dicit.

25 Dubitatur. Cum Ioannes dicat solum Iudam contristatum, cur Matthæus, & alii, dicunt discipulos contristatos? Respond. Augustin. de consensu Euangelistarum, quod & alii discipuli, aut senserunt hoc, aut dixerunt, aut eis Iuda dicente persuasum

ſum ſit, atque omnium voluntatem Matthæus,& Marcus etiam verbis expreſſerũt, ſed Iudas dixerat propterea quia fur erat: cæteri vero propter pauperum curam, Io. autem ſolum de Iuda dixit, cuius ex hac occaſione furandi cõſuetudinem credidit imitandam.

26 Dub. Quantum ualebat unus eorum denariorum? Respond. quod olim denarius pro decem nummis reputabatur, & penſat ſiliquas 18. & ſiliqua eſt uigeſima quarta pars ſolidi.

27 Dub. Quid eſt indignatio? Reſp. S. Tho. 2.2.q.57.ar.7. q̃ eſt filia iræ, & eſt quando ira eſt in corde.

28 Dub. Quomodo illud unguentum fuit deperditum? Reſp. Ly. q̃ Iudas putabat unguentum perditum, quia non habebat apud ſe precium.

29 Dub. In quo diſcipuli fuerũt moleſti mulieri? Reſ. Remigius ubi ſupra, q̃ ex uerbis Chriſti oſtẽditur, q̃ Apoſtoli moleſti aliq̃d locuti ſunt contra eam.

30 Dub. Cur Chriſtus tantum laudat hanc mulierem? Reſp. Chryſ. q̃ ut non obtũderet deſiderium mulieris, omnia hæc in conſolationem mulieris dicit.

31 Dub. Cur dominus permiſit portare loculos? Reſp. dominus Cardinalis de Turre Cre. quòd propter ſuſtentationem pauperum. Secundò, ut haberet vnde emeret neceſſaria, ut patet in Samaritana. Tertiò, vt daret exemplum infirmis eis condeſcendẽs, ut ſibi prouideant. Quartò, quia eius eccleſia loculos habitura erat.

32 Dub. Cur dicit, quòd pauperes ſemper haberent? Reſpond. quia ut dicitur Marci 14. cap. quòd ut alias poterant benefacere pauperibus.

33 Dub. Quomodo eum non ſemper habebunt, cũ dicat Mat. 28. c. Ecce ego uobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſæculi? ℞. Lyra, poſt Hier. q̃ hic intelligitur de præſenti corporali, & ibi de eſſe cum hominibus per gratiam, & etiam ſacramentaliter in ſactamento altaris.

34 Dub. Quomodo hoc fecit ad eum ſepeliendum, cum adhuc uiueret? Reſp Lyra. q̃ in hoc facto ſepulturam præfigurauit futuram de propinquo. Vnde Io. 12 c dicitur, q̃ præcepit partem unguenti ad ſepulturã ſuam reſeruari.

35 Dub. Cur Chriſtus commiſit loculos Iudæ, qui erat fur? Reſpond. dominus Cardinalis de Turrecre. quòd non erat fur quando ei commiſit.

36 Dub. Cur poſtquàm cognouit ipſum eſſe furem, non eum redarguit? Reſpon. qui ſupra, quòd hoc non ſciebat ut homo, ſed ut Deus ipſum eſſe furem, & non corripuit rationabiliter, ut eccleſia ſciat tolerare fures, & ut omnem occaſionem proditionis auferat, cum ex loculis haberet concupiſcentiæ mitigationem.

37 Dub. Cur dicit vbicunq; prædicatũ &c. ℞. Chryſ. in Hom. quia ſepulchrum & mortem commemorauerat, ut non uideatur in triſtitiam mittere mulierem, rurſus eam conſolatur per iſta uerba.

38 Dub. Quomodo prædicabitur per totũ mundum? ℞. Rabanus ſuper euangelijs, q̃d in toto mundo, ideſt, in quocunque loco dilatabitur eccleſia, per totum mundum dicetur.

39 Dub. An verè hoc prædicatũ fuerit per totum mundum? ℞. Chryſ. ubi ſupra, quòd ubicunque terrarum abieris, uidebis hanc mulierem famoſam effectam, quod uirtus prædicantis efficit.

40 Dub. Cur non promiſit huic mulieri niſi quòd dicetur in toto mundo? ℞ qui ſupra, quod ex his, quæ dixit intelligi potuit quid ſibi promiſerit: ſi enim opus bonum fecit, manifeſtum eſt, quòd & mercedem dignam accipiet.

41 Dub Quando abijt Iudas, quia dicit tũc? ℞ Ly. quod feria 4. ſ. die Mercurij cum fuerunt congregati principes.

42 Dub. Quia poſt congregationem ponitur de unguento effuſo? ℞. Aug. de conſenſu Euangeliſtarum, quòd recapitulando dictum eſt.

43 Dub. Cur dicit, Euangeliſta de Iuda, q̃d abijt? ℞. Raba. ubi ſupra, quod ideo dicit, non coactus, non inuitatus, ſed ſpontè ſceleratum inijt conſilium.

44 Dub. Cur dicit, unus de duodecim? Reſ. Chryſ. in hom. ac ſi diceret de primo choro eorum qui ſublimiter electi ſunt, hæc erat caterua regalis.

45 Dub Cur dicit, Scarioth? ℞. qui ſup. quia erat, & alius Iudas, qui fuit frater Iacobi minoris, ut dicit Ly.

46 Dub. Quid eſt Scarioth? Reſp. Remigius ubi ſupra, q̃ Scariotha fuit patria, in qua ortus fuit Iudas.

Dub.

47 Dub. Cur non nominat eum proditorē? Ref. Chryſ. in ſermone. ꝙ ut doceat detractiones neſcire, & accuſationes declinare.

48 Du. Quid mouit Iudā prodere Chriſtū? Reſp. Leo Papa in ſermone, ꝙ nō timoris perturbatione Chriſtum deſeruit, ſed pecuniæ cupiditate diſtraxit. Amore.n.pecuniæ vilis eſt omnis affectio, & anima lucri cupida ēt pro exiguo perire non metuit, nullūq. eſt iuſtitiæ in illo corde veſtigium, in quo ſibi auaritia facit habitaculum.

49 Dub. Cur Iudas nil determinate petijt, dicens, quid vultis mihi dare? Reſp. Hier. ꝙ non certam poſtulat ſummam, ut ſaltem lucroſa videretur proditio, ſed quaſi uile tradens mancipium in poteſtate emētium poſuit, quantum vellent dare.

50 Dub. Cur triginta argenteos ei cōſtituerunt? Reſ. Orig. ꝙ tantam mercedem conſtituerunt quantos annos Saluator conuerſatus fuerat in hoc mundo, & quia Ioſeph venditus præfigurauit Chriſti venditionē, qui Ioſeph, ut Hiero. dicit, non, vt multi putant iuxta 70. interpretes triginta aureis vēditus eſt, ſed iuxta Hebraicā ueritatem triginta argenteis: neque enim poterat ſeruus precioſior eſſe quàm dominus.

51 Dub. Qualem oportunitatem quęrebat? Reſp. Orig. ꝙ Lucas manifeſtius declarat dicens. Vt traderet eum ſine turba. i. quando populus non erat circa eum, ſed ſecretus erat cum diſcipulis, ſicut & fecit.

52 Dub. Quæ dicebatur prima dies azimorum? Reſp. S. Th. 3. par. q. 46. ar. 8 ꝙ quartadecima dies menſis primi, qñ agnus immolabatur, quæ tunc euenit in die Iouis.

53 Dub. Quot erant dies azimorum? Reſp. Ly. ꝙ à veſpera 14. diei uſq; ad veſperam 21. durabant.

54 Du. Cur illa die nō fuit paſſus Chriſtus, qua immolabatur agnus? Reſ. Remig. quia in eadem nocte myſteria ſanguinis, & corporis ſui diſcipulis celebranda tradidit, & ſic tentatus à Iudæis, ſuæ immolationis. i. paſſionis ſacrauit exordium.

55 Dub An Iudas eſſet cum alijs Apoſtolis quando petierūt ubi uolebat parari paſcha? Reſ qui ſupra, quòd ęſtimat quòd ſic.

56 Dub. An Chriſtus uel aliquis Apoſtolorum haberent domum ad parandū paſcha? Reſ. Chry. ꝙ ex his uerbis manifeſtum eſt, qm̄ non erat ei domus, neq; tugurium, ęſtimat quoque neq; diſcipulos habuiſſe, profecto enim eum illuc regaſſent venire.

57 Dub. Quod paſcha debebat cum Apoſtolis manducare? Reſp. S. Tho. 1. Cor. 5. ꝙ erat Agnus paſchalis.

58 Dub. Quid ſignificat azima? Reſp. qui ſupra, ꝙ dicitur ab à, quod eſt ſine, & zima quod eſt fermentum, & ita panis non fermentatus dicitur azimus.

59 Dub. Ad quē miſit dominus diſcipulos, quia dicit, ad quendam? Reſp. Aug. de conſenſu Euangeliſtarum, ꝙ ad eum ſ. quem Marcus, & Lucas dicunt patrēfamilias, uel dominum domus, qui creditur, ut dicit Ly. fuiſſe diſcipulus Chriſti, ſed occultus.

60 Dub. Quia dicendo ad quendam dimittebat eos uagos? Reſp. qui ſup. ꝙ dominus nō dixit ad quenquam. Sed Mat. interpoſuit ſtudio breuitatis, qm̄ ut Marcus dicit, dedit eis ſignum, quòd occurreret eis homo lagenam aquæ baiulans &c.

61 Dub. Cur non dixit eis nomen eius, ad quem eos mittebat? Reſ. Theoph. ꝙ ne proditor cognito nomine domū penderet phariſæis, qui eum cępiſſent priuſquàm ſpiritalia myſteria diſcipulis traderet.

62 Dub. Quos diſcipulos miſit? ℞. quòd Petrum & Ioannem, ut dicit Lucas.

63 Dubi. Cur dicit tp̄s meum prope eſt, &c. Reſp. Chryſ. in hom. ut demonſtraret, ꝙ uolens ad paſſionem venit.

64 Dub. Cur Dominus noluit celebrare paſcha Iudæorum? ℞. qui ſupra, quòd ut demonſtraret, qđ uſque ad ultimum diem nō erat contrarius legi, ſed quòd uenerat legē implere.

65 Dub Cur dixit cū diſcipulis meis? Reſp. qui ſup. qđ ut ſufficiens fieret præparatio, & ut ille ad quem mittebat nō exiſtimaret eum occultari velle.

66 Dub. Cur nos Chriſtiani nō celebramus paſcha more Iudaico? ℞. Orig. quod Ieſus factus eſt ſub lege, non ut eos, qui ſub lege erāt, ſub lege relinqueret, ſed ut ex lege educeret, ſed celebramus in azymis ſinceritatis, & ueritatis.

67 Dub. Cur non diſcubuit ante veſperam? Reſp. Remig. qm̄, ad ueſperā Agnus immolari ſolebat. Ideò, ueſpere facto, diſcubuit.

68 Dub Cur non ſeruauit legem, quæ pręcepit, vt ſtantes edant agnum? Reſp. S. Th. ꝙ probabile eſt prius eos adimpleſſe paſcha legale, deinde diſcubuiſſe incipiente eo proprium tradere paſcha.

Dub.

69 Dub. An semper Virgo fuerit in illa cœna? Resp. S. Vinc. in sermo. qđ sic. sed ꝙ statim facta cœna recessit, antequam dominus diceret, Desiderio desideraui. &c.

70 Dub. Cur dominus dixit in generali, ꝙ unus eorum erat eum traditurus? Resp. qui sup. ꝙ ut testimonio percussi cordis singulorum qualitas probaretur.

71 Du. Cur nō nominauit Iudā? R. Leo Papa in sermone, ꝙ ut facilius corrigeret pœnitendo, quem nulla deformasset abiectio.

72 Dub. Cur alii discipuli quærunt dicentes nūquid ego sum? Res. Orig. ꝙ unusquisque discipulorū sciebat ex his, quæ docuerat Iesus, q̃m ad malum uertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarum, ideo unusquisque eorum timens interrogauit.

73 Dub. Quid est paropsis? Res. Rabanus, ꝙ est uas escarū quadrangulatum a paribus assibus, id est, æquis lateribus dictum.

74 Dub. Quia Marcus dicit, catinum, an idē sit? Res. qui supra, dicens, catinum esse uas fictile aptum ad immittendum liquorem, & potuit fieri, ut in mensa uas fictile quadrangulatum contineretur.

75 Dub. An omnes Apostoli intingerēt manum in paropside? Resp. Ly. ꝙ sic, s. in eodē uase, in quo erant carnes agni paschalis.

76 Dub. Qūo ergo potuerunt intelligere q̃s eū traderet? Resp. Hie. ꝙ Iudas cæteris contristatis, & retrahentib. manum, & interdicentib. cibos ori suo, temeritate & impudentia, qua erat proditurus, etiam manum cū magistro mittit in paropsidem, ut audacia bonam conscientiam mentiretur.

77 Dub. Cur dicit, filius hominis uadit? Res. Remig. quia humanitatis est ire, & redire, diuinitatis semper manere, & esse: & quia humanitas potuit mori, ideo dicitur filius hominis abire.

78 Dub. Cur dicit, sicut scriptū est de illo? Res. qui sup. quia quæcunq; passus est, prius a prophetis prædicta sunt, & ut dicit Ly. ad consolādum Apostolos, ut nō existimarent infirmitatem, quod passurus erat.

79 Dub. Vbi scriptum est de illo. uide supra Sabbatho præcedenti. dub. 71.

80 Dub. Cur dicit per quē traditur, & non a quo? Res. Orig. ꝙ per hoc ostendit Iudam ministrum esse diaboli, a quo tradebatur.

81 Dub. Cur inculpatur Iudas, cum ita scriptum esset, & ita debebat fieri? Res. Chrys. in homil. ꝙ quamuis scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tamen incusatur Iudas, non enim traditio Iudæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi, qui aliorum nequitiis ad id, quod nobis expediebat, utebatur.

82 Dub. Videtur ꝙ Iudas fuerit antequam nasceretur, quia dicit bonum erat ei, si natus non fuisset? Resp. Hier. quod sic intelligendum est multo melius esset non subsistere, quam male subsistere, & ponitur positiuum, scilicet, bonum, pro comparatiuo, scilicet, melius.

83 Dub. Quia uidetur qđ nō esse sit appetibile, si melius est non esse, quam esse proditorem? Res. S. Th. 1. par. q. 5. ar. 2. qđ nō esse secundum se, non est appetibile, sed per accidens, inquantum s. ablatio alicuius mali est appetibilis, qđ malum quidem aufertur per non esse, & sic etiam per accidens, non esse dicitur bonum, & carere malo habet rationē boni, ut dicit Philosophus in quinto Ethicorum.

84 Dub. Cur cum alii dicant, nunquid ego sum domine? Iudas dicit, nunquid ego sum Rabbi, id est, magister? Respond. Hier. qđ iste qui proditurus est non dominum, sed magistrum uocat, quasi excusationem habeat si domino denegato solum magistrum prodiderit.

85 Dub. Cur Iudas interrogat, ꝙ potius debuisset tacere? Resp. Orig. qđ hoc fecit uersuto consilio, ut similia cæteris interrogando celet proditionis consilium, & ut dicit Lyr. si non interrogasset, aliis interrogantibus, reddidisset se suspectum.

86 Dub. Cur non dicit sibi Iesus, qđ erat ipse, & qđ debebat ex pacto accipere argentum. Resp. Chry. in Hom. qđ nihil horum dixit mitissimus Iesus, nobis terminos, & regulas præfigens.

87 Dub. Quia uidetur, qđ eum manifestauerit dicendo tu dixisti? Res. Remig. qđ potest sic intelligi, tu dixisti, & non ego, ut adhuc locus pœnitentiæ contineretur, dum non apetitus eius peruersitas manifestatur.

88 Dub. Qua hora cœnæ dedit discipulis corpus, & sanguinem suum, quia dicit cœnantibus? Resp. Ly. qđ postquam comederant carnes agni paschalis, antequam surgerent de cœna.

89 Dub. Cur distulit usq; ad ultimā cœnā instituere hoc sacramentum? Res. S. Th. 3. par.

q. 74 ar. 5. q triplici ratione. Primo quia Christus cótinetur in hoc sacrô, & ideo qñ in propria specie discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit. Secundò, quia sine fide passionis Christi nunquã potuit esse salus, & ideò oportuit omni tpe apud homines esse repræsentatiuum dñicæ passionis, cuius in veteri testõ erat agnus paschalis, cui successit in nouo testamento eucharistia: ideò côueniens fuit vt celebrato priori sacramento, nouum institueretur. Tertio, quia ea, q vltimo maxime ab amicis recedentibus dicuntur, magis memoriæ commendantur, & quia nulla oblatio maior est ista, ideò qñ discessurus erat, instituit eam, vt in maiori veneratione haberetur.

90 Dub. Cum ipse dederit apostolis non ieiunis hoc sacramentũ, cur a Christianis ieiunis sumitur? Resp. Aug ad Ianuarium, q placuit Spiritusancto, & in honorem tanti sacramenti in os Christianis prius domini cum corpus intrare, quàm cæteri cibi.

91 Dub. Cur non præceperit quo ordine deberet sumi? Resp. qui supra. q vt Apostolis per quos ecclesiam dispositurus erat, seruaret hunc locum.

92 Dub. An eucharistia sit vnũ de sacraméntis ecclesiæ? Resp. S. Tho. 3. par. q. 77. ar. 1 q sic; quia ordinatur ad subueniendum homini in vita spirituali, quæ conformatur vitæ corporali, ad quã requiritur generatio, per quam homo vitam accipit, & augmentum quo homo ducitur ad perfectionem. Item & alimentum, quo homo conseruatur in vita, ita etiam in vita spirituali oportuit esse baptismum, quæ est spiritualis regeneratio, & confirmationem, quæ est spirituale augmentum: & ita etiam oportuit esse eucharistiam, quæ est spirituale alimentum.

93 Dub. An eucharistia sit vnũ, vel plura sacramenta? Resp. qui sup ar. 2. q est vnũ formaliter, sed multa materialiter, qui duo concurrunt, s. spũalis cibus, & spiritualis potus. Et ideo in collecta primò dicitur. Puritus. Et ideo in collecta primò dicitur. Quæ sumpsimus. & post singulariter dicitur, Hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam. ad ostendendum quòd quodammodo multa, simpliciter autem vnum.

94 Dub. An hoc sacramentum sit de necessitate salutis? Resp. qui sup. ar. 3 q sic, tamen non est eodem modo sicut baptismus de necessitate salutis, quia ad baptismum nó ordinatur quis per aliud præcedens sacramentum, sicut ordinatur ad Eucharistiã per baptismum, & quis potest saluari sine eucharistiæ perceptione, dummodo eam habeat in voto, seu desiderio, & tñ pueri non possunt saluari sine baptismo: quia non habent aliquo modo baptismum in voto, sicut adulti, qui tamen saluantur sine eucharistiæ perceptione, cum habeant rem sacramenti: quoniam ex fide ecclesiæ credunt.

95 Dub. Quod est propriũ nomen huius sacri? Res. qui sup. ar. 4. q inquantum significat respũ præteriti, prout est memoratiuũ dñicæ passionis, quæ fuit verũ sacrificium, dr sacrificium: inquantũ vero respectu pñtis, prout est vnitatis ecclesiasticæ aggregatiuũ vocatur côio, quia per ipsum vnitur ad inuicem: sed inquantum habet significationem respectu futuri, inquantũ s. est præfiguratiuũ fruitionis Dei, quæ erit in patria, dr viaticum, & sm hoc dr etiam eucharistia. i. bona gratia, quia gratia Dei vita æterna.

96 Dub. Quæ fuit præcipua figura huius sacramenti in veteri testõ? Resp. qui sup. ar. 6. q in hoc sacramento est tria considerare, s. id, quod est sacramentũ tm, quod est panis, & vinum: & sic potissima eius figura fuit oblatio Melchisedech, qui obtulit pané, & vinum. Item quod est res, & sacramentum, s. corpus Christi verum, & ita omnia sacrificia ueter. testa. fuerunt figura huius sacramenti, sed præcipue sacrificium expiationis, quod erat solennius, qñ s. pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in sancta sanctorum. Item & id, quod est res tm, s. effectus huius sacraméti, cuius præcipua figura fui manna, quod habebat in se omnis saporis suauitatem, ut dicitur Sap. 16. c. Sed agnus paschalis, quantum ad hæc tria, præfigurabat hoc sacramentum. Et quantum ad primum, quia manducabatur cum panibus azimis. Quantum ad secundũ, quia immolabatur ad omni multitudine filiorum Israel, & fuit figura Christi, qui propter innocentiam dictus est agnus. Quantum uero ad effectum, quia per sanguinem agni paschalis protecti sunt filij Israel a deuastante angelo, & liberati ab Aegyptiaca seruitute, & ideò, fuit præcipua figura huius sacramenti, quantum ad omnia tria ipsum repræsentans.

97 Dub. Cur potius panis, & uinũ sũt materia huius sacramẽti, q caro, vel alia res? R. q sup.

sup q. 74. ar. 1. q. panis, & vinum sunt materia conueniens huius sacramenti. Primò quantũ ad vsum sacri, qui est manducatio, quia ipsis oẽs homines reficiuntur, & assumuntur in hoc sacramento ad vsum spũalis manducationis. Secundò, quantum ad passionem Christi, in qua sanguis à corpore est separatus, & ita in hoc sacraméto seorsum sumitur panis, ut sacramentum corporis, & vinum, vt sacramentum sanguinis. Tertiò quantum ad effectum, quia valet ad tutionẽ animæ, & corporis. Et ideo, corpus Christi sub specie panis pro salute corporis, sanguis uero sub specie uini pro salute animę effertur, sicut dicitur Gen. 10. cap. q. anima animalis in sanguine est.

98 Dub. An requiratur aliqua determinata quantitas panis, & vini ad materiam huius sacramenti, vltra quam sacerdos non possit consecrare? Res. qui sup. ar. 2. q. quidam dixerunt, vt Alexander de Ales in 4. qđ sacerdos non posset consecrare immensam quantitatem panis, & vini, puta totum panẽ, qui vẽditur in foro, aut totum uinum, quod est in dolio sed hoc non uidetur esse verũ, quia in omnib. habentib. materiam, ratio determinationis materiæ sumitur ex ordine ad finem, sicut materia serræ est ferrum, ut sit apta sectioni. finis autem huius sacramenti est vsus fidelium. Vnde oportet, q. quantitas materiæ huius sacramẽti determinetur per comparationem ad vsum fidelium, non autem potest esse, q. determinetur ad usum fidelium, qui nunc occurrunt, alioquin sacerdos paucos parochianos habens non posset consecrare multas hostias. Vnde relinquitur, q. materia huius sacramenti determinetur per comparationẽ ad vsum fidelium absolutè. Numerus aũt fidelium est indeterminatus, unde non potest dici, q. quantitas materiæ huius sacramenti sit determinata.

99 Dub. An sacerdos possit consecrare vnã partẽ hostiæ sine alia, hostia integra remanente? Resp. Richar. in 4 sen. dist. 10. q. sic, dummodo determinet quã vult cõsecrare, quia si vellet consecrare dimidiã, vel tertiã partem, indeterminatè nihil consecraret.

100 Dub. An si hẽat viginti hostias coram se, & non intẽdat consecrare nisi decẽ, & octo, eas consecret? Resp. prout supra, q. si determinet ad aliquas illarum s. ad 18. quas videat, & uelit consecrare, erunt consecratæ. Sin autem non se determinet ad hanc, uel illam, nulla erit consecrata.

101 Dub. An habens uiginti hostias credens 18. ante se, & intendat consecrare quicquid est ante se, consecret? Resp. q. omnes uiginti erunt consecratæ.

102 Dub. An habens plures hostias ante quas intendebat consecrare, & in prolatione uerborum non aduertat nisi de illa, quam habet in manibus, omnes consecret? Resp. q. sic, propter primam intentionem, quæ uirtualiter remanet.

103 Dub. Quæ sit propria materia huius sacramenti quo ad panem? Resp. S. Tho. ubi supra, ar. 3. est panis triticeus, quia Christus creditur in huius panis specie hoc sacramentum instituisse.

104 Dub. An in pasta facta de tritico possit confici? Resp. q. non, quia non est panis.

105 Dub. An in pane speltæ, hordei, auenę, farri, uel siliginis possit confici? Resp. qui supra, q. non, nisi in siligine generata ex grano frumenti.

106 Dub. An ex pane tritici mixti, cum supra dictis, uel altero eorum possit confici? Resp. qui sup. q. sic, si maneat species tritici, non autem si species mutetur.

107 Dub. An debeat cõfici ex azimo, uel fermentato? Res. qui sup. q. Latini conficiunt in azimo, ut dicit Greg. in registro, quia eo minus sine illa commixtione suscepit carnem, & hæc consuetudo est rationabilior, quia imitatur Christum, qui in azimo confecit. Græci tamen conficiunt in fermentato in detestatione hæresis Nazareorum, qui legalia euangelio miscebant.

108 Dub. An Latinus conficiens in fermentato, uel Græcus in azimo consecrent? Resp. qui supra, quod sic.

109 Dub. An sit licitum sic consecrare? Respond. qui supra, quòd non, sed sic conficiens grauiter peccaret, quasi peruertens ecclesiæ suæ ritum.

110 Dub. Quod uinum est materia propria huius sacramenti? Respon. qui supra, ar. 5. quòd est uinum uitis, de quo potest confici hoc sacramentum. Primo quidem propter institutionem Christi, qui in uino vitis ipsum instituit. Vnde Lucæ 22. dicit, Nõ bibam de hoc genimine uitis, &c. Itẽ, quia uinum uitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia quia scriptum est Psal. 103. q. uinum lætificat cor hominis.

111 Dub. An in liquoribus pomorũ granatorum, uel aliorũ possit confici? Res. qui sup. ꝙ non, quia liquores non dicuntur propriè uinum, sed secundum similitudinem.

112 Dub. An in aceto facto ex uino uitis possit confici? Resp. qui supra, ꝙ non, quia uinũ fit acetum per corruptionem.

113 Dub. An in agresto possit confici? Resp. qui sup. ꝙ non, quia agresta est in uia generationis: & ideo nondum habet speciem uini.

114 Dub. An possit confici de musto? Resp. qui sup. ꝙ sic, quia iam habet speciem uini, non tamen debent vuæ integrę huic sacramento misceri.

115 Dub. An aqua sit uino permiscẽda? Res. qui sup. ar. 6 ꝙ sic. Primò, propter institutionem, quia probabiliter creditur, ꝙ dñs ipsum instituit in uino aquæ permixtio, secundum morem illius terræ. Vnde Prouer. 20. dicitur, Bibite uinũ, quod miscui uobis. Secũdò, propter representationẽ dñicæ passionis, quia sanguis, & aqua ex eius latere profluxisse legitur. Tertiò, ad significandũ effectũ huius sacramẽti, q est unio populi Christiani ad Christum, & sic aqua unitur uino.

116 Dub. An sine aqua possit cõfici? Res. qui sup. ar. 7. ꝙ appositio aquæ non est de necessitate sacramenti, nã aqua non seorsum offertur à uino, sed uino permixta, per qđ ostenditur, ꝙ uinũ per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens, non autem aqua, nisi secundum qđ adiungitur uino.

117 Dub. An ex pane facto ex farina tritici, & aqua artificiali s. rosacea, vel hmõi possit confici hoc sacramentum? Resp. qui sup. ꝙ non esset uerus panis.

118 Dub. Quanta aqua debet admisceri uino? Res. qui sup. ar. 8. ꝙ tutius est parum de aqua apponere, & præcipuè si uinum sit debile, quia si tanta fieret appositio aquæ, ut solueretur species uini, non posset perfici sacramentum.

119 Dub. An sufficiat si aqua ponatur in dolio cũ uino, uel in uase? Res. qui sup. ꝙ oportet aquam uino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

120 Dub. An possit confici in Pascha? Respond. qui sup. ꝙ non, quia aqua tollit uirtutem uini.

121 Dub. An secundum ueritatem sit corpus Christi in hoc sacramento, Resp. qui sup. q. 75. ꝙ uerum corpus, & sanguinem Christi esse in hoc sacramento, neque sensu deprehendi potest, sed sola fide, quæ auctoritati diuinæ innititur. Vñ super illud Luc. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur dicit Cyrillus. nõ dubites an hoc uerum sit, sed potius suscipe uerba Saluatoris in fide: cum. n. sit ueritas, non mentitur. Berengarius autem, qui dicebat corpus, & sanguinẽ Christi non esse in hoc sacramento nisi sicut in signo, postea coactus est suum errorẽ reuocare, & ueritatem fidei confiteri.

122 Du. An post consecrationem remaneat in hoc sacramento substantia panis, & uini? Res. qui sup. ar. 2. quòd licèt figura panis, & uini uideatur. Tamẽ, ut dicit Amb. in libro de sacramentis. nihil aliud, quàm caro Christi, & sanguis post consecrationem credenda sunt.

123 Dubit. Quid fit de substantia panis, & uini post consecrationem? Respond. qui supra, ar. 3. ꝙ non annihilatur, quia Deus non est causa tendendi in non esse, ut dicit Aug. lib. 38. Substantia igitur ipsorum post consecrationem conuertitur in corpus Christi, & licet post consecrationem hæc sit falsa: substantia panis est aliquid, id tamen in qđ substantia panis conuersa est, est aliquid, ideo non est annihilata.

124 Dub. Quomodo totus panis, & totũ uinum potest conuerti in corpus & sanguinẽ Christi, cum materia semper maneat, & formæ sibi inuicem succedant? Resp. qui sup. ar. quod licèt nullum agens naturale possit agere nisi ad immutationem formæ. Deus tamen, quia est infinitus actus eius, actio se extendit ad totam naturam entis, ut s. tota substantia eius cõuertatur in totam substantiam illius, & hoc agitur diuina uirtute in hoc sacramento. nam tota substantia panis in totam substantiã corporis Christi conuertitur. unde hæc conuersio non est formalis, sed substantialis.

125 Dub. Cur ergo post consecrationem remanent accidentia panis, & uini? Respond. qui supra, ar. 5. quod per diuinam prouidẽtiam hoc rationaliter fit: primò, quia horribile est hominibus comedere carnem hominis, & sanguinem bibere. Ideò, proponuntur nobis caro, & sanguis sumenda sub speciebus illorum, quæ frequenter in usum hominis ueniunt, scilicet, panis, & uini. Secundò, ne hoc sacramentum ab infidelibus irride-

irrideretur si sub specie propria dominum nostrum manducemus. Tertio, ut dum inuisibiliter eius corpus sumimus, & sanguinem, hoc proficiat ad meritum fidei.

129 Dub. Quia cum per accidentia iudicemus de substantia, uidet, q̃ hic sic deceptio, & sensus decipiatur, cũ per fidẽ credamus contra sensum? Res. qui sup. qđ hic nulla est deceptio, quia ibi sunt accidentia, quæ sensibus diiudicantur: intellectus autẽ, cuius est proprium obiectum substantia, ut dicitur in 3. de Anima per fidẽ a deceptione præseruatur, & etiam fides non est contra sensum, sed est de eo, ad qđ sensus nõ attingit.

127 Dub. Cur non sic remanet forma substãtialis panis, sicut accidẽtia eius? Res. qui supra, ar. 6. qđ si remaneret substantia panis, aut remaneret in eadẽ materia, & sic ibi esset uerus panis. ut separata ab omni materia, & sic esset forma intelligibilis actu, nec in alia materia posset esse: q a forma nõ est nisi in propria materia: accidentia autem panis remanent, ut sub eis uideatur corpus Christi, non autem sub propria specie.

127 Dub. An hæc conuersio fiat in instanti, uel successiue? Res. qui supra, ar. 7. qđ fit in instanti. Primo, quia substantia corporis Christi ad quam terminatur, non suscipit magis, & minus. Secundo, quia in hac in uersione non est aliquod subiectum, quod successiuè præparetur. Tertio, quia agitur uirtute Dei infinita.

129 Dub. Quia uidetur, qđ nõ contineat totus Christus in hoc sacramento, quia panis cõuertitur in carnem, & uinũ in sanguinẽ, sed in Christo, præter hæc, erant ossa, & nerui, & anima, & diuinitas coniuncta? Res. qui sup. q. 76. ar. 1. qđ aliquid est in hoc sacramẽto dupliciter. Vno modo, quasi ex ui sacramẽti & ita hic ex uirtute uerborum est corpus cum dicitur, hoc est corpus meũ, & sanguis, cum dicitur: hic est calix &c. Alio modo, ex naturali concomitantia, & sic posito corpore, & sanguine ibi est anima: & cũ diuinitas assumpserit humanitatẽ, & aqua nunquam separata est, ideo est etiã ibi diuinitas: & cum in corpore contineãtur nerui, & ossa, ideo etiã ibi sunt nerui, & ossa.

130 Dub. Quia aliqñ anima fuit sepatata a corpore s. a morte usque ad resurrectionẽ: ergo uidetur, quod anima non contineatur in hoc sacramento? Res. qui sup. qđ si in illo triduo mortuis fuisset hoc sacramentũ celebratũ, nõ fuisset ibi anima Christi, nec ex ui sacramẽti, nec ex reali cõcomitantia, sed quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, ut dicitur Rom. 6. anima eius semper est corpori unita. Et ideo ex reali concomitantia est in hoc sacramento.

131 Dub. Quia cũ corpus maioris quãtitatis nõ possit cõtineri sub mẽsura minoris quãtitatis, quomodo corpus Christi, qđ est magnũ, potest contineri sub mensura hostiæ, & cuiuslibet particulæ eius, quæ sunt paruæ? Res. qui supra, qđ cum accidentia maneant post consecrationem, patet, qđ dimensiones panis, & uini non cõuertuntur in dimensiones corporis, & sanguinis Christi, sed substãtia in substantiam, & sic tota substantia corporis est in hoc sacramento ex ui sacramenti, non autem dimensionem eius. Vnde patet, qđ corpus Xpi in hoc sacramento est per modum substantiæ, & non per modum quantitatis: propria aũt totalitas substantiæ continetur indifferenter in parua & magna quantitate, sicut tota natura aeris in paruo, uel magno aere: & tota natura hoĩs in paruo, uel magno homine. Vnde, & tota substantia corporis Christi, & sanguinis continetur in hoc sacramento post consecrationem, sicut ante consecrationem continebatur ibi tota substantia panis, & uini.

132 Du. An sub utraq; specie totus Christus contineatur? Res. qui sup. artic. 1. qđ glo. super illud 1. Cor. 11. & calicem, dicis qđ sub utraque specie, s. panis & uini, idẽ sumitur: & ita sub utraque specie corpus Christi est, aliter tñ, & aliter, quia ex ui sacramenti sub specie uini est sanguis, concomitanter autem ut dictum est dub. 129. sub specie panis est etiã sanguis, cum corpus non uiuat sine sanguine, & sub specie uini est corpus cum sanguis contineatur in corpore.

133 Du. Quia in morte fuit separatus sãguis a corpore, & sic uidetur, qđ ubi est unũ, nõ sit aliud? Res. q sup. qđ si tũc fuisset celebratũ hoc sacramẽtũ sub spẽ panis, fuisset corpus Xpi sine sanguine, & sub spẽ uini sanguis sine corpore, sicut erat in rei ueritate, sed nũc non est ab eius corpore separatus, iõ sub utraq; specie utrumque continetur.

134 Du. Quia uidet, qđ si sub utraq; spẽ cõtineatur, qđ altera sit frustra? Resp. qui sup. qđ nulla ẽ frustra, qa hoc ualet ad repsentãdũ passionẽ Xpi. in qua seorsũ sãguis fuit a corpore separatus. Vñ i forma cõsecrationis san-

sanguinis sit mentio de eius effusione. Secũdò, quia est conueniens vsui fideliũ, vt seorsum exhibeatur corpus in cibum, & sanguis in potum. Tertiò, quantum ad effectũ, quia corpus exhibetur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ.

135 Dub. Cur non ita seorsum consecrantur aliæ partes corporis, puta manus, caput, pedes, ossa &c. sicut sanguis? Resp. qui sup ꝙ in passione Christi non fuerunt aliæ partes corporis ab inuicem separatæ, sicut sanguis. Et ideo seorsum consecratur sanguis, non autem aliqua pars ab alia.

136 Dub. Quia cum iam corpus Christi sit in hoc sacramento per consecrationem panis, videtur, ꝙ non debeat denuo incipere esse per consecrationem vini? Res. qui sup ꝙ corpus Christi non est sub specie vini ex vi sacramenti, vt dictum est dub. 129. sed ex reali concomitantia. Et ideò per consecrationem vini non fit ibi corpus Christi per se, sed concomitanter.

137 Dub. An sub qualibet parte panis, & vini sit totus Christus? Res. qui sup. ar. 3. ꝙ sic, sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis, cum natura substantiæ tota sit sub qualibet parte dimensionum sub quibus continetur.

138 Dub. Hostia existẽte integra, an sub qualibet eius parte sit totus Christus? Resp. qui sup. ꝙ quidam dicunt, ꝙ non, sed solum cũ frangitur, ponentes exemplum de imagine, quæ apparet in speculo, quæ apparet una in speculo integro, sed in fracto apparent singulæ in singulis partibus: quod tamen non est uerum, quia indifferenter, siue dimensiones sint actu diuisæ, sicut cum aer diuiditur, uel panis secatur, uel etiam sint actu indiuisæ, diuisibiles uero potentia, sub qualibet parte est totus Christus, nec est omnino simile de speculo, quia multiplicatio huiusmodi imaginum accidit in speculo fracto ꝓpter diuersas reflectiones ad diuersas partes speculi. Hic autem non est nisi vna consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

139 Dub. Quia cum illæ partes possint diuidi in infinitum, sequitur, ꝙ infinities esset in hoc sacramẽto Christus, quod repugnat & naturæ, & gratiæ? Resp. qui supra, ꝙ numerus sequitur diuisionem, & ideò quamdiu quantitas manet indiuisa actu, nec substãtia alicuius rei est pluries sub dimẽsionibus propriis, nec corpus Christi sub dimensionibus panis, & per consequens neq; infinities, sed toties in quot partes diuiditur.

140 Dubit. Quia si corpus Christi esset totus sub qualibet particula, sequeretur, ꝙ nulla esset distantia inter oculos, & pedes, & sic de singulis partibus aliis? Res. qui supra, ꝙ determinata distantia partium in corpore organico fundatur super quantitate dimensiua: ipsa autẽ natura speciei præcedit quantitatem dimensiuam: & quia conuersio substantiæ panis directe terminatur ad substantiam corporis Christi secundum cuius modũ proprie, & directe est in hoc sacramẽto: talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi uero, sed non secundũ hanc distantiã comparatur ad hoc sacramentum, sed ẽm modum suæ substantiæ: & cum comparetur ad hoc sacramentum non sub ratione quantitatis dimensiuæ, sed solum ratione suæ substantiæ: iõ non oportet, quòd de natura ipsius sit quantitas positionem habens.

141 Dub. An tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento? Resp. qui supra. art. 4. ꝙ cum ipsa quantitas non separetur ab ipso corpore Christi secundũ esse: in tota est in hoc sacramento, sed non ex ui sacramenti, quia conuersio terminat ad eius substantiam, & non ad dimensiones, quòd patet ex hoc, quod quantitas dimensiua panis remanet facta consecratione sola substantia panis transeunte, quia tamen substantia corporis Christi realiter non diuiditur à sua quantitate dimensiua, & ab aliis accidentibus: inde est, ꝙ ex ui realis concomitantiæ est in hoc sacramento tota quantitas dimensiua corporis Christi, & omnia accidentia eius.

142 Dubi. quia cum nulla quantitas dimensiua tota contineatur in aliquo toto, & in qualibet eius parte, cum tamen totum corpus Christi contineatur sub qualibet parte hostiæ; quomodo cõtinebitur ipsa quantitas dimẽsiua in hoc sacramento? Res. qui supra, ꝙ modus essendi cuiuslibet rei determinatur secundum id, quod est ei per se, & non secundum id, quod est ei per accidens, sicut corpus, & uisum secundum quòd est album, non aũt secundum, quòd est dulce, licet idẽ corpus sit album, & dulce. Vnde, & dulcedo est in uisu secundum modum albedinis, non secundum modum dulcedinis, quia igitur

igitur ex vi huius sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quãtitas aũt dimensiua est ibi concomitanter, & quasi per accidens, ideò ipsa quantitas est in hoc sacramento, non secundum proprium modũ, ut, scilicet, tota sit in toto, & singulæ partes in singulis partibus, sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte.

143 Du. Quia cum in sacramento remaneat quantitas dimensiua panis, & duę quãtitates dimensiuę non possint esse simul, ut patet per Philosophum. 3. Metha. quõ poterit ibi esse quantitas dimensiua corporis Christi? ℞. qui supra, quòd duæ quantitates dimensiuæ non possunt simul esse in eodem, ita q̀, utraque sit secundum proprium modum quantitatis domensiuæ: quantitas igitũ dimensiua panis est hic s'm proprium modũ, s. secundum commensurationem quandam: non tamen quantitas dimensiua corporis Christi sed est ibi per modum substantię, vt dictum est dubio præcedenti.

144 Dub. An corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco? ℞. qui sup. art. 5. quòd nõ, quia locus, & locatũ oportet esse æqualia. 4. Phi. Sed locus ubi est hoc sacramentum, est multo minor, quam corpus Christi, & sic non est ibi localiter, neq; diffinitiue, quia sic non esset alibi, neque circunscriptiuè, quia non est secundum propriam cõmensurationem quantitatis propriè.

145 Dubit. An corpus Christi repleat locum specierum panis, cum nõ sit uacuus, & substantia panis non sit ibi? Res. qui supra, ar. 5. q̀ ille locus non est uacuus, nec propriè est repletus substãtia corporis Christi, quę nõ est ibi localiter, ut dictum est dubio præcedenti, sed est repletus speciebus sacramentorum, quæ habent replere locum, uel propter naturam dimensionum, uel saltem miraculose, sicut & miraculose subsistunt per modum substantiæ.

146 Dub. An corpus Christi sit in hoc sacro mobiliter? Respon. qui supra, ar. 6. q̀ impossibile est idem esse motum, & quietum, q̀ sic cõtradictoria uerificarentur de eodem, sed corpus Christi in cęlo quietum residet, ergo non est mobiliter in hoc sacramento, & non mouetur Christus per se secundum locum ad motum huius sacramenti, sed solum per accidens.

147 Dub. An Christus desinat esse, cum sacramentum desinit esse? Resp. qui supra, quòd non, nisi sicut Deus desinit esse in aliqua creatura corruptibili per hoc, quod creatura corruptibilis desinit esse, & quemadmodum Deus desinit esse dominus creaturæ deficientis.

148 Dubit. An quando manducatur minuatur? Rñ. qui supra, in opusculo de sacramento altaris, quòd non, sed sicut sol nõ deficit toti mundo lumen suum communicando, sic nec Christus, ecclesiã totã pascendo: exẽplũ de candela in qua millesies tantus ignis sumi potest, quantus in ea est, nec per hoc minuitur lumen eius, sed potius augmentatur, & Christus quia se comedentes, in se quodammodo conuertit, & mutantur in ipsum, non minuitur, sed augmentatur.

149 Dub. An copus Christi in hoc sacramento possit uideri ab aliquo oculo corporali? Respond. qui supra. 3. par. q. 76. ar. 7. q̀ nec ab oculo alicuius uiatoris, qui cũ sit in hoc sacramento per modũ substantiæ, vt dictum est. Substancia autem inquantum huiusmodi non est uisibilis oculo corporali, nec subiacet alicui sensui, nisi mediantibus accidentibus. Nec etiam ab oculo glorificato, quia nihil idem existens potest uideri simul ab eodem in diuersis speciebus: sed oculus glorificatus semper uidet Christum, prout est in sua specie. Esa. 33. Regem in decore suo uidebunt. ergo à nullo oculo corporali potest uideri, prout est in hoc sacramento.

150 Dubi. An cum in hoc sacramento apparet puer, uel caro miraculosè, id quod apparet sit uerum corpus Christ? Resp. qui sup. ar. 8. q̀ manentibus dimensionib. quæ prius fuerunt, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, remanet uerum corpus Christi in isto sacramento, quia miraculosè potest fieri quædam immutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorem, & alia huiusmodi, ut uideatur caro, uel sanguis, aut etiam puer.

151 Dubit. An quando sic talia apparent in hoc sacramento sit aliqua deceptio? Resp. qui supra, q̀ non, quia semper sit ad ostendendum, quod in hoc sacramento est verè corpus Christi, & sanguis.

152 Dub. Quomodo accidentia possunt manere in hoc sacramento sine subiecto? Respond. qui supra, qu. est. 77. art. primò, quòd hoc uirtute diuina fieri potest, cum enim

effectus magis dependeat à causa prima, q̄ à secunda. Deus qui est prima causa substātiæ,& accidentis,per suam infinitam uirtutem conseruare potest in esse accidens subtracta substantia,per quam conseruabantur in esse sicut per ꝓpriam causam,sicut etiam alios effectus naturalium causarum potest producere sine naturalibus causis, sicut humanum corpus formauit in utero Virginis sine uirili semine.

153 Dubi. An quantitas dimensiua panis, & uini in hoc sacramento sit aliorum accidentium subiectum? Resp.qui supra,ar.2.quòd sic:quoniam qualitates non sunt diuisibiles, nisi per accidens s. ratione subiecti, & qualitates remanentes in hoc sacramento diuiduntur per diuisionem qualitatis dimēsiuę sicut patet ad sensum:ergo quātitas dimensiua est subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento, quoniam cū detur diuinitus accidēti,ut per se sit: Potest etiam per se alterius accidentis subiectum existere.

154 Dubi.Quomodo possunt immutare extrinseca in gustu,tactu,& huiusmodi? Resp. qui supra,ar.3.q. sicut uirtute diuina datur eis ut possint agere sine forma substantiali, quia à Deo sicut à primo agere dependet omnis actio,formę substanzialis,& accidentalis.& ideo omne,quod:poterāt agere substantia panis & vini existente, possunt agere substantia panis,& vini traseunte in corpus,& sanguinem Christi.

155 Dubi. An species sacramentales possint corrumpi? Res.qui sup.ar.3.quòd sic, quia sensu percipitur hostias consecratas putrefieri,& corrumpi.

156 Dubi. An corruptis speciebus sacramentalibus,desinat ibi esse corpus Christi? Res. qui supra, quòd corpus, & sanguis Christi succedunt in hoc sacramento substantiæ panis,& uini. Si fiat igitur talis immutatio ex parte accidentium, quæ non suffecisset ad corruptionem panis, & uini, propter talem immutationē nō desinit corpus Christi esse sub hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis,puta cū modicum immutatur color, aut sapor panis, vel vini, siue ex parte quantitatis, sicut cum diuiditur panis,aut uinum in tales partes, quod adhuc in eis possit saluari natura panis, aut uini. Si verò fiat tanta immutatio,quod fuisset corrupta substantia panis, aut vini, non remanet corpus,aut sanguis Christi sub hoc sacramento, & hoc tàm ex parte qualitatū, sicut cum immutatur color,& sapor,& aliæ qualitates panis, & uini, quod nullo modo possit compati natura panis, aut vini: siue etiam ex parte quantitatis, puta si pulucrizetur panis,vel uinum, & in tàm minimas partes diuidatur,ut iam non remaneat species panis,uel vini.

157 Dubi. An corruptio illarum specierum sit miraculosa,uel naturalis? Respon.qui supra, quod est naturalis, sed præsupponit miraculum,quod est factum in consecratione, scilicet, quod retineant esse sine subiecto,quod prius habebant in subiecto, sicut & cœcus miraculosè illuminatus naturaliter uidet.

158 Dubitatur. An ex ipsis speciebus possit aliquid generari? Respondet qui supra, ar.5.quòd sic,sicut uidetur ad sensum, quia etiam corruptio vnius est generatio alterius, ut dicitur in primo de Generatione, necesse est, quòd ex eis aliquid generetur cum corrumpantur: non enim omninò disparent, nec in nihilum rediguntur, sed manifestum est, quod aliquid sensibile eis succedit.

159 Dubitatur. Quomodo ex talibus speciebus potest aliquid generari, cum nulla ibi sit materia? Resp.qui sup.q. miraculosè datur quantitati dimensiuæ panis,& uini, q̄d sit primum subiectum subsequentium formarum.Hoc autem est proprium materiæ, & ideo ex consequenti datur ei omne,quod ad materiam pertinet,& ideò quicquid posset generari ex materia panis, si esset, totū potest generari ex prædicta quantitate dimensiua panis,vel vini.

160 Dubitatur. An dictæ species sacramentales possint nutrire? Respondet qui supra, art. sextò,quòd Apostolus primo Cor. undecimo, loquens de hoc sacramento dicit, Alius quidem esurit? Alius autem ebrius est. ubi dicit Gloss. quòd aliqui sumentes inebriantur, quod non posset contingere, si species sacramentales non nutrirent.

161 Dubi. An species sacramentales in hoc sacramento frangantur? Respond. qui supra, art. septimò, quòd fractio fit per diuisionem quanti,sed nullum quantum ibi diuiditur, nisi species sacramentales, quia neque corpus Christi, quòd est incorruptibile,

tibile, neque substantia panis, aut vini, quæ non manet: ergo species sacramentales franguntur.

162 Dub. An vino consecrato possit aliquis liquor misceri? Respondet qui supra, articulo octauo, quòd sic, sicut patet ad sensum, quia species possunt quicquid poterat substantia vini: sed si ibi esset dicta substantia, posset aliquis liquor misceri: ergo & ipsi vino consecrato.

163 Dub. An talis liquor permixtus efficiatur sanguis Christi, vel propter talem mixtionem vinum consecratum desinat esse sanguis Christi? Respondet, qui supra, quòd cum corpus Christi, & sanguis remaneat in hoc sacramento, quamdiu species manent eodem numero: si igitur fiat tanta permixtio liquoris cuiuscunque, quòd pertingat ad totum vinum consecratum, & fiat permixtum erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi: si autem fiat tàm parua admixtio, quòd non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinit esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit tamen sub alia.

164 Dub. An liquor appositus vino consecrato, misceatur substantiæ sanguinis? Resp. q supra, quòd non, sed bene miscetur speciebus sacramentalibus.

165 Dubit. Quia paruus quantumcunque liquor admixtus, cum nullum habeat impedimentum, seu obstaculum, videtur quod vndique diffundatur, & ita desinat ibi esse sanguis Christi, qui non est ibi simul cum aliqua substantia? Respondet qui supra, quòd quidam moti ratione inducta, posuerunt, quòd quantumcunque parua fiat extranei liquoris admixtio, substantia sanguinis Christi desinit esse sub toto, quæ tamen ratio non cogit, quia liquor appositus adeo potest esse paruus, quod sua paruitate impeditur ne diffundatur per totum, & non solum dimensionib. quæ licèt sint sine subiecto, tamen substant alteri liquori, sicut si substantia ibi adesset.

166 Dubi. Quæ est forma consecrationis corporis, & sanguinis? Respondet, qui supra, quæstione 78. articulo primo, quòd corporis est, Hoc est enim corpus meum. sanguinis verò, Hic est enim calix &c. Quia vt dicit Ambrosius in libro de sacramentis cõsecratio fit verbis, & sermonibus domini Iesu, nàm per reliqua omnia, quæ dicuntur, laus Deo defertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. Vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed Christi, qui dicit, Hoc est corpus meum.

167 Dubitatur. Cur in forma consecrationis non fit mentio de persona ministri, sicut in alijs sacramentis? Respond. qui supra, quòd forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus: primo, quia formæ aliorum sacramentorum important vsum materiæ, puta, baptizationem, vel, consignationem: sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quæ in transsubstantiatione consistit, puta cum dicitur, hoc est corpus meum, vel, hic est calix sanguinis. Secundo, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cum dicitur. Ego te baptizo, siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, accipite potestatem &c. siue per modum deprecantis, sicut in extrema vnctione, cum dicitur, per istam vnctionem, & nostram intercessionem &c. sed forma huius sacramenti profertur quasi ex persona ipsius Christi loquentis, ut detur intelligi, quod minister, in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quòd profert verba Christi.

168 Dubitatur. Quia Christus ante benedixit panem, & post, dixit, accipite, & comedite, hoc est corpus meum: & similiter fecit de calice: ergo videtur, quòd illa uerba, hoc est corpus meum &c. non sint de forma huius sacramenti? Respon. qui supra, quòd intelligendum est ordinem rei gestæ sic exprimi posse, accipiens panem benedixit, dicens, hoc est corpus meum, & deindè fregit, & dedit discipulis. Licet idem sensus possit esse in verbis euangelij non mutatis.

169 Du. Videtur, quòd accipite, & comedite sint de forma consecrationis, ex quo ea Christus dixit? Res. qui supra, quòd in his verbis, accipite, & comedite, intelligit vsus materiæ consecratę, qui non est de necessitate huius sacramenti.

170 Dub. An sacerdos dicens, solum illa verba, hoc est corpus meũ, prætermissis omnib. alijs, cõsecret corpus Christi? Resp. q supra, quòd

quod ut colligitur ex dictis Ambrosii dicti dub. 166. qđ consecraret si ipsa proferret cũ intentione consecrandi.

171 Dub. An peccaret sic consecrando cum solis illis uerbis? Respõdet qui supra, quod sic, & grauiter, utpote ritum ecclesiæ non seruans.

172 Dub. Quia cum dicantur uerba, adhuc nõ sit ibi corpus Christi, uidetur quod deberet dici hoc sit corpus meum? Respon. qui supra articulo secundo, quod quia ista conuersio nõ est successiua, sed instantanea, ut dictũ fuit dub. 198. & in istis mutationib. instantaneis fieri non est nisi factum esse, ideo non dicitur fit, sed est.

173 Dubi. Cur non dicit fiat corpus meum imperatiue, sicut in creatione rerum dixit, fiat lux? Res. qui supra, qđ sermo Dei operatus est in creatione reum, qui etiam operatur in consecratione, aliter tamen & aliter: nam hic operatur sacramentaliter, i. secundum uim sacrificationis. Et ideo oportet in hoc sermone significari ultimum effectum consecrationis per uerbũ substantiuum indicatiui modi, & præsentis temporis, sed in operatione rerũ operatus est solum effectiue, quæ quidem efficientia est per imperiũ suæ sapientiæ, & ideo in creatione rerũ exprimitur sermo dominicus per uerbum imperatiui modi, secundum illud Gene. 1. fiat lux, & facta est lux.

174 Dubi. Cur non dicitur, hic panis est corpus meum? Res. qui supra, qđ terminus a quo, i. panis ipso facto esse conuersionis non retinet naturã suæ substantiæ, sicut terminus ad quẽ, i. corpus Christi, & ideo non dicitur hic panis.

175 Dub. Videtur quod deberet dici, hoc est corpus Christi, ut persona determinaretur, sicut determinatur natura, cum dicitur corpus? Res. qui supra, qđ per hoc pronomen meum, quod includit demonstrationẽ primæ persona, quæ est persona loquentis sufficienter exprimitur persona Christi, ex cuius persona hæc proferuntur.

176 Dub. Cur apponitur hæc cõiũctio enim: Cum Christus non fuerit ea usus? Resp. qui supra, ar. 1. qđ apponitur secundum consuetudinem Romanæ ecclesiæ a beato Petro Apostolo deriuatam, & hoc propter continuationes ad uerba præcedentia.

177 Dub. An enim sit de forma consecrationis? Res. qui supra, qđ nõ, sicut nec uerba præcedentia formam.

178 Dub. An sacerdos omittens, enim, in consecrando peccet? Resp. qđ sic, tanquam non seruans ritum ecclesiæ.

179 Dub. An omnia uerba posita ĩ consecratione sanguinis sint de forma consecrationis? Res. qui supra, ar. 2. qđ sic, usque ad hoc quod postea sequitur. hæc quotiescunque feceritis, quæ pertinent ad usum huius sacramenti. Vnde non sunt de substantia formæ.

180 Dub. Quia in hac cõsecratione ponitur calix, quod est extrinsecum, & sic uidetur, superfluum? Res. qui supra, ar. 3. ꝙ cũ dicitur hic est calix &c. est locutio figuratiua, & potest intelligi dupliciter: uno modo, secundum metonomiam, quia ponitur continens pro contento, ut sit sensus, hic est sanguis meus contentus in calice, de quo fit hic mentio, quia sanguis Christi in hoc sacramento consecratur, inquantum est potus fidelium quod nõ importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hic designari per uas huic usui accomodatũ. Alio modo, potest intelligi secundum metaphoram, prout per calicem similitudinariè intelligitur passio Christi, quam ipse calicem nominat Mat. 17. dicens, transeat a me calix iste, ut sit sensus, hic est calix passionis meę, de qua fit mẽtio in sanguine seorsum a corpore consecrato, quia separatio sanguinis a corpore fit per passionem.

181 Dub. Quia uidetur, quod dictis illis uerbis, hic est enim calix sanguinis mei, statim sit ibi sanguis Christi, & sic alia uerba sint superflua, qm̃ in consecratione panis statim dictis illis uerbis, hoc est enim corpus meũ, est ibi uerũ corpus Christi? Res. qui supra, ꝙ quia sanguis consecratur seorsum expresse passionem Christi repraesentat, ut dictũ fuit dub. 234. Et ideo potius in consecratione sanguinis fit mẽtio de effectu passionis, q̃ in consecratione corporis, quod est passionis subiectũ, quod etiam designatur, in hoc, quod dominus dicit, quod pro uobis tradetur, quasi diceret, quod pro uobis passioni subijcitur.

182 Dub. Cur dicitur noui testamenti? Res. qui supra, quia in uete. test. exhibitus est sanguis in figura. Exo. 24. Lecto oĩ mandato legis a Moyse oẽm populũ aspersit, dicẽs hic est sanguis testamenti quẽ mandauit ad vos Deus. In nouo aũt testõ exhibitus est in rei

ueritate,

veritate, vnde subditur, qui pro vobis effundetur, & ita non iam in figura exhibetur.

183 Dub. Quomodo nouum testamentum dicitur æternum, cum inceperit à Christo? Resp. qui sup. qđ hoc testamentum est nouum ratione exhibitionis, dr autem æternum tam ratione æternæ Dei præordinationis, quam etiam ratione æternæ hæreditatis, quæ per hoc testamentum disponitur, ipsa etiam persona Christi, cuius sanguine testamentum disponitur, est æterna.

184 Dub. Cur ponitur mysterium fidei? Res. qui sup. q̄ non ponitur ad excludendum rei veritatem, vt quidam dixerunt, sed ad ostẽdendum occultationẽ, quia & ipse sanguis Christi occulto modo est in hoc sacramento, & ipsa passio Christi occulte fuit figurata in veteri testamento.

185 Dub. Cur non dicitur mysterium charitatis, sicut fidei? Res. qui sup. qđ dicitur fidei, quasi fidei obiectũ, quia quod sanguis Christi sit in hoc sacramento, sola fide tenetũr, est tamen sacramentum charitatis quasi figuratiuum & effectiuum.

186 Dub. Quomodo intelligitur, q̄ pro vobis, & pro multis effundetur? Respon. qui supra, q̄ pro vobis, i. Iudæis, & pro multis s. Gentibus, vel pro vobis manducantibus, & pro multis pro quibus offertur.

187 Dub. Cum Euangelistæ non dixerunt Christum dixisse tot verba in consecratione sanguinis, cur dicunt nunc? Res. qui sup. q̄ Euangelistæ nõ intendebant tradere formas sacramẽtorũ, quas in primitiua Ecclesia oportebat esse occultas, vt Diony. dicit in fine cęlestis Hierarchię, sed historiam de Christo texere. Et tamen hæc omnia ferè verba ex diuersis scripturæ locis accipiuntur, vt habebetur extra de celebre. missa. ca. cũ Marthæ, nam quod dicitur, hic est calix habetur Luc. 22. & 1. Cor. 11 Mat. autem, 26 dicitur. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. quod autem additur æterni, & iterum mysterium fidei, ex traditione domini habetur, quod ad Ecclesiam per Apostolos peruenit, secundum illud 1. Cor. 11. ego accepi à domino, quod & tradidi vobis.

188 Dub. Quia cũ non hic sit verum corpus Christi, nec sanguis, nisi prolato vltimo verbo, videtur q̄ tota virtus consecrationis sit in eo? Resp. qui sup. ar. 4. q̄ vis conuersiua quæ est in formis horum sacramentorũ sequitur significationem, quæ in prolatione vltimę dictionis terminatur. Et ideo in ultimo instanti prolationis verborum, prædicta verba cõsequũtur hanc uirtutem, in ordine tñ ad præcedentia, & hæc uirtus est simplex ratione significati, licet in ipsis exterius prolatis sit quædam compositio.

189 Dub. Quid demõstratur per hanc dictionem, hoc, cũ dicitur, hoc est corpus meum? Res. qui sup. ar. 5. qđ cum hæc conuersio nõ fiat successiue sed in instanti, ut iam dictũ est ideo oportet intelligere prædictã locutionẽ secundum ultimum instans prolationis uerborum, non tamen ita, quod prę supponatur ex parte subiecti, id. qđ est terminus conuersionis, s. quòd corpus Christi sit corpus Christi, neq; etiam id quod fuit ante conuersionem, s. panis? sed id quod cõiter se habet, quãtum ad utrumq; s. contentum in gñali sub istis speciebus, quod prius erat panis, & quod fit corpus Christi. Et iõ signanter non dixit dominus, hic panis est corpus meum, neque hoc corpus meum est corpus meum, sed in generali, hoc est corpus meum: nullo nomine apposito a parte subiecti, sed solo pronomine, qđ significat substantiam in communi, sine qualitate, i. forma determinata, & sic absque determinatione propriæ naturæ.

190 Dub. An dictis uerbis consecrationis panis sit ibi uerum corpus Christi, uel expectet adesse usquequo sint dicta uerba consecrationis sanguinis? Res. qui sup. ar. 6. qđ statim dictis illis uerbis est ibi uerum corpus Christi, absquè expectatione consecrationis sanguinis: quia non diceretur hoc est, sed hoc erit, si expectaretur sanguinis consecratio, & præterea positio contraria, quæ hoc tenet, est contra ritum Ecclesiæ, quæ statim post prolationem uerborum corpus Christi adorat.

191 Dub. An per hoc sacramentum conferatur gratia? Resp. qui sup. q. 97. qđ sic quia in eo continetur Christus, qui contulit mundo vita gratiæ uisibiliter ueniens.

192 Dub. An effectus huius sacramẽti sit adeptio gloriæ? Resp. qui supra, ar. 2. qđ sic, qa Christus per suam passionem aperuit nobis ianuam uitæ æternæ, ideo effectus huius sacramenti ducit nos in uitam æternam.

193 Dub. An effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis? Resp. qui sup. ar. 4. quòd

quòd ex passione Christi, q̄ est fons, & causa remissionis peccatorum habet hoc sacramentum, quod remittat peccata mortalia, dummodo ex parte recipientis non sit impedimentũ, s. obstinatio, vel non habebat cõtritionẽ, quia recipiens non recipiet effectũ huius sacramenti, imò grauiter peccat.

194 Dub. An per uirtutem huius sacramenti remittantur peccata venialia? Res. qui sup. ar. 4. q. sic, & quantum ad ipsum sacramentũ, quod nutrit spũaliter, & restaurat quicquid deperditũ est quotidie ex calore concupiscentiæ per peccata venialia. Item & quantũ ad rẽ sacramenti, quæ est charitas, quæ operit multitudinem peccatorum.

195 Dub. An per hoc sacramentũ pęna peccati remittatur? Resp. qui sup. q. sic, non quidem tota pœna remittitur, sed secundũ modum, & quantitatem deuotionis, & feruoris offerentis, vel illius, pro quo offertur, licet ex sui quãtitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna.

196 Dub. An per hoc sacramentum pręseruetur homo à peccatis futuris? Resp. qui sup. ar. 6 q. sic, vno quidem modo, in quantum Christo coniungit per gratiam & roborat spũalem vitam hominis tanquam spũalis cibus & medicina. s̃m illud Psal. 103. Panis cor hominis confirmet. Alio modo, inquantum est quoddam signũ passionis Christi, per quam victi sunt dæmones, & sic repellit omnem dæmonum impugnationem.

197 Dub. An hoc sacramentum prosit alijs, quàm illud sumentibus? Resp qui sup. ar. 7. q. prodest sumentibus, quia dicitur in Canone missæ: quotquot ex hoc altaris participatione sacrosanctũ filij tui corpus, & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti, & gratia repleamur. Item, & alijs pro quib. offertur prodest per modum sacrificij. nàm dicitur in Canone missæ. Memento domine famulorum famularumq; tuarum, pro quib. tibi offerimus hoc sacrificiũ laudis, pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarũ suarum, pro spe salutis, & incolumitatis suæ.

198 Dub. An per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti? Res. qui sup. ar. 8 q. aut peccata venialia sunt præterita, & nullo modo impediunt, quia quis potest deuotè accedere ad hoc sacramentum post venialia peccata commissa, & consequi plenariè effectum huius sacraméti. Aut prout sunt in actu exercita, & sic non totaliter impediunt, sed in parte s. inquantum accedit ad hoc sacramentum aliquis mente distractus, non tamen tollitur augumentum gratiæ habitualis, vel charitatis.

199 Dub. Quot modis manducatur corpus Christi? Res. qui sup. q. 80. ar. 1. q. vt Glo. dicit super illud 1. Cor. 11 qui manducat, & bibit indigne, duos dicimus esse modos mãducandi. Vnum sacramentalem, & alium spũalem. Sacramentalis manducatio est, qũ quis sumit hoc sacramentum, & non percipit eius effectum, & est solum talis manducatio sacramentalis, & non spũalis & est imperfecta. Spiritualis aũt manducatio est per quam, quis percipit effectũ huius sacramenti, quo spiritualiter homo Christo coniungitur per fidem, & charitatem.

200 Dub. An manducatio sacramentalis possit esset spiritualis? Resp. qui sup. q. sic, si pertingat ad eam, nec tunc diuiditur contra spiritualem, sed includitur in ea.

201 Dub. An aliquis possit manducare spiritualiter non manducando sacramentaliter? Res qui sup. q. effectus sacraméti ab aliquo percipi potest, si sacramentum habeatur in voto, quàmuis non accipiatur in re, & hoc contingit dupliciter. Vno modo propter desiderium sumendi ipsum sacramentum. Alio modo, propter figurã, sicut dicit Apostol. 1. Cor. 10. quod antiqui patres baptizati sunt in nube, & in mari, & quod spiritualem escam manducauerunt, & spiritualem potum biberunt.

202 Dub. Quia sic videtur, q. sacramentalis manducatio sit frustra? Res. qui sup. q. nõ est frustra, quia plenius inducit sacramenti effectum ipsa sacramenti susceptio, quàm solum desiderium.

203 Dub. An Angeli spiritualiter manducẽt hoc sacramentum? Resp. qui supra, quòd dupliciter contingit manducare Christum spiritualiter. Vno modo in specie propria, prout est in cœlo, & sic manducatur spiritualiter ab Angelis, inquantum ei vniuntur fruitione charitatis perfecte, & visione manifesta. Alio modo, prout est sub speciebus huius sacraméti, prout aliquis credit in Christum, cum desiderio sumendi hoc sacramentum, quòd non competit Angelis: qui etsi spiritualiter manducent Christum, non tamen spiritualiter manducant hoc sacramentum.

Dub.

204 Dub. Quomodo ergo dicitur panis Angelorum, prout dicitur in Ps. 77. cum dicitur Panem Angelorum manducauit homo? Resp. qui supra, ar. 2. ꝙ quia nostra manducatio quodãmodo deriuatur ab illa manducatione, qua Angeli fruuntur Christo in patria, ideo dicitur homo manducare panem Angelorum.

205 Dub. An peccator manducet sacramentaliter hoc sacramentum? Resp. qui supra. ar. 3. ꝙ circa hoc antiqui errauerunt dicentes, q̃ cito labijs pctóris contingitur, tam citò sub speciebus sacramentalibus desinit esse corpus Christi: sed hoc derogat ueritati huius sacramenti, ad quam pertinet quod manentibus speciebus, corpus Christi sub eis non desinat, & sic peccator sacramentaliter corpus Christi manducare potest, & non solum iustus.

206 Dub. An fidelis manducans hostiam consecratam manducet sacramẽtaliter hoc sacramentum? Respond. qui supra, quod si illud aduerbium sacramentaliter determinat verbum ex parte manducati, sacramentaliter manducat: si autem ex parte manducantis, tunc propriè loquendo nõ manducat sacramentaliter, quia non vtitur eo, quod accipit vt sacramento, sed simplici cibo, nisi forte intenderet recipere illud, quod Ecclesia conferret, licet non haberet fidem verã circa alios articulos, vel etiam circa hoc sacramentum.

207 Dub. An mus & canis manducantes hoc sacramentum, manducent corpus Christi sacramentaliter? Res. qui sup. ꝙ non est dicendum, quod animal brutum sacramentaliter corpus Christi manducet, quia non est aptũ vti eo, qđ accipit in sacramento. Vnde non sacramentaliter, sed ꝑ accidens corpus Christi manducat, sicut manducaret ille, qui sumeret hostiam consecratam, nesciens eam esse consecratam.

208 Dub. An pctõr sumens corpus Christi sacramentaliter peccet? Resp. qui sup. ꝙ qui hoc sacramentum sumit, ex hoc ipso significat se esse Christo vnitum, & mẽbris eius incorporatũ, quod quidem fit per eius fidem formatã charitate, quã nullus potest habere cum pctõ mortali, & ideo manifestum est, ꝙ quicunq; cum pctõ mortali hoc sacramentũ sumit, falsitatem in hoc sacramento committit, & ideò incurrit sacrilegium tanquã sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat.

209 Dubitatur. Quia cum pctóres tangebant Christum in propria specie non peccabant, ergo videtur ꝙ sumentes eum in sacramento non peccent? Resp. qui sup. ꝙ Christus in propria specie apparens non exhibebat sè tangendũ hominibus in signum spiritualis vnionis ad ipsum, sicut exhibetur sumendus in hoc sacramento. Et ideò pctóres in propria specie tangentes non incurrebant crimen falsitatis circa diuina, sicut peccatores sumentes hoc sacramentum: & quia Christus adhuc gerebat similitudinem carnis peccati, & ideò conuenienter se peccatoribus ad tangendum exhibebat, sed remota similitudinem carnis pcti per gloriam resurrectionis se tangi prohibuit a muliere, quæ defectum fidei circa ipsum patiebatur, secundum illud Io. 20. noli me tangere, nondum enim ascendi a patrem meum, s. in corde tuo, ut Aug. exponit, & ideò pctóres qui defectum fidei formatę patiuntur, circa Christum repelluntur à contractu huius sacramenti.

210 Dubit. Videtur quòd potius cum sit medicina spiritualis debet dari peccatoribus quàm iustis? Res. qui supra, ꝙ non quælibet medicina competit secundum quẽlibet statũ infirmitatis, nam medicina, quæ datur iã liberatis a febre ad confortationem, noceret, si daretur adhuc febricitãtibus, ita etiam baptismus, & pœnitentia, cum sint quędam medicinæ purgatiuæ dantur ad tollendam febrem pcti. Hoc autẽ sacramentum est medicina confortatiua, quæ non debet dari nisi liberatis à peccato.

211 Dubi. An pctõr videndo Christi corpus, seu hoc sacramentum, peccet, sicut sumendo? Respond. qui supra, quòd non, quia per visum non accipitur ipsum corpus Christi, sed solum sacramentum eius, quia, scilicet, non pertingit uisus ad substantiam corporis Christi, sed solum ad species sacramentales: sed ille qui manducat, non solum sumit species sacramentales, sed etiam ipsum Christum, qui est sub eis, & ideo à uisione corporis Christi nullus, qui sit quidem sacramentum Christi consecutus, scilicet, baptismum, repelli ur.

212 Dub. An infideles sint admittendi ad uidendum hoc sacramentum? Resp. qui sup. quòd non baptizati non sunt admittendi ad inspectionem huius sacramenti, ut per

per Dionysium patet in libro de Ecclesiastica Hierarchia.

213 Dub. An non habens conscientiam sui peccati, sumens hoc sacramentum, peccet? Res. qui supra, q. non habere conscientiam sui peccati potest cōtingere dupliciter. Vno modo, per culpam suam, uel per ignorantiam iuris, quæ non excusat, cum reputat non esse peccatum, quod est peccatum. puta, si aliquis fornicator reputaret simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, uel quia negligens est in examinatione suijpsius, contra id, quod Apost. dicit Cor. 11. Probet auté seipsum hō, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, &, sic nihilominus peccat peccator sumens Christi corpus, licèt non habebat conscientiam peccati, quia ipsa ignorantia est ei peccatum. Alio modo, potest contingere sine culpa ipsius, puta cum doluit de peccato, sed non sufficienter est contritus, & in tali casu non peccat sumendo corpus Christi, quia homo per certitudinem scire non potest, utrum sit uere contritus: sufficit tamen si in se signa contritionis inueniat, puta, si doleat de præteritis, & proponat cauere de futuris: si uero ignorat hoc, quod fecit esse actum peccati, propter ignorantiā facti quæ excusat, puta, si accessit ad non suam, quā credebat esse suā, non est ex hoc dicendus peccator: similiter etiam si totaliter est peccatum oblitus, sufficit ad eius deletionem generalis contritio: unde non est dicendus peccator.

214 Dub. An sumere hoc sacramentum cum peccato mortali sit grauissimum oīm peccatorū? Res. qui supra, ar. 5. q. peccatum contra diuinitaté Christi est maius, quàm contra humanitaté, & illud est maius, quàm illud, quod committitur contra sacramenta eius, & in sacramentis sicut in isto, illius peccatū, q ad illud sacramentū accedit ex actuali cōtemptu cū conscientia peccati, est grauius quàm in his qui ex quodam timore, ne deprehendantur in peccato, cum conscientia peccati ad hoc sacramentū accedunt: & sic patet quod istud peccatū est multum alijs grauius, secundum suam speciem, non tamen est omnium grauissimum.

215 Dub. Quod est grauius peccatum sumentium hoc sacramentum, uel illorum, qui occiderunt Christum? R. qui supra q. grauius fuit peccatum occidentiū Christum, quia illud peccatum fuit contra corpus Christi in sua propria specie; hoc autem est cōtra ipsū in specie sacramenti. Item, & quia illud peccatum processit ex intentione nocendi Christo, non autem hoc peccatum.

216 Dub. Quæ peccata magis reddunt hominē ineptū a perceptione huius sacramenti? Res. qui supra, q. quanto peccatum est grauius, tanto per se reddit hominem ineptum ad sumendum hoc sacramentum, & sic infidelitas quæ est grauius peccatum magis reddit hominem ineptum, & sic de sequentibus, secundum suum gradū per se loquendo: sed secundum quid peccatum fornicationis magis reddit hominem ineptum, in quantum scilicet, per hoc pctm̄ spiritus maxime carni subijcitur, & ita impeditur feruor dilectionis, qui requiritur in hoc sacramento, cum plus tamen ponderet impedimentum ipsius charitatis, quàm feruoris eius.

217 Dub. Quis magis peccat sumens cum peccato mortali, uel proijciens ipsum in sterquilinio? Resp. qui sup. q. qui proijcit eū in sterquilinio, quia hoc facit ex intentione iniuriam faciendi huic sacramento, quod non intendit peccator. Secundo, quia peccator capax est gratiæ, & sic magis aptus ad suscipiendum hoc sacramētum, q. quæcunq; alia irrationabilis creatura, vñ maxime inordinaté uteretur hoc sacramento, qui proijceret ipsum canibus manducandū, uel qui proijceret in lutum conculcandum.

218 Dub. An sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti? Res. q supra, ar. 9. q. peccatoribus publicis, sicut publicis usurarijs, aut publicis raptoribus, & huiusmodi nō debet sacra cōmunio dari. Occultis uero peccatoribus non debet denegari, cum quilibet Christianus ex hoc, qd est baptizatus sit admissus ad mēsam dominicam, nec potest ei suum ius tolli, nisi pro aliqua causa manifesta. Debet tamen sacerdos tales priuatim admonere ne accedant ad sacramentum cum conscientia pcti mortalis, & etiā in publico oēs qui accedunt ad mensam, ne aliquis accedat, nisi prius pœnituerit de pctō, sed post pœnitentiam peractam nulli, nec etiam publicis peccatoribus denegari debet sacra communio, præcipue in articulo mortis.

219 Du. An sacerdos possit dare hostiam non consecratam pctōri, ad euitandum ne in pctō hostiam consecratam sumat? Resp. qui supra,

supra, q. nullo modo hoc debet facere, quia quantũ in se est, facit idololatrare illos, qui credũt eam esse hostiam consecratã, siue ipsum sumentem, siue etiam alios præsentes.

220 Dub. An hoc sacramentũ possit dari alicui suspecto de aliquo crimine, ut per hoc sacramentum purgetur? Resp. qui supra, q. aliàs hoc fiebat, ut patet 2. q. 4. ubi dicitur sæpe contingit ut in monasterijs monachorum furta ppetrentur, idcircò statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab Abbate celebretur, uel ab aliquo ex præsentibus fratribus, & sic expleta missa omnes communicentur in hæc uerba Corpus Christi sit tibi hodie ad probationem. sed nunc illa decreta sunt abrogata per contraria documenta Romanorum Pontificum. Dicit enim Stephanus Papa 2. q. 4. c. consuluisti, ferri candentis, uel aquæ feruentis examinatione confessioné extorqueri à quolibet sacri canones non concedunt, & infra occulta delicta, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominũ. & idem habetur extra de purg. canonica. ex tuarum. de purgat. vulg. c. dilecti. quia in omnib. uidetur esse Dei tẽtatio. Vnde sine peccato fieri non possunt: & grauius uideretur si in hoc sacramento, quòd est institutum ad remediũ salutis, aliquis incurreret iudicium mortis. Vñ nullo modo corpus Christi debet dari alicui suspecto de crimine, quasi ad examinationẽ.

221 Du. An nocturna pollutio impediat sumptionem huius sacramenti? Res. qui sup. ar. 7 q. qñ causæ pollutionis nocturnę sũt peccata mortalia ex necessitate impeditur homo ne sumat hoc sacramẽtum, non autem quando sunt uenialia, aut nulla, sed ex quadam cõgruentia impedit propter fęditatẽ, & immunditiam, nisi forte esset perpetua, ut fluxus seminis, uel sanguinis, & etiam propter euagationem mentis.

222 Dub. An coitus cõiugalis impediat sumptionem huius sacramennti? Res. qui sup. q. si fiat causa prolis procreandæ, uel reddendi debitum, non impedit ex necessitate, nisi ex quadam congruentia: si uero uoluptas dominatur in opere, tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc sacramentum.

223 Dub. Per quantum temporis istæ pollutiones impediunt sumptionem huius sacramenti? Resp. qui sup. q. si immunditiæ sint perpetuæ non impediunt per aliquod tempus: si uero citò pertrãseant, ut pollutio nocturna, ex quadam congruentia impedit p illum diem, quo hoc accidit, & ita in alijs pollutionibus potest intelligi, quod ad minus per illũ diem naturalem abstineat. Vñ & singulariter Deut. 23. dicitur: Si fuerit inter uos, qui nocturno pollutus sit somno, egrediatur extra castra, & non reuertatur priusquam ad uesperas lauetur.

224 Dub. Quia habita contritione, & facta confessione, uidetur, q. homo sit sine peccato mortali, & sic posset communicari? Res. qui sup. q. licèt per confessionem, & contritionem auferatur reatus culpæ, non tamen aufertur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione secuta.

225 Dub. An somnium homicidij, proditionis, uel furti, similiter impediat sumptionẽ huius sacramenti? Res. qui supra, quòd non, quia non inducunt corporalem immunditiam, nec tantam distractionẽ mentis, quantam inducit pollutio.

226 Dubit. An cibus, uel potus præsumptus impediat communicari? Resp. qui supra, ar. 8. quòd sic, tum propter honorem sacramẽti, tùm propter significationem, ut detur intelligi, q. Christus, qui est charitas, prius debet fundari in cordibus nostris, tùm etiam propter periculum vomitus, excipiuntur infirmi, qui post cibum possunt communicari, ne sine communione decedant, quia necessitas non habet legem, unde dicitur de conse. dis. 2. presbyter. infirmum statim cõmunicet ne sine communione moriatur.

227 Dub. Quia uidetur, quòd in die cęnæ domini possit post alios cibos sumi, quia dicitur de conse. dist. 1. sacramentum altaris, nõ nisi à ieiunis hominibus celebratur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur? Res. qui sup. quòd capitulum illud loquitur secundum cõsuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, ut repręsentatione Dominicæ cęnæ illo die à non ieiunis corpus Christi sumeretur, sed nunc hoc abrogatũ est. Vnde dicit Augu. in libro respõsionum ad Ianuarium. Per uniuersum orbem mos iste seruatur, ut, scilicet corpus Christi à ieiunis sumatur.

228 Dubi. An medicinæ, & syrupi, & huiusmodi impediant sumptionem sacramenti? Respon qui supra, quòd non licet sumere, neque etiam post potum aquæ, uel cuiusque alterius, quod sumitur per modum

cibi

cibi, vel potus etiam in quacunque parua quantitate.

229 Dub. An reliquiæ remanentes in ore si transgluttiantur impediant sumptionem sacramenti? Resp. qui supra, quod non, quia non trahuntur per modum cibi, sed per modum saliuæ.

230 Dub. An quando os abluitur aqua, uel vino, & aliquid transglutitur impediat communicare? Resp. qui sup. q reliquiæ talium, dummodo non traijciantur in magna quãtitate, sed permixta saliuæ, q uitari non potest, non impediunt.

231 Du. Quia ex uerbis Augustini ad Ianuarium supra positis quod placuit Spiritusancto, ut in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi, uidetur quòd post baptismum etiam pueri statim deberent sumere corpus Christi? Resp. qui supra, quòd dictum Augustini non est intelligendum absolute respectu totius temporis, alioquin qui semel comedisset, uel bibisset, nunquam posset postea hoc sacramentum accipere, sed est intelligendum quantum ad eundem diem.

232 Dub. Quando incipit dies, in quo homo debet esse ieiunus in sumptione huius sacramenti? Resp. qui sup. quòd Ecclesia secũdum Romanos diem in media nocte incipit, & ideo si post mediam noctem sumpserit album non poterit communicare.

233 Dub. An post cibum sumptum ante mediam noctem oporteat dormire antequàm communicet? Resp. qui sup. q quo ad præceptum Ecclesiæ nõ refert utrũ dormiat, vel nõ, & an cibus sit digestus, uel ne, sed refert quantum ad perturbationem mentis, quã patiuntur homines propter somnolentiam, vel indigestionem, ex quibus si mens multũ perturbatur, homo redditur ineptus ad sũptionem huius sacramenti.

234 Dub. Cur potius indictum est ieiunium ante sumptionem, quàm post? Res. qui sup. q deuotio circa hoc sacramentum magis impeditur per præcedentia, quàm per sequentia. Et ideo sic fuit institutum, quia in ipsa sumptione percipitur sacramenti effectus.

235 Dubi. quantum debent stare ieiuni post sumptionem? Res. qui sup. q vt habetur de conse. dist. 2. si mane dominica portio editur, vsque ad sextam ieiunãt, qui eam sumpserunt & si tertia, uel quarta acceperint ieiunent vsq; ad vesperam, quod tamen per contrariam cõsuetudinem est abrogatum: debet tamẽ esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti, & reliquos cibos. Vnde, & in missa oratio gratiarũ actionis post communionem dicitur, ut comunicantes etiam suas priuatas orationes dicant.

236 Dubi. An hoc sacramẽtum debeat dari non habentibus vsum rationis? Respon. qui sup. art. 9. q uel quia habent debilem vsum rõnis, & quia tales possunt habere aliquam deuotionem huius sacramenti, non est eis sacramentũ denegandum: aut nulũ totaliter habent vsum rationis, & hoc quia vel nunquam habuerunt, & talib. non est exhibendum sacramentum. Vel quia aliquando habuerunt, & tunc sic apparuerit in eis deuotio, cũ erant cõpotes rationis non debet eis negari in articulo mortis, nisi forte timeatur periculũ uomitus, uel exputitionis.

237 Dub. An dẽat dari vexatis ab immundis spiritibus? Respon. qui supra, q sic, eo modo sicut dictum est in dubio præcedenti & amentibus, & eadem ratione. Vnde Cassianus dicit, eis, qui ab immundis spiritib. uexantur nunquam meminimus communionem sacrosanctam à senioribus nostris interdictam.

238 Du. An pueris sit dãda eucharistia? Resp. qui sup. q eadẽ est ratio de pueris recenter natis, & de amentib. qui nunquam habuerunt vsum rationis, quibus non est danda, sed tamen quãdo pueri aliqualem vsum rationis incipiunt habere, ut possint deuotionem accipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

239 Du. An liceat quotidie hoc sacramentũ sumere? Res. qui sup. ar. 10. q circa hoc duo possunt cõsiderari. Vnum quidem ex parte ipsius sacramenti, cuius uirtus est hominib. salutaris, & sic est utile quotidie recipere. Aliud ex parte sumentis, in quo requiritur magna reuerentia, & deuotio ad sacramentum, & quilibet habens eã, & inueniens se paratum ad illud suscipiendum quotidie laudabiliter sumit, sed non inueniens se paratum propter indispositionem corporis, uel animæ, non utiliter illud sumit. unde in libro de Eccle. dogmatibus dicitur, quotidie eucharistiæ communionẽ accipere, nec laudo, nec uitupero.

240 Dub. Quia sicut non licet pluries baptizari, ita uidetur, quòd nõ liceat pluries sumere

mere eucharistiam, cum baptismus ita signi ficet passionem Christi, sicut hoc sacramentum? Resp. qui sup. q. baptismus conformat hominem morti Christi, qui solum semel mortuus est, ideo solum semel baptizamur, sed in hoc sacramento recipit homo ipsum Christum, qui manet in æternum. Et vlterius baptismus est spiritualis regeneratio, quæ non reiteratur, sicut generatio corporalis, sed hoc sacramentum est cibus spiritualis, vnde sicut cibus corporalis quotidie sumitur, ita & hoc sacramentum sumere quotidie laudabile est, modo tamen dicto dub. præcedenti.

241 Dub. Quod melius est quotidie sumere, vel aliquando abstinere? Respon qui supra, quòd reuerentia huius sacramenti habet timorem amori coniũctum, ex amore prouocatur desiderium sumendi, ex timore autem consurgit humilitas reuerendi, & ideo vtrumque pertinet ad reuerentiam huius sacramenti: & quod quotidie sumatur, & quod aliquando abstineatur, neque enim litigauerunt inter se Zacheus, & ille Centurio, cum alter eorum gaudens suscepit dominum: alter dicit, non sum dignus, vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem honorificantes, quámuis non vno modo, vt dicitur de consecr. distinct. secunda, capitulo quotidie, amor tamen præfertur timori. Vnde, & cum Petrus dixisset, exi à me domine, quia peccator ego sum. Respondit Iesus, noli timere.

242 Dub. Cur ecclesia statuit, q. saltem semel in anno communicetur, si est laudabile quotidie sumere? Resp. qui sup. q. secundũ diuersum ecclesiæ statutum, diuersa circa hoc statuta emanauerunt, nam in primitiua ecclesia, quãdo magna vigebat deuotio fidei, statutum fuit, q. fideles quotidie communicarent, vnde Anacletus Papa de consec. dist. 1. c. episcopus, dicit peracta consecratione omnes cõmunicent: sic enim Apostoli statuerunt, vt sancta Romana ecclesia tenet. Postmodum Fabianus Papa de consecr. dist 2. c. etsi non frequentius, statuit vt saltem ter in anno, s. pascha, pentecoste, & Natali Domini communicarent. Sother etiã Papa, vt ibidem habetur, dicit in cœna Domini esse communicandum. Post refrigescente charitate, Inn. III. statuit, quòd saltẽ semel in anno omnes communicent, vt habetur de pę. & remis. c. omnis.

243 Dub. Quia videtur, quòd pluries deberet in die communicari, ex quo est laudabile sumere quotidie hoc sacramentum? ℞. q. supra, quòd nõ est pluries in die communicandum, vt saltem per hoc, quod aliquis semel in die communicat, representet vnitas passionis Christi, nisi p p rationabilem cãm.

244 Dubit. An liceat omnino cessare à communione? Resp. qui supra, art. 11. quòd homo tenetur hoc sacramentum sumere non solum ex statuto ecclesiæ, sed ex mandato Domini dicentis Matth. 26. Hoc facite in meam commemorationem.

245 Dub. An corpus Christi debeat sumi cũ sanguine? Resp. qui sup. art. 12. q. ex parte ipsius sacramenti conuenit, quod vtrumq; sumatur, s. corpus & sanguis, quia in vtroq; consistit perfectio sacramenti: & ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum consecrare, & perficere, nullo modo debet corpus sumere sine sanguine. Ex parte verò sumentium p p reuerentiam, & cautelam ne aliquid vergat ad iniuriam tanti mysterij, si effunderetur, prouidè in quibusdam ecclesijs obseruatur, vt populo sanguis sumendus non detur, quamuis cum totus Christus sub vtraque specie contineatur, sumens corpus simul sumat, & sanguinem.

246 Dub. An Christus sumpserit suum corpus & sanguinem, quod discipulis dedit? ℞. qui sup. q. 81. ar. 1. q. licèt quidam dicant, q. non, tñ dicendum est, quod primo ipse sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit. Vnde quidam metricè dicit, rex sedet in cęna turba cinctus duodena, se tenet in manibus, se cibat ipse cibus. & idem habetur de consec. dist. 2 c. nec Moyses.

247 Dub. Cum per hoc sacramentum augmẽtetur gratia, & Christus erat plenus gratia, cur sumpsit? Resp. qui sup. quòd non sumpsit, vt ei augmentaretur gratia, sed habuit quandam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramenti. Vnde Lu. 22. dicit. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, &c. Quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui testamenti, quòd tradidit discipulis.

248 Dub. An dederit Iudæ corpus suum? Respõ. qui sup. ar. 2. quòd licèt Hilarius super Matth. dicat, quòd non, tamẽ dicendum est cum Dionysio in libro cœlestis hierarchiæ, quòd dedit sicut & alijs Apostolis, & idem tenet Chry. super Matthæum.

249 Dub. An dominus discipulis dederit corpus passibile, vel impassibile? Resp qui sup. arti. 3. q tunc tale corpus dedit discipulis quale habuit, sed habuit tunc corpus passibile, & mortale: ergo tale dedit eis, impassibili tamen modo erat sub specie sacraméti, quod in se erat passibile, nam species panis, & vini sunt illæ, quæ in hoc sacramento panduntur, & videntur ac tanguntur: non autem ipsum corpus Christi.

250 Dub. Ad quem pertinet consecratio huius sacramenti? R. qui sup. q. 82. art. 1. q vt dicit Isidorus: & habetur in decretis, dist. 25. cap. perlectis. ad presbyterum pertinet istud sacramentum conficere.

251 Dubita. Videtur, q laicus, qui est vnitus Deo, possit hoc sacrificium conficere? R qui sup. quòd licèt laicus sit vnitus Deo vnione spirituali per fidem, & charitatem: non est autem vnitus per sacramentalem potestaté.

252 Dubit. Cum laicus possit baptizare, cur non potest consecrare? Resp qui sup. quod perceptio huius sacramenti non est tantæ necessitatis, sicut perceptio baptismi: & ideo licèt in necessitatis articulo laicus possit baptizare, non tamen potest hoc sacramétum conficere.

253 Dub. Cur hæc consecratio non reseruatur episcopo, cui reseruantur aliquæ consecrationes, quæ non sunt tantæ dignitatis sicut est ista? R qui sup. quòd illa, quæ reseruantur episcopis consecranda, non reseruantur tanquàm digniora, sed quia ad ipsum pertinet tradere non solum populo, sed etiam sacerdotibus ea, quibus possunt proprijs officijs vti, tanquàm principi totius ecclesiastici ordinis.

254 Dub. An multi sacerdotes possint vnam, & eandem hostiam consecrare? R. qui sup. arti. 2. quòd sic, si omnium intentio feratur ad idem instans consecrationis, sicut noui ordinati episcopo concelebrant ordinanti, quia omnes agunt in persona Christi, & multi sunt vnum in Christo.

255 Dub. An ad solum sacerdotem pertineat dispensatio huius sacramenti? Respon. qui supra, articu. 3. quòd sic, quia Christus in cœna, & consecrauit, & alijs ad sumendum dedit.

256 Dub. Quia beatus Laurentius dispensauit sanguiné Christi, vt habetur in eius legenda: ergo alius, quàm sacerdos potest dispé sare hoc sacramentum? R. qui sup. quòd diaconus potest dispensare sanguinem qué non tangit, cum contineatur in vase, sicut tangitur corpus Christi.

257 Dub. An sacerdos celebrãs teneatur hoc sacramentum sumere? R qui supra, artic. 4. quòd sic, vt habetur de consecrat. dist. 2. cap. perlatum.

258 Dubit Quia cum episcopus consecrans crisma, & alia sacramenta eis nõn pro se vtatur, videt, quòd & sacerdos consecrans non debeat sumere? R qui sup. quòd non est eadem ratio de omnibus, quia alia consecrata per episcopum nõ sunt sacrificia, sicut istud sacramentum est, nam offerens sacrificium debet esse sacrificij particeps.

259 Dub. Quia cum in alijs sacramentis nullus præbeat sibi ipsi sacramentum, quia nullus seipsum baptizat: ergo nec in hoc debet fieri? R. qui sup. quòd non est simile dé vsu huius sacramenti, & aliorum, quia alia sacramenta perficiuntur in ipso vsu materiæ, & ideo nullus potest baptizare, vel crismare seipsum, vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat seipsum, sed panem, & vinum.

260 Dub. An quando corpus apparet in specie carnis, & sanguis in specie sanguinis, debeat sumi à sacerdote consecrante? R. qui sup. quòd non. prout vult Hier. super Leuitico, quia ea, quæ miraculosa fiunt, legibus non subduntur, consulendum tamen esset sacerdoti, quòd iterato corpus, & sanguiné domini consecraret, & sumeret.

261 Dub. An malus sacerdos consecrare possit? Respon. qui supra, art. quinto, quòd vt dicit Aug. in libro de corpore domini, nihil à bono malus, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo conficitur creatoris: nam propter hoc, quod sacerdos efficitur malus, non desinit esse minister Christi. Vnde Apostolus primo Cor. 4. dicit, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. & ante dicit, sic nos existimet homo, vt ministros Christi: erat ergo certus se esse ministrum Christi, tamen non erat certus se esse iustum.

262 Dub. Quæ missa plus valet, boni, vel mali sacerdotis? Respon. qui supra, art. sexto, quòd quantum ad sacramentum tanta vna quantum alia: quantum vero ad orationes. quæ dicuntur in missa, vel respicitur deuotio sacerdotis, & sic melioris sacerdotis oratio-

orationes magis impetrant, vel inquantum proferuntur à sacerdote in persona totius ecclesiæ, & sic sunt fructuosæ, licet eius orationes priuatæ non sint fructuosæ, secūdum illud Prouer. 18. qui declinat autem suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis.

263 Dub. An sacerdos hæreticus, schismaticus, vel excommunicatus consecrare possit? Resp. qui supra, art. 5. quòd iuxta Augustinum contra Parmenianum, quòd ex vi ordinationis, quæ in eis manet integra, possūt consecrare.

264 Dub. An licitè hoc faciant? Resp. qui sup. ꝙ non, sed grauiter peccant, nec eorum orationes efficaciam habent.

265 Dub. An sacerdos degradatur possit consecrare? Res. qui sup. ꝙ cum character maneat, qui est indelebilis, potest consecrare, tamen grauissimè peccat.

266 Dubitatur. Quid est character? Respond. qui supra, quæst. 63. art. 3. quod est signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, ut ordinatum ad aliquem finem, sicut charactere insignitur denarius, ad vsum commutationum, & milites charactere insigniuntur quasi ad malitiam deputati, & reducitur prout imprimitur à sacramentis in secunda specie qualitatis, & importat quandam potentiam spiritualem ordinatam ad ea, quæ sunt diuini cultus.

267 Dub. Ad quid dicitur character? Respon. qui supra, ꝙ ad significandum inuisibilem gratiam, quæ in sacramento confertur ad cōfigurandum Christo, & ad distinguendum fideles Christi à seruis diaboli.

268 Dubitat. Quomodo dicitur indelebilis character? Respond. qui supra, artic. quinto, quod cum omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, qui est sacerdos in æternum, sit perpetua re conserata manente, vt patet etiam in rebus inanimatis, quia ecclesiæ, vel altaris manet consecratio semper nisi destruantur: cum igitur anima sit subiectum characteris secundum intellectiuam partem, in qua est fides, manifestum est, quod sicut intellectus est perpetuus, & incorruptibilis, ita character indelebiliter manet in anima.

269 Du Per quid imprimitur character? Res. qui sup. ar. 6. ꝙ per sacramenta nouæ legis, & non per omnia, sed solum per illa, quæ non iterantur, scilicet, per baptismum, confirmationem, & ordinem.

270 Dubi. Quando imprimitur character in sacramentis? Resp. qui sup. in 4. dist. secunda. ar. 3. quod in baptismo, quando abluitur aqua cum debita forma: in confirmatione, quando episcopus imponit manus, & vngit: in sacerdotio in porrectione calicis cum debita forma: in diaconatu, in datione libri euāgeliorum: in subdiaconatu, in datione calicis, in accolitatu, in forma uerborum episcopi, cum archidiaconus tradit, vrceos, potiusquam cum tradit candelabra.

271 Dub. Vtrum liceat accipere communionem à sacerdotibus hæreticis, vel excommunicatis? Resp. qui sup. 3. par. q. 82. ar. 9. quod non, quia licet tales habeant potestatem cōsecrandi, non tamen ea rectè vtuntur, sed vtentes peccant, & qui communicat in peccato fit particeps peccati.

272 Dub. An liceat à sacerdotibus peccatoribus eam accipere? Respon. qui sup. artic. 10. quod si sunt damnati ab ecclesia, non licet: si autem supportantur ab ea, licet ab eis eā recipere vsque ad sententiam ecclesiæ.

273 Dubit. An hostia consecrata ab hæreticis & excommunicatis debeat adorari? Respon. qui supra, quod sic.

274 Dub An liceat sacerdoti omnino à consecratione eucharistiæ abstinere? Respō. qui supra, ꝙ non, sed saltem videtur, quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maximè in illis, in quibus fideles communicare consueuerunt, nisi infirmitatis causa.

275 Dubitatur. Quod tempus determinatū est ad celebrandum hoc sacramentum? Respon. qui supra, quæst. 83. art. secundo, quod quia dominica passio celebrata est á tertia hora usque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei solemniter in ecclesia celebratur hoc sacramentum, & quia in eo attenditur, & repræsentatio dominicæ passionis, & fructus eius: ideo secundum utrumq; & quotidie celebratur, & in hora prædicta debet offerri.

276 Dub. An propter quid in die Veneris sancti non celebratur? Respon qui supra, ꝙ veniente ueritate cessat figura: hoc autem sacramentum est figura quædam, & exemplū dominicæ passionis, & ideò in die, quo ipsa passio domini recolitur, non celebratur consecratio huius sacramenti.

277 Dubitatur. Ad quid reseruatur hostia cōsecrata pro ipsa die passionis? Respond. qui supra, quòd ne ecclesia ea etiam die sit sine

fructu passionis, per hoc sacramentum nobis exhibitum, corpus Christi consecratum in die præcedenti, seruatur sumendum in illa die.

278 Dub. Cur non reseruatur sanguis sicut & corpus? Resp. qui supra, ꝙ propter periculum, & quia sanguis specialius est imago dominicę pasionis.

279 Dub. An illa die per immissionem particulę hostiæ uinum conuertatur in sanguinem? Respon. qui supra, quod non, quia hoc fieri non posset aliter, quam per consecrationem factam sub debita forma uerborum, & ita hic nihil fieret.

280 Dubit. Cum non liceat nisi semel in die celebrare, ut dictum est, cur in die Natiuitatis Domini celebratur ter? Respon. qui supra, quod hoc fit propter triplicem . Natiuitatem: quarum una est æterna, quę quantum ad nos est occulta, & ideo una Missa cantatur in nocte, in cuius introitu dicitur Dominus dicit ad me, filius meus es tu. Alia est spiritualis, qua, scilicet, Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris, & propter hanc cantatur Missa in aurora, in cuius introitu dicitur. Lux fulgebit hodie super nos. Tertia est temporalis, & corporalis secundum quod visibilis nobis processit e x vtero virginali, carne indutus, & ob hoc cantatur tertia Missa in clara luce, in cuius introitu dicitur. Puer natus est nobis, licet econuerso possit dici, quod natiuitas æterna secundum se est in plena luce, & ob hoc in Euangelio tertiæ Missæ fit mentio de Natiuitate æterna: secundum autem Natiuitatem corporalem ad literam natus est de nocte, in signū, quod veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ. Vnde & in Missa nocturna dicitur euangelium de corporali Natiuitate Christi.

281 Dubit. An extra ecclesiam posit confici hoc sacramentum? Respon. qui supra, ar. tertio quod sic, in itinere positus, dummodo alia sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, vt habetur de conse. dist. 1. c. concedimus.

282 Dub. Quę fuit ratio ordinationis eorū, quæ dicuntur in Missa ante, & post consecrationem? Respon. qui supra, artic. quarto, quod in Missa, primò præmittitur introitus ante celebrationem huius mysterii, quę est præparatio quędam ad digne agenda ea, qu æ sequuntur, & in hoc petitur post diuina misericordia, cum dicitur, Kyrieeleison, quod dicitur ter pro persona patris, ter pro persona filii, dum dicitur ter Christe eleison, & ter pro persona Spiritussancti, cum dicitur adhuc ad ter, Kyrie eleison, & hoc contra triplicem miseriam, scilicet, ignorantiæ, culpæ, & pœnę. Item post dicitur Gloria in excelsis, ut commemoremus cœlestem gloriam, ad quam tendemus post præsentem miseriam, & hoc in diebus festis, sed in diebus profestis, & officijs luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent intermittitur: demum sequitur oratio, quam sacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis mysteriis: sequitur post instructio populi, quærit dispositione per doctrinam prophetarum, & Apostolorum, & in ecclesia legitur per lectores, & subdiaconos: post cantatur à choro Graduale, quod significat profectum vitæ, & etiam Alleluia, quod significat spiritualem exultationem, uel tractus in officiis mortuorum, uel luctuosis, quod significat spiritualem gemitum: populus autem perfecte instruitur per doctrinam Christi in Euangelio contentam, quæ à diaconis legitur. Et quia credimus, tanquam diuinæ ueritati. Lecto Euangelio, cantatur Credo, & hoc in festis Christi, & beatæ semper Virginis, & aliis, quibus fit aliqua mentio de simbolo, & sic populo instructo, proceditur ad celebrationem mysterii. Et circa oblationem Deo aguntur, scilicet, laus populi in cantu Offertorij, per quod signatur lætitia offerentium. Et oratio sacerdotis, qui petit, vt oblatio populi sit Deo accepta. deinde circa consecrationem, Primò excitatur populus ad deuotionem in prępararationem. Vnde & monetur quod sursum cor habeat ad dominum, & ideò finita prefatione, populus laudat dominum, & primò Christi diuinitatem cum angelis dicens, Sanctus, & post humanitatem cum pueris dicens, Benedictus, qui venit in nomine domini. Deinde sacerdos secretè commemorat primò quidem pro quibus hoc sacrificium offertur. Secundo, sanctos, quorum patrocinia implorat pro prędictis, cum dicit Communicantes. Post petitionem concludit cum dicit. Hanc oblationem. In qua primò, petit consecrationis effectum, cum dicit. Quam oblationem. Secundò, consecrationem peragit,

cum

cum dicit, qui pridie. Tertiò, excusat præsumptionem, per obedientiam Christi, cum dicit, Vnde & memores. Quartò, petit hoc sacrificium esse Deo acceptum, cum dicit, supra quæ propitio. Quintò, petit huius sacrificij effectum. Et primo quantum ad ipsos sumentes, cum dicit, Supplices te rogamus. Secundo, quantum ad mortuos, cum dicit. Memento etiam domine. Tertio, specialiter quantum ad ipsos sacerdotes sumétes, cum dicit. Nobis quoque peccatoribus. deinde agit de perceptione sacramenti. Et primo præparatur populus per orationem communé totius populi, quæ est oratio dominica, & priuatã, quã specialiter sacerdos pro populo offert, cũ dicit. Libera nos quæsumus domine. Secundo, præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei, quæ intermittitur in missis defunctorum, in quibus sacrificium offertur, non pro pace præsenti, sed pro requie. Deinde sequitur perceptio sacramenti. Primo, percipiente sacerdote, post modum aliis dante. Vltimò autem tota missæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro sumptione mysterij, quod signat cantus post communionem, & à sacerdote per orationem gratias referente, sicut & Christus celebrata cœna cum discipulis hymnũ dixit, vt dicitur Mat. 26. c.

283 Dubita. Cur sacerdos, qui est minister, non dicit omnia circa consecrationem sacramenti, sed aliqua dicit diaconus, aliqua subdiaconus, & aliqua chorus? Respond qui supra, quod in his, quæ pertinent ad totam ecclesiam, quædam dicuntur á choro & ab alijs prædictis: sed ea, quæ ad suum proprium officium pertinent, dicit ipse solus.

284 Dub. Cur ipse incipit, Gloria in excelsis, & Credo, post chorus prosequitur? Res. qui sup. quia personam Dei gerit, & in signum, quod talia peruenerunt ad populum ex reuelatione diuina.

285 Dub. Cur dicit aliqua secretè, & aliqua publicè? Respon qui sup. quod ea, quæ pertinent ad se, ut oblatio, & consecratio dicit secretè, ea vero, quæ pertinent tam ad ipsum quam ad populum dicit publicè, vel aliqua dicit secretè, in signũ quod circa Christi passionem discipuli non nisi occultè confitebantur Christum.

286 Dub. Cur sacerdos petit per fectioné huius sacramenti, cum dicit, quam oblationé &c. Resp. qui sup. q. petit ut nobis fiat fructuosa, vnde signanter dicit vt nobis fiat corpus, & sanguis: & hoc significant verba, quæ præmittit, dicens, hanc oblationem facere digneris benedictam. secundum Aug. id est, per quam benedicimur, s. per gratiam: ascriptam, i. per quam in cœlo abscribimur, ratã, s. per quam in sanctis Christi censeamur: rationabilem, i. per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, idest, per quam, ut qui nobis ipsis displicemus per hanc acceptabiles unico filio simus.

287 Dub. Cum hoc sacramentum sit excellentius omnium sacramentorum veteris legis, cur petitur, vt fiat sicut sacrificiũ Abel. &c. Resp. qui sup. q, quia sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex eorum deuotione petit sacerdos, vt hoc sacrificium acceptetur Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

288 Dub. Cur petit sacerdos, q. hoc sacrificium perferatur in cœlum, cum ibi sit verũ corpus Christi? Respõ. qui supra, quòd hoc petit pro corpore mystico, quod. s. in hoc sacramento signatur, vt. s. orationes & populi, & sacerdotis angelus assistens diuinis mysteriis Deo repræsentet.

289 Dub. Quid intelligitur per sublime altare Dei? Res qui sup. quod de ecclesia triumphante intelligitur, in quam transferri petimus: vel Deus intelligitur cuius participationem petimus.

290 Dub. Cur celebratio huius sacramenti dicitur? Resp. qui sup. quod quia sacerdos per angelum preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotem, vel quia Christus est hostia nobis missa à Deo.

291 Dub. Quid significat, quod diaconus dicit, Ite missa est? R. qui sup. quod in hoc licẽtiat populum. q. d. missa est hostia per angelum ad dominum, vt sit Deo accepta.

292 Dub. Cur lauant manus in Missa? Res. qui sup. ar. 5. q. talis ablutio fit p. p. reuerentiam sacramenti, ne ad tñ sacramentũ aliquis accedat manib. etiam corporaliter inquinatis.

293 Dub. Cur vtitur thurificatione? Respon. qui supra, quod ad reuerentiam sacramenti, ut per bonum odorem depellatur, si quid corporaliter, & praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Item, ad representandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit, & ab

ipso deriuatur ad fideles officio ministrorum. Ideò vndique thurificato altari per quod Christus designatur, thurificatur omnes per ordinem.

294 Dub. Cur non lauamus pedes, cum dicatur Exod. 29. Lauabunt Aaron, & filij eius manus suas, ac pedes quando ingressuri sunt ad altare? Respon. qui supra, quòd ne iudaizemus.

295 Dub. Quia videtur, quod etiam in ablutione manuum iudaizemus, cum similiter præceptum sit in le. vete. de manibus sicut de pedibus? Respon. qui supra, quòd ablutio manuum potest fieri magis in promptu, & quæ magis sufficit ad significandum perfectam mundationem: cum enim manus sit organum organorum, vt dicitur tertio de anima, opera attribuuntur manibus. Vnde in psal. 25. dicitur, Lauabo inter innocentes manus meas.

296 Dubit. Cur sacerdos facit tot cruces? Respon. qui sup. quòd consecratio, & acceptatio. & fructus huius sacramenti procedit ex virtute crucis Christi. Et ideò vbicunq; fit mentio de aliquo horum sacerdos crucis signatione vtitur.

297 Dubit. Quia uidetur, quod postquam est consecratum corpus Christi, sacerdos non deberet facere super eo cruces, quia corpus Christi est dignius sacerdote, & ideò ab eo benedici non deberet? Respond. qui supra, q; non utitur crucibus, ad benedicendum, & consecrandum, sed solum ad commemorandum uirtutem crucis, & modum passionis Christi.

298 Dubit. Cur sacerdos extendit brachia in missa? Respō. qui sup. q; signat extensionem brachiorum Christi in cruce.

299 Dub. Cur leuat manus in orando? Respō. qui sup. q; ad significandum, q; oratio eius dirigitur pro populo ad Deum.

300 Dubit. Cur aliquando iungit manus, & orat, & inclinat suppliciter? Resp. qui sup. q; signat humilitatem, & obedientiam Christi, ex qua passus est.

301 Dubit. Cur iungit pollicem cum indice post cōsecrationem? Respon. qui supra, quoniam eis corpus Christi consecratum tetigerat, ut si qua particula digitis adhæserit, non dispergatur, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

302 Dub. Cur quinquies se uertit ad populū sacerdos? Resp. qui sup. q; ad significandum quòd dominus in die resurrectionis, quinquies se manifestauit.

303 Dub. Cur septies salutat populum? Resp. qui sup. q; ad significandum septiformem gratiam Spiritussancti.

304 Dubi. Cur episcopus celebrans in prima salutatione dicit, pax uobis? Resp. qui sup. q; repræsentat personam domini, qui post resurrectionem dixit hoc discipulis.

305 Dub. Quid significat, quòd hostia diuiditur in tres partes, & una ponitur in calice? Resp. qui sup. ut Sergius Papa dicit, & habetur de cons. dist. 2. c. triforme. Triforme est corpus Domini, Pars oblata in calice missa, corpus Christi, quod iam resurrexit monstrat, s. ipsum Christum, & beatam Virginem, vel si aliqui Sancti cum corporib. iam sunt in gloria, Pars comesta, ambulantes adhuc super terram, quia. s. uiuentes in terra sacramento uniuntur, & passionibus conteruntur, sicut panis comestus conteritur dentibus: Pars in altari vsque ad finem missæ remanens, est corpus Christi in sepulchro, quia vsque in finem sæculi corpora mortuorum sanctorum in sepulchris erunt, quorū tamen animæ sunt in purgatorio, vel in cœlo. Hic tamen ritus non seruatur modo, vt s. vna pars seruetur vsque ad finem missæ propter periculum, manet tamen eadem significatio partium, quam quidam metricè expressit, dicens: Hostia diuiditur in partes, tincta beatos: Plenè sica notat uiuos, seruata sepultos.

306 Dub. An pars missa in calicem possit dari populo? Resp. qui supra, q; non, quia panem intinctum non porrexit Christus nisi Iudæ proditori.

307 Dub. An sacerdos possit dare partem suę hostiæ populo? Respon. qui sup. in 4. sen. dis. 12. q. 2. ar. 2. q. 2. quod sic, si non habeat aliā consecratam.

308 Dub. Cur sacerdos post sumptionem sanguinis sumit vinum? Respon. qui sup. 3. par. q. 83. ar. 5. quòd hoc facit ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant, & eadem ratione perfundit digitos, quib. corpus Christi tetigerat, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. & sic præcipitur fieri, extra de cele. missa. c. ex parte.

309 Dubit. An debeat corpus Chirsti conseruari? Respon. qui supra, quòd licèt Clemens Papa statuerit, quòd non, de consec. dis. 2. c. tribus gradibus, & infra tanta &c. tamen in

dicta distinct. cap. presbyter dicitur, quòd oportet pro infirmantibus hostias consecratas seruare.

310 Dub. An sacerdos possit celebrare vno solo præsente? Resp. qui supra, q. in solenni celebratione plures debent esse, vt habetur de consecra dist. 1. ca. hoc quoque in missis tamen priuatis sufficit vnum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondetur.

311 Dub. An sufficienter possit occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti? Respon. qui supra, art. sexto, quòd sic, & preueniendo ne, scilicet periculum accidat, & subsequendo, vt scilicet, ad quod accidit emendetur.

312 Dub. Quid, si sacerdos post inceptā missam moriatur, vel infirmetur, quid fiet? Rñ. qui supra, quòd si hoc ante consecrationem accidat, non oportet, quòd per alium suppleatur: si vero post consecrationem corporis, vel sanguinis, aut vtriusque, debet missę celebritas per alium expleri, vt habetur. 7. q. prima. cap. nihil.

313 Dub. Quid agendum postquàm sacerdos incepit missam, & recolit se comedisse, vel bibisse? Resp. qui supra, q. si hoc recolit post consecrationem inceptam, debet perficere sacrificium, & sumere sacramentum: si vero ante consecrationem, tutius reputarem, q. missam inceptam desereret, nisi graue scandalum timeretur.

314 Dub. Quid si recolit se esse excommunicatum, vel peccatum aliquod commisisse? Resp. qui supra, q. si hoc recolit post consecrationem, debet dolere cum proposito cōfitendi, & absolutionem ab excommunicatione petendi si sit excommunicatus, & sic per inuisibilem pontificem Christum absolutionem consequetur, quantum ad hunc actum, quòd peraget diuina mysteria. Si vero ante consecrationem, dic vt in dub. præcedenti.

315 Dub. Quid si araneam deprehendat cecidisse in calicem, vel aliud venenosum post consecrationem, quid aget? Resp. qui supra, quòd si ante consecrationem hoc comprehenderit, debet effundi, & abluto calice denuo aliud vinum poni consecrandum. Si vero post consecrationem hoc acciderit, debet animal cautè capi, & diligenter lauari, & comburi, & ablutio cum cineribus in sacrarium mitti. Si verò ibi venenum esse deprehenderit immissum, nullo modo sumere, vel alij dare debet, ne calix vitæ vertatur in mortem, sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cum reliquijs conseruari: & ne sacramentum remaneat imperfectum, debet aliud vinum apponere in calicem, & denuo resumere à consecratione sanguinis, & sacrificium perficere.

316 Dubit. Quia aliquando contingit, quòd aqua aut vinum non ponitur in calice, quod tunc quando percipit agere debet? Respon. qui supra, quòd si sacerdos ante consecrationem sanguinis, & post consecrationem corporis percipiat aut vinum, aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare. Si verò post consecrationis verba hoc perceperit, quod aqua desit, debet nihilominus procedere, quia impositio aquæ non est de necessitate sacramenti: nullo autem modo debet aqua vino iam consecrato misceri, quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte, vt supra dictū est dub. 163. & sequenti. Si verò post verba consecrationis percipiat, quod vinum non fuit positum in calice, si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet, deposita aqua, si ibi fuerit; apponere vinum cū aqua, & resumere à verbis consecrationis sanguinis. Si verò hoc perceperit post sumptionem corporis, aliam hostiam apponere debet iterum cōsecrandam simul cum sanguine, quod ideo dicitur, quia si dixerit sola verba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi, vt seruaretur id, quod habetur septima quæstione dist. prima, cap. nihil. Si vero inciperet à cōsecratione sanguinis, & repeteret omnia verba consequentia, non competerent nisi adesset Hostia consecrata, cum in verbis illis occurrant quædam dicenda, & fienda non solum circa sanguinem, sed etiam circa corpus: & debet in fine sumere Hostiam iterum consecratam, & sanguinem, non obstante etiam si post sumpserit aquam, quæ erāt in calice, quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam præceptum, quod hoc sacramentum à ieiunis sumatur.

317 Dubita. Quia aliquando contingit, quòd sacerdos non recordatur se dixisse verba consecrationis, vel etiam aliqua alia verba?

Respon. qui supra, quòd ex hoc sacerdos non debet mente turbari. Non enim qui multa dicit, recolit omnium, quæ dixerit, nisi fortè aliquid in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti: sic enim aliquod efficitur memorabile, vnde si aliquis attente cogitet illud, quod dicit, non tamen cogitet se dicere illud, quod habet minus de periculo non multum recolit postea se dixisse. sic enim fit aliquid obiectum memoriæ inquantum accipitur sub ratione præteriti, sicut dicitur in libro de memoria. Si tamen sacerdoti constet probabiliter se aliqua omisisse, siquidem non sunt de necessitate sacramenti huius, non æstimo, quod propter hoc debeat resumere, immutando ordinem sacrificij, sed debet vlterius procedere. Si vero certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, scilicet, formam consecrationis, idem videtur esse faciendũ, quod dictum est dub. præcedenti in defectũ materiæ, vt. s. resumatur à forma consecrationis &c. per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificij.

318 Dub. Quid agendum est, cum hostia dilabitur in calice propter frigus? Resp. quod fractio hostiæ consecratæ, & quòd vna pars sola mittitur in calicem, respicit corpus mysticum. Ideo huius prætermissio non facit imperfectionem sacrificij, vt per hoc sit necesse aliquid iterare circa celebrationem huius sacramenti.

319 Dub. Quid fiendum est quando sanguis Christi ex negligentia effunditur? Resp. qui supra, quod vt habetur de consecra. distinct. 2. ex decreto Pij Papæ, si per negligentiam aliquid stillauerit de sanguine in tabula, quæ terræ adhæret lingua lambetur, & tabula radetur, & igni comburetur, & cinis intus altare condetur, & sacerdos quadraginta dieb. pœniteat. Si autem super altare stillauerit, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit decem diebus pœniteat, si vsque ad palium, viginti dieb. pœniteat, & linteamina, quæ stilla tetigit trib. vicib. minister lauet, calice subtus posito, & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recõdatur, vel à ministro sumatur. quidam autem vlterius partem illam linteaminum incidunt, & comburunt, & cinerem in altari, vel in sacrario reponunt.

320 Dub. Quid fiendum cum Christi corpus quis euomuerit, vel sanguinem? Resp. qui supra, quòd vt habetur de consecra. distin. 2 ex pœnitentiali Bedæ presbyteri. si quis ex ebrietate, vel voracitate eucharistiam euomerit clericus, diaconus, presbyter, vel monachus. 40. diebus pœniteat: Episcopus 90. Si autem infirmitatis causa hoc acciderit 7. diebus pœniteat.

321 Dub. Quid agendum, quando sacramentum male custoditum putrefit, vel comeditur à mure, vel ab alio animali? Respon. qui supra, quòd vt in supradicta distin. habetur ex concilio Aurelianensi, talis negligẽs 40. diebus pœniteat, & qui perdiderit illud in Ecclesia, vel pars eius ceciderit, & non inuẽta fuerit, 30. diebus pœniteat.

322 Dub. A quibus debet abstinere pœnitens in supradictis casibus? Respon. qui supra quod debet ieiunare, & à communione cessare. Pensatis tamen conditionibus negotij, & personæ, potest addi, vel minui ad pœnitentiam prædictam.

323 Dub. Si in aliquo reperitur hostia, quæ cecidit. vel aliqua pars, quid fiendum est? Resp. qui supra, quòd in hoc obseruandum est, quòd vbicumque species integræ inueniuntur, sint reuerenter conseruandæ, vel etiam sumendæ, quia manentibus speciebus, manet ibi corpus Christi. Ea verò, in quibus inueniuntur, si commodè fieri potest, sint comburenda, cinere in sacrario recondito, sicut de rasura tabulæ dictum est dub. 319.

324 Dub. An si homo non peccaret post baptismum indigeret eucharistia? Respõ. qui supra, q. 88. art. 6. quod sic. sicut in vita corporali indigeret nutrimento.

325 Dub. An hoc sacramentum habet aliquẽ effectum, quo ad defunctos? Res. qui supra, tertia par. q. 52. arti. 8. quod sacramentum eucharistiæ liberat hominem à purgatorio, inquantum est quoddam sacrificium satisfactorium pro peccato.

326 Dub. An aliquis sacerdos ordinatus credens se baptizatum, cum tamen non fuerit baptizatus, celebrando consacret? Resp. qui sup. in 4. sent. dist. 24. q. 1. arti. 2. q. 3. quod talis non est ordinatus. Et ideo non est sacerdos, nec conficere potest, nec absoluere in foro pœnitentiali. Vnde secundum Canones debet baptizari iterato, & ordinari, & si etiam in Episcopum promoueatur, illi, quos ordinat, non habet ordinem: sed tamen piè credi potest,

di potest, ꝙ quantum ad vltimos effectus sacramentorum, summus sacerdos suppleret defectum, & qđ non permitteret hoc ita latere, ꝙ periculũ ecclesiæ imminere posset.

327 Dub. Quid intelligit dñs per regnum, cũ dixit, bibam illud vobiscum in regno patris mei? Resp. Chrys. in hom. ꝙ per regnum, resurrectionem suam nominat.

328 Dub. Cur post resurrectionem cum Apostolis erat bibiturus? Resp. qui sup. ꝙ ne aliqui æstimarent fantasticam esse resurrectionem. Et ideo ipsi Apostoli persuadentes hominibus, de Christi resurrectione dixerunt: simul comedimus, & bibimus cum eo postquam surrexit à mortuis.

329 Dub. Cur dicũt cum illud bibam nouũ? Resp. qui supra, nouum, i. nouo modo, non quasi corpus passibile habens, & indigens cibo, quia non tunc propter indigentiã comedit, & bibit, sed propter resurrectionis certitudinem.

330 Dub. Cur panem benedixit? Resp. Remigius, ꝙ ut ostendat, quia humanam naturã vna cum patre, & Spiritusancto gratia diuinæ virtutis impleuit, & æternæ immortalitatis munere ditauit.

331 Dub. Cur ad calicem gratias egit? Resp. qui sup. ꝙ in hoc demonstrat quantum de nostra salute gratuletur, pro quibus etiam sanguinem suum funderet.

332 Dub. Cur panem fregit? Resp. Diony. in ecclesiastica hierar. ꝙ in hoc ostenditur ꝙ unum simplex Dei verbum per humanationem compositum, & uisibile ad nos peruenit, & ad se nostram societatem benignè peragens spiritualium bonorum distributorum participes fecit.

333 Dub. Quid est genimen uitis? Resp. quòd est uinum, quia uitis generat vinum, & genimen, i. generatio, vel germen dicitur.

334 Dub Cur potius dicit in regno patris, q̃ in regno Dei? Resp. Hier. quia omnis pater nomen est filij, ac si diceret, cum crediderint in Deum patrem, & adduxerit eos pater ad filium.

335 Dub. Quid est hymnus? Res. Lyra, quòd est canticum diuinæ laudis.

336 Dub. Quod canticum dictum fuit? Resp. Vincentius in sermone, ꝙ dixerunt: Memoriam fecit mirabilium suorum. Burgensius autem dicit, quòd Iudæi post esum agni paschali dicunt. Laudate pueri dominum: & ita uerisimile est, quòd tunc Iesus, cum discipulis illum psalmum dixerit.

337 Dub. Cum accesserit ad hortum, cur dr̃, quòd accessit ad montem Olineti? Res. Ly. quod quando dicitur, quod exierunt in mõtem Oliueti: quia hortus in quo fuit captus erat in pede montis Oliueti.

338 Dub. Cur prędixit discipulis, quòd scandalizarentur? Resp. Hier. quòd ut cum passi fuerint scandalum, non desperent salutem, sed agentes pœnitentiam liberentur.

339 Dub. Quomodo passi fuerunt scandalum in eum? Resp. Ly. quia dereliquerunt eum propter timorem humanum.

340 Dub. Cur dicit in ista nocte? Resp. qui supra, quòd eis prędixit certitudinaliter, & determinato tempore, ut cognoscant ipsum esse Deum, qui potest talia cognoscere propria virtute.

341 Dub. Vbi scribitur, Percutiam pastorem, &c. Reso. quòd Zachariæ 13.

342 Dub. Quia Zachariæ 13 non dicitur percutiam, sed percute? Respond. Ly. post Hieron. quòd eadem est sententia, quia ibi ponitur prophetia, ac si propheta loquatur ad dominum, dicens, percute pastorem. Hic autem ponitur, ac si dominus loquatur dicens: percutiam.

343 Dub. Cur inducitur ipsa prophetia Zachariæ? Resp. Chrys. in hom. quod suadens eis attẽdere semper, quę scripta sunt simul, etiam ostendens, quod secundum Dei consilium crucifigebatur, & vndique monstrans non alienum se esse a veteri testamento, qui in eo prænunciabatur.

344 Dub. Cur dixit, postquam autem resurrexero &c. Resp. qui sup. vt non permitteret eos in tristibus permanere, & ut audita eius morte aliqualiter remanerent consolati de futura resurrectione.

345 Dub. Cur potius uult præcedere in Galilæam, quàm alibi? Resp. S. Thom. 3. par. q. 55. ar. 3 quòd ut Chrys. dicit in hom. quòd confestim post resurrectionem in cœlo eis apparuit, neque in longam quandam regionem, ut eis appareat vadit, sed in seipsa gente, & in ipsis fere regionib. & ut a timore Iudæorum liberati crederent ei, quod dicebatur.

346 Dub. Cur Petrus non credidit Christo dicenti, quòd scandalum paterentur in eũ? Resp. qui supra, in 2. senten. distinctio. 4. articul. 2. quòd Petrus domini prænunciationem accepit, non per certitudinem, sed

fed ad comminationem dictam.

347 Dub. An Petrus mentitus fuerit cum dixit, q non scandalizaretur? Resp. Hierony. q hoc non est mendacium, nec temeritas, sed fides est Apostoli Petri, & ardens affectus erga dominum saluatorem.

348 Dub. Quomodo fuit facta negatio Petri, cum diuersimode de hoc Euangelistæ tractent? Resp. Aug. de consensu Euang. quod tertia negatio Petri fuit inchoata etiam ante primum cantum galli, ante tamen, quàm esset consummata, gallus cantauit, quia negatio secundum totalitatem suam accepta, habet aliquem tractum temporis. In hoc enim includitur uerbum illorum, quid dicebant Petro, tu ex illis es, & argumentum, quod adducebant ex loquela eius, & negatio Petri sequens: & sic patet, quod bene potuit inchoari illa negatio antequam gallus primo cantaret, & post terminari. Matthæus ergo, Lucas, & Ioannes, qui dicũt Petrum ter negasse Christum ante primũ galli cantum, loquuntur habẽdo respectum ad negationis inchoationem. Marcus aũt, qui dicit tertiã negationẽ Petri esse post primũ galli cantum, & ante secundum, loquitur habendo respectum ad negationis consummationem.

349 Dub. An post verba Christi, Petrus potuerit non scandalizari? Resp. Orig. dicens, quod ad hoc aliquis respõdebit, quoniã necesse erat fieri, quod prædictum erat Iesu. Alius autem dicet, quoniam qui exoratus à Niniuitis, quæ prædixerat per Ionam non fecit, possibile fuit, ut repelleret etiam scandalum à Petro deprecante.

350 Dub. An Petrus, & alii discipuli dicentes si oportuerit me mori tecum, &c. mentiti fuerint? Resp. quòd non, quia sic cogitabant fore, dixerunt tamen falsum, quia contrariũ accidit.

351 Dub. Quid mouit discipulos ad sic dicendum? Res. Rabanus, quod qa Petrus intellexerat dominum præ timore mortis cum se prædixisset negaturũ, ob hoc dicebat, quod licet periculũ immineret, nullomõ ab eius fide posset auelli: Et similiter alii per ardorẽ mentis non timuerunt damnum mortis, sed vana fuit psumptio sine protectione diuina.

352 Dub. Vbi est villa Gethsemani? Resp. Ly. quod est in pede montis Oliueti.

353 Dub. Cur recessit à cænaculo, in quo cœnauerat? Resp. Orig. qđ ut non caperet ybi cum discipulis manducauerat Pascha.

354 Dub. Cur dimisit discipulos donec orasset? Resp. Chrysosto. in Homil. quód, quia discipuli indiuisibiliter sequebantur Christum, & ei consuetudo erat sine discipulis orare.

355 Dubitatur, Quibus discipulis iussit, ut sederent? Respond. Lyra, quod octo, nam tres assumpsit secum, & Iudas non erat ibi.

356 Dubitatur. Cur potius istos tres adduxit secum, quàm alios. Vide sabbato primæ dominicæ Quadragesimæ, dub. 3.

357 Dubitatur Quid est tristitia? Resp. Sanctus Tho. 1. 2. quæst. 3. art. 1. & q. 42. ar. 2 q est passio animalis, media inter duas passiones, uidelicet, inter timorẽ, quem ipsa sequitur, & iram, quã ipsa præcedit, & conuenit cum timore, quia utrunque est de malo, sed differt a timore in duobus. Primò, quia timor est de malo futuro, & tristitia de psenti. Secundò, quia tristitia respicit malum absolutè, cum sit in concupiscibili. Vnde potest esse de quocunque malo, siue magno, sine paruo timor uero, cum sit in irascibili, respicit malum cum quadã arduitate, seu difficultate, quæ tollitur inquantum aliquid subiacet uoluntati. Et ideò, non oĩa timemus, quæ sunt futura, de quibus tristamur cum sunt præsentia, sed aliqua, quę, scilicet, sunt ardua.

358 Dub. An tristitia possit cadere in virtuosum? Respond. qui supra. tertio par. quæst. 46. art. sexto, quod tristitia laudabilis, quando. s. procedit ex sancto amore, ut puta cum aliquis tristaĩ de peccatis propriis, uel alienis, de quã dicitur secundo Corin. septimo, quæ secundũ Deum est tristitia, pęnitentiã in salutem operatur, potest cadere in virtuosum.

359 Dub. De quo contristatus est Christus? Resp. Hierony. quòd non timore patiendi, qui ad hoc venerat, ut pateretur, & Petrum temeritatis arguerat: sed propter infidelissimum Iudam, & scandalum omnium Apostolorum, & riectionem populi Iudæorum, & euersionem miserę Hierusalem.

360 Dubitatur. Cur non dicit tristis sum, sed tristis est anima mea? Respondit Ambrosius super Lucam, quòd non est tristis sapientia, non diuina substantia, sed anima.

361 Dub. Quia videtur, quod in Christo non fuerit tristitia, quia Prouer. 14. dicitur, Non con-

contristabit iustum quicquid acciderit ei, & Esa 52. dicitur de Christo, non erit tristis neque turbulentus? Res. S. Tho. 3. par. q. 15. ar. 4. & 6. quod cum in Christo fuerit uerus dolor, ita potuit in eo esse vera tristitia, prout anima Christi potuit interius apprehendere aliquid, vt nociuum, & quantum ad se sicut passio, & mors eius fuit, & quantum ad alios sicut peccatum discipulorum, vel etiam Iudæorum occidentium ipsum. Vnde Hie. super Mat. dicit. Dominus noster ut ueritatem assumpti probaret hominis, vere q dem contristatus est, sed ne passio in animo illius dominaretur, dicitur quod incepit cõtristari, ut passio perfecta intelligatur quando animo. i. rationi dominatur: pro passio autem, quando est inchoata in appetitu sensitiuo, sed ulterius non se extendit, & sic intelliguntur illæ auctoritates, s. quod eius ratio ex nullo accidente conturbabitur, nec erit tristis secundum passionem perfectam, sed bene secundum pro passionem.

362 Dubi. Cur dicit vsque ad mortem? Resp. Orig. q. d. vt cum mortuus fuero moriantur & vniuersæ tristitiæ, cuius principium tantum fuit in me.

363 Dub. Cur vult hos tres Apostolos vigilare, & alios iussit sedere? Resp. Ori. quod hos tanquam firmiores secum adduxit, ut collaborẽt secum in vigiliis, & orationibus: alios verò iussit sedere, quasi infirmiores, & tamen etiam hos iussit manere, ut unusquisq; in gradu suæ vocationis consistat.

364 Dub. Cur non vult quod dormiant? Res. Hier. quod non à somno prohibet, cuius tẽpus non erat imminente discrimine, sed à somno infidelitatis, & torpore mentis.

365 Dub. Cur progressus est ab eis? Respon. Ly. quod uolebat orare, & cum oratio sit eleuatio mentis in Deum, melius fit quando homo est sequestratus ab aliis.

366 Dub. Cur non longe progressus est? Res. Orig. quod nolebat longe fieri, ut uideant cadentem in faciem & discant non magna, sed humilia de se sapere.

367 Dub. Cur procidit in faciem? Resp. Orig. q hoc fecit laudabiliter se humilians.

368 Dub. Cur orauit cũ esset Deus. Vide fe. 6. cinerum dub. 57. & ante, & post de materia orationis.

369 Dub. Quia vr frustra orasse, quia non impetrauit? Resp. S. Tho. super epistola ad Hebræos. 5. cap. quod Christus in omnib. quæ uoluit fieri fuit exauditus, nam quantum ad appetitum sensualitatis, & secundum uoluntatem, inquantum est quidam appetitus naturalis, fugiebat mortem, & quantum ad hoc orabat, ut ostenderet se verum hominẽ sed uoluntate consequente rationem deliberatam, volebat mori: Vnde dicit. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

370 Dub. An in Christo fuerint duæ uoluntates? Res. qui supra, 3. par. q. 18. ar. 1. quod sic, vna diuina, & alia humana, quia cum assumpserit humanam naturam perfectam, ad cuius perfectionem pertinet voluntas, q̃ est naturalis eius potentia, sicut & intellectus, ideo in eo fuit voluntas humana: per assumptionem autem humanæ naturæ nullã diminutionem passus est filius Dei in his, quæ pertinent ad naturam diuinam, cui cõpetit voluntatem habere, & sic etiam in eo fuit uoluntas diuina.

371 Dub. An Christus secundum voluntatẽ humanã aliud vellet, quam s͠m voluntatem diuinã? Resp. qui supra, q Christus s͠m voluntatem sensualitatis, & secundum uoluntatem rationis, quæ consideratur p modum naturæ, aliud poterat uelle q̃ Deũ, sed secundum uoluntatem, quæ est per modum rationis semper idem volebat, quod Deus.

372 Dub. Quia videtur quod non voluntarie passus sit, cum tristitia contrarietur voluntati? Resp. qui sup. q. 15. ar. 6. quod nihil prohibet aliquid esse contrarium voluntati secundum se, quod t͠n est volitum ratione finis ad quem ordinatur, sicut medicina amara non est secundum se volita, sed solum secundum, quod ordinatur ad sanitatẽ, & hoc modo passio Christi fuit secundum se considerata inuoluntaria, & tristitiam causans, licẽt fuerit voluntaria in ordine ad finem, q est redemptio humani generis.

373 Dub. Cur solus Io. Euangelista non facit mentionem de hac oratione? Respõ. Orige. quia Ioannes magis ea, quæ cõpetunt Christo secundum diuinam naturam exponit, & alii magis secundum humanam.

374 Dub. Cur eius passio calix dicitur? R. S. Th. 3. par. q. 78. ar. 3. quia ad similitudinem calicis inebriat, & est metaphorica locutio.

375 Dub. Cur petit q transeat à se? Resp. Hilarius, q pro his, q post se passuri erant orat dicens: transeat à me, i. quomodo me bibitur, ita ab his bibatur sine spei differentia, sine sensu doloris, sine metu mortis.

Dub.

376 Dub. Cur discipuli ita cito dormierunt? Res. Chry. quia tempus intempestæ noctis erat, & oculi eorũ à tristitia erant grauati.
377 Dub. Cur arguit Petrum? Resp. Hilarius, quia præ cæteris non se scandalizandum fuerat gloriatus.
378 Dub. Cur loquitur pluraliter? Res. Chry. quia etiam aliorum infirmitatem arguit.
379 Dub. Cur primo arguit, & post iubet, vt uigilent? Respõ. Orig. ꝙ primò excitat eos verbo ad audiendum, & post præcipit, vt vigilent, & orent.
380 Dub Cur dicit, vt non intretis in tẽtatio nem? Resp. Hier. q. d. ne vos tẽtatio superet.
381 Dub. De quo spiritu dicit, ꝙ est promptus? ℞. Theop ꝙ de spiritu Apostolorum, qui promptus erat ad eũm non negandum.
382 Dub. An sicut omnium caro infirma est ita omnium spiritus promptus sit? Respon. Orig. ꝙ non, sed solum sanctorum: infideliũ aũt & spiritus seorsum est, & caro infirma.
383 Dub. Cur ter orauit? Resp. Remigius, ꝙ ter orat pro Petro, q ter eũ negaturus erat.
384 Dub. Cur solus orat? Respõ. Hiero. ꝙ solus orat pro omnibus, sicut & solus patitur pro uniuersis.
385 Dub. Cur secundo inueniens eos dormiẽtes non reprehendit? Resp. Orig. quia oculi eorum erant grauati, scilicet, somno.
386 Dubit Cur eos hortatur, vt dormiant? ℞. Chry. in Homil. vt ostenderet quoniam neque uisum possent sufferre futurorum malorum: & qm̃ eorum non indiget auxilio, & quoniam omnino tradi eum oportebat.
387 Dub. Quia videtur iniungere contraria dicens, dormitẽ, & statim dicit, surgite eamus? Resp. Aug. de consen. euang. ꝙ cũ Marcus cõmemorauerit, vt cum dixisset, dormite iam, & requiescite: adiungens, sufficit, & deinde inferat. Venit hora ecce tradetur filius hominis, vtique intelligitur post illud, quod eis dictum est, dormite, &c. siluisse dominum aliquantum, ut hoc fieret, quod permiserat, & tunc intulisse Ecce appropinquabit hora, propter quod, secundum Marcum positum est, sufficit, i. iam requiescite.
388 Dub. Cur dicit, ecce appropinquabit hora? Respond. Chrys. in Homi. quod per hoc ostendit, quòd diuinæ dispositionis erat ꝙ gerebatur.
389 Dubit. Cur dicit in manus peccatorum? Resp. qui supra, ꝙ per hoc demõnstrat, quoniam illorum nequitiæ hoc opus erat, non quòd ipse delicto esset obnoxius.
390 Dub. Cur dicit, surgite eamus? Res. Hie. q. d non nos inueniant quasi timentes, vltrò pergamus ad mortem, vt confidentiam, & gaudium passuri uideant.
391 Du. Cur. non dicit, ecce appropinquabit mihi, qui me tradet? Res. Orig. quia ipse traditor non poterat sibi appropinquare, qui se suis peccatis ab eo se elongauerat.
392 Dub. Cur nominat Iudam vnum de duodecim? Resp. Theoph. quòd hoc non frustra ponitur, sed ad maiorem proditoris redargutionem, ꝙ cum de primo choro existeret, contra dominum in rabiem uersus est.
393 Dub. Cur venit tam magna turba? Resp. Orig. quoniam, qui putabant in beelzebub eicere dæmonia solere, arbitrabantur eum ex quibusdam maleficiis posse effugere de manu volentium eum tenere.
394 Dub. A quo acceperunt cohortem? Res. Aug. quòd cohors non Iudæorum, sed militum fuit à Præside, igitur intelligitur accepta tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitimæ potestatis.
395 Dub. Quomodo persuaserunt venire milites? Resp. Chrys. quia milites erant pecuniarum gratia omnia facere meditantes.
396 Dub. Cur Iudas dedit signum osculi? ℞. Orig. quòd quia aliquando transfigurabat, nec uidebatur nisi, vt volebat. Theop. autem dicit, quòd credebat decipere Christum, ut per osculum amicus æstimaretur.
397 Dub. Cur permisit dominus se osculari, cognoscens proditorem? Respõ. Rabanus, ꝙ hoc fecit non ut simulare nos doceat, sed ne proditionem fugere videarur simul, & illud Psal. 110. complens. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus.
398 Du. Cur Iudas osculo noluit prodere dominum? Resp. Orig. quod omnes proditores veritatis, amare veritatem fingentes osculi signo utuntur.
399 Dub. Cur vocat eum Rabbi, i. magistrũ? Respõ. Beda, quod ex scelerata confidentia magistrum eum vocat.
400 Dubit. Cur Iesus vocat Iudam amicum? Resp. Orig. quod dicit improperans simulationem: hoc enim nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. Ad malum enim dicitur. Amice, quomodo huc intrasti. Amice, non facio tibi iniuriam.
401 Dubita. Quid significat, ad quid venisti?

Resp.

Resp. Aug. in sermone, de passione q.d. oscularis, & insidiaris, vel ut dicit Remig. sub intelligitur hoc fac, ad quid venisti.

402 Dub. Cur cum toties voluerint capere Iesum, nec potuerint, quomodo nunc iniecerunt manus in eum? Res. Remigius, quòd quia ipse permisit.

403 Dub. Cur Petrus percussit seruum Pontificis? Res. Chrys. in homil. ꝙ eo ardore quo dixerat, si oportuerit me mori tecum &c.

404 Dub. Vnde habebat gladiũ? Resp. qui supra, quòd sumpsit à cęna, postquã dominus dixerat, quòd venderent sacculum, peram, & tunicam, & emerent gladium.

405 Dub. Quomodo uocabatur seruus Pontificis? Resp. Ioan. quòd Malchus.

406 Dub. Quam auriculam abscidit? Respon. Ioannes, quòd dexteram.

407 Dub. Cur potius auriculã abscidit, quàm manus, vel brachia? Res. Chrys. quòd faciebat impetum ad caput.

408 Dub. cur dñs permisit percutere gladio? Resp. Aug. de consensu euangelistarũ quòd dixit, sinite vsq; huc, q̃a inter interrogationẽ discipulorum dicentium. Domine si percutimus in gladio, & responsionem domini, sinite vsque huc. Petrus percussit.

409 Dub. Quia multi accipiunt gladiũ, qui non interficiuntur gladio? Res. Aug. contra Faustum, acceperit, idest vsus fuerit.

410 Dub. Quis dicitur uti gladio? R. qui sup. quòd ille, qui in sanguinem alicuius armatur nulla legitima potestate.

411 Dub. Quid ergo volebat dominus de gladiis fieri, quando præcepit, ut eos emerent? R. qui sup. quòd dominus iusserat, ut ferrẽt non ut ferirent.

412 Du. Quia multi gladio percutientes, & interficientes non moriuntur gladio? R. S. Th. 2.2 q. 40. art. 1. quod & si nõ semper occidantur gladio materiali, semper tamen suo gladio pereunt, quia pro peccato gladij æternaliter puniuntur, nisi pœniteant.

413 Dub. An interficientes propter iustitiam includantur sub hac pœna? Resp. qui supra quòd auctoritate Principis interficiẽtis, vel Dei ipse non accipit gladium, sed ab alio sibi cõmisso utitur, unde ei pæna non debetur.

414 Dub. An liceat clericis uti gladio? Resp. qui sup. ar. 7. quòd non, imò est institutũ, ut effundentes sanguinem, etiam sine peccato, sint irregulares: possunt tamen clerici, & prælati ex auctoritate superioris interesse bellis, non quidem, ut ipsi propria manu pugnent, sed ut iustè pugnantibus spiritualiter subueniant suis exhortationibus, & absolutionibus, & huiusmodi spiritualibus subuentionibus: quòd autẽ aliqui propria manu pugnent abusionis est.

415 Du. An Petrus percutiens peccauit? Res. Aug. cõtra Faustũ, quòd sic, sicut & Moyses percutiens Aegyptium, uterq; enim nõ detestabili immanitate, sed emendabili animositate regulam excessit.

416 Du. Cur dicit de duodecim legionib. Angelorum? Resp. Hier. q. d. non indigeo duodecim Apostolorum auxilio, etiã si omnes me defenderent, quia possum habere duodecim legiones Angelorum.

417 Dub. Cur cum esset Deus, indigebat Angelis? R. Orig. quòd non quasi indigens dicebat, sed secundum æstimationem Petri uolentis ei auxilium ferre, magis enim Angeli opus habent auxilio unigeniti filij Dei, quàm ipse illorum.

418 Dub. Quid est legio? R. quòd cõtinet sex millia sexcentũ sexaginta, & sex homines.

419 Dub. Quot Angeli continentur in duodecim legionibus? R. quòd septuaginta septẽ millia nouẽ cẽtum, & nonaginta, & duo.

420 Dub. Cur ponit legiones in Angelis, qui non gerunt bellum? R. Orig. quòd in Angelis est militia cęlestis, quæ militat contra legiones dæmonum.

421 Dub. Cur potius non dixit, an putas, qđ non possim istos destruere? R. Chrys. in Homil. quòd quia multa humanæ infirmitatis ostenderat, non videretur credibilia dicere si dixisset, quòd eos perdere posset.

422 Dub. Quæ scripturæ debebant impleri? R. Ly. quòd illæ, q̃ erant diuinitus reuelatę, & q̃ loquunt̃ expressè de passione Christi.

423 Dub. An quia ita scriptum erat, oportebat pati Christum? R. Lyra, quòd q̃n aliqđ est secundum prædestinationem a Deo prædictũ, oportet illud impleri, ibi. n. est necessitas cõsequentiæ, nõ consequentis: quia diuina præordinatio non tollit contingentiam.

424 Dub. Quis magis peccat interficiens iustũ, cuius anima saluaretur, vel peccatorem cuius aĩa dãnatur? R. S. Tho. 2.2. q. 64. art. 6. qđ in pensanda grauitate peccati magis cõsiderandum est id, quod est per se, q̃ id, qđ est per accidẽs. Vnde occidens iustũ, magis peccat. Primò, q̃a nocet ei, quẽ plus diligere dẽt. Scđo, q̃a iniuriã infert ei, qui est minus

dignus

dignus. Tertio, quia priuat communitatem maiori bono. Quarto, quia magis Deum contemnit, secundum illud Luc. 10. Qui vos spernit me spernit: quod autem anima iusti perducatur ad gloriam, & peccatoris ad pœnam, hoc est per accidẽs ad occasionẽ.

425 Dub. Quis magis peccat occidens corporaliter, uel inducens ad peccatum? Resp. qui sup. q. 73. ar. 8. quod occidens corporaliter, quia homicida est per se sufficiens causa corporalis mortis. Spiritualis autem mortis, nullus põt esse alteri causa p se, & sufficiẽs quia nullus spiritualiter moritur, nisi propria voluntate peccando.

426 Dub. Cur arguit se capientes dicens, tanquam ad latronem? ℞. Cyrillus, q. d. tunc non cępistis me quando nolebam, & nec nunc poteritis nisi me sponte vestris subijcerem manibus.

427 Dubitatur. Cur dicit tanquã ad latronẽ, quasi estimarent cum latronẽ? ℞. Remig. ac si diceret: latronis officium est nocere, & latitare, ego uero nemini nocui, sed pluries sanaui, & in synagogis semper docui.

428 Dub. Cur non tenuerunt eum cum doceret in templo? ℞. Chry. in Homil. quod non ausi erant propter turbã, propter quod, & dominus foras exiuit, ut ex loco, & tẽpore daret eis aptitudinem se capiendi.

429 Dub. Quia uidetur falsum, quod dominus quotidie sederet in templo? ℞. Ly. quotidie, idest frequenter.

430 Dub. cur dicit, ut implerentur scripturę prophetarum? ℞. Chrysost. in homil. quod hoc dicit ad ostendendum causam, propter quam dominus uoluit capi.

431 Dub. Cur non expressit nomina prophetarum? ℞. Remig. quod quia omnes prophetæ prædixerunt Christi passionem, ideo non posuit fixum testimonium, sed generaliter dixit impleri uaticinia omnium scripturarum.

432 Dub. Cur discipuli fugerunt? ℞. Ly. quod timore perterriti

433 Dub. Cur non fugerunt a principio? ℞. Chry. in homil. quod quando detentus fuit dominus permãserunt, quando autem locutus est hæc ad turbas fugerunt: sciebant. n. quod iam non erat possibile effugere, eo se voluntarie eis tradente.

434 Dub. An Apostoli fugentes propter timorem, fuerint excusati à peccato? ℞. dominus Card. de Turre crem. super euangeliis, quod non, sed omnes peccauerunt mortaliter fugiendo, quia in illo casu erat suscipienda mors pro fide Christi tuenda, quia tunc de necessitate salutis erat oris confessio facienda, tum quia periclitabatur fides Christi, tum ad instructionem aliorũ fideliũ, uel ad confirmationem, uel ad reprimendum infidelium exultationem. Vnde Glos. super illud. Omnes scandalum patiemini in hac nocte, dicit, ab vnitate fidei soluentur: & Lyra, idest ruinam in peccatum patiemini propter timorem mundanum.

435 Dub. Quia non videtur, quod omnes fugerint, quia Petrus sequebatur à longè, & adolescens etiam? ℞. Greg. 4. Mor. quod potuit fieri, ut ad horã tenentium loquens de iuuene amicto syndone manib. elapsus mox reassumpto indumento reduerit, & secũdũ hoc potest dici, quod omnes ab illo tunc fugerunt, sed post Petrus à longè, & ille adolescens redierint.

436 Dub. An liceat prælato fugere tempore persecutionis? ℞. San. Tho. super secundam ad Chor. ca. 11. quod quando quæritur persona prælati tantum. debet committere curam gregis alteri, & absentare, & dicitur fuga cautelæ, quoniam fugit pericula, ut reseruetur ad maiora, sicut Helyas fugit propter Reginam Hiezabel. 3. 3 Reg. 19. Quando vero cum prælato totus grex quæritur, tũc debet præponere vtilitatem & salutem gregis saluti corporis sui.

437 Dubit. An liceat iustis fugere tempore persecutionum? ℞. qui supra, in opusculo de sacramento altari, cap. 8. quod sic, propter tria. Primo, ut persecutor quiescat. Secundo, vt opus, præceptumq; a domino perficiat. Tertio, ut gloriosiorem coronam acquirat.

438 Dubit. Quia Ioannes dicit, quod ductus fuit Iesus ad Annam primum, & hic dicitur quod ad Cayphã? ℞. Lyra, quod Matthæus non facit mentionem, quod fuerit ductus Ad Annam, quia non fuit ibi ductus, nisi pter quandam reuerentiam, quia erat socer Cayphæ, ut ibi dicitur.

439 Dub. Quomodo duxerũt Iesum? ℞. Aug. de quæstio. euangelistarum, quod duxerunt eum ligatum.

440 Dubitatus. Quomodo Cayphas erat pontifex &c. vide Sabbato Aduentus. dubio septimo.

441 Dub. Ad quid conuenerunt scribæ, & seniores

niores in domo Cayphe?Ref. Ly.ꝙ ad examinandum,& iudicandum Iesum.

442 Dub.Qui erant scribæ,& seniores populi?Ref.Ly.ꝙ Scribæ erant legis periti,& Seniores populi erant iudices populi.

443 Dub.Cur Petrus sequebatur dominũ? Ref.Alcuinus,ꝙ ex deuotione.

444 Dub.Cur sequebatur a longe? Resp.qui supra,qđ propter timoré, ne perciperetur eius esse discipulus,ut etiam dicit Ly.

445 Dub.Quomodo ingressus est domũ pontificis si timebat? Resp.qđ alius discipulus, qui erat notus pontifici eum introduxit.

446 Dub.Quem finem uolebat Petrus uidere? ℞.Hier.quod uel amore discipuli, uel humana curiositate scire cupiebat,quid iudicaret de domino põtifex, utrum eũ neci addiceret,an flagellis cæsum dimitteret.

447 Dub.Cur quærebant falsum testimoniũ contra Iesum,cum eum occidere possent sine eo?Resp.Ly.qđ ut Io.dicit, ipsi non poterant interficere quenquam. Et ideo ut Pilatus eum occideret, uolebant inuenire falsos testes.

448 Dub.Cur quærebant sic falsum testimoniũ?Resp.Ly.quia non inueniebant uerũ.

449 Dub.Quomodo non inuenerunt falsos testes,cum multi accessissent? ℞. Ly. qđ nõ inuenerunt, ut possent eum accusare tanquam dignum morte coram Pilato.

450 Dub An falsum testimonium semper sit peccatum. Require fer.4.domin.3.Quadragesi.dub 103.& seq.

451 Dub Cur non admiserunt tot falsos testes?Resp.Orig.ꝙ falsa testimonia tunc locum habent,quãdo cum colore aliquo proferuntur, sed nec color inueniebatur: qui posset contra Iesum adiuuare mendacia, quamuis essent multi gratiam tribuere uolentes principibus sacerdotum, quod ad laudem Iesu cedebat.

452 Dub.Quomodo dicantur falsi testes illi, qui dixerunt, quod Iesus dixerat de solutione templi? Resp.Ly.post Hier.quod falsus testis dicitur,qui non eo sensu dicta intelligi,quo dicuntur,quoniam Christus dixerat de templo corporis sui, & ipsi intelligebant de templo materiali. Item, dixerat,soluite, & non dixit possum destruere. Item,Christus dixit, excitabo illud, & illi dicunt reædificabo: quia ergo mutauerunt uerba,& sententiam,dicũtur falsi testes: & quia etiam procurabant mortem innocentis poterant dici falsi testes.

453 Dub.Cur non accusabant eum de solutione sabbathi?℞ Chrys.in homil.quia multoties eos super hoc confutauerat.

454 Dub. Quid mouit principem sacerdotum de solio surgere? Resp. Hieron. quod ira præceps & impatiens non inueniens calumniæ locum,excutit de solio pontificem, ut uesaniam mentis motu corporis demonstraret.

455 Dubi.Cur pontifex dixit Iesu, quod nõ responderet obiectis?Respõ.Chrys.in hom.ꝙ hoc dixit uolens ab eo inexcusabilem responsionem elicere,ut ex ipsa eum caperet.

456 Dub Cur Christus ad sibi obiecta tacuit? Resp qui sup.ꝙ inutilis erat excusabilis responsio,nullo eam exaudiente,& ita scriptũ erat Esa.53:quasi agnus coram tondẽte se obmutescet,& non aperiet os suum.

457 Dub.Cur sacerdos adiurauit Iesum? Rñ. Hier.qđ quanto magis Iesus tacebat, tanto magis pontifex furore superatus,eum ad respondendum prouocat, ut ex qualibet occasione sermonis locũ inueniat accusandi.

458 Dub. Quid est adiurare? Respond.San. Thomas 2.2.quæst 90.ar.1. quod adiurare est per quandam similitudinem iuramenti ad se inducti ad aliquid agendum prouocare.

459 Dub. an indifferenter possit quis quemcunque adiurare? Resp.qui sup. ꝙ non,nisi subiectos sibi.

460 Dub. an liceat aliquem adiurare?Respõ. qui sup. ꝙ si per talem adiurationem intendit aliquem obligare ad sibi respondẽdum, vel agendum necessario non sibi subiectum, talis adiuratio est illicita: si uero intendat aliquid ab alio obtinere, absque necessitatis impositione,talis adiuratio licita est, respectu quorumlibet.

461 Dub.An liceat adiurare dæmones?Resp. qui sup. ar.2.quod cũ sit duplex adiuratio, una per modum reuerentiæ,& deprecationis, & per hanc non licet eos adiurare; alia per inuocationem diuini nominis, & per hanc. licet tanquam inimicos, ne nobis noceant spiritualiter,uel corporaliter, non tamen propter aliquid ab eis addiscendum, vel obtinendum, nisi per aliquam reuelationem diuinam aliàs hoc pertineret ad aliquam societatem cum eis habendam.

462 Dub. An liceat adiurare irrationabilem creaturam? Respond.qui supra,ar.2.quod si

ipsa

ipsa adiuratio referatur ad ipsam secundum se, sic vana est adiuratio, si autem referatur ad eum à quo irrationalis creatura mouetur, & agitur, & sic potest adiurari per modum deprecationis ad Deum, & adiuratur per modum compulsionis ad diabolum qui vtitur eis in nocumentum nostrum, sicut fit in exorcismis ecclesiæ, per quos dæmonum potestas excluditur ab irrationabilib. creaturis.

463 Dub. Cur Christus respondit ad adiurationem? Resp. Ly. ꝙ propter reuerentiam diuini nominis inuocati.

464 Dub. Cur Christus respondit, tu dixisti? Resp. Ly. tu dixisti, s. veritatem.

465 Dub. Quia dicit, ammodo videbitis filiū hominis sedentem &c. & tamen non viderunt eum sic sedentem? Res. Ly. ammodo i. ex nunc quàm primum me videbitis, videbitis sedere in dextris Dei, & hoc quando veniet ad iudicium.

466 Dub. Quomodo intelligitur illa sessio? Resp. Cyrillus, ꝙ sedere a dextris Dei, est esse paris honoris cum Deo.

467 Dubit. Cur sacerdos scidit vestimenta? Resp. Ly. quia consuetudo Iudæorum erat ꝙ cum audirent Deum blasphemari, vel maledici, scindebant vestimenta.

468 Dub. Cur hoc fecit Pontifex? Res. Chry. in Homil. quód vt accusationem redderet grauiorem, & quod verbis dicebat, factis extolleret.

469 Dub. Cur dicebat eum blasphemare? Respon Ly. quia dicebat se filium Dei.

470 Dubi. Quid est blasphemia? vide fer. 4. dominicæ tertiæ Quadragesimæ. dub. 113. & sequentibus.

471 Dub. Cur dicit Sacerdos, quid adhuc egemus testibus? Resp. Chrys. in hom. ꝙ quasi cogens, & violentiam inferens ad sententiam proferendam præuenit auditores dicens, quid adhuc egemus testibus.

472 Dub. Cur omnes dixerunt eum esse reū mortis? Resp. qui sup. quoniam non iuste iudicabant, quoniam ipsi accusantes, ipsi discutientes, ipsi sententiam proferentes.

473 Dubit. Cur expuerunt in faciem eius? Resp. Lyra, quoniam mos erat Iudæorum super homines pestiferos dignos morte cōspuere.

474 Dub. Quæ differētia est inter palmas dare, & colaphis cædere? ℞. ꝙ colaphus est percussio colli, & alapa est percussio genæ.

475 Dub. Cur dicunt, prophetiza, &c. Resp. glo ꝙ in eius contumeliam, qui se prophetam haberi voluit à populis.

476 Dub. Cur Petrus non est ingressus domum? Resp. Hier. ꝙ ne ministris aliqua suspicio nasceretur, sed stetit in atrio.

477 Dubit. Quo tempore Petrus negauit ter Christum? Resp. Aug. de consensu Euangelistarum, ꝙ trina negatio Petri fuit facta inter prædictas domini contumelias.

478 Dub. Cur Petrus negauit propter Ancillam? Resp. quia ipsa erat ostiaria, & aperiendo Petro, cum vidisset eum timide intrantem in atrium, habuit de eo suspicionem, & ob hoc interrogauit eum.

479 Dubi. Cur negauit Petrus coram omnibus? Res. Raba. quia se manifestare expauit.

480 Dub. Cur dixit, nescio quid dicis, cum intelligeret verba ancillæ? Resp. ꝙ sic respōdit, quasi ostendens non continere veritatē quo ad Iesum, quem dicebat se nescire, & talis responsio refertur ad sensum verborum, & non ad verba.

481 Dub. Cum Petrus negauerit ter Christum in atrio, quomodo dicitur, ꝙ exeunte eo ianuam negauit? Resp. Aug. de consensu Euangelist. ꝙ cum foras exiret, alia Ancilla dixit astantibus, ꝙ hic cum Iesu Nazareno erat, quód ipse nō audiuit, sed postea quàm redijt, dictum est ei, & negauit, & tunc primum Gallus cantauit.

482 Dub. An Petrus possit excusari dicendo, non noui hominem, sed q. d. Deū agnosco. Resp. Hieron. ꝙ hæc excusatio friuola est. si enim iste non negauit, ergo mentitus est dominus, qui dixerat, ter me negabis.

483 Dub. Quomodo fuerunt factæ istæ tres negationes? Resp. Ly. post Aug. ꝙ veritas historiæ talis est, quód prima negatio fuit facta ad vocem ostiariæ principaliter. Secūda ad vocem illorum, qui stabant ad ignem, excitati tamen ab alia Ancilla. Tertia autē facta est multis eū accusantibus, inter quos principalis erat cognatus illius, cuius Petrus abscidit auriculam.

484 Dubita. Quia videtur, quód Petrus non fuerit hebræus, quia ei dicit, quod loquela sua eum manifestum facit? Respon Ly. post Hiero. quód erat Hebræus, & de Galilæa, & erat vna lingua hebræa in Hierusalem, & in Galilæa, sed erat quædam varietas in pronunciatione.

485 Dub. An Petrus negando amiserit caritatem

tatem? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 24. art. 12. q. charitas amittitur vno modo, directè per actualem conceptum, & sic Petrus eam non amisit. Alio modo, indirectè, committendo aliquid cōtrarium charitati, propter aliquam passionem concupiscentiæ, vel timoris, & sic eam amisit, sed eam citò recuperauit; peccauit tamen mortaliter.

486 Dub. Quantum temporis fuit inter secūdam, & tertiam negationem? Resp. Luc. 22. c. quòd quasi spatium vnius horæ.

487 Dub. Quid est detestari? Resp. q̄ deierare, execrari, & maledicere.

488 Dub. Quid est anathematizare? Respon. Ly. i. maledicere sibijpsi, si cognouisset illū.

489 Dub. Cur permisit dominus Petrum ter negare? Resp. Theophil ne. s. extolleret se, simulq; vt peccantibus misericors ostendatur tanquam ex seipso instructus humanæ infirmitatis euentum.

490 Dub. Cur Petrus primo, negauit solum, secundò, iurando, & tertio, anathematizando? Resp. Rabanus, quòd perseuerare in peccato dat incrementum scelerum, & qui minima spernit, cadit in maiora.

491 Dub. Quomodo Petrus recordatus est verbi Iesu? Resp. quòd vt habetur Luc. 22. cap. Dominus post galli cantum respexit Petrum, & sic Petrus recordatus fuit verbi Domini, quo. s. eum esset negaturus.

492 Dub. Cur Petrus egressus est foras? Res. Hier. quoniam in atrio Caiphæ sedens, nō poterat agere pęnitentiā. Vnde foras egreditur de impiorum consilio, vt pauide negationis sordes amaris fletibus lauet.

493 Dub. Quo accessit Petrus? Res. Magister Histo. scho. quòd abscondit se in quodam sepulchro, & quandocumque gallus cantabat, Petrus flebat.

494 Dub. Quō dominus potuit respicere Petrum, qui erat foris in atrio? Rn̄. Aug. de cōsensu Euangelistarum, q̄ illa respectio non fuit facie corporali, sed diuinitus facta, sicut dicitur: conuertere Domine, respice, & exaudi me. Ita Dn̄s conuersus respexit Petrum.

495 Dub. Cur fleuit Petrus? Respon. Chrys. quòd non propter pœnam, sed quia dilectum negauerat, q̄ molestius erat ei quocumque supplicio.

496 Dub. Cur non fleuit post primam, & secundam negationem? Respon. Amb. quia adhuc eum non respexerat dominus.

497 Dub. Quid agit fletus corporalis ad virtutem pœnitentiæ, quæ spiritualis? Resp. S. Tho. in 4. sent. dist. 12. q. 1. ar. 1. q. 6. quòd illud, quod pertinet ad immutationem corporalem potest pertinere ad virtutem, sicut materiale, circa quod operatur virtus, quia etiam passiones corporales sunt materia virtutum, & sic corporalis fletus potest esse quoddam materiale, inquantum Deo hoc reddit pœnitens, quasi debitum pro offensa commissa. Et ideo, si per planctum significatur actus pœnitentiæ, tunc nihil aliud dicit, quam detestationem: si autem dicit materiale pœnitentiæ, sic potest esse sensibilē, vel corporalem fletum dicere.

498 Dub. Cum condemnassent eum esse reū mortis, quomodo dicit Matthæus, quòd mane facto consilium inierunt, vt eum morti traderent? Respō. Ly. quòd mane consilium inierunt, quia ex testimonijs habitis non habebant aliquid vnde posset accusari coram Pilato, sicut reus mortis. Et ideo consulebāt quomodo possent eum accusare coram Pilato, vt adiudicaretur morti, prout postea fecerunt, dicentes, Hunc inuenimus subuertētem &c. & prohibentem tributa dari Cæsari &c.

499 Dub. Quid operati sunt in nocte? R. Ly. quòd à media nocte, vsque ad mane, illuserunt, ei conspuendo, & palmis cædendo.

500 Dub. Cur tradiderunt eum Pilato? Respondet Beda, quia eis non licebat eum interficere.

501 Dub. Cur tradiderunt eum vinctum? R. Hiero. q̄ habebant hunc morem, vt quem adiudicassent morti, ligatū iudici traderēt.

502 Dub. Cur non occiderūt eum ipsi occultè? Respon. Chrys. quia sic non detraxissent eius gloriæ, cum multi eum admirarentur, & propter hoc studuerunt publicè, & corā omnibus eum occidere.

503 Dub. Cur dicitur Pōtius Pilatus præses? Resp. Ly. q̄ Pontius erat proprium nomen eius, quia nomen de cursu cōmuni præponitur, & hoc nomen satis est commune in Burgundia, qm̄ ipse erat oriundus ex Lugduno: vt dicit Magister Hist. Scho. Pilatus erat eius cognomen, & præses nomen officij, q̄a præsidebat Iudæis missus à Romanis.

504 Dub. Ad quem refertur, damnatus esset, cum Iudas dicit, videns autem, q̄ damnatus esset? Respondit Origenes, quòd ad Christum, quando vidit eum traditum Pilato, vel ad ipsum Iudam, quoniam tunc

sensit malum suum, & intellexit se condem natum.

505 Dub. An Iudas vendendo Christum com miserit aliud peccatum, quàm proditionis, & auaritiæ? ℞. do. Cardinalis de Turrecremata super Euang. ꝙ vltra prædicta, commisit simoniam, vt apertè colligitur ex c. qui studet. 1. q. 1. in Glo. Item simonia est studiosa voluntas vendendi, vel emendi aliq̃d spirituale, vel spirituali annexum: sed Iudas habuit hoc studium vendendi, s. Christum sanctum sanctorum, ergo simoniam commisit. Item, vendendo liberum hominem commisit plagium, vt dicitur in Glo. supra dicta. Item commisit vitium infidelitatis extimando Christũ vendi posse, qui est tanti precij, & valoris infiniti, cui nulla res in precio potest comparari. Item commisit vitium præsumptionis, & hæresis extimando Christum esse rem suam, quam posset vendere, & ita extimauit se quodammodo esse dominum Christi, quod est hæreticum, & sic fuit proditor, auarus, simoniacus, plagiarius, infidelis, & hæreticus.

506 Dub. Quia videtur, quòd Iudas fuit saluus, quia dicitur, pœnitentia ductus? ℞. Ly. quòd eius pœnitentia fuit infructuosa, nec verè pœnituit, quia fuit cum desperatione.

507 Dubita. Cur retulit triginta argenteos? Respon. Hiero. quòd hoc fecit quasi in potestate sua esset persecutorum immutarę sententiam.

508 Dub. Quia videtur, quòd verè pœnituit dicens, peccaui tradens sanguinem iustum? Respon. Leo Papa in Sermone: quòd sic dicẽs in impietatis suæ perfidia perstitit, quia Iesum non Dei filium, sed nostræ tantummodo conditionis hominem etiam inter extrema mortis suę pericula credidit, cuius flexisset misericordiam, si eius potentiam non negasset.

509 Dub. An ipso die se suspendit? ℞. Magister histo. scho. quòd de hoc dubium est, sed quòd ante resurrectionem Domini se suspendit, habetur super psalmum tertium.

510 Dub. Quid volũt dicere sacerdotes, dum dicunt, quid ad nos, tu videris? ℞. Chrys. in Homil. ac si dicant, quid ad nos pertinet si iustus est, tu videris, i. opus tuum quale fuerit manifestabitur. Alij autem sic intelligũt, cuius extimationis reputaris apud nos qui eum, quem tradidisti iustum confiteris.

511 Dub. Quid mouit Iudam ad dicendum peccaui? ℞. Orig. ꝙ forsitan Sathanas, qui ingressus in eum fuerat, pręsto fuit ei donec Iesus traderetur Pilato, postquàm autem fecit, quod voluit, recessit ab eo quo recedente potuit dicere, peccaui &c.

512 Dubit. Quomodo retulit 30. argenteos Principibus sacerdotum, qui erant occupati à mane, vsq; ad horam nonam circa mortem Christi, qui non erant in templo? Resp. Augu. de quæstio no. & vet. test. quod forte post horam nonam hoc factum est, vt videns occisum Saluatorem, & ob hoc velum templi scissum, terram tremuisse, saxa scissa, elementa conterrita, ipso metu correptus doluerit.

513 Dub. Cur laqueo vitam finiuit? ℞. Rabanus, vt se ostẽderet cęlo, terræq; perosum.

514 Dub. An liceat seipsum interficere? ℞. S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 5. ꝙ non, quia contra inclinationem naturalem, qua omnis res appetit conseruari in esse. Item, contra charitatem, qua quilibet amat seipsum. Item, q̃a offendit communitatem, cuius est pars, & cui se interficiendo iniuriam facit. Item, q̃a peccat in Deum, cuius est seruus interficiendo eius seruum.

515 Dub. Quid est corbona? ℞. Ly. ꝙ idem est, quod oblatio Latinè, & erat locus in tẽplo ad ponendum oblationes factas pro reparatione templi, & alijs necessarijs.

516 Dub. Cur non licebat argenteos mittere in corbonam? Respon. quia precium sanguinis erat.

517 Dub. Cur precium sanguinis non licebat mittere in corbonam? Respon. Ly. ꝙ reputabant hoc nefarium, quod pecuniæ, quæ causæ fuerant mortis hominis, deputarentur ad vsum templi.

518 Dub. Cur non ita timebant occidere hominem innocentem? Resp. Ly. quod hoc eis accidebat ex magna excęcatione.

519 Dub. Quid mouit eos ad sic dicendum? Respõ. Chrys. in Hom. quòd à propria conscientia condemnati fuerunt, eo, quòd occisionem Christi emerant, & ideo, hoc ipsi agnoscentes illud dixerunt.

520 Dub. Cur dicitur ager figuli? ℞ Ly. quia fuit emptus à figulo, vel quia in eo erat terra apta ad faciendum vasa fictilia.

521 Dubi. Pro quibus peregrinis emerunt? Resp. qui supra, pro extraneis aduenientibus Hierosolymam, vt si à casu morerentur possent sepeliri.

Dubi-

522 Dubitatur. Quid prodest sepultura defuncto? Respon. Sanctus Thomas in quarto distinct. 15. quæstio. 2. ar. 3. q. 1. quòd secundum quod in memoriam hominum remanet, tum quia in confusionem mortui reputatur, quod insepultus iaceat, & sit fætor & horror viuis, tum quia aliqui ad orandum pro eo excitantur.

523 Dubit. Cur Abraham & alij antiqui tantum curarunt de sepultura? Resp. qui supra dis. 45. q. 2. arti. 3. q. 3. quòd vt ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiam pertinere, & propter fidem resurrectionis astruendam, vnde uoluerunt in terra promissionis sepeliri, vbi credebant Christum nasciturum & moriturum, cuius resurrectio nostræ resurrectionis est causa.

524 Dub. An locus sacer prosit defuncto? Respon. qui supra, q; sic. tam patrocinio alicuius Sancti, cui corpus sepeliendum quis moriens committit, quàm patrocinio eorum, qui loco sacro deseruiunt.

525 Dub. An solennitates sepulturæ prosint defunctis? Resp. qui sup. q; sic per accidens, in quantum per huiusmodi homines excitãtur ad orandum pro defuncto, uel inquantum ex sumptibus sepulturæ, vel pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur.

526 Dubit. An in loco sacro sepultura noceat damnato? Resp. qui sup. q; nõ, nisi quatenus hanc sepulturam sibi indignam, propter humanam gloriam, procurauerit.

527 Dub. An liceat vendere sepulturam in loco sacro? Resp. qui sup. 2. 2. q. 100. art. 4. q; sic, non inquantum est spiritualibus annexa, nec vendendo consecrationem.

528 Dubit. Quid debet seruari in sepeliendo mortuum? Res. Aug. super Ioannem, q; mos cuiuslibet gentis est seruandus.

529 Dub. Cur dominus iter opera misericordiæ non enumerat sepulturã? Res. S. Tho. 2. 2. q. 32. ar. 2. q; quia nõ confert mortuo quãtum ad sensum, cum post mortem corpus sensum non habeat, sed enumerat solum ea, quæ sunt euidentioris necessitatis.

530 Dub. Cur ille ager vocatus est Acheldemach, i. ager sanguinis? Resp. Ly. q; ex diuina ordinatione factum est ad memoriam proditionis Iudæ, & passionis Christi.

531 Dub. Cur dicitur, q; dictum est per Hieremiam, cum hoc non sit in textu? Resp. Ly. q; Hieron. vidit hanc auctoritatem in quodam libello Hebraico de verbo, ad verbum, qui dicebatur esse Hieremiæ prophetæ, licet non sit in libro Hieremię, quem habemus, vel vt dicit ipse Hier. ista dictio Hieremiam non est de textu, & per prophetam debet intelligi Zacharias, quia Zacha. 11. habetur ista sententia, licet verba sint aliqualiter mutata.

532 Dubita. Cũ preciũ appreciati, & reliqua, quæ sequuntur, non sunt nec in Hieremia, nec in Zacharia, cur hoc ponit Euangelista? Respon. August. de consensu Euange. quòd ex persona Euangelistæ accipiendum est & mystice insertum, quia hoc ex domini reuelatione cognouerit ad hanc rem, quæ de Christi precio facta est, huiusmodi pertinere prophetiam.

533 Dubit. Cur dicitur appreciati? Respon. Lyra, id est Christi, qui fuit appreciatus tali precio.

534 Dubitatur. Cur dicitur, quem appreciauerunt à filijs Israel? Respond. qui supra, quia istud precium fuit constitutum inter Iudam, & sacerdotes, qui erant de filijs Israel.

535 Dubitatur. Cur Christus, qui est omnium iudex, voluit stare ante iudicem? Respond. Origenes, quòd ex maxima humilitate.

536 Dubit. Cum Christus fuerit accusatus de multis, cur Pilatus solum interrogat, an sit Rex Iudæorum? Respon. Ly. q; de alijs non curauit Pilatus, sed solum de hoc, quia videbatur sibi vsurpare regnum contra decretũ Imperatoris.

537 Dubitatur. Cur respondit, tu dicis? Respond. Hilarius. q. d. tu dicis, idest tu dicis veritatem.

538 Dubita. Cur statim respondit Pilato, & non Pontifici? Respond. Hieronymus, quòd Pilato, qui inuitus promebat sententiam, aliqua ex parte respondit: sacerdotibus autem, & Principibus sacerdotum respondere noluit, indignos eos suo sermone indicans.

539 Dubi. Cur non respondit ad accusationẽ Iudæorum? Respon. Hiero. quòd ne crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis vtilitas differretur.

540 Dubit. Ex quo Christus confessus est se esse regem, dicendo tu dicis, nunquid iustè Pilatus poterat eum condemnare, tanquàm contrarium Cæsari? Respond Lyra, quòd non, quia exposuit quod re-

gnum suum non erat de hoc mundo, & sic non erat contrarius Imperatori, cuius regnũ non poterat esse nisi de hoc mundo.

541 Dub. An iudex possit iudicare non sibi subiectum? Resp. S. Th. 2.2 q. 67. ar. 1. quod nõ, nisi sit aliquo modo subditus eius, vel per commissionem, vel per potestatem ordinariam, quia non posset exercere vim coactiuam contra talem, per quam constringatur ad seruandam suam sententiam.

542 Dub. An iudex debeat iudicare secundũ veritatem, quam nouit? Resp. qui sup. art. 2. quod non, secundum id, quod nouit tanquam persona priuata. ſm quod est publica, & sic aliqua cognoscit in communi per leges publicas, vel diuinas, vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet: in particulari autem negotio, noscit per instrumẽta, & testes, & alia huiusmodi legitima documenta, quæ debet sequi iudicando magis quàm id, quod ipse nouit tanquam priuata persona, ex quo tamen ad hoc adiuuari potest, vt districtius discutiat probationes inductas, vt possit earum defectum inuestigare, quod si eas non possit de iure repellere, debet eas in iudicio sequi.

543 Dub. An possit aliquem iudicare sine accusatore? Resp. qui sup. ar. 3 quod in criminib. non potest aliquem in iudicio condemnare, nisi habeat accusatorem: tamen publica infamia habet locũ accusatoris. Vnde super illud Gen. 4. vox sanguinis fratris tui, &c. dicit glo. euidentiam perpetrati sceleris accusatore non eget.

544 Dub. An licite iudex possit pęnam relaxare? Res. qui sup. ar. 4. quod differentia est inter iudices, quia supremus iudex, s. princeps cui est plenariè publica potestas commissa, si ille, qui passus est iniuriam, velit eam remittere, poterit reum licitè absoluere, si hoc publicæ vtilitati viderit non esse nocumentum, sed iudex inferior non habet potestatem absoluendi reum à pęna contra leges à superiori sibi impositas.

545 Dubita. An aliquis teneatur ad accusandum? Respond. qui supra, quæst. 68 articu. 1. quòd si crimen vergat in detrimentum rei publicæ, quòd quis posit sufficienter probare, tenetur ad accusationem, puta si vergit in multitudinis corruptelam corporalem, seu spiritualem, aliàs autem non tenetur accusare.

546 Dubit. An accusatio debeat fieri in scripturis? Resp. qui sup. ar. 2. quod sic, ut habetur 2. q. 8 se accusatorum.

547 Dub. An accusatus teneatur dicere interroganti iudici veritatem? Respon. qui supra q. 69. ar. 1. quod sic, si ab eo exigitur secundum formam iuris, aliter mortaliter peccat: si autem iudex exigat, quod non potest secundum ordinem iuris, non tenetur ei accusatus respondere, sed potest, uel per appellationem, vel aliter licite subterfugere, mendacium tamen licere non licet.

548 Dubit. An condemnatus ad mortem possit licite se defendere? Respon. qui sup. ar. 4. quod non, si est condemnatus iuste. si autem iniuste licet, nisi forsitan propter scandalum vitandum cum ex hoc aliqua grauior turbatio timeretur.

549 Dub. Cur Pilatus dixit: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Respon. Chrys. in hom. quia volebat eum liberare.

550 Dub. Cur præses mirabatur? Resp. Orig. quod quia diuinum videbatur magno miraculo, ut exhibitus Christus ad criminale iudicium imperturbabilis staret ante mortẽ, quę apud omnes homines terribilis æstimatur.

551 Dub. Vnde procedit admiratio? Respõ. S. Tho. 2 sen. dist. 18 q. 1. ar. 3. quod ex duob. ex hoc. s. quod alicuius effectus causa occulta est, & ex eo, quod aliquid in re videtur, per quod aliter esse deberet.

552 Dub. Vnde processerat illa consuetudo, quod præses unum vinctum absolueret? R. Ly. quod in fauorem Iudæorum concessum erat à Romanis, ut in solemnitate paschali dimitteretur vnus incarceratus secundũ voluntatem eorum in memoriam liberationis eorum de Aegypto, quia in solennitate paschali fiebat memoria illius beneficii.

553 Dub. Cur ille vinctus dicebatur insignis? Res. Chrys. in hom. insignem hoc est in malitia diffamatum, qui & propter homicidium & seditionem damnatus erat.

554 Dubita. Cur Pilatus Pontius præposuit Barrabã, quàm alios duos, qui crucifixi fuerunt cum Christo? Respon. Hier. quod quia volebat liberare Iesum, & non credebat aliquo modo quod peterent liberationem Barrabæ, qui erat latro, homicida, & seditiosus, & pessimus: & etiam quia petitio pro condemnatis solebat esse plebis, concessio autem principis: nunc autem contrarium gestũ est. Princeps enim petit a plebe, & plebs ferocior redditur.

Dub.

555 Dub. Cur Pilatus sic quærebat liberationem Christi? Resp. gl. quia sciebat, quòd per inuidiam tradidissent eum, ut manifestat Euangelista.

556 Du. Vnde processit eorum inuidia? Resp. quia ut Ioannes dicit, totus mundus post eum abibat, & dubitabant ne omnes crederent in eum.

557 Dub. Cur Matthæus dicit, Christum, & Marcus, regem Iudęorum? Res. Remi. quòd vnum ponitur loco alterius, quia soli reges Iudæorum vngebant. Et Christus idem est, quòd unctus.

558 Dub. Quid est sedere pro tribunali? Resp. Raba. pro tribunali. i. in tribunali, quia tribunal est sedes iudicis, solium regis, & sedes doctoris dicitur cathedra.

559 Dub. Cur vxor Pilati misit ad eum &c. Resp. Raban. q̃ diabolus, qui procurauerat mortem Christi, attendens patientiã eius, & impletionẽ scripturarum, eius mortem volebat impedire per uxorem Pilati, cuius p̃ces credebat efficaces in cõspectu viri sui.

560 Dub. Quid intelligit, dicens, nihil tibi, & iusto illi? Resp. Ly. q. d. nullo modo cõdemnes, cum iustus sit, sed magis eum dimitte.

561 Dubi. An illa passio per uisum fuerit facta ipsa vigilante? Resp. Ly. q̃ hoc non habetur expresse hic, sed tamen videtur, quòd fuerit in somno, quia Christus fuit præsentatus Pilato valdè mane, & Dominæ nõ ita tempestiuè surgunt, sicut viri, & huius opinionis sunt Raba. Chry. & Heron.

562 Dubitatur. Quæ passa fuit per uisum? Respondet Lyra, quòd diabolus apparuit ei monens eam terroribus ad liberationem Christi.

563 Du. Cur talia non est passus Pilatus? Res. Rabanus, q̃ diabolus sicut primum per mulierem mortem intulerat, ita per mulierem uolebat Christum de manibus Iudæorum liberare. ne per eius mortem Mortis amittat imperium.

564 Dub. An in somno quis possit peccare? Respond. Sanct. Thom. prima, par. q. 94 ar. quarto, quòd non, quia tunc homo non habet vsum rationis, qui est proprius hominis actus.

565 Dubit. An excedens dormitio possit esse peccatum? Respond. Sanctus Thom. super epistola ad Romanos 13. quòd sic, quando propter somnum omittit facere, quæ dẽt, & inclinatur ad aliqua mala facienda.

566 Dub. Vnde procedunt somnia? Resp. qui supra, 2. q. 65. art. 6. quòd causa somniorum quandoque est interius, quandoque exterius: & interior causa est duplex, una, scilicet, inquantum ea occurrunt hominis fantasiæ in dormiendo, circa quæ eius cogitatio, & affectio fuit immorata in uigilando. Aliquando ex exteriori dispositione corporis formatur aliquis motus in fantasia cõueniens tali dispositioni, sicut homini, in quo abundant frigidi humores, occurrunt in somnijs, quòd sit in aqua, uel in niue, & p̃pter hoc Medici dicunt esse intendendum somnijs ad cognoscendum interiores dispositiones: causa etiã exterior est duplex, una corporali inquãtum imaginatio dormientis immutatur uel ab aere continenti, ue ex impressione cœlestis corporis, ut sic dormienti aliqua fantasiæ appareant conformes cœlestium dispositionum. Alia spiritualis, & est quandoque quidem à Deo, qui aliqua reuelat in somnis: quandoque uero operatione dæmonum aliqua fantasiæ dormientibus apparent, ex quibus quandoque aliqua futura reuelant his, qui cum eis habent pacta illicita.

567 Dubi. An liceat obseruare somnia? Respond. qui supra, quòd quando procedunt ex reuelatione diuina, uel ex causa naturali intrinseca, siue extrinseca, quantum potest se uirtus talis ostendere, non erit illicita somniorum obseruatio. Si autem procedant ex reuelatione dæmonum, cum quibus habentur pacta expressa, uel tacita, erit illicita.

568 Dub. Cur Principes sacerdotum persuaserunt populi, ut peterent Barrabam? Resp. q̃ ita eos propria malitia excæcauerat, & inuidia, ut etiam plebem corrumperent.

569 Dub. Quomodo populus ita citò se permisit suadere petere Barrabam? Resp. q̃ nihil est uolubilius gente plebis, quæ ad omnem uentum contrarium flectit habenas.

570 Du. Cur postquàm petierunt Barrabam Pilatus interrogat, quid faciam de Iesu &c. Resp. Orig. q̃ uolens eis pudorem incutere tantæ iniquitatis.

571 Dubi. Cum lex iuberet blasphemos lapidare, & ipsi dicebant Iesum esse blasphemũ, cur petunt, ut crucifigatur? Res. Rabanus, q̃ ut morte sæuissima occideretur, quia crucis mors erat acerbissima.

572 Dubitatur. Cur Pilatus dixit, quid enim

mali fecit? Resp. Lyra, q. d. non allegabant causam sufficientem suæ mortis.

573 Du. Cur non responderunt Pilato, quid mali fecerit, sed dicunt, crucifigatur? Resp. Lyra, q᷑ non respondent ratione, sed clamore, credentes per clamorem, & tumultum obtinere, quod non poterant per rationem.

574 Dubita. Cur Matthæus non recitat omnia uerba dicta à Pilato pro liberatione domini, sicut alii? Res. Aug. de consensu Euangelista. quod Matthæus sub breuitate dixit, dicens, Videns autem Pilatus, quòd nihil proficeret, &c.

575 Dub. Quid est quod Pilatus lauit manus coram populo? Res. Remigius, quòd ut ostéderet se immunem de morte iniusta Christi, quoniam talis mos erat apud antiquos sic se lauare manus, cum uellent se ostédere immunes ab aliquo crimine.

576 Dub. Cur dicit, innocens ego sum? Resp. Hier. quòd iudex, qui cogebatur contra dominum ferre sententiã, non damnauit oblatum, sed arguit offerentes, iustum esse pronuncians eum, qui crucifigendus est.

577 Du Quid vult dicere cum dicit, uos uideritis? Resp. q. d. ut dicit Hie. ego minister legum sum, vox vestra sanguinem fundit.

578 Dub. An Pilatus propter istas excusationes fuerit innocens de morte Christi? Resp. S. Tho. 3. par. q. 47. ar. 3. q᷑ non, sed peccauit, quia ex timore mundano, quo Cæsarem timuit, damnauit eum.

579 Dubi. Quis inter omnes magis peccauit in morte Christi? Res. qui supra, ar. 6. quòd peccatum Iudæ, qui ex cupiditate prodidit Christum: Iudæorum, qui ex inuidia & odio Pilato tradiderunt, fuit maius quàm peccatum Pilati, qui timore Cæsaris Christum occidit, & militum, qui mandato Præsidis Christum crucifixerunt, sed peccatum Iudæ aggrauatur ex amicitia, familiaritate, & beneficijs Christi.

580 Dubi. Cur dicunt, sanguis eius super nos &c.? Respon. Chry. in Homil. quòd ex multa insania, quoniam eorum impetus ex perniciosa concupiscentia nõ permisit eos quæ oportuit inspicere, sed sibi, & filijs suis maledicunt.

581 Dubita. An hæc imprecatio descenderit in eos, & eorum filios? Resp. Hierony. quòd perseuerat usque in præsentem diem super Iudæos, & sanguis domini non aufertur ab eis. & ut dicit Sanctus Vincen. in sermone quando masculi Iudæorum de illo genere, qui sic clamabant nascuntur, habent manum dexteram plenam sanguine capiti innixam.

582 Dubi. An omnibus Iudæis maneat illa sententia? Resp. Chry. in Homi. quòd non, quia misericors Deus eorũ sententiam non firmauit, sed ex eis, & eorum filijs suscepit, qui pœnitentiã egerunt, etenim & Paulus ex ipsis fuit, & multa millia eorum, qui in Hierosolymis crediderunt.

583 Dub. Cur Pilatus flagellauit Christum, cum ipsi hoc non quærerent? Resp. Augu. & Beda, ac Ly. q᷑ ista flagellatio licet hic ponatur post sententiam iudicis, tñ fuit ante facta, ut dicit Ioannes. Et hoc fecit Pilatus vt Iudæi essent satiati sanguine eius, uidentes eum sic punitum ultrà condignum. Et ideò, ponitur hic per recapitulationem.

584 Dub. Cur milites congregarunt ad eum uniuersam cohortem, &c. Respondet Hierónym. quòd hoc fecerunt illudentes ei, qui accusabatur, quòd erat rex Iudæorum, & induunt eum chlamidem, idest uesté rubeam pro russo limbo, quo reges ueteres vtebantur, & coronam spineam imponunt pro diademate, & calamum dant in manibus pro sceptro regali.

585 Dubita. An hæc illusio fuerit facta post sententiam? Resp. Augu. de consensu euangel. quòd Ioannes dicit, quòd fuit facta ante sententiam, sed Matthæus dicit recapitulando.

586 Dub. Cur in prætorio adduxerunt eum? Resp. Lyra, q᷑ ut magis illuderent etiam in loco patenti, & coram multitudine.

587 Dubi. De quibus spinis fecerunt coronã? Res. Lyra, q᷑ de iuncis marinis ad modum spinarum acutis, & dicit se audiuisse a quodam, qui fuerat ultra mare cum sancto Ludouico rege Franciæ, quòd in littore maris senserat puncturas iuncorum per sotulares intermedios.

588 Dubitatur. Cur Genua flectebant ante ipsum? Respondet Lyra, quòd ut illuderent facto.

589 Dubitatur. Cur dicebãt. Aue rex Iudæorum? Respondet qui supra, ut etiam illuderent uerbo.

590 Dubita. An illusio seu derisio sit peccatum mortale? Respondet Sanctus Tho. 2. 2. q. 75 arti. primò, quòd irrisio non fit nisi

de

de aliquo malo, vel defectu, quod malũ potest esse tam paruũ, quod pro ludo accipiũt & paruũ secundum se, & sic est ueniale secundum suũ genus: aut accipitur paruum, cum sit magnum rõne personæ, sicut defectum puerorũ, & stultorum parũ ponderare solemus, & sic aliquem irridere, & omninò paruipendere, & uilem æstimare, ut de eius malo non sit curandum, sed sit quasi pro ludo habendum, est pctm̃ mortale, & est grauissimum irridere Deum. Post autem grauior, est irrisio parentũ, & deinde iustorum.

591 Dub. Cur spuebant in eũ? Res. Ly. quod tãquàm in personam contemptibilem, & uilem.

592 Dub. Cur percutiebant eum in capite? R. qui sup qđ ratione contemptus, & doloris infligendi, quia ex tali percussione aculei coronæ intrabant caput eius.

593 Dubit. Cur exuerunt eum chlamidem? Res. qui sup. quod solum eam imposuerunt ad deridendum eum, sicut falsum regem.

594 Dub. Cur induerunt eum uestibus suis? R. qui sup. ut ductus ad mortem magis cognosceretur in propria ueste, q̃ in aliena.

495 Dub. An etiam abstulerint ab eo coronã spineam? R. Orig. quòd de hoc nihil Euangelistæ scripserunt, quòd si abstulissent, vtique id scripsissent.

596 Dub. Cur passus est Christus pro liberatione hominis, & non Angeli? Respon. S. Thom. 3. parte, q. 46. ar. 1. quod peccatum Angelorum non fuit remediabile, sicut peccatum hominis.

597 Dub. An necessarium fuerit Christũ pati pro liberatione generis humani? Res. qui supra, quòd non ex necessitate coactionis, nec etiam necessitate non potente aliter se habere, sed benè necessarium fuit ex suppositione finis. Primò ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus. Secundò ex parte ipsius Christi, qui per humilitatẽ passionis meruit gloriam exaltationis. Tertiò ex parte Dei, cuius diffinitionem circa passionem Christi prænũciatam in scripturis, & præfiguratam in obseruantia uete. testa. oportebat impleri.

598 Dub. An fuerit possibile alio mõ hominem liberari, quàm per passionem Christi? Res. qui sup. ar. 2 q. loquendo simpliciter, & absolutè, Deus potuisset alio modo liberare hominem, qm̃ nõ est impossibile apud Deum omne verbum. Luc. 1. sed ex aliqua suppositione non fuit possibile alio modo liberare hominem, qm̃ impossibile est Dei præscientiã falli, & eius dispositionem cassari, supposita præscientia, & dispositione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christum non pati.

599 Dub. An passio Christi fuerit conueniẽtior modus liberandi hominem? R. qui sup. ar. 3. quod sic, quia per passioné Christi multa concurrunt ad salutẽ hominis pertinentia præter liberationem à pcто. Primò, ex hoc prouocatur homo ad Deum diligendũ, in quo perfectio humanæ salutis consistit. Secundò, per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, constantiæ, iustitię, & cæterarũ uirtutum in passione Christi ostensarum, quæ sunt necessarię ad humanã salutem. Tertiò, quia per hoc etiam Christus promeruit homini gratiam iustificantem, & gloriam beatitudinis. Quartò, quia per hoc est homini inducta maior necessitas se à peccato obseruandi, quo se sanguine Chisti redemptum cogitat à peccato. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cessit, vt sicut homo deceptus, & victus fuerat a diabolo, ita etiam homo diabolum uinceret, & sicut mortẽ meruit peccando, ita homo moriendo mortem superaret.

600 Dub. Cur uoluit mori in cruce? Res. qui supra, ar. 4. quod propter exemplum uirtutis, ut non timeatur horribilis mors, quia ipse execrabiliori, & formidabiliori morte mortuus est. Secundò, vt satisfaceret peccato, quod per lignum commissum fuerat, in ligno voluit suspendi. Tertiò, ut aeris natura mũdaretur, in aere uoluit mori. Quartò, ut per hoc nobis ascensus pateret in cœlum. Quintò, ut manibus extensis moriens altera ueterem populum, altera eos qui sunt ex Gentibus trahat. Sextò, quia illud lignũ in quo confixa sunt membra patientis, etiã esset cathedra magistri docentis. Septimò, quia hoc genus mortis multis figuris respõdet, nã de diluuio aquarum humanum genus arca liberauit, Moyses mare uirga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & aquam amaram dulcem fecit, & de petra aquam eduxit, & ut Amalech uinceretur circa uirgã Moyses expansis manibus extenditur, & lex Dei arcæ testamenti creditur ligneæ, ut his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus veniatur.

601 Dub. Cum Deut. 21. dicatur, maledictus

est à Deo, qui pēdet in ligno. uidetur quod Christus sit maledictus? Resp. qui supra, q sicut Aug. dicit cōtra Faustū, pctm̄ maledictum est, & per consequens mors ex peccato proueniens. Caro autē Christi mortalis fuit similitudinem habens carnis peccati, & propter hoc Moyses eam nominat maledictā, sicut & Apostolus eam nominat pctm̄ dicens 2. Corint. 5. Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis pctm̄ fecit, s. propter pęnam peccati, confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteri mortuum esse pro nobis. Vnde Gal. 3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

602 Dub. An Christus oēs passiones humanas sustinuerit? Res. qui sup. ar. 5. q de passionibus ab extrinseco, sicut sunt ęgritudines corporales, non decuit eum pati, sed de passionibus ab intrinseco, passus est oēs passiones, non quidē secundum species, quia multæ passionū species sibi inuicem contrariantur, sicut combustio in igne, submersio in aqua, sed secundū genus sic, & hoc tripliciter. Vno modo, ex parte hominū, qa passus est à Gentibus, à Iudæis, à masculis & a fœminis, s. ancillis accusantib. Petrū, a Principibus, & ministris eorum, & popularibus. Item, a familiaribus, & notis, s. a Iuda proditore, & Petro negante, Secundo modo, ex parte eorum, in quibus homo potest pati, s. a suis amicis eum deserentibus; in fama, per blasphemias contra eū prolatas, in honore, & gloria per irrisiones & contumelias ei illatas, in rebus, quia uestibus exspoliatus est, in anima per tristitiam, tedium, & timorē: in corpore per vulnera, & flagella. Tertiò, quantum ad corporis membra, quia passus est in capite ex corona pungentium spinarum, in manibus & pedibus fixuram clauorum, in facie alapas, & in toto corpore flagella. Item, secundum omnem sensum corporeū, secundū tactū, qa flagellatus, & clauis confixus, secundū gustum, felle, & aceto potatus: secūdū olfactū, in loco fętido cadauerum mortuorum appensus patibulo, sm auditum, lacessitus uocibus blasphemantiū, & irridentium, secundum uisum, uidens matrē, & discipulū quem diligebat, flentes.

603 Dub. An Christus assumpserit oēs defectus corporales hominum? Resp. qui supra, ar. 1. q illos defectus assumpsit, qui consequuntur ex peccato communi totius naturæ, quia uenerat ad satisfaciendū pro peccato humanæ naturæ. Et isto modo nō fuit conueniens, ut oēs defectus, seu infirmitates magnas assumeret, quia nō ignorantiā, nec pronitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, nec lepram, nec morbum caducum, qui quandoque proueniunt ex culpa hominis, puta ex inordinato uictu, qnq; ex defectu uirtutis formatiuæ, quorū neutrum conuenit Christo, quia caro eius de Spiritu sancto concepta est. Alios uero defectus, qui cōiter in omnibus hominibus ex peccato primi parentis inueniuntur, sicut mortē, famem, sitim, & alios huiusmodi Christus suscepit, quos uocat Damascenus naturales & indetractabiles, naturales quidē, quia cōsequuntur communiter totam naturam humanam: indetractabiles autem, quia defectum scientiæ, & gratiæ non important.

604 Dub. An dolor Christi fuerit maior omnibus doloribus? Resp. qui sup. q. 46. ar. 6. q sic, quia primo corporaliter fuit Iesus acerbissime in corpore passus, ut dictū est dub. 602. Itē, in anima pp peccata omniū hominum pro quib. satisfaciebat patiendo, quo tū ad eos, qui sibi erant incorporati. Item, propter peccata Iudæorum, & aliorum eū crucifigentium. Item, propter amissionem uitæ corporalis. Secundo, ex parte patientis, qui erat optimè complexionatus, & ex sensu tactus, qui maxime in eo uigebat sequebatur maximus dolor, & etiam anima sm uires interiores efficacissime apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertiò, ex doloris puritate, quia in alijs patiētibus mitigatur dolor ex aliqua consideratione rationis per quandam redundantiam a superioribus uiribus ad inferiores, q in ipso non fuit, quia unicuique uirium permisit facere quod est sibi proprium. Quartò, quia tantam quantitatem doloris assumpsit, quæ esset proportionata fructui, qui sequebatur ex liberatione hominum a peccato.

605 Dubit. An fuerit maior dolor, q̄ animæ damnatæ? Respon. qui sup. q non comparamus eum dolorem dolori animæ separatæ, qui excedit omne malum præsentis uitæ.

606 Dub. An passus sit secundū totā animā? Resp. qui supra, q sic: quia dicitur Psal. 87. Repleta est malis anima mea, ubi Glo dicit non uitiis, sed doloribus, quibus anima carnis cōpatitur, uel malis, s. pereuntis populi compatiendo: non autē fuisset anima eius his

his malis repleta si non secundum totā animam passus esset, ergo &c.

607 Dubi. An tunc anima eius frueretur fruitione beata? Resp. qui supra art. 18. quod anima tota fruebatur quantum ad essentiam, non autem ratione omnium potentiarum eius tota anima fruebatur.

608 Dub. An Christus fuerit cōuenienti tpe passus? Resp. qui supra art. 9. q., vt dr̄ Io. 13. sciens Iesus, quia venit hora eius vt trāseat de hoc mundo ad patrem, & Ioann 2. dicit, nondum venit hora mea. Vbi dicit Aug. vbi tm̄ fecit quantum sufficere iudicauit, venit hora eius non necessitatis, sed voluntatis, conuenienti igitur tempore passus est.

609 Dub. Cur voluit mori in iuuenili ætate? Resp. qui supra, quòd vt ex hoc magis dilectionē commendaret, quod vitam suam nobis dedit, quando erat in perfectissimo statu. Secundò, quia non conueniebat, quòd in eo appareret naturæ diminutio, quæ est in senili ætate. Tertiò, vt in tali ætate resurgens futuram resurgentium qualitatem in seipso prænunciaret.

610 Dub. Cur non fuit passus die quo immolabatur agnus, sed in crastinum? Resp. qui sup. quòd nocte, qua agnus immolabat̄ corporis, & sanguinis sui discipulis tradens mysterio celebranda à Iudæis tentus, & alligatus, ipsius immolationis, idest passionis suæ, sacrauit exordium.

611 Dub. Cum Marcus dicat, q̄ hora tertia crucifixerunt eū, & Ioānes, q̄ erat quasi sexta, vr̄ contrarietas? Resp. qui sup. quod vt dicit Aug. de consensu Euang. q̄ hora tertia clamauerunt Iudæi, vt Dominus crucifigeretur, & ne aliquis cogitationem tanti criminis à Iudæis aduersus milites conuerteret. Illi potius inueniūtur eum crucifixisse, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerunt.

612 Dub. Cur potius voluit pati in æquinoctio, q̄ in solstitio? Resp. qui sup. quòd vt dicit Aug. in lib. de quæst. noui, & vete. Testamenti. Tunc voluit Dominus passione suā mundū redimere, & reformare, quando eū creauerat, i. in æquinoctio, & tūc dies super noctem crescit, quia per passionem Saluatoris à tenebris ad lucem perducimur.

613 Dub. An conuenienti loco Christus passus sit? Resp. qui sup. art. 10. quòd sic, quia vt dicitur Luc. 13. non capit prophetā perire extra Hierusalem. Sed Christus fuit propheta, ergo loco conuenienti passus est.

614 Dub. Cur potius voluit pati in Hierusalem, quàm in Bethleem, vbi natus est, vel in Nazareth, vbi fuit conceptus? Resp. qui supra, quòd conuenientissimè in Hierusalem passus est. Primò, quia ibidem offerebantur sacrificia quæ figurabant Christi passionē, quod est verum sacrificium. Secundò, quia in medio terræ vbi est Hierusalem voluit pati, quia virtus eius passionis per totum mundum diffundenda erat. Tertiò, propter eius humilitatem, quia non recusauit in loco tam celebri pati. Quartò, vt ostenderet, quòd à Principibus populi, qui morabantur in Hierusalem exorta erat iniquitas occidentium eum.

615 Dub. Cur extra portam passus est, cum sacrificia offerrentur in templo? Resp. qui sup. quia vitulus, & hircus, qui solennissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur, extra castra cremabantur. Secundò, vt daret nobis exemplum exeundi à mūdana conuersatione. Tertiò, ne putares, quòd pro illa tantum plebe oblatus esset.

616 Dub. Cur Christus non fuit crucifixus in Hebron, vbi sepultus fuit Adā, vt dr̄ Iosue 14. qui venerat eius peccatū abolere? Rn̄. qui sup. quòd vt ostenderetur, quod crux Christi non solum erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ, sed in remediū etiam contra peccatum totius mundi.

617 Dub. Cur voluit cū latronibus crucifigi? Rn̄. qui sup. art. 11. quòd sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omniū salute inter noxios, quasi noxius, crucifixus est. Secundò, vt quasi in tribunali existens demonstraret illam discretionem omnium hominum in iudicio faciendam, dum vnus qui credidit liberatus est, & alius insultans damnatus. Tertiò, vt denotaret diuisionem fidelium, & infidelium, qui tamen vocantur ad eius passionem.

618 Dub. Qūo dicitur Christus portasse crucem suam, cum angariauerint Simonem Cyreneum vt eam portaret? Rn̄. Hieron. quod egrediēs de prætorio Iesus portauit crucem suam; postea obuiam habuerunt Simonem, cui portandam crucem imposuerunt.

619 Dub. Vnde erat iste Simon? Resp. Remigius, quòd erat peregrinus de ciuitate Cyrenæ, quæ est ciuitas Lybiæ.

620 Dub. Cur non fecerunt portare crucem Christi vni Iudæo? R. Hilarius, q̄ Iudæus erat indignus, quia fide gentiū erat in reliquum,

quum,& crucem accipere & compati.

621 Dub. Quid est angariare? Resp. quòd est compellere, vel iniustè cogere.

622 Dub. Quid est Golgotha? Respon. Rabanus, quòd est nomen Syrum, & interpretatur Caluaria.

623 Dub. Ad quid dederunt sibi bibere uinũ mixtũ cũ felle? Rñ. Ly. q legitur in quodam libro Hebraico, qui dr Prou. 21. c. date siceram .i. potum inebriatiuum mœrentib. & uinum his, qui amaro sunt animo, vt bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Hac occasione seniores Iudæorum statuerant, vt condemnatis ad mortẽ daretur vinum aromaticum ad bibendum, vt facilius tolerarent passionem. In Hierusalem aũt erant mulieres deuotæ, & compassiuæ, quę hoc vinum dabant ex deuotione. Iudæi ergo ex nimia crudelitate moti, tale vinũ datum pro Christo, & alijs duob. cum eo crucifixis acceperunt sibi, ſm quod dictum erat Amos 2. vinum damnatorũ bibebant, & loco eius posuerunt acetum cum felle mixtum. Et vt dicit Augus. potuit etiam esse myrrhatum.

624 Dub. Quia Matthæus dicit, quòd gustauit, & Marcus, quod non accepit? Respon. Augus. quod non accepit, vt biberet: gustauit autem. & quòd Matthæus dicit, quod noluit bibere, hoc Marcus dicit, quòd non accepit, tacuit etiam quòd gustauit.

625 Dub. Cur gustauit? Resp. Aug. de consensu Euang. quod hoc indicat, quòd gustauit pro nobis mortis amaritudinem.

626 Dub. Cur noluit bibere? Resp: Hilarius, quoniam æternæ gloriæ incorruptioni non miscetur peccatorum amaritudo.

627 Dub. Quia de diuisione vestium discordant Matth & Ioannes? Resp. Aug. de consensu Euang. q hoc à Mattheo breuiter dictum est, sed Ioannes distinctius explicat, quia de vestimentis fecerunt quatuor partes, quia autem tunica erat inconsutilis, miserunt super ea sortes.

628 Dubit. Cur abstulerunt sibi omnia vestimenta sua? Resp. Chrys. in hom. quòd hoc agebant, quasi circa dehonoratũ & omnium vilissimum.

629 Dub. Cur non diuiserunt tunicam? Resp. Magister histor. schol. quia erat facta, quasi reticulato opere. Et ideo non poterat bene diuidi, cum non haberet aliquam suturam.

630 Dub. Cur fecerunt quatuor partes de vestimentis? Resp. Ly. quia quatuor erant milites, qui crucifixerunt eum, & ita vnicuique militi partem, vt dicit Ioannes.

631 Dubit. Vbi habetur, diuiserunt sibi &c. Resp. quod in Psal. 21.

632 Dub. Quid est sors? Resp. S. Th. 2. 2. q. 95. art. 8. quod sortes proprie dicuntur cum aliquid fit, vt eius euentu considerato aliquid occultum innotescat.

633 Dub. Quod sunt species sortium? Resp. qui supra, q tres, s. diuisoria, consultoria, & diuinatoria. Diuisoria est, cum quæritur iudicio sortium quid cui est adhibendum siue res, siue honor, siue dignitas, siue pœna, aut actio aliqua: consultoria cũ quæritur quid agere oportet. Et diuinatoria cum quæritur quid sit futurum.

634 Dub. An sit licitum vti sortibus? Respon. qui sup. quòd aut necessitas imminet, & tũc licitum est cum Dei reuerentia sortibus diuinum iudicium implorare, sicut tempore persecutionis, qui debeant remanere, & qui fugere: aut non imminet necessitas, & tunc in sorte diuisoria licet vti sortibus, quando alio modo non possunt concordare, & similiter in electione dignitatum temporalium solent sortibus vti: aliàs autem non licet, nec consulere dæmones, nec euentus fortunæ expectare.

635 Dub. Cur milites seruabant Iesum? Respon. Ly. quòd ne aliqui raperent eum de cruce antequàm moreretur.

636 Dubitatur. Cur sedentes eum seruabant? Respond. vt magis starent in quiete, quia crucifixi multum stabant antequàm morerentur.

637 Dub. Cur posuerunt causam in scriptis super caput eius? Respon. Ly. quia talis mos erat Iudęorum, vt causam scriberent, & ponerent super capita damnatorum.

638 Dub. In quo loco erat ipsa scriptura? Respon. Magister Histor. Schol. quòd crux super transuersum non habebat lignum aliquod, sed Pilatus cauillam, & tabulam affixam cum causa scripta posuit.

639 Dub. Si totus titulus erat scriptus tribus linguis? Resp. qui sup. q. de principio tituli incertum est, sed hic est finis Hebraicè sic. Malcus Iudæorũ, Græcè Basileos exhomoloyson, & Latinè Rex confidentium.

640 Dubit. Cur erat scriptus tribus linguis? Respondet qui sup. vt diuersarum linguarum homines, qui conuenerant ad diem

festum,

festum,illum legere possent.

641 Dub. De quibus lignis erat facta crux, Resp.qui supra, ꝙ ut quidam dicunt, quod palmæ,cipressi, oliuæ, & cedri. Vnde quidam metricè dicit. Ligna crucis palma,cedrus cipressus,oliua.

642 Dub.Quantum fuit alta crux? Resp.qui sup. ꝙ opinio est crucem domini quindecim pedes habuisse in altum, & tabula superposita pedem,& dimidium.

643 Dub. Quomodo una crux potuit esse de quatuor lignis? Resp. Landulphus de vita Chisti, qđ Truncus in quo fuit fixa crux creditur fuisse de cedro. Lignum erectum de cipresso, transuersum de palma, & tabula de oliua.

644 Dub. An crucifixerunt latrones cum clauis? Resp. secundum Sanctum Tho. tertia parte, quæst. 47.ar. 1.ꝙ sic,cum dicit,quòd fuit mirabile in morte Christi, quòd uelocius mortuus fuit alijs, qui simili passione afficiebantur. Et Pilatus mirabatur si iam obijsset.

645 Dub. Qui erant illi, qui blasphemabant Christum? Rsep. Ly. ꝙ vulgares homines circa crucem concurrentes.

646 Dub.Quid significat vah? Ref.Remig.ꝙ est interectio insultantis,siue deridentis.

647 Dub. Cur improperant de destructione templi? Resp.ꝙ exprobrabant ei,quod falsi testes confixerant.

648 Dub.Cur mouebant capita? Resp.Glos. ꝙ sicut erant mobiles gressu operum, ita & mente,& sermone.

649 Dub.Cur dicunt,salua temetipsum?Ref. Ly.q.d.non potes te saluum facere, ergo patet falsitas tua.

650 Dub.Cur dicunt descende de cruce?Ref. Theoph.ꝙ diabolus eos mouebat ad sic dicendum, ad tentandum Christum, quia si de cruce descenderet, certus esset,quod esset vere filius Dei,& sic salus,quæ per crucem erat,destrueretur.

651 Dub.Cur non descendit de cruce? Resp. Chryso. in sermone, ꝙ quia filius Dei erat non descendit de cruce, quia ideò uenerat ut crucifigeretur pro nobis.

652 Dub. Cur dicunt, alios saluos fecit,&c. Resp.Theoph. ꝙ ut eius miracula deprauarent,& abolerent,quasi ab eo secundum apparentiam fuissent perpetrata.

635 Dub.An reges Israel poterant descendere de cruce, quia dicut, si rex Israel est &c. Ref. Ly. ꝙ non intendebant de quocunque rege,sed de Messia.

654 Dub.An si descẽdisset de cruce credidissent ei?Ref.Ly.ꝙ non,quoniam maiora fecit resuscitando Lazarum à monumento, & tamen non crediderunt ei.

655 Dub.Cur dicunt,confidit in Deo &c.Respon. Chrys. in hom. ꝙ ex maxima iniquitate, quia etiam prophetas iustos Deus nõ eripuit à periculis, & semper ipse prædixerat se talia debere pati.

656 Dub. Cur dicunt,dicit enim, quia filius Dei sum? Resp.qui sup.ꝙ ex hoc uolebant ostendere, quod tanquam seductor,& vanè glorians pati deberet.

757 Dub.Cum Lucas dicat unũ solum latronẽ insultasse domino, quomodo Matthæus in plurali dicit,& latrones?Ref. Hier.ꝙ primo vterque blasphemauit, deinde visis signis s.tenebris,&c.vnus eorum credidit.

658 Dub.Quomodo tenebræ factæ fuerunt? Ref. Diony.in epist.ad Policarpum, ꝙ fuit eclipsis Solis,& ipse existens in Aegypto vidit Lunam ab Oriente ascendentem uersus Meridiem,& supponentem se soli.

659 Dub.An illa eclipsis fuerit naturalis, vel miraculosa? Resp. Lyr. ꝙ fuit miraculosa, quia tunc Luna erat 15. opposita Soli, & naturaliter non potest fieri eclipsis Solis nisi tempore coniunctionis, uidelicet in nouilunio,& hoc est quod tunc Dionysius,uidens dixit,Aut Deus naturæ patitur,aut tota machina mundi dissoluetur.

660 Dub. Quid sint tenebræ, uide in maiori Missa natiuitatis Domini.dub.26.

661 Dub. Quia uidetur, quòd tenebræ non fuerint super mare,quia dicitur, super uniuersam terram? Resp. quòd hic per sinecdochem accipitur pars pro toto, & ita etiã fuerunt super mare.

662 Dub. An per uniuersum mundum tenebræ,fuerint?Ref.Chrys.in hom.ꝙ sic,quod nunquam ante factum fuerat.

663 Dub. An vnquã aliquis historiographus de hoc aliquid scripserit?Ref. Orig.ꝙ Phlegon quidã in cronicis suis scripsit in principatu Tiberij Cæsaris tenebras fuisse, sed non signauit in Luna plena.

664 Dub. Vt quid acciderunt illæ tenebræ? Resp.in Chrys.in Sermone,quia non poterat ferre creatura iniuriam creatoris. vnde Sol retraxit radios suos, ne videret impiorum facinora.

Dub.

665 Dub. Quantum durarunt illæ tenebræ, ℞. Cirillus, quòd postquã cruci tradiderunt Dominum, omnis mundi machina lugebat proprium dominum, & ita statim crucifixo Domino, inceperũt, & durauerũt vsquequo mortuus est f. vsque ad nonam.

666 Dub. Quod fuit primum verbum dictũ in cruce à domino? Resp. S. Vinc. in Ser. de passione, q. eleuata cruce orauit ꝓ suis crucifixoribus dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Secundò, respondit latroni, hodie mecum eris in paradiso. Tertiò, dixit matri, ecce filius tuus, & discipulo, ecce mater tua. Quarto, clamauit Heloy, seu Hely. Quintò, sitio. Sextò, consummatũ est. Septimò, voce magna clamauit, In manus tuas domine &c.

667 Dub. [illegible] omnes Euangelistæ præ[illegible]ta verba describunt? Res. Aug. de consensu [illegible]g. q. in hoc non est error, quia quod vnus omisit, alius dixit.

668 Dub. Cur orat eis relaxari cum ipse hoc posset? Res. Chrys. q. ut nos pro persequentibus orare doceret.

669 Dub. Cur hoc dixit, cum existerent in actu peccati? Resp. Chry. q. fauet penitentibus si vellent post tantam nequitiam reatus tus perfidiam diluere.

670 Dub. An fuerit exauditus? Resp. Beda, quòd sic in eis, qui post eius passionem crediderunt.

671 Dub. Cur dicit, q. a nesciũt, quid faciunt, cum ex inuidia & propria malitia eũ morti tradiderint? Resp. qui sup. q. non pro illis orat, sed pro eis, qui nesciebant, zelum Dei habentes, sed non scientiam.

672 Dub. Quia uidetur, q. tales possint excusari? Resp. Greg. q. permanentes post crucẽ in infidelitate nullus per ignorantiam iuuari putabit, digni miraculis sonora voce eum prædicentibus esse Deum.

673 Dub. Cur primo latro redarguit socium & post Christum orat? Resp. Cirillus, q. hic fungitur uice iudicis, condemnatus, incipit de veritate censere, qui coram Pilato per multa tormenta confessus est scelera, quia aliud est homo cẽsor, quem latent intima, & aliud Deus, qui mentes penetrat, & ibi quidem post confessionem pœna subsequitur, hæc autem confessio fit ad salutem, sed & Christum pronunciat innocentẽ dicens. Hic uero nihil mali fecit. q. d. Nouam vidi iniuriam, honestatem damnare cum scelere. Nos viuentes occidimus, hic mortuos suscitauit. nos aliena sumus furati, hic & sua iubet tribuere. Beatus igitur latro astantes docebat talia differens, quibus alterum increpabat, sed vt vidit extinctos auditus astãtium, rediit conuenienter ad eum qui nouit præcordia. Et ideo dicebat ad Iesum, Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.

674 Dub. Qd regnũ dicebat latro esse Xpi? ℞. Hier. quòd dicebat de regno æterno.

675 Dub. Cur meruit iste latro audire q. cũ Christo ipsa die esset in Paradiso? Res. Gregor. qđ tres uirtutes accipit in cruce, & seruauit: Fidẽ, quia regnaturũ Deum credidit, quẽ secum pariter moriẽtẽ uidit. Spẽ, quia regni aditum postulauit: & Charitatẽ, qui fratrem, & collatronem pro simili scelere morientem de iniquitate sua redarguit.

676 Dub. Quomodo fuit illo die in Paradiso, cum Christus ad infernum descenderit? Respon. S. Tho. 3. par. q. 52. ar. 4. q. licet descenderit cum Christo ad infernum, fuit tamen in Paradiso, quia ibi diuinitate Christi fruebatur.

677 Dub. Quis fuit iste latro? Res. Iac. de Vorag. in Sermo. de Innocẽtibus. q. dño fugiẽte in Aegyptum semper virgo cũ filio fuit comprehẽsa à latronib. Quorum vnus puerum aspiciens ait, uere dico vobis si possibile esset Deum incarnari, dicerem istũ puerum Deum esse, & sic socios suos induxit, ut eos illæsos abire permitterent: & iste fuit ille, cui dominus dixit in cruce, hodie mecum eris in Paradiso. Et iste uocabatur Dismas, & malus uocabatur, Gesmas.

678 Dub. Cum Lucas dicat: q. stabãt omnes noti Iesu à longe. & Ioannes dicat, qđ stabãt iuxta crucẽ Mater Iesu Maria, &c. Quomodo hoc potest stare? Res. Aug. de consensu euangelistarũ, qđ stabant propè, quia tanto interuallo erant, ut iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderant, & à longè respectu turbæ propinquius circunstantis cum Centurione, & militibus.

679 Dub. Cur nihil aliud dixit Ioanni, nisi pro cõsolatione semper Virginis? ℞. Chrys. quoniam non erat tẽpus verborum, sed neque parum erat honorari eum tali honore.

680 Dub. Cur eã cõmendauit Ioanni? Resp. qui sup. q. conueniens erat matrem existentem dolere, & procurationem quærere, quia ipse aberat, discipulo, qui diligebat, tradi-

tradidit, diligentiam habituro.

681 Dub. Cur non uocauit eam matrem, sed mulierem? Resp. Ly. q; ne ex teneritudine nominis materni, si exprimeretur aggrauaretur animus virginis videntis passionem.

682 Dub. Quid intendebat Christus dicendo discipulo, ecce mater tua? R. Ly. q. d. deputo te ad eius obsequium.

683 Dub. Cur Christus clamauit voce magna dicendo Hely &c. Resp. Chrys. in hom. quod miraculum tenebrarũ sufficiens erat eos conuertere, non solum magnitudine miraculi, sed quia hoc gestum est, postquã omnia locuti fuerant, quæ voluerant, & facietatem acceperant contumeliarum, & quia multa malitia, & desidia detinebantur, & non nouerunt, quæ esset causa eius, quod gerebatur, & propter hoc ipse postea loquitur clamans, ut ostendat se viuere, & q; ipse hoc miraculum fecit.

684 Dub. Quid significãt illa verba Hely. &c. Resp. Ly. q;. El in Hebræo idem est, q; Deus Iota litera addita facit signare meus. Et ideo hely idẽ est, quod Deus meus. Lama idem est, q;, quare, in Latino, Zabatani significat idem, quod dereliquisti me, sed debet præponi ei litera ayn. & sonnat sicut à formatũ in gutture, & debet scribi azabatani, & tunc significat, vt quid dereliquisti me, sed per ignorantiam scriptorum corrupta est litera in Latinis libris.

685 Dub. Quomodo Deus dereliquit Christum? Resp. Glo. q; subtraxit protectionem, sed non soluit unionem, quia dimittebat eum in manibus occidentium.

686 Dub. Qui fuerũt, qui dixerunt. Ecce Helyã vocat iste? Resp. Hie. q; milites Romani non intelligentes Hebraici sermonis ꝓprietatem, quia dicens hely, putabant Helyam ab eo vocatum.

687 Dub. Cur bis dixit hely? Resp. q; hæc est figura epimenon, & hoc fecit ad maiorem expressionem doloris.

688 Dub. Cur assumpsit dictũ psalmistæ? Respon. Chrys. in Hom. dicens, vide autem, q; vsque ad vltimam horam testimonium perhibet veteri testamento.

689 Dub. Cur. Hebraice hoc dixit? Resp. qui supra. quòd ut eis fieret cognita, & manifesta vox eius.

690 Dub. Quæ sunt illa, quæ erant consummata? Resp. Ly. quòd illa, s. quæ scripta erãt de Christo passuro.

691 Dubit. Quomodo omnia consummata erant, cum nondum esset mortuus? Respon. Lyra, quia pauca restabant ante mortem eius implenda, scilicet, eius potatio, quæ in promptu erat.

692 Dub. quæ scriptura debebat consummari? Resp. quod illa Ps. 68. In siti mea potuerunt me aceto. Ideo dixit, Sitio.

693 Dub. An vere sitiret? Resp. quod tantum laborauerat, & de sanguine emiserat, quod corpus eius erat desiccatum, & adductũ, & propter hoc sitiebat supra modum, & talis sitis est magnum tormentum.

694 Dub. Quomodo habebant vas aceto plenum? R. Ly. quod milites illud portauerunt vt darent crucifixis ad bibendum, vt citius morerentur: & sic ab eorum custodia citius expedirentur, quoniam talis potatio aceti mortem accelerat, vt aliqui dicunt.

695 Dub. Cur harundini spongiam imposuerunt? R. qui supra quoniam tantum erat eleuatus à terra, quod sola manu non poterant attingere ad os eius.

696 Dub. Quid est acetum? Resp. Hilarius, quòd est vinum, quod per uitium aut incuriæ, aut vasis acescit.

697 Dub. Cur dicebant, sine uideamus an veniat Helyas? R. Rabanus, quia milites praue sonum vocis dominicæ intelligebant. Ideo inaniter aduentum Heliæ expectabant.

698 Dub. Cur dixit, In manus tuas commendo spiritum meum, cum esset Deus? Resp. Beda, quòd patrem inuocando, filium Dei se esse declarat, spiritum uero commendando non defectum suæ virtutis, sed confidentiam eiusdem cum patre potestatis insinuat.

699 Dub. Cur voce magna clamauit? Resp. Chrys. in hom. ut ostendatur, quòd secundũ eius potestatẽ id geritur, quia in hoc apertissime se verum Deum esse ostendit, quoniam homines cum moriuntur vix tenuem uocem emittere possunt.

700 Dub. An illa vox fuerit naturalis? Resp. Ly. quòd non, sed miraculosa.

701 Dub. Cur dicitur emisisse spiritum? Res. Amb. quod quia non inuitus amisit, sed tradidit: quod enim emittitur uolũtarium est, quod amittitur necessarium.

702 Dub. Cur inclinauit caput? R. Lyra, quòd ex hoc modo moriendi ostendit, quod moriebatur ex obedientia. Chryso. autem dicit non, quoniam expirauit, inclinauit caput,

put,sed qa inclinauit caput,tunc expirauit.

703 Dub. An diuinitas passa fuerit? Resp. S. Th.3.par.q.46 art.12.ꝙ passio Christi pertinet ad suppositum diuinæ naturæ ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impassibilis. Et licet Paulus 1 Cor.2. dicat dominum gloriæ crucifixum,nō tamen est crucifixus secundum, quod dominus est glorię,sed secundū,quod erat homo passibilis.

704 Dub.Quia videtur, ꝙ Deus fuerit occisus pp punitionē, quæ secuta fuit ita acerba Iudæis?Res.qui sup. ꝙ non purum hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerūt præsumptiones,sicut lacerans charttam principis directā ciuitatibus, tanquā inobediens ad morti sententiam deducetur,non tanquam chartam frangens, sed tanquam verbum in ea imperiale dirumpens:non ergo securus sit Iudæus tanquam purum hominē crucifigens,quod enim videbat, quasi charta erat,quod autē in ea celabatur,imperiale verbum erat,natum ex natura,non ꝓlatum per linguam.

705 Dub. Quia videtur, ꝙ Christus à seipso occisus fuerit, & non ab alijs, quia dicit Io. 12.c.nemo tollet à me animam meam, sed ego pono eam? Resp.qui sup.q 47.ar.1.ꝙ aliquid potest esse causa alicuius effectus dupliciter. Vno modo,directè ad illud agēdum, & hoc modo persecutores Christi eū occiderunt, quia sufficienter causam mortis ei intulerunt cum intentione occidendi ipsum, & effectu subsequente,quia,s.ex illa causa est mors subsecuta. Alio modo, indirectè,s.quia non impedit,cum impedire possit,sicut si dicatur aliquis alium perfundere quia non clausit fenestram, per quam imber ingreditur, & hoc modo fuit causa suæ mortis, quia eam poterat impedire, aduersarios reprimendo, & ita intelligitur nemo tollet à me animam meam, scilicet me inuito.

706 Dubit. Quia non videtur Christum ex obedientia fuisse mortuum, quia non legitur hoc sibi fuisse præceptum? Respon.qui supra, articulo secundo, quòd hoc fuit ipsi præceptum à patre, ut ipse dicit Ioann.10. potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à patre meo,scilicet,eam ponendi, & sumendi.

707 Dubit. Quia si Christus ex obedientia mortuus est, cum obedientia importet necessitatem,nō uoluntarie mortuus est? Res. qui supra, ꝙ licet obedientia importet necessitatem respectu eius, quod percipitur, tñ importat uoluntatem respectu impletionis præcepti,& tali• fuit obedientia Christi: quia licet mors naturali uoluntati repugnaret, volebat tamen Christus Dei uoluntatem circa hoc implere, secundum illud psal. 39.Vt facerem voluntatem tuā Deus meus volui.

708 Dub. An conueniens fuerit Christum ex obedientia mori? Resp qui supra,ꝙ sic propter iustificationem humanam, ut sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius hominis obedientiam iusti constituantur multi, ut dicitur ad Rom.5.

709 Dub.quia non videtur,quòd fuerit obediens quantum ad præcepta ueteris legis, quæ nos ipsum immutantes non seruamus? Resp.qui supra,quód omnia præcepta ueteris legis moriendo impleuit. Et primò moralia, quæ in præceptis charitatis fundantur, quia mortuus est ex dilectione Dei vt Ioan. 13. ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio, & etiam ex dilectione proximi secundum illud Gal.2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cerimonialia omnia impleuit, quia talia pertinebant ad sacrificia, & oblationes, & ipse fuit verum sacrificium in morte, quod omnia illa sacrificia figurabant. Item,præcepta iudicialia, quæ ordinabantur ad satisfaciendum iniuriam passis, & ipse mortuus est, ut ipse satisfaceret pro iniuria facta Deo, prout ipse dixit in psal.88. Quæ non rapui, tunc exoluebam.

710 Dub.Cur Deus pater uoluit, quod Christus pateretur iniuste?Resp.qui supra, ar.3. quod ut passio eius esset causa liberationis humanæ.

711 Dub. Quia videtur, quòd quæ operati sunt in morte Christi non peccauerint, ex quo Deus sic volebat? Resp.qui supra,quòd eadem actio diuersimode iudicatur in bono, vel in malo secundum quòd ex diuersa radice procedit,pater tradidit Christum, & ipse se tradidit ex charitate, & ideo laudatur. Iudas autem ex cupiditate,& Iudæi ex inuidia, & Pilatus ex timore mundano, & ideo peccauerunt,& vituperantur.

Dub.

712 Dub. Cur voluit pati à Gentibus? ℞. qui supra, art. 4. quòd incœpit pati à Iudæis, & post à Gentilibus, & in hoc præfigurabatur effectus passionis eius, qui primo fuit in Iudæis, quorum plurimi in eius morte baptizati sunt, vt patet Actuum 2. & 3. post Iudæis prædicantibus transiuit ad Gentes.

713 Dub. Quia cum passio Christi fuerit singularis, quomodo potuit mereri salutem omnium? Resp. qui supra, q. 48. art. 1. quòd cum ipse sit caput ecclesiæ, cui data est gratia, non solum vt singulari personæ, sed vt capiti. Ideo, ab ipso ipsa gratia deriuanda erat ad sua membra, & omnibus suis membris meruit salutem.

714 Dub. Quomodo satisfactum est Deo per mortem Christi, quæ fuit maior offensa, quàm illa primi parentis? ℞. qui supra, art. 2. quòd maior fuit charitas Christi patientis, quàm malitia crucifigentium, & plus potuit Christus satisfacere sua passione, quàm crucifixores offendere occidendo, & ideo, magis valuit passio eius ad reconciliandum Deum toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

715 Dub. Quia non videtur, quòd Christus redemerit nos à diabolo, quia nihil ei soluit pro nobis? ℞. qui supra, quòd precium redemptionis non erat soluendum diabolo, sed Deo, cui offensus fuerat, & cui se obtulit in precium, & sacrificium.

716 Dub. Quia Deus est causa salutis humanæ, ergo passio Christi non fuit operata nostram salutē? ℞. qui supra, art. 6. quòd Deus est causa principalis nostræ salutis, sed humanitas Christi est causa instrumentalis, qa omnes actiones, & passiones Christi operantur instrumentaliter in virtute deitatis ad salutem humanam.

717 Dub. Quomodo liberauit hominem à diabolo per passionem suam, cum adhuc diabolus tentet hominem? ℞. qui supra, quæstio. 48. articu. secundo, quòd liberauit hominem à potestate diaboli, cui erat subiectus per peccatum, & etiam sibi præparauit remedium per suam passionem quo aduersus eius tentationes, & vexationes etiam corporales se possit tueri.

718 Dubitatur. Quia videtur, quòd Christus non liberauit nos à pęna peccati, quia adhuc morimur, & mors est pœna peccati, item, quia pœnitentibus imponitur pœnitentia, quæ non imponeretur si essent liberati à pœna peccati? Respon. qui supra, articulo tertio, quòd Christus liberauit nos à reatu pœnæ per passionem suam, in quantum passio sua fuit sufficiens, & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis, sed vt habeamus hunc effectum, oportet, vt configuremur ei, cui cōfiguramur per baptismum circa mortem, ideo baptizatis nulla pœnitentia imponitur, quia sunt totaliter liberati per passionem Christi. Quia vero ipse solum semel mortuus est, ideo semel per baptismum ei configuramur, sed oportet, si post peccamus, vt configuremur ei patienti per aliquid pœnalitatis, quam in nobis sustineamus, quæ tamē multo minor sufficit, quàm peccatum mereatur: & quia est caput nostrum, & primò ipse in anima gratiam habuit cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriam immortalitatis peruenit, ita & nos primo accipimus spiritum adoptionis in anima adhuc corpus mortale habentes, & postmodum configurati passioni, & morti eius in gloriam immortalem perducimur.

719 Dubit. Quia non videtur, quòd aperuit nobis ianuam cœli per suam passionem, quia ante Enoch, & Helyas translati fuerunt in cœlum. Item nullus introiuit paradisum ante Ascensionem Christi, ergo in Ascensione, & non in passione aperuit ianuam Paradisi? ℞. qui supra, articul 5. quòd aperire ianuam est remouere illud impedimentum, quod eam claudebat, sed Christus liberauit eos à peccato, quod prohibebat ingressum, ergo aperuit ianuam, nec Helyas, aut Enoch ingressi sunt cœlum Empireum, sed in Paradisum terrestrem, vbi creduntur viuere vsque ad aduentum Antichristi. Per Ascensionem autem suam nos quasi in possessionem introduxit.

720 Dubitatur. An conueniens fuerit ipsum mori? Respon. qui supra, quæst. 50. articulo primo, quòd sic, vt satisfaceret illi pęnę impositæ pro peccato. Gene. secundo, capit. quacumque die comedetis morte moriemini.

721 Dub. Quia videtur, quòd in morte diuinitas fuerit separata à carne, quia maior est virtus viuificationis Dei, quàm animæ: sed corpus mori non potuit, nisi anima separata, ergo nec mori poterat, nisi diuinitate separata? Respon. qui supra, art. 2. quòd licèt diuini-

diuinitas habebat vim viuificandi, hoc est effectiue, & non formaliter. Anima aūt hēt vim viuificandi formaliter, & ideo ea præsente, & vnita formaliter, necesse est corpus viuum esse. Diuinitas autē non potest esse forma corporis, & ideo non est necesse quòd manente vnione deitatis ad carnem, caro sit viua, quia Deus non ex necessitate agit, sed ex voluntate: & ita diuinitas etiam non fuit separata ab anima.

722 Du. Videtur quòd Christus fuerit homo in triduo mortuus, quia fuit sacerdos in æternū, & habebat animā, & corpus? Resp. qui supra, ar. 4. qđ est articulus fidei, quod Christus fuit mortuus, & sic interim quod stetit mortuus non fuit homo, & fuit sacerdos, quod conuenit homini secundum animam, cum in ea sit ordinis character, & licet haberet animam, & corpus, tamen non erant coniuncta, sed separata.

723 Dub Videtur quod Christus non descendit ad inferos, quia non secundum corpus, quia iacuit in sepulchro, nec secundum diuinitatem, quia vbiq; est, nec secundum animam, quia cum sit incorporea non potest moueri localiter, quia hoc est corporum, vt probatur 6. Phisic. Resp. qui supra, q. 52. qđ est articulus fidei Christum descendisse ad inferos, & non secundum diuinitatem, neque secundum corpus ratione dicta, sed secundum animam: sed non eo genere motus, quo corpora descendunt, sed eo quo angeli mouentur, qui ita mouentur localiter sicut sunt in loco.

724 Dub. An fuerit conueniens quò ad inferos descenderet? Res qui sup. qđ sic, vt victo diabolo per passionem, vinctos eius eriperet, qui detinebantur in inferno.

725 Dubit. An descenderit in omnē partem inferni? Res. qui supra, ar. 2. qđ per suum effectum descendit ad infernum damnatorū de sua incredulitate, & malitia illos cōfutādo, ad purgatorium eis spem gloriæ consequendæ dando, & in limbo eis lumen æternæ gloriæ infundendo. Quantum vero ad essentiam solum descendit ad locum inferni, in quo iusti detinebantur.

726 Du. Quantū stetit anima Xpi ī inferno? Res. qui supra, ar. 4. qđ tandiū mansit in inferno, quandiū corpus in sepulchro.

727 Dub. Quia sicut nos liberauit per passionē suam, ita potuit liberare sanctos patres absq; descensu ad inferos? Resp. qui supra, ar. 1. q. sicut passio Christi applicatur viuentibus per sacramenta configurantia nos passioni Christi: ita etiā applicata est mortuis per descensum ad inferos.

728 Dub. An liberauit pueros, qui decesserāt cum peccato originali? Res. ubi sup. ar. 2. qđ non, cum eius passio non habuerit locum, nisi in his qui fuerunt membra eius.

729 Du. Cum sola anima descenderit ad inferos, cur dicimus qđ Christus descēdit. Rñ. qui sup. ar. 3. qđ licet non descenderit totum, quod pertinet ad humana naturam, s. corpus, quod iacuerat in sepulchro, tñ totus Christus descendit, quia masculinum genus refertur ad personam. Neutrum aūt genus pertinet ad naturam: in morte igitur licet anima fuerit separata à corpore, neutrū tñ fuit separatum à psona filij Dei: & ita tota persona filij Dei descendit ad inferos per anima sibi vnitam, & ita totus Christus, & eadem ratione totus fuit in sepulchro, qui corpus vnitū personæ filij Dei fuit ibi.

730 Dub. Quòd fuit illud velū scissum? Resp. Orig. qđ duo erant vela: vnum qđ velabat sctā sanctorū. Aliud exterius siue tabernaculi siue templi. Illud ergo qđ erat foris, scissum est.

731 Dubit. Quid significat scissio dicti veli? ℞. qui supra vt mysteria ab initio mundi vsque ad finē publicarētur, & quę vsque ad aduentum Domini rationabiliter fuerant occultata, ideo scissum est.

732 Dub. Cur potius exterius quam interius velū scissum est? ℞. qui sup. qđ cū venerit, qđ perfectū est, tunc auferēt interius velum, ut uideamus, quæ interius sunt occulta s. uerā Archam testamenti, & sicut ipsa se habet natura, uideamus Cherubin, & alia.

733 Dub. Quo tempore scissum est? ℞. Aug. de cōsensu Euangelistarū qđ ueraciter scissum est cū dominus expirauit, licet Lucas præoccupando narrauit, quòd quando crucifixus est.

734 Dub. Vt quid terra mota est? ℞. Hila. qa capax huius mortui esse non poterat.

735 Du. cur Petræ scissę sunt? ℞. qui sup. quā omnia ualida, & fortia Dei uerbum penetrās, & potestas æternæ uirtutis irruperat.

736 Dub. cur monumēta aperta sunt? ℞. Ly. qđ ex terremotu, ad denotādum quod resurrectio Xpi ppinqua erat, & aliorū cum ipso resurgentium.

Dubi.

737 Dub. An hæc signa solũ in Hierusalẽ facta sint? Respon. ꝙ quo ad monumentorum apertionem solum in Hierusalem facta fuisse uidetur, quoniam dicitur multa corpora sanctorum surrexerunt, similiter petræ non leguntur alibi scissæ, quãuis propè Caietã in regno Neapolitano dicatur quidam mons petrosus ex toto tunc scissus, quem ego uidi, & per scissuram transiui, & multi nautæ ex deuotione capiunt de lapidibus illius fracturæ dicentes, eos ualere ad parturientes mulieres eis succurrendo in partu.

738 Dub. Si tunc corpora sanctorum surrexerunt? Resp. Hiero. ꝙ non, sed quando Christus resurrexit, & ita Matthæus dicit, ꝙ exeuntes de monumẽtis post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctam ciuitatem.

739 Dub. Quæ est sancta ciuitas? ℞. Ly. post Hierony. quòd est Hierusalem.

740 Dubi. Cur appellatur sancta? Res. qui supra, quòd propter templum, & sancta sanctorum, & ob distinctionem aliarum vrbiũ in quibus idola colebantur.

741 Dub. An illa resurrectio sanctorũ fuerit omnibus publica? Res. Hiero. ꝙ non, sed solum apparuerunt his, qui uidere merebantur, & hoc innuit Matthæus dicens. Et apparuerunt multis, & sic non omnibus.

742 Dub. An illi sancti resurrexerũt iterum morituri? Resp. S Tho. 3. par. q. 53. ar. 3. ꝙ Remig. tenet, ꝙ resurrexerũt non iterũ morituri. Sed Aug. ad Euodiũ tenet contrariũ, ꝙ post mortui sunt, & Hiero. super Mat. dicit, ꝙ sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora sanctorum surrexerunt, ut dominũ ostenderent resurgentem. Tamen in sermone de assumptione hoc sub dubio relinquit. Opinio autem Aug. innititur efficacioribus rationibus.

743 Dub. Quia Lucas dicit, ꝙ Centurio uiso ꝙ magna voce expirasset, admiratus fuit. Matthæus autẽ dicit, ꝙ uiso terræmotu, & his, quæ fiebant, dixit, verè filius Dei erat iste? Resp. Aug. de consensu Euang. ꝙ ista non sunt contraria: in hoc enim, quod Matthæus non solum dixit, uiso terremotu, sed addidit, his quæ fiebant, integrum locum fuisse demonstrauit Lucæ, vt diceret Centurionem ipsum domini mortem fuisse miratum, quia, & hoc inter illa est, quæ tunc mirabiliter facta erant.

744 Dub. Quia Matthæus dicit Centurionẽ dixisse, uerè filius Dei erat iste, & Luc. dicit eum dixisse, uerè hic homo iustus erat? Respon. qui sup. ꝙ debemus intelligere fortasse Lucam exprimere uoluisse sententiam Centurionis, quomodo dixerit Iesum filiũ Dei, forte enim nõ eum vnigenitum ęqualem patri Centurio intellexerat, sed ideò filium, quia iustum crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filij Dei.

745 Dubit. Quia Matthæus dicit, Centurionem, & eos, qui cum eo erant hoc dixisse. Lucas autem dicit, solum Centurionem dixisse? Resp. qui sup. ꝙ non est contrarium, cum unus dicit, quod alius tacet.

746 Dub. Quia Matthæus dicit, ꝙ timuerunt valdè, & Lucas ꝙ glorificauit Deum? Resp. qui supra, quòd non sunt contrarij, quoniã quis nõ intelligit Deũ timendo glorificasse.

747 Du. Cur illæ mulieres secutæ fuerant Iesum à Galilæa? Resp. Lyr. ꝙ ex deuotione, quam habebant ad audiendũ uerbum eius.

748 Du. Quę ministrabãt Christo? Res. Hier. ꝙ necessaria uitæ suæ de eorum facultatib.

949 Dub. Cur talia ministrabant ei? Res qui sup. quòd consuetudinis Iudaicę fuit, quòd mulieres necessaria uitæ administrarent doctoribus, & præceptoribus.

750 Dub. quæ fuerunt istæ Mariæ? Res. Ori. & Lyr. ꝙ Maria Magdalena fuit soror Lazari, sed Maria Iacobi fuit soror semper Virginis matris domini, quæ fuit mater Iacobi minoris, & Ioseph, prout Marcus dicit, quam Ioannes uocat Mariã Cleophę à patre, siue à Gẽtilitate familiæ tale cognomen habens: mater filiorũ Zebedei s. Iacobi maioris, & Ioannis fuit uxor Alphei, quã Marcus uocat Mariã Salome. vide fer. 4. dominicæ 2. Quadragesimæ. dub. 3.

751 Dub. Qua hora fuit illud sero, quod dicit factum esse? Resp. Ly. quòd fuit circa vesperam eiusdem feriæ 6.

752 Dub. Cur dicit Euangelista Ioseph fuisse diuitem? Res. Hiero. & Ly. ꝙ ex hoc ostẽditur, qđ de facili potuit accedere ad Pilatũ.

753 Du. Cur Marcus, & Lucas dicunt, ꝙ erat decurio? Resp. ꝙ ex causa dicta in pcedenti dubio. Marcus dicit etiã, quod fuit nobilis.

754 Dub. Quid significat decurio? ℞. Beda. qđ erat de curia Imperatoris, uel Præsidis: siue decurio, idest de ordine curiæ: dicitur etiam decurio, qui pręest decem uiris.

755 Du. Quæ est Arimathia? ℞. Lucas, qđ est ciuitas Iudææ, & Remig. Beda, & Ly. dñt ꝙ ipsa est Ramatha. Vñ fuit Helchana pater

Samuelis,ut habetur 1.Reg.1.

756 Du.Cur exprimit nomen eius,s.Ioseph? Res.Ly.quia erat homo famosus.

757 Dub. Quomodo erat de discipulis Iesu, cum inter Apostolos non numeretur? Resp. Chry.quòd non erat ex duodecim Aposto lis,sed ex septuaginta.

758 Dub. Cur dicitur, quòd erat expectans regnnm Dei? Resp.qui supra.i. credens doctrinę Dei.

759 Dub.Quem metum Iudęorum habebat iste, Ioseph? Resp. Ly.q; ne expelleretur de synagoga,quia ut dicitur Io.12.ex principibus multis crediderũt in Iesum,sed propter pharisæos non confitebantur, ne de synagoga eijcerentur,& ut dicit Lucas hic nō consenserat actib.Iudæorum contra Christum.

760 Dubi. Quomodo ausus fuit accedere ad Pilatum? Resp.Ly. q; licet prius fuisset discipulus Christi occultus propter metum Iudæorum, tamen post exemplo mortis Christi animatus ostendit se publicè esse Christi discipulum, ut dicit August. de consensu Euang.in extremo illo officio funeri exhibendo minus videtur curasse de Iudæis.

761 Dub.Cur petit corpus Christi? Resp.Ly. quòd ut sepeliret illud honorificè.

762 Dub.Quia cum esset iam mortuus nunquid sine licentia poterat capere corpus? Res.Ly q; non,eo, quòd corpora damnatorum non poterant sepeliri, nisi de licentia Præsidis.

763 Dub.Cur Pilatus mirabatur, si iam obijsset? Res. Theoph. quia putabat q; diu uiueret in cruce,sicut& latrones in patibulo uiuebant diu.

764 Dub.Cur interrogauit Centurionem, si iam obisset? Respon.qui supra, q; interrogauit si mortuus esset,s. ante horam,qua cæteri mori consueuerunt.

765 Du.Cur ita de facili Pilatus donauit corpus Ioseph? Rñ.Ly. q; qa erat homo ualēs, & nobilis, Pilatus ei uoluit acquiescere, & ét quia sciebat Christum crucifixũ iniuste.

766 Dub Cur Ioseph non expectauit usq; in crastinum ad petendum corpus? ℞. Lyra, quia erat dies sabbati, in qua non licebat aliqua operari,& ideò Ioseph venit illo sero,quod erat ante sabbatum.

767 Du.Vbi accepit corpus Ioseph? ℞.Hier. quòd deposuit illud de cruce.

768 Dub.Videtur,q; Ioannes alijs Euangelistis sit contrarius,q; dicunt solum Ioseph sepelire Christum, & ipse dicit Nicodemum interfuisse? Resp. Aug. de consensu Euang. q; Ioannes in hoc alijs non repugnat. Neque enim, qui Nicodemum tacuerunt, asfirmauerunt a solo Ioseph dominum sepultum, quàmuis solius commemorationem fecerint.

769 Du.Quia Ioannes dicit, q; sepelierũt eũ cũ linteis:& alij q; inuoluit sindone? ℞ qui supra,q; in hoc Ioannes non repugnat alijs quia q; illi una sindone a Ioseph inuolutum dixerunt, non propterea prohibuerunt intelligi, & alia lintea potuisse afferri à Nichodemo,q̃uis,& pp sudarium, quod capiti adhibebatur, & institas, quib. corpus totum alligatum est,quia omnia de lino erāt, ét si una sindon ibi fuit, ueracissimè dici potuit ligauerunt eum linteis: lintea quippe generaliter dicuntur,quæ ex lino texuntur.

770 Dub.Quid est sindon? Res.q; dicitur linteum amictorum mulierum, quo humeri cooperiuntur, & quandoque simpliciter dicitur pro panno linteo, ut dicit Catholicō.

771 Dub. Cur emit sindonem Ioseph? Resp. q; fortè propter honorem domini uoluit nouam sindonem habere.

772 Du. Ad quid Nicodemus attulit mixturam,&c. Resp. Aug.quia illa apta sunt corpus maximè conseruare, & quàmplurimũ, & non permittere citò subijci corruptioni.

773 Du. Cum ita modicum deberet stare in monumento, cur vngere eum uolebant? ℞. qui sup.q; adhuc, ut de nudo homine dispo nebant,multũ tñ dilectionē demonstrabant.

774 Dub Quis erat mos Iudæorum sepeliendi? Resp. Aug.quòd consuetudo illius gentis erat ut mortuorũ corpora uarijs aromatib.cōdirētur ut diutius seruarentur illæsa.

775 Du. Cur non sepelierunt Iesum magis a remotis? ℞. Chry.q; breuitate tpis urgebant.Nona.n.hora mortuo Christo deinde accedentibus ad Pilatum, & deponentibus Christi corpus uespera imminebat.Et ideo ponunt eum in proximum monumentum.

776 Du. Cur in monumento nouo posuerũt eum? ℞ Lyr.quod si aliquis fuisset ibi ante sepultus,calumniari posset à Iudæis, quòd ille surrexisset,& non Christus.

777 Dub.Cur fuit positus in monumento excisо in petra? Resp.S.Tho.3.par.q.51 ar.2. qa si ex multis lapidibus ædificatum fuisset tumulũ fundamentis suffossis sublatus furto diceretur.

Dub.

778 Dub. Cur Ioseph fecerat excidere monumentum in petra? ℞. quia erat diues fecit sumptuosum monumentum, vt dicit Lyra.

779 Dub. Cur aduoluit saxum magnum? ℞. Ly. quòd vt nõ posset de facili amoueri, ne aliquis veniẽs posset rapere corpus Christi.

780 Dub. Quomodo erat factum illud monumentum? Resp. Magister hist. scho. quòd, vt Beda dicit, fuit domus rotunda de subiacente rupe, excisa tantæ altitudinis, vt vix homo manu extensa culmen possit attingere, introitum habens ab Oriente. In parte verò eius aquilonari locus domini corporis de eadem petra factus est. b. pedes habens longitudinis, tribus palmis altius, cętero pauimento eminens, quasi sarcophagus, patulus erat locus ille a latere meridiano. Color verò monumenti, & loculi rubicundo, & albo dicitur esse permixtus.

781 Dub. Quæ erat altera Maria cum Magdalena? ℞. Marcus, quòd erat Maria Ioseph, id est eius mater. Vide dub. 500.

782 Dub. Cur supra dictũ sit, quod iuxtà crucem fuerunt tres Marię. Hic dicitur solũ de duabus? ℞. Orig. quia mater filiorum Zebedei forsitan vsque ad crucẽ peruenire potuit. Istæ aũt quasi maiores in charitate, neque his, quæ postea gesta sunt defuerunt.

783 Dub. Cur sedebant contra sepulchrum? ℞. quòd ſm Marcum aspiciebant vbi poneretur corpus Iesu, vt ei possent cõgruo tpe, vt dicit Beda, deuotionis munus offerre.

784 Dub. Videtur, quòd Christus non debuit sepeliri, quia dicitur in Psal. 87. Factus est sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, sed corpora inclusa in sepulchris non sunt libera? ℞. S. Thom. 3. par. q. 51. art. 1. quòd conueniens fuit Christum sepeliri ad comprobãdum veritatem mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de veritate mortis constat, & tamen fuit inter mortuos liber in hoc, quòd per conclusionem sepulchri, non potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

785 Dub. An conuenienter in horto fuit sepultus? ℞ quã sup. art. 2. ꝙ sic, ad significandum, quòd per mortem & sepulturam eius liberamur a morte, quã incurrimus per peccatum Adę in horto Paradisi commissum.

786 Dub. An conuenienter fuerit sepultus in syndone munda? Resp. dominus Cardinalis de Turrecremata, ꝙ sic, quia corpus eius erat mundissimum.

787 Dub. Quia cum mors eius fuerit turpissima, videtur ꝙ non debebat ita honorificè sepeliri? Resp. S. Tho. vbi sup. quòd gloriosè debebat sepeliri, quia dicitur Esa. 11. & erit sepulchrũ eius gloriosum. Licet eius mors fuerit despecta, in qua eius commendatur patientia, sed in sepultura honorifica consideratur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorificè sepelitur.

788 Dub. An conuenienter fuerit in alieno sepulchro tumulatus? Respon. qui sup. quòd sic, quia vt August. dicit in quodam sermone, ideo sic voluit sepeliri, quia pro aliorum moriebatur salute.

789 Dub. Cur eius corpus non fuit incineratum, iuxta illud Gen 3. Puluis es, & in puluerẽ reuerteris, quod fuit datum in pęnam peccati sicut mors. quam ipse sustinuit pro liberatione nostra? ℞ S. Tho. vbi sup art. 3. ꝙ hoc non fuisset conueniens, quia dicitur Psal. 15. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ, quod Damascenus exponit in 4. lib. de corruptione, quæ est per resolutionẽ in elemẽta, tùm quia talis putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius, quod putrefit: & ne mors Christi eius naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suũ qualitercumque putrefieri, aut resolui, sed bene voluit mori, quia nulla vtilitas ex eius incineratione prouenisset.

790 Dub. Quantum stetit Christus in sepulchro? ℞ qui sup. art. 4 quòd duabus noctibus, & vna die, quoniam, vt dicit August. in 4. de Trinit. à vespere sepulturæ vsque ad diluculum resurrectionis, 36. horæ sunt, id est nox tota, cum die tota, & nocte tota?

791 Dub. Qua hora egressus est de sepulchro? Resp. qui sup. ꝙ, vt dicit Aug. in 4 de Trin. in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & tamen adhuc aliquid remanet tenebræ noctis.

792 Dub. Quæ fuit illa altera dies post parasceuem? ℞. Ly. quod fuit dies sabbathi.

793 Dub. Cur Principes sacerdotũ a Pilato petierunt custodiam sepulchri? ℞. Hiero. in hom. qm̃ non suffecerat eis Christũ crucifixisse, nisi sepulchrũ custodirent, & quantum in illis est manus imponerent resurgenti.

794 Dub. Cur vocant Christum seductorem. ℞ qui sup. ꝙ licet in nece dñi immane facinus perpetrassent, tñ non sufficiebat eis nisi etiã post mortem eius cõceptæ nequi-

tię exerceant famã eius lacerantes, & quem innocentem sciebant, seductorem vocent.

795 Dub. An verè Christus fuerit seductor? Res. qui sup. ꝙ sic, non à ueritate in errorẽ mittens, sed a falsitate in ueritatem, à vitijs ad uirtutes, à morte ad uitam ducens.

796 Dub. An dominus dixerit, post tres dies resurgam? Resp. Remig. q̃d Iudæi dixerunt eum hoc dixisse, quia dixerat sicut fuit Ionas tribus diebus in ventre.

797 Du. An Christi discipuli fuerint fures, & Xp̃m furati fuerint? Res. Rabanus, ꝙ erant fures spiritualiter, quia ab ingratis Iudæis scripta veter. & noui testamenta ablata in vsum Ecclesiæ conferebant, & Saluatorem eis promissum illis nocte dormientib. Hoc est infidelitate torpentibus abstulerunt, Gẽtibus credendum tradentes.

798 Dub. An nouissimus error fuerit peior priore? ℞. qui sup. ꝙ sic, q a peior fuit contẽptus penitẽtiæ ĩ Iudæis, q̃ error ignorãtiæ.

799 Dub. Cur nõ cõbusserunt eum, vt nullus eũ furaret? Res. q̃d nefas erat apud Iudæos corpora defunctorum comburere.

800 Dub. An custodia sepulchri fuerit expediens? ℞. Chrys. in Homil. ꝙ sic, ipsis ñ nolentibus, qm̃ est irrefragabilis demonstratio resurrectionis facta, per ea quæ prætenderunt; quia .n. custoditũ est sepulchrum nulla fraus facta est: si aũt fraus facta non est, manifestè & irrefragabiliter dñs surrexit.

801 Du. Quid sibi vult dictũ Pilati. I. è custodite sicut scitis? ℞. Rabanus. q. d. sufficit uobis, quod consensistis necem innocentis. De cętero uerò error vobiscum permaneat.

802 Du. Cur ipsi Iudęi sigillarũt sepulchrũ? Res. Chry. in Homi. ꝙ Pilatus non pmisit, ut sui milites sigillarent, quia potuissent dicere, quòd milites permiserunt, quod discipuli corpus dñi furarẽtur, & ita resurrectionis infringere fidẽ, nunc hoc dicere nõ possunt, cum ipsimet sepulchrum sigillassent.

803 Dub. An uerisimile sit, ꝙ discipuli furati fuerint dñm? Res. Remig. dicens, si custodes dormierũt, quomodo furtũ uiderunt: si non uiderunt, qñ o testes fuerunt. Et ideò Iudæi dicentes militibus, ut hoc dicerent, dantes eis copiosam pecuniam quod uoluerunt facere non potuerunt.

ALLEGORICE.

Passio Domini quãtũ ad singulas partes in ueteri testamento, uel prænũciata, vel figurata fuit, cũ omnia in figuram contingerent illis. Veruntamen, significabatur p ipsam passionẽ Christi, capitis omnium fidelium, passio omniũ suorũ membrorum, qui pro eius nomine martyrizati sunt, q à notis, parentibus, fratribus, filijs, & cognatis tradebantur ad mortem, ludibrio habiti ab omnibus persequentibus, cęsi, flagellati, consputi, ut Petrus, & Paulus, ac Dionysius cruci affixi, ut decem millia martyrũ, & diuersis generibus mortis interempti pro persecutoribus orantes, ut Stephanus. Et tñ tã dẽ animabus separatis corpora eorũ honorificè in pace sepulta fuerunt, ut corpus sanctæ Catherinæ ab Angelis deportatum in summitatẽ montis Synai miraculis; maximis à Deo illustrati, qui ubiq; terrarũ magna in ueneratione habentur vnà cum eorum sepulchris diuersorum aromatum speciebus redolentibus.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut nostrum imitantes caput obedientes simus vsque ad mortem, quantumcunque acerbissimam, patienter pro nomine Iesu omnia tormentorũ genera, cum casus euenerit, supportãtes, & etiam pro ꝓximo nostro uitam propriam offerentes, cũ maiorẽ hac dilectionẽ nemo habeat, nec si delinquimus etiam quouis graui scelere desperemus, sicut Iudas, sed emendemus pœnitentes, & singula quæque in passione Domini gesta, mẽte reuoluamus, si omnia crimina docemur euitare, & quascunque uirtutes amplecti.

ANAGOGICE.

Si ad gloriam æternæ beatitudinis uolumus peruenire, ut aduersa patiamur, necesse est, qm̃ sic oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam, qui ut ad eam nos secum perduceret tanta passus est, & uilissima quæq;, ut nil plus mortalis homo hac ĩ uita pati possit. Natura igitur & innocentia Christi patientis demonstrant incomprehensibilem, ac inæstimabilẽ illã esse fęlicitatem, quæ nullo modo in cor hominis ascendere potest, omniq́ue lætitia plenã, ad quam adipiscendam suo precioso sanguine nobis aditum dedit.

FERIA SECVNDA HEBDOmadæ sanctæ.

Ante sex dies Pascha uenit Iesus. Ioan. 12.

Histo-

Historia huius euāgelij facta est anno Xpi 23. die 19. Martij, s. sabbato ante palmas.

HISTORICE.

Domino Bethaniæ ubi Lazarū uitæ red diderat sexta ant e pascha die Martha ministrante cœnauit, ipso secum discumbēte Lazaro. Maria uero Iesu pedib. prouoluta eosdē, precioso perunxit vngento, nitidisque suis tersit capillis, adeò, ut effusi vnguenti odore, tota redoleret domus. Iuda aūt, q eū erat proditurus submurmurat satius fuisse illud uenditū fuisse vnguentū cuius pcium, q trecentū foret denariorum indigētes refuisset: nec tñ ea eius erat opinio, sed cum loculos ferret, & ex his, quæ eius demandabantur custodiæ subtraheret ex ea quoque pecunia portionē furtim auferret. Dñs his perceptis, ut eā sinerent imperauit, quatenus eius vnguentum reseruaret sepulturæ, cum nunquam eis deessent egeni, ipsum uero non semper habituri forent. Pleriq; uero Iudæorū Iesum fore in Bethania audientes illuc non eius tantum gratia, sed ut ereptū à morte Lazarum cernerent, aduenerunt.

Erga dubiorum solutionem insistendum est.

1 DVBITATVR. Cur ante sex dies paschæ Iesus Bethaniā aduenit? ℞. Alcuinus, q ut appropinquante passione appropinquaret loco passionis, cum prope esset Hierusalem.

2 Dub. Cur Euāgelista dicit, vbi fuerat Lazarus mortuus? Res. qui supra, q ad insinuādū, qđ Iesus illuc aduenerat, ut resuscitatio Lazari memorię oīum arctius imprimeret.

3 Dub. Cur fecerunt ei cœnā? Resp. Theophilus super Ioan. qđ 10 die mensis agnum Iudæi capiunt immolandum in festo Paschæ, ex tunc. n. festiuitatis præibant solemnia, qua propter in die, quæ est 10. mensis, & præcedit sextum diem ante Pascha epulantur splendide, & exordium festi hanc diem constituunt, quo fit, ut Iesus quoque pergens, Bethaniam conuiuaretur.

4 Dub. Cur Martha ministrabat? Resp. qui supra, qđ ob magnam fidelitatem, quoniam non famulabus imponit ministerium, sed ipsamet suscepit.

5 Dub. In qua domo fuit facta hæc cœna? Resp. qui supra, qđ per hoc, quod Euangelista dicit, quòd Marta ministrabat, insinuat quòd in illius domo erat conuiuium: quamuis Lyra dicit, quòd fuit factum in domo Symonis leprosi.

6 Dub. cur dicit, quòd Lazarus vnus erat ex discumbentibus? Res. Theophilus, qđ per hoc innuitur veræ Lazari resurrectionis signum.

7 Dub. An hæc Maria fuit illa, quæ vnxit caput in domo Symonis, uide fe. 5. de passione, dub. 5. & 6.

8 Dub. Quod vnguentum fuit, & an solum unxerit pedes domini. Vide dominica pal. dub. 22.

9 Dub. Cur dicit domum repletam ex odore unguenti? Res. Ly. qđ ad denotādū preciositatem vnguenti.

10 Dub. Cur extersit tam preciosum vnguētum? Resp. Ly. q hoc ordine conuerso factū fuit quàm hic scribitur, quia primo lauit pedes, & extersit capillis, & postea unxit.

11 Du. Cur dicit, uenit, & non venditū fuit? ℞. Ly. qđ uenit. i. uenditur, habet enim sensum passiui sub uoce actiua. Vnde uersus. De re, quæ uenit, gratia nulla uenit.

12 Dub. Cur Iudas dixit, q uēderetur 300. denarijs? ℞. qui supra, quia tantum ualebat.

13 Du. Quia Iudas non probatur esse fur ex eo, qđ portaret ea, quæ mittebantur? Resp. Alcuinus, quia portabat ministerio, sed exportabat furto.

14 Dub. Vnde cognouit turba, quòd dominus esset in Bethania? Res Lyra, qđ satis de facili poterat cognoscere, cum Bethania esset prope Hierusalem.

15 Dub. Vt quid uolebant uidere Lazarum? Res. Ly. quòd uisores suscitati fieri cupiebant, expectantes etiam de inferis Lazaro referente perpēdere, & quia mirabilissimū erat uidere quatriduanum mortuum suscitatum comedentem, & bibentem, & alia opera facientem.

Alia dubia huius Euangelij. Require Dominica Palmarum.

ALLEGORICE.

[Quòd ante sex dies uenit dominus Bethaniā] significat, quod ille, qui sex diebus omnia fecerat, & sexto die hominem creauit, ipse sexta mundi ætate, sexta feria, sexta hora redimere mundum uenerat, [cęna dominica] fides est ecclesiæ, quæ per dilectionem operatur [Martha ministrans] est fidelis anima, quæ opera suæ deuotionis domino impendit. [Lazarus vnus erat

ex discumbentibus] cum hi, qui post peccatorum mortẽ resuscitati sunt ad iustitiam vna cũ eis, qui in sua permanserũt iustitia, de præsentia ueritatis exultant, & cœlestis gratiæ muneribus aluntur. Et bene [in Bethania] celebratur, q̃ interpretatur domus obedientiæ, cum Ecclesia sit obedientię domus [vnguentum autem] iustitia fuit, ideò libera fuit [erat autem vnguentum nardi pistici,] i. fidelis: iustus aũt ex fide viuit [q̃d caput, & pedes vnxit] & Christum, qui est caput, & pauperes, qui eius sũt mẽbra vncti intelliguntur [domus impleta ex odore vnguenti] mundus est impletus bona fama.

TROPOLOGICE.

Instruimur vt [ante sex dies Paschæ]. i. ante cõmunionem [veniamus Bethaniam] .s. ad obedientiã Ecclesiæ confitendo peccata nostra, & pœnitentiã obedientes impleamus [& faciamus cœna cum Christo] eũ in corde nostro suscipiendo [& Martha ministret] i. pauperibus eleemosynæ, & opera misericordiæ impendantur. [& Lazarus] i. peccator à peccato resuscitatus] discumbat eũ Iesu] Dominica sectãdo vestigia, [& capillis tergat] superflua dãdo pauperib. [& domus] .i. aia [impleamus odore vnguẽti] nec gratiã acceptã amore lucri perdamus, sicut [Iudas] sed [eã seruemus vsque in die sepulturæ] semper pauperibus benefaciendo.

ANAGOGICE.

Eleuamus in cõtemplationẽ cœlestis Bethaniæ, vbi ab oibus Deo obeditur, vbi Lazarus, & alij electi cum Deo super Christi mensa sedent, edentes, & bibentes in eius regno, & vnguento bonorũ operũ totus redolet Paradisus, impio Iuda, ac ceteris damnatis murmurantibus, & Deum blaspheman tibus viuentem in sæcula sæculorum.

FERIA II. HEBDOMADAE sanctæ, secundum ordinem prædicatorum.

Ante sex dia Pascha. Io. 12. c. prout immediatè supra & post ipsum.

Cogitauerunt autem Principes Sacerdotũ, vt in sabbato sancto ante palmas, secundum Romanam curiam.

FERIA III. HEBDOMADAE sanctæ.

Erat Pascha, & azima post biduum, Mar. 14. vt in ramis.

1 DVBIVM vnũ solum eliciã, s. Quis erat Symon Alexandri pater, & Ruphi? ℞. Hier. quòd ipsi duo erãt discipuli Christi. Et ideo Symon merito filiorum suorum cõmemoratur, & dicit Theophilus ad maiorẽ fidem, & affirmationem, nam homo ille adhuc viuebat, qui poterat omnia, quæ circa crucem facta sunt, enarrare.

FERIA. IIII. HEBDOMADAE sanctæ.

Appropinquabat dies f. stus. Luc. 22. c. Vt supra in Dominica palmarum.

Ista dubiorum solutiones in medium afferenda sunt.

1 DVBITATVR. Cur Lucas bis nominat calicem, cum alij Euangelistæ solum semel illũ nominent? ℞. Aug. de consensu Euangelistarum, q. illud, quod dixit antequam panem daret præoccupauit, ut soler, sed utrumque coniunctum eandem sen tentiam facit.

2 Dub. Quid est contentio? ℞. S. Tho. 2. 2. q. 38. ar. 1. quod contendere est contra aliquẽ tendere. Vnde sicut discordia contrarietatẽ quandam importat in uoluntate, ita conten tio in locutione.

3 Dub. An contentio sit peccatum mortale? ℞. qui sup. quod si contentio accipiatur, sm quod importat impugnationẽ veritatis, & inordinatum modum, sic est peccatum mortale. Et ab Ambrosio sic diffinitur, Contentio est impugnatio veritatis cum confidentia clamoris. Alio modo est peccatũ veniale si excedat modũ in impugnando falsitatem.

4 Dub. An Apostoli contendentes de primatu peccauerint mortaliter? ℞. qui sup. quod non contendebant cũ intentione impugnãdi ueritatem, sed inordinate contendebant, de quo non erat contendẽdum, s. de primatu, quia nondum erant spirituales.

5 Dub. Vnde oritur contentio? ℞. qui supra art. 2. quod est filia inanis gloriæ, ut dicit Greg. 31. mora.

6 Dub. Quas rationes adducebant quilibet Apostolorũ de primatu pro se? ℞esp. S. Vin. in Ser. 3. fer. 3. Dominicæ 2. Quadrag. quòd Petrus allegabat promissionem sibi à dño factã? Andreas, quòd erat primus Christianus & ideo debebat esse maior: Ioannes dicebat,

bat, quòd erat virgo, & magis dilectus á domino. Iacobus maior eius frater dicebat, q̃ erat primogenitus, & sic non pertinebat Ioãni, sed sibi. Iacob. minor, Symon, & Thadeus dicebant ad eos pertinere, quia erant filij primæ sororis semper virginis Mariæ. Matthæus dicebat, q̃ reliquerat tot pecunias, & diuitias, & Petrus reliquerat nauiculas cum retibus fractis. Philippus dicebat, quod fuerat primus vocatus à domino. Bartholomæus, quod erat de regali stirpe. Thomas, quod erat doctor, & abyssus scientiæ, & ipsi omnes ignorantes, Iudas Scarioth, q̃ erat procurator eorum, & q̃ iam erãt sibi subditus, quia dominus commiserat sibi dispensationem victualium, & ideo debebat esse maior & ita quilibet allegabat pro se.

7 Dub. Quid mouit Apostolos pe primatu contendere? Resp. Ly. quia Christus prædixerat, qũo debebat tradi ad mortem, iõ q̃libet q̃rebat, q̃s esset cõueniẽtior i primatu.

8 Dub. Cur adducit in exemplũ reges gẽtiũ? Resp. Chr. q̃ ut rẽ vituperandam ostendat, q̃m Gentilium est ambire primatum.

9 Dub. Cur dñr benefici? Res. Cirillus, quia blandi sermones eis offeruntur à subditis.

10 Dub. Cur vult, quod maior fiat sicut minor? ℞. Ly. q̃ decebat eos, illũ esse aptiorem ad præsidendum, qui esset vere humilior.

11 Dub. Cur discipuli omnes fuerint, qũo dicit eos permansisse in suis tentationib? Res. Ly. quia iam Iudas exierat, vt proderet.

12 Dub. Cur disposuit eis vt edant, &c. Respond. qui supra, quia docuerat eos esse humiles in prælatura: hic ostendit magnitudinem præmij benè præsidentium.

13 Dub. Quod regnũ disposuit eis? Resp. Beda, q̃ regnũ Dei, quod nõ est de hoc mũdo.

14 Dub. Quia in regno celorum non editur nec bibitur? Res. Beda, q̃ nõ victus, & potus eis præmii loco spondetur, sed communicatio gratiæ celestis, & vitæ.

15 Dub. Quæ mensa eis proponitur? Resp. q̃ sup. q̃ sic metaphoricè loquitur hic, sicut de cibo, & potu, & est celestis gloria, quæ proponitur omnibus sanctis ad fruendum.

16 Dubi. Quid sunt 12. throni, de quibus loquitur? Rep. Amb. super Lucam, quòd non sunt tanquã in aliqua corporalis receptacula sessionis, sed secundum quia diuinam similitudinem iudicat Christus cognitione cordium non interrogatione factorum virtutem remunerans.

17 Du. Nunquid, & Iudas sedebit cum aliis? Res. Beda, quod antequam dominus hęc diceret exisse credendus est.

18 Dub. Cur potius Petro dixit, ecce Sathan quàm aliis? Resp. Theop. quod eo, quia fortior aliis erat, & superbire poterat in his, q̃ promissa erant à Christo.

19 Dub. Cur post orationem Christi pro Petro factam, Petrus negauit Christum? Resp. Teoph. q̃ dominus non rogauit, vt Petrus non caderet, sed ut in casu non remaneret.

20 Dub. Qũo intelligitur aliquando conuersus? Resp. qui sup. q̃ d. cum me negato, ploraueris, ac pœnitueris, corrobora ceteros.

21 Dub. Quomodo Sathanas cribrauit Apostolos sicut triticum? Resp. Beda, quòd ventilando eos concutiebat tentationum impulsu, & sicut in tali concussione remanet palea, & transit farina, sic Iudas remansit Diabolo ad pœnam æternam, alii vero Apostoli transierunt ad gloriam.

22 Dub. Quomodo Petrus debebat confirmare cum soli Deo pertinebat? Resp. Theophil. confirma. i. corrobora.

23 Dubit. Quando misit eos sine sacculo, & pera? Respon. quod vt habetur Matth. 10. & Luc. 10. quod quando misit eos ante faciem suam prædicare in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus.

24 Dub. Cur sic eos misit? Resp. Glo. quoniã prædicatores verbi debent esse absoluti à solicitudine temporalium.

25 Dub. Quid vult intelligere per sacculũ, & peram, & virgam? Res. qui sup. q̃ in sacculo portantur pecuniæ, in pera victualia, & q̃ qui Dei habent auxilium baculi præsidium non quærant.

26 Dub. Cur nunc vult vt tollant sacculum, & peram, quæ ante prohibuerat? Resp. Aug. contra Faustum, quòd nulla instantia præcipientis, sed ratione dispensantis pro temporum diuersitate præcepta, vel consilia, vel promissa mutantur.

27 Dub. Cur postquàm portauerunt sacculum, & perã, penuriã passi sunt? ℞. Chr. q̃ sicut, qui docent natare circa principiũ, quidẽ manus suas supponentes attẽtius sustentant suos discipulos, postea plerunq; manũ abstrahẽtes iubẽt, vt sibi opitulent, quinimò & paululũ mergi permittunt, ita & Xp̃s facit discipulis, in exordio quid ẽ p̃sto in cunctis eis aderat, parãs eis vberrime affluentiã omnium, at vbi oportebat, & proprias vires

ostendere subtraxit eis aliquantulũ gratiã, iubens eis, ex se nonnulla peragere.

28 Dub. Cur vult, quod emant gladiũ, cum primo loqueretur de sacculo, & pera? Resp. Ly. exponendo, & qui non habet, s. gladium, vendat tunicam, & emat gladium.

29 Dub. Cur Apostoli non ita responderũt se habere sacculum, & peram, sicut gladiũ? Respõ. Lyr. quia erant animati ad defensionem sui magistri.

30 Dub. Vnde habebant gladios? Respõ. qui sup. quod habebant duos magnos cultellos ad scindendum carnes.

31 Dub. Cur dixit eis, satis est? R. Theophil. quod noluit eos dñs reprehendere, quasi nõ intelligẽtes, sed dicens, satis est, eos dimisit.

32 Dub. Cur solus vnus gladius euaginatus fuit? R. Beda, quod gladius euaginatus ostendit licentiam se defendenti, & audaciam Petri magistrum defendentis, non euaginatus autem significat, quòd perfectior est patientia, quàm defensio illicita.

33 Dub. An Christus indiguit Angelo ad cõfortandum? Respond. qui sup. quod creator creaturæ suæ non eguit præsidio, sed homo factus, sicut propter nos tristis est, ita propter nos confortatur.

34 Dub. Quis fuit ille Angelus? Resp. Landulphus, quòd fuit Michael.

35 Du. Cum frueretur diuinitate, & omnes videret Angelos, quomodo tunc solũ unus sibi apparuit? Resp. Lyr. quod iste apparuit sibi in specie corporali.

36 Dub. Cum confortatio fiat per instructionem, & Christus non indigebat instrui, quomodo confortabat eum? Resp. S Tho 3. par. q. 12. ar. 4. quod non fuit per modum instructionis illa confortatio, sed ad demonstrandum proprietatem humanæ naturæ.

37 Dub. Quid est agonia? Respon. quod est certamen, vel pugna.

38 Du. Quis ergo pugnabat cũ Christo? Respon. qui sup. q. 18. ar. 6. quod hæc pugna erat quædam reluctatio sensualitatis mortẽ horrentis, & rõnis ipsam acceptantis, quia virtute diuina quælibet pars permittebatur agere, & pati, quod erat sibi proprium.

39 Dubi. An verum sanguinem sudauerit? Resp. Aug. quod sic.

40 Dubit. Quomodo potuit sudare sanguinem? Resp. quod hoc fuit supernaturaliter factum, ut iam tunc suum sanguinem pro salutę nostra effundere inciperet.

41 Dub. Videtur, quod differant Euangelistę de eo, quod dominus dixit Iudæ? Respon. Aug. de consensu Euang. quod dominus primo dixit Iudæ. Iuda osculo filium hominis tradis? deinde, quod Matthæus dicit. Amice ad quid venisti, & post dixit quod Ioan. dicit, Quem quæritis.

42 Dub. Cur dominus sanauit auriculã præcisam? Resp. Ly. quod ex maxima charitate.

43 Dub. Cur Pilatus misit Christũ ad Hærodem? Resp. Theoph. quod in hoc secutus est legẽ Romanam, quæ iubebat quemlibet à principe suæ iurisdictionis condemnari.

44 Dub. Quid agebat Herodes in Hierusalem? Resp. Ly. quod venerat ad solennitatẽ cum esset Iudæus, quia pater suus fecerat se circuncidi, vt dicit Iosephus.

45 Dub. Cur Herodes gauisus est viso Iesu? Resp. Theop. quod propter curiositatem. & sperabat aliqđ signũ videre, vt dicit Euãg.

46 Dub. De quibus interrogauit eum Herodes? Ref. S. vin in Ser. passionis, quod interrogauit eum dicens, Audiui qđ scis conuertere aquã in vinũ, & iussit portare magnũ vas aquæ, vt eã conuerteret. Et Xps nihil respõdit. Item audiui, quod scis multiplicare panes, ideo fac coram me. & ipse nihil respondit. Itẽ audiui, quod scis ambulare super aquas. & nihil respondit. Et Hærodes dixit ei, nescis quia potestatem habeo liberandi te. Et Christus nihil respondit.

47 Dub. Cur noluit respondere Herodi, vel facere miracula coram eo? Resp. Ambr. super Luc. quod crudelitas Hærodis non merebatur audire diuina, & dominus iactantiã declinabat.

48 Du. Qualiter spreuit eum Hærodes? R. Ly. quòd reputando eum idiotam, & fatuũ.

49 Dub. Quomodo illusit ei Hærodes? Res. Ly. quod induendo eũ veste alba, sicut tunc induebantur fatui.

50 Dub. Cur Hærodes remisit Iesum ad Pilatum? Res. qui sup. vt honoraret Pilatum sicut ipse eum honorauerat.

51 Dub. Cur facti sunt amici? Resp. qui sup. quod propter reuerentiam hinc inde factã.

52 Dub. Quam inimicitiam habebant? Resp. q sup. quod Pilatus occiderat certos Galileos subiectos Hærodi, vt habetur Luc. 13.

53 Dub. Qui fuerunt isti Galilæi? Resp. Magister hist schol. quod fuit quidam magus de Galilæa, qui dicebat se filium Dei, & multos seduxerat, & dum sacrificarent sibi tanquam

quàm filio Dei in monte Garizin, Pilatus superueniens, eos interfecit miscendo sanguinem eorum, cum sanguine sacrificiorũ.

54 Dub. Quæ mulieres flebant? Resp. ꝗ sem per Virgo cum alijs dictis à Matthæo, & multæ aliæ sequaces earum.

55 Dub. Cur potius mulieres, quàm viri fle bant? Resp. Cyrillus, amans lachrymarum est semper sexus fœmineus, & mentem habens flexibilem ad pietatem.

56 Dub. Cur flebant? Resp. Theoph. quòd ex compassioné.

57 Dubit. Cur vocat eas filias Hierusalem, cum essent ex Galilæa. Resp. Beda, ꝗ non so lum mulieres Galilæę sed etiam plures de Hierusalem adhæserant domino.

58 Dub. Cur non vult, ꝗ fleant super se? R. Lyra, ꝗ non prohibet compassionem, sed prædicit aliam luctus causam in obsidione per Titum, & Vespasianum.

59 Dub. Cur dicit super filios &c. R. Cyril. ꝗ per hoc significabat mulieres in futuro liberis esse orbandas.

60 Dub. Quando venerunt dies illi, de quibus dominus dicit? R. Ly. ꝗ fuit 42. anno post passionem Christi, quando fuit obsessa Hierusalem.

61 Dub. Cur dicit, beatæ steriles &c. Resp. qui supra, quia agiliores erunt ad fugiendum, quàm grauidæ.

62 Dub. Cur dicit beatos ventres &c. R. Ly. quia mulieres habentes pueros in obsidione crudeliter suos assabant filios.

63 Dub. Quomodo dicent montibus cadite super nos? R. Beda, ꝗ Iosephus, refert insistentibus sibi Romanis certatim Iudæos cauernas montiũ colliumq; petijsse spelũcas.

64 Dub. Quid intelligit dominus per lignũ viride, & aridum? Respondit Lyra, ꝗ Christus est lignum fructiferum, & ideo indignũ abscissione per mortem. Populus autem Iudaicus est lignum aridum infructiferum, & per consequens dignũ abscissione per mortem, & combustione gehennæ, quæ est pœna extrema & maxima.

65 Dub. Qui erant illi, qui percutiebant pectora sua? R. qui sup. ꝗ fuerunt illi qui fuerant decepti à legisperitis petentes Christũ crucifigi, & Barrabam dimitti.

66 Dub. Cur percutiebant pectora sua? R. Beda, ꝗ vel quia eum, quem in vita dilexerant iniustè occisum videbant, siue culpa mortem impetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatum tremebant.

Alia dubia occurrentia quære in die palmarum.

FERIA QVINTA IN COENA Domini.

Ante diem festum Pascha. Ioan. 13.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 24. Martij.

HISTORICE.

Suam dominus agnoscens peruenisse horam, quæ hac ex vita ad genitorem trãseat, sciens quoque omnia à patre suæ tradita potestati, & quoniam ad eum, à quo egressus est, reuertitur, suis omni dilectione prosecutis, quos in fine plurimum dilexit. Iuda iam diabolo insistente, vt eum proderet deliberato, vestib. exutis & linteo accinctus, cœna peracta, discipulorum pedes aqua lauare exorsus est. Primum resistenti Petro & post assentienti eius pedes abluens mundos ipsos, quamquàm non oẽs, ꝓꝑ proditorem fore dicit. Omnium autem pedibus lotis, iterum recumbens ait, se eorum cũ dñs, & magister ab eis vocaretur, & esset, abluisse pedes, eiusque exemplo de eis dederat, alterum alterius pedes lauare debere.

Nunc dubia sunt soluenda.

1 DVBITATVR. An hac hora cogeret Christum ex hoc mundo transire? R. Ly. ꝗ non, quoniam non fatalis erat hæc hora, sed à patre determinata.

2 Dub. Q̃uo vult transire ad patrem, qui semper est cum patre? R. qui sup. ꝗ transit, nõ per loci mutationem, sed sicut dicitur à patre venisse assumendo nostram naturam mortalem, ita dicitur ad patrem redire faciendo ipsam cõsortem paternæ gloriæ per immortalitatem in sua resurrectione.

3 Dubit. Cur dicitur sciens, nunquid ante non sciebat? R. Chrys super Io. ꝗ non solum tunc sciebat, sed & olim.

4 Dub. Quę erat dies ante festum Paschę? R. Lyra, ꝗ erat 14. luna, in cuius vespera immolabatur agnus.

5 Dub. Quos vocat suos? R. qui sup. i. discipulos, qui sui erant ẜm familiaritatis rationem, qm̃, & alij sunt sui secundum cõditionis rõnem, Io. 1. c. Et sui eũ non receperunt.

6 Dub. Cur dicit, qui erãt in mundo? R. qa etiam

etiã habebat alios defunctos, scilicet, Abraham, Isaac &c.

7 Dub. Quomodo in finem dilexit eos? ℞. Ly. quia in morte specialia eis signa dilectionis ostendit.

8 Dub. Quia non videtur cœna facta, quia post ablutionem iterum recubuit? ℞. Aug. ꝙ non erat totaliter facta, sed ad conuiuentium mensam, vsumque perducta, & iam comederant agnum paschalem.

9 Dub. Quomodo misit diabolus in cor Iudæ, vt traderet eum? Resp. quòd suggerendo per cogitationem.

10 Dub. Cum in die præcedenti iam fecisset pactum de eum tradendo, cur Euangelista hic hoc dicit? ℞. Chrys. vbi supra, quod quasi stupens interserit, quoniam dominus eum, qui se proditurus erat, lauit.

11 Dub. Cur dicit sciens, quia dedit ei omnia pater in manus? Respond. Augustinus, quoniam loquens Euangelista de tanta Domini humilitate, prius eius celsitudinem voluit commendare. Et ita vt dicit Lyra, ex hoc patet in Chisto plenitudo scientiæ, & potestatis.

12 Dub. Quæ sunt, quæ dedit sibi pater in manus? ℞. Aug. ꝙ etiam ipsos persecutores, & proditorem, vt dicit Origenes.

13 Dub. Quomodo exiuit à patre? ℞. S. Th. prima par. q. 42. art. 5. quòd exitus filij à patre est secundum modum processionis interioris, prout verbum exit à corde, & manet in eo, & talis in diuinis est secundum distinctionem relationum, non secundum essentialem aliquam distantiam.

14 Dub. Si semper est cum parte, quomodo dicitur ad nos venire? Resp. Aug. quòd nec Deum cum inde exiret, nec nos deserẽs cũ rediret.

15 Dub. Cur non expectabant surgere post cœnam? ℞. Chrys. ꝙ hæc omnia facit ex humilitate, ostendens, quòd cum omni studio oportet talia facere.

16 Dub. Vbi posuit vestimenta sua? ℞. Ly. ꝙ ponit, i. deponit vt conuenientius hoc ministerium exhiberet.

17 Dub. Cur præcinxit se? Resp. Chry. vt nihil omitteret de his, quæ ad hoc officium requiruntur.

18 Dub. Cur ipse misit aquam in pleuim? ℞. Ly. vt proprijs manibus omnia exequeretur, & non per mysterium aliorum.

19 Dub. An discipuli haberẽt pedes immũdos? ℞. qui sup. ꝙ habebant eos lutosos, quoniam discalciati incedebant.

20 Dub. Cur non permittebat eis pedes eorum extergere? ℞. Ly. ꝙ ideo, vt impleret humilitatis officium.

21 Dub. An solum cœpit lauare, & non perfecit? ℞. Chrys. quòd omnium lauit pedes, etiam Iudæ.

22 Dub. An omnes simul lauerit, quia dicit cœpit lauare pedes discipulorum? ℞. Ly. ꝙ Euangelista narrat factum in generali, & post in particulari, cum dicit, venit ergo ad Simonem Petrum, & ita lauit pedes vnius, & post pedes alterius.

23 Dub. A quo incæpit lauare? ℞. Orig. ꝙ à iuniorib. & vltimo venit ad Simonem Petrum minus alijs indigẽtem lotura pedum. licèt Aug. dicat quòd incæpit à Petro.

24 Dub. Cur Petrus permisit sibi lauari pedes antequàm recusaret, dicens. Domine tu mihi lauas pedes? ℞. Ly. ꝙ sic intelligitur, tu mihi lauas pedes? idest disponis lauare. q. d. nullo modo licet.

25 Dub. Cur sic Petrus recusabat? ℞. ꝙ ex magna reuerẽtia, quam habebat ad Iesum. Vnde & Lucæ 5. cap. dixit in principio suæ conuersionis, exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

26 Dub. Cur dicit Iesus, ꝙ facio tu nescis, cum sciret quòd volebat sibi lauare pedes? ℞. quòd verba Christi non referuntur ad factum, sed ad mysterium.

27 Dub. Quod mysterium erat istud? ℞. Ly. ꝙ in hoc erudiebat eos, vt virtutem capescerent humilitatis, vt posteà ipse dominus exposuit, & hoc ignorabat Petrus.

28 Dub. Quomodo post sciuit hoc Perrus? ℞. Ly. quod postquàm dominas eis dixit, scitis, quæ fecerim vobis.

29 Dub. Cur potius hoc elegit tempus ad lauandum, quàm aliud? Resp. Orige. quoniam tunc futura pro hominibus dispensatio imminebat, nec ante oportunum erat, nec post dispensationem, quia Spiritu sancto superueniente eorum loti sunt pedes.

30 Dub. Cur dicit Petrus non lauabis mihi pedes in æternum? Resp Aug. q. d. hoc nunquàm patiar, hoc quippe in æternum non fit, quod nunquàm fit.

31 Dub. Cum primò dixerit, tu mihi lauas pedes, cur secundo acriter dixit, nõ lauabis in æternum? ℞. Orig. quòd secũdo non solum Christũ arguit, sed & condiscipulos, vt non permitte-

permitterent se lauari, nec fuit exterius alti tudine facti, vt dicit Augusti.

32 Dub. Cur nō acquieuit Iesus Petrus? ℞. qui supra, quia non erat expediens Petro proprium responsum.

33 Dub. An Christus lauerit totum Petrum, quia ei dicit, si non lauero te? ℞. Aug. quòd hoc ita dictum est, si non lauero te, cū de solis pedibus ageretur, quomodo dici solet calcas me, quando sola planta calcatur.

34 Dubi. Quomodo Petrus non permittendo sibi lauari pedes debebat priuari habere partem cum Christo? ℞. Lyr. quòd si intelligamus de lotione corporali pedum ipsius Petri, dicendum, quòd sicut aliquid est illicitum non ex natura sua, sed tantum quia prohibitum, ut patet de esu ligni vetiti primi parentis: ita similiter aliquid est necessarium ad salutem non ex natura sui, sed propter præceptum Dei prælati, & sic erat in proposito. Ex quo enim Christus volebat simpliciter hoc facere, Petrus de necessitate salutis tenebatur sustinere.

35 Dub. Cur post permisit Petrus sibi lauari pedes? ℞. Chry. vbi supra, quòd postquam comminatus est ei id, quod maximè timebat, s. separari ab eo, tunc permisit.

36 Dub. Cur non lauit sibi manus, & caput? ℞. Orig. quòd manus noluit lauare contemnens, quod dicebatur, quòd discipuli sui nō lauant manus cum panem manducant. Caput autem submergi nolebat, in quo imago, & gloria patris exiterat, satis est autem ei, vt pedes lauandos porrigeret.

37 Dub. cur cum primò nollet ex reuerentia Petrus, quod sibi lauaret pedes, nunc nullam reuerentiam habendo vult, vt lauet manus, & caput? ℞ Ly. quod hoc dixit, quia potius sustineret illa lauari, quam a Christo separari.

38 Dub. Cur Petrus non ita petijt lauari cęteras partes corporis, sicut illas? ℞. qui supra quòd pedes sunt inferior pars corporis, manus media, caput superior. Et ideo, per expressionem istarum partium intelligitur totum corpus.

39 Dubi. Quomodo Apostoli fuerant loti, quia dominus dicit, qui lotus est non indiget &c. ℞ Aug. quod ex hoc colligitur, q̄d Apostoli fuerant baptizati à Christo.

40 Dub. Cum totus homo abluatur in baptismo, cur adhuc vult lauare pedes? ℞. August. quod licet totus lauetur homo in baptismo. Veruntamen cum rebus humanis postea viuitur, utique terra calcatur. ipsi vtique humani affectus sine quibus in hac mortalitate non viuitur, quasi pedes sunt, ubi & quasi humanis rebus afficiuntur, ut si dixerimus, quia peccatum nō habemus, ipsi nos decipiamus. Si autem confitemur peccata nostra, qui pedes discipulorum lauit, nobis peccata dimittit vsq; ad pedes quibus conuersamur in terra.

41 Dub. Cur dixit non estis mundi omnes? Resp. Aug. quod hoc quid scit non quæramus, ipse Euangelista patefecit dicens, sciebat enim quisnam traderet eum &c.

42 Dub. Si erant mundi, cur lauare vult? Res. Orig. ut mundus mundificetur adhuc, sicut dicit Ioannes.

43 Dub. Cur lauit Iudam, quem non mundauit. Res. quod ex humilitate, & vt retraheret eum à proditione.

44 Dubi. Cur post accepit vestimenta sua? ℞. Ly. quòd sicut ad ministrandum congruebant vestimenta deponi, ita ad docendum honeste debent assumi.

45 Dub. Quomodo mundi erant, cum adhuc non mundasset eos per passionē suam? ℞. Chrysostom. quod eos dicit mundos non exutos à peccatis, victima nondum oblata, sed quia iam ab errore Iudaico exuti erant.

46 Dub. Cur iterum recubuit? ℞. Lyr. quia sedendo debet doctor docere.

47 Dub. Cur dicit, scitis quid fecerim vobis? ℞ Aug. quod memor dominus se promisisse Petro, quod sciret, postea adimplet promissum eos de hoc docendo.

48 Dubit. Quoniam ut plurimum uocabant eum Rabbi, & hic dicit, quod uocabant eum dominum? ℞. quod vocauerunt eum dominum pluries, & maxime quando dixerunt, nunquid ego sum Domine.

49 Dub. Cum soli Petro promisisset se causam lotionis dicturū, cur postmodum omnibus dixit? Res. quod sicut omnium pedes lauit, ita omnes docet.

50 Dub. Cur ipse se laudat dicendo, & bene dicitis? ℞. Augustinus, quod homo non debet se laudare, & extollere, quia periculosum est, & cauere debet superbire: sed ille, qui est super omnia quantumcunque se laudet non se extollit excelsus, nec potest rectè dici arrogans Deus. Nam nobis sapientiam denegabit, si non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit, cum nemo

mo eum cognoſcat ſi ipſe non indicet.

51 Dub. Cur prius non facit exhortationem & poſt lauare pedes? Reſ. Lyr. ꝙ eſt conuenientior modus docendi: quoniam in moralibus magis mouent facta, quàm verba, ut patet Exod. 7. Ethicorum. Et ipſe incæpit facere, & poſt docere. Actuum 1. cap.

52 Dub. Videtur, quòd male doceat dicens: ſicut ego feci, ita & uos faciatis, quia redarguit Petrum quod pertinet ad ſuperiorem? ℞. Ly. quòd exemplum dedit humilitatis, & de hoc intelligit: nec hoc refertur ad præceptum, ſed ad officium.

53 Dub. Cur dicit, ſi ego dominus, &c. Reſp. Chry. quòd à maioribus rebus accepit exēplum, ut quod minus eſt, operemur. Nam ipſe quidem dominus eſt, & ſeruis facit: nos autem ad conſeruos facimus ſi fecerimus, & ideo minus facimus, quam ipſe.

54 Dub. Cur dicit, ut quemadmodum ego feci, &c. ℞. Beda, quia ſi præcepiſſet, & non feciſſet, poſſet fortaſſis aliquis de eo cōqueri, ꝙ alijs imponit, ꝙ non vult ipſe ſufferre.

ALLEGORICE.

[Quod Christus cenat cum apoſtolis] ſignat, quòd prādium, ideſt intentio antiquarum ſcripturarum præterijt [& cœna] ideſt noua myſteria recondita in nouo teſtamento proſunt [qui cœnant cū Chriſto] egent lauacro non quidem corporis, & animæ, ſed pedum, ideſt eorū, quæ neceſſario terræ hęrent [quod incepit lauare, & poſt finiuit loturam] ſignat, quia pedes apoſtolorum fuerunt contaminati, quoniam omnes ſcandalizati ſunt in illa nocte in eo, ſed poſt perfecit loturā, ſcilicet, poſt reſurrectionem, purgans eos ut ultra non fœdarentur [poſuit ueſtimenta ſua] qui cum in forma Dei eſſet, ſemetipſum exinaniuit [præcinxit ſe linteo] qui formā ſerui accepit [miſit aquam in peluim, ut lauaret pedes diſcipulorū] qui in terra ſanguinem fudit, quo immunditiā dilueret peccatorum. [Linteo, quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terſit] q. carne, qua erat indutus euangeliſtarū ueſtigia confortauit, [& linteo quidem, ut ſe pręcingeret poſuit ueſtimenta, quę habebat, [ut autem formā ſerui acciperet, qn̄ ſemetipſum exinaniuit, non quod habebat poſuit, ſed quod non habebat accepit; crucifigendus ſanè ſuis expoliatus ueſtimētis, & mortuus inuolutus eſt in linteis, & tota eius paſſio noſtra purgatio eſt; [ꝙ ad Simeonem Petrū uenit] ſignat neminem etiam magnum non indigere lauari [quòd Petrus primò recuſat, & poſt abluitur] demonſtrat uolentes ꝑquirere rationes fidei antequam baptizentur, ſed tamen à Deo moniti ulterius non quærentes, ut habeant partem cum domino baptizantur, [ꝙ petit lauari manus, & caput, & dominus non lauat niſi pedes] ſignat baptiſmum non eſſe iterandū, ſed qđ affectiones terrenæ abluendæ ſunt, [quòd non omnes mundi ſunt] oſtēdit non omnes baptizatos mundos fore, qui ſcilicet prodūt dominum cui fidem promiſerunt [quòd expleta lotione accepit ueſtimēta ſua, & ſedit] ſignat, quòd poſt tres dies paſſionis reſurrexit, accipiēs ueſtimenta immortalitatis, & aſcendit in cœlū, ſedetq; ad dexterā patris, [quòd dicit bene ſe uocari dominū, & magiſtrum, & ſic eorum lauaſſe pedes, & ita ipſos aliorum pedes lauare debere] ſignat ꝙ doctrinam, quā ab eo acceperunt, fidei propter quam mundati ſunt, alijs prædicent, & ſimiliter mundētur, & tunc poterunt uocari magiſtri eorum, quos ad ſalutē perducēt.

TROPOLOGICE.

Ex hoc euangelio inſtruimur, ut diligamus proximum vſque ad mortem, & cuſtodiamus, ne diabolus immittat cogitationes ſine intellectu in cor noſtrum [ſurgamus à cœna] ut non ſemper uacemus epulis, [& ponamus ueſtimenta noſtra] pauperes induendo, [linteum accipiamus] miſericordiæ, & ponamus aquam in peluim] ideſt eleemoſinam abundanter largiamur, [& lauemus pedes noſtros] miſericordiis pauperum [& tergamus eos] bonis operibus, nec reluctemur ut Petrus, cum immiſſæ nobis fuerint bonæ cogitationes, [nec lauemus caput] perquirentes uitia prælatorum [nec manus] perquirentes peccata proximorum [ſed ſolum pedes] ideſt noſtra errata [ſimulque mundi] ſeruantes per nos in baptiſmo promiſſa, reſumamusque ueſtem baptiſmalem [cum errauerimus per pœnitentiam] doceamusq; proximum uerbo, & exemplo Chriſti, pręceptum adimplendo.

ANAGOGICE.

Ex his, quę dominus geſſit adhuc mortalis contēplari poſſumus, quę facturus eſt electis ſuis nunc immortalis, glorioſus, atque trium-

triumphans verè n. ex his, quæ gessit demonstrari potest, quod dicitur oculum non videre, aurem non audire, nec in cor hominis ascendere posse, quæ largietur gaudiorum his, qui eius exemplo, via humilitatis regnum fuerint mercati cœlorum.

FERIA VI. IN PARASCEVE.

Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Io. 18. vt in die Palmarum.

Alia circa passionem Domini videnda sunt dubia & soluenda.

1 DVBITATVR. Cur in principio passionis non dicitur, in illo tpe, sicut alijs dieb. quando legitur passio? Resp. S. Vinc. in sermone hodierno, q quotidie per totam hanc septimanā fuit facta memoria passionis Christi, sed tāquam res diu præterita, & ita dicebatur in illo tēpore, sed hodie recitatur, vt præsens, & ocu-lariter visa. Et ideo hodie non dicitur, In illo tempore, sed dicitur, Egressus est Iesus, in præsenti, & ratio differentiæ est, quia res præsens plus mouet corda hominum, quàm præterita, & plus pungit nunc ictus muscæ, quàm olim vulnus datum.

2 Dub. Cur cum legitur passio nunq̄ populus salutatur, vt in dñica, neque fer. 3. neque fer. 4. neque hodie dicendo Dñs vobiscum? Resp. quod vt colligitur ex rationali diuinorum officiorum, q cum repræsentatur tps dominicę passionis, q præcipue post cœnā cum discipulis factam incępit, & eo tempore Dominus discipulos non salutauerit, sed potius eos ad orandum pluries excitauerit, ideo in lectura passionis populus non salutatur, sed potius, quod oret insinuatur.

3 Dub. Cur deferunt faces, & lanternas? R. The. ne Christus latens in tenebris fugeret.

4 Dub. Cur interrogat quem quærerent, cum hoc sciret? Resp. Theoph. q hoc quærit, non ignorans, quia sciebat omnia, quæ ventura erant super eum, sed ostendere volens, quoniam cum præsens esset ab eis, videri non poterat, vel discerni.

5 Dub. Cur dixit, ego sum? R. Chrys. super Io. q ostendens qm̄ non solum comprehendere eum non possent, sed videre in medio existenté, non possent, nisi ipse concederet.

6 Dub. Cur dr̄, q Iudas stabat cum ipsis? Respond. quòd ex hoc, quod etiam Iudas ignorabat eum, nisi ipse concederet.

7 Dub. Cur ceciderunt in terram? Respon. Lyra, q hoc ex diuina ordinatione gestum est, vt declararetur virtus diuinitatis eius.

8 Dub. Cur secundo quæsiuit, quid quærerent? Resp. qui sup. quoniam nec prima vice ad eius vocem eum cognoscere potuerunt, donec post, quando voluit.

9 Dub. Cur ceciderūt retrorsum? R. Greg. super Ezechielem, q qui retro cadit, nec videt, sicut iniqui, qui capiunt in tēpore suo.

10 Dub. Cur præceperit, q alios sinant abire? Resp. vt discipulis eius non noceant.

11 Dub. Cùm Iudas damnatus sit, quomodo non perdidit ex eis quemquam? Respon. Ly. q iam exceperat Iudam, vt Ioan. 17. ideo hic non amplius replicat Euangelista.

12 Dub. De qua perditione intelligit hic Dominus? Resp. Ly. quod de vtraque, s. spirituali, & corporali.

13 Dub. Quis fuit ille discipulus, qui introduxit Petrum? R. Aug. q non est temerè affirmandum, quia tacetur, solet autem se idem Ioan. significare, & addere quem diligebat Iesus, fortassis autem & hic, ipse est.

14 Dub. Cur non ponit nomen suum si est Ioannes? Resp. Chrys. vbi supra, q humilitatis gratia, nam & hic magnam rectitudinem enarrat quomodo omnibus fugientibus ipse sequitur.

15 Dub. Cur hoc scripsit Euangelista? Resp. qui supra, q volens describere negationem Petri, coactus est suipsius meminisse, & vt discas, quoniam certius enarrat ea, quæ facta sunt in atrio, quasi intus existens.

16 Dub. Cur dicit, q erat notus Pontifici? Respon. qui supra, in hoc succidit propriam laudem, non enim hoc, quasi magnum quid de seipso ponit.

17 Dubit. Quomodo erat notus Pontifici? Respon. Lyra, quia forte missus a patre suo pluries portauerat pisces Pontifici, vel fortè, quia aliquis de cognatione eius ibi seruiebat, vel aliqua alia causa.

18 Dub. De quo Pontifex interrogat Iesum de discipulis? Respon. Chrysost. vbi supra, q forte vbi erant, vel cur eos collegit.

19 Dubit. Cur sic interrogat de discipulis? Resp. qui supra, q quasi seditiosum, & nouarum rerū factorem redarguere volens nullo alio attendente ei, quàm eius discipulis.

20 Dub. De quo interrogat, de eius doctrina? Resp. The. q vtrum sit a lege discrepans

&

& aduersa Moysi, vt exinde occasione concepta, vt Dei æmulum perdat.

21 Dub. Cur Dñs non r̃ndit de discipulis? ℞. Ly. quòd pro tunc nil boni eis poterat r̃ndere, quia principaliorem inter eos statim audierat ipsum in sua præsentia negasse.

22 Dubit. Cur respondit de doctrina sua? Resp. qui supra, eo quòd erat sana.

23 Dubit. Cur dicit, ego palam locutus sum mundo? ℞. Ly. q̃ ad denotandũ, quod non erat suspecta, quia talis in angulis, & latterbris docetur, non in loco publico, & sacro.

24 Dub. Quia videtur quòd non semper palàm locutus sit, quia aliquando discipulis secretò locutus fuit? ℞. August. super Ioannem, q. d. quòd si coràm tot discipulis locutus fuit non in occulto locutus fuit.

25 Dubitatur. Cur dicit, interroga eos, qui audierunt? Resp. Ly. q. d. paratus sum testimonium eorum subire.

26 Dubit. An licitè minister dederit alapam Christo? ℞. S. Thom. 2. 2. q. 65. art. 5. quòd non, cum non haberet super eum potestatem nec causam verberandi, quæ ambo concurrunt, vt licitè quis verberetur.

27 Dub. Cum Christus dixerit Matth. 15. si quis te percusserit in maxillam, præbe ei & alterã, videtur quòd malè fecit redarguere percutientem? ℞. Aug. quòd illud præceptũ, & plura alia, quæ ibi ponuntur, non dantur absolutè, sed secundum præparationem animi, vbi videtur expedire ad honorem Dei, & vtilitatem ecclesiæ, aliàs non, imò expedit aliquando iniuriantibus respondere, ad ipsorum, & aliorum instructionem, sicut fecit hic Christus.

28 Dubit. An iniuriantibus liceat resistere? ℞. qui supra, quòd aliquando sic, etiam facto ne detur occasio malis male agendi.

29 Dub. Cur dicit, si malè locutus sum &c? ℞. qui sup. q. d. si male egi, potes testimonium perhibere, & non me percutere.

30 Dub. Q̃uo adducunt Iesum ad Caypham in prætorium, cum in prętorio habitaret Pilatus? ℞. Ly. quòd vitio scriptorum dicit ad Caypham, sed debet scribi à Caypha. i. à domo Cayphæ in prætoriũ, & ita dicitur in Græco, & ad illud recurri debere, quia Ioan. scripsit Euangelium in Græco.

31 Dub. Quid est prætorium? ℞. quòd est locus, in quo sedes Prætoris posita est.

32 Dub. Qui dicuntur prætores? Resp. qui sup. quòd prætores dicuntur, quasi præceptores, eò quod ciuibus præcepta dent.

33 Dub. Quia Matthæus dicit, quod duxerunt Iesum ad domum Cayphæ, & hic dicitur ad domum Annæ? ℞. August. de consensu Euang. quòd ad ipsum Caypham ab initio ducebatur, ad quem in extremo productus est, sed nulla mora interposita est quin occidendus Pilato traderetur, quia hoc iam antea Cayphæ visum fuerat.

34 Dub. Quomodo timebant contaminari ingredientes prætorium? Resp. Ly. quòd in ingressu domus hominis Gentilis.

35 Dub. Quomodo verum dicunt, quòd eis non licet interficere quemquam, cum secundum legem deberent blasphemos lapidare? ℞. Lyra, quòd Romani retinuerant sibi causam sanguinis, sed dimiserant quædam minora Iudæis iudicanda.

36 Dub. Cur dicit Pilatus, accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum? ℞. qui supra, quòd ne morti traderetur, cum eis potestas ablata fuisset sanguinis.

37 Dub. Quod dictum Christi fuit impletum? ℞ qui supra, quòd illud Matth. 20. c. s. tradetur Gentibus ad illudendum, & crucifigendum, quia Pilatus Gentilis, & milites Gentiles Christum crucifixerunt.

38 Dubitatur. Cur dicit, regnum meum non est de hoc mundo, cum sit rex regum. & dominus dominantium? Respondit qui supra, quòd in hoc non negat se esse regem, sed vt tollat occasionem calumniæ temperat suam responsionem, quòd scilicet, non quærit huius mundi temporalem dominationem.

39 Dubit. Cur dicit, si regnum meum esset de hoc mundo, &c. ℞. qui supra, quoniam omne regnum temporale habet firmitatem non solum ab ipso rege, cum sit vnus solus homo, sed etiam à ministris contra aduersarios pro ipso pugnando.

40 Dubitatur. Cur dicit, ego in hoc natus sum, &c. ℞. Augustinus, quòd temporalem natiuitatem suam hic commemorat, quasi dicat, veni in mundum per carnis assumptionem, vt testimonium perhibeam veritati, idest docendo, & radicãdo veritatem in cordibus fidelium.

41 Dubit. Cui veritati testimonium perhibet? ℞. Augustinus, quòd sibiipsi, eius quippè vox est, ego sum veritas.

42 Dub. Cur accusatus quod esset malefactor, nihil respondit, & nunc interrogatus

de

de regno, respondit? Resp. Chrys. qđ in hoc suam humilitatem ostendit ferendo silenter cum eum malefactorem appellabant, sed de regno Pilato respondens eum erudit, & ad altiora deducit.

43 Dub. Nunquid non omnes sunt ex veritate, cum veritas oẽs creauerit, cur igitur dicit oĩs qui est ex ueritate? Resp. Aug. qđ quo ad creationem omnes sunt ex veritate, sed non omnes sunt, quibus vt obediant veritati ex ipsa ueritate præstatur.

44 Dub. Quid est audire uocem Christi? Respon. qui sup qđ est interioribus auribus audire, & obedire præceptis eius.

45 Dub. Cur talia deduxit coram Pilato? ℞. Lyra, quod quia Pilatus quærebat de regno, ideo ostendit se regnare spiritualiter in eis, qui sibi obediunt, & tale regnum non impediebat Imperatoris Romani dominiũ, de quo quærebat Pilatus.

46 Dub. Cur Pilatus non expectauit responsionẽ cum quæsiuit, quid est veritas? Resp. Alcuinus super Io. quia forte Pilatus non erat dignus audire, uel ut dicitur ab Aug. & Chrys. sibi tunc uenit in mentem consuetudo Iudæorũ de dimittendo vnũ in pascha. Ideò ut liberaret eum nõ expectato responso, qm̃ indigebat tẽpore, exiuit ad Iudæos.

47 Dub. Cur q̃rit Pilatus, qd est veritas, cũ ipse sciret diffinitionẽ ueritatis? Res. Ly. qđ non propter hoc quærit, sed quærit quæ est illa veritas, cuius virtute, & participatione homines efficiuntur de regno Christi.

48 Dub. Quid ergo est talis veritas? Respõ. qui sup. ꝙ est quædam impressio, & participatio veritatis diuinæ.

49 Dub. Quæ est diffinitio veritatis? Res. S. Tho. 1. par. q. 16. ar. 1. ꝙ cum ueritas principaliter sit in intellectu, & secundario in rebus, secundum quod comparantur, ad intellectum, vt ad principium. Et ideò inquãtum cõsideratur secundum quod est in intellectu, sic diffinitur ab Aug. in lib. de vera religio. ꝙ ueritas est, qua ostenditur id, qđ est. Ad veritatem autem rei secundum ordinem ad intellectum pertinet diffinitio Anselmi s. ꝙ veritas est solum mente perceptibilis. & Auicenna sic diffinit, ueritas vnius cuiusque rei est proprietas sui esse, ꝙ stabilitum est ei quòd autem dicitur, quod ueritas est adæquatio rei, & intellectus, potest ad utrumque pertinere.

50 Dub. Cur Pilatus audito sermone Iesu magis timuit? ℞. Beda, quòd non timuit legem Iudæorum, quia alienigena erat, sed magis timuit ne filium Dei occideret.

51 Dub. An Pilatus ipse flagellauerit Iesũ? Resp. quòd non per se, sed per suos milites, & ministros.

52 Dub. Cur iussit eum flagellari? Res. Ly. quia videbatur sibi durũ innocentẽ interficere, ideò et satisfaceret Iudæis hoc fecit.

53 Dub. Cur Iesus exiuit? Res. qui supra, ꝙ ex præcepto Pilati.

54 Dub. Vnde exiuit, & quo iuit? Resp. qui supra, qđ ex domo Pilati ad locum vbi stabant Iudæi.

55 Dub. Cur voluit Pilatus, vt portaret coronã spineam, & purpureum uestimentum? Resp. qui sup. ꝙ vt Iudæi mouerentur ad compassionem sensibiliter videntes eum illusum, & flagellatum.

56 Dub. Cur dicit, ecce homo? Res. qui sup. q. d. si in aliquo errauit vltra condignum, punitus est, debet vobis sufficere.

57 Dub. Cur dicit non haberes in me potestatem? Res. qui sup. ꝙ in hoc arguebat Pilati peccatum, qui non acceperat potestatem à Cæsare, & à Deo condemnandi innoxios, sed magis eos liberandi.

58 Dub. Quæ lex iubebat Iesum mori? Res. qui sup. ꝙ cum dicerent Iesum esse blasphemum, lex contra blasphemos, quod debebant lapidari, habetur Leuit. 24. c.

59 Dub. Cur quærebat Pilatus vnde esset Iesus? ℞. qui sup. vt sciret si esset ex origine diuina secundum veritatem.

60 Dub. Cur ad hoc non respondit Christus? Resp. qui supra, quia Pilatus erat idololatra, & generationem diuinam capere non potuisset.

61 Dub. Cur dicunt, omnis, qui se regem facit, &c. ℞. qui sup. quod quia Christus confessus fuerat se esse regem.

62 Dub. Quid est Licostratos, & Gabatha? ℞. qui sup. quòd Licostratos est nomẽ Græcũ, & est idem, quod lapidum stratura, & dicitur a lichos, quod est lapis, & stratos, quod est pauimentum siue stratura, & idem significabat Gabatha, qđ est Hebræum, & ille locus erat ante domum Pilati s. locus de lapidibus præparatus.

63 Dub. Cũ Marcus dicat, qđ hoc fuit hora tertia, & hic dicatur, quasi hora sexta, videtur contradictio? Res. qui sup. qđ erat inter tertiam, & sextã, & quia medium ab vtroque

que extremorum pōt dominari. Ideò Marcus dicit hora tertia, & Ioānes hora sexta.

64 Dub. Cur dicit ecce rex vester, cum supra dixerit, ecce homo? Respō. qui sup. q. d. Mirum est, & hunc hominem abiectum, & flagellatum dicitis sibi velle vsurpare regnū Iudæorum.

65 Dub. Cur dicit regem vestrū crucifigā? ℞. qui sup. q. d. ex quo eū regnare formidatis, & iā de hoc fuit fama magna, erit vobis uerecunda, ꝙ morte moriatur sic abiecta.

66 Dub. Cur nolebāt, quod scriberetur rex Iudæorum? Resp. qui sup. ꝙ propter eorum verecundiam, quia Gentiles hoc reportarent ad diuersas partes orbis.

67 Dub. Cur dicunt, sed quia ipse dixit rex sum Iudæorum? Resp. qui sup. quia titulus sic correctus nō sonabat in eorū verecūdiā.

68 Dub. Cur Pilatus noluit mutare titulū? Res. qui sup. quia hoc ita a Deo sic ordinatum fuerat per titulum psal. 58. & duorum præcedentium, qui loquuntur de passione Christi, qui talis est. Ne corrumpas tituli inscriptionem.

69 Dub. A quo Christus habuit illā vestem inconsutilem? Resp. Gotofredus in suo pantheon, dicens metricè. Mittitur à cęlis puero dignissima vestis. Hæc inconsutilis miro colore fuit, hanc pater à cęlis misit, non fęmina neuit: Longa fuit quę breuis, puero crescente recreuit.

70 Dub. Quæ scriptura debebat impleri? ℞. illa Ps. 68. In siti mea potauerunt me aceto.

71 Dub. Qūo discipulus accepit semper Virginem in suam? ℞. Bed. ꝙ in suam curam.

72 Dub. Cur ille dies sabbati erat magnus? Resp. Ly. quoniam dies sabbathi occurrens infra octauam paschæ erat solemnior, quoniam tunc festum duplicabatur.

73 Dub. Qūo non fregerunt crura Iesu, qui erat in medio latronum? ℞. quòd licèt mortuus esset, tamen vnus militum, ut dicit Ly. à dextris, & alius, à sinistris latronum hinc inde crura simul fregerunt.

74 Dub. Cur ex quo Christus mortuus erat aperuit miles latus eius? Resp. Theophilus ꝙ ut complaceret Iudæis, circa corpus exanime contumelias inferendo.

75 Dub In quo loco fuit lancelatus? Res. S. Vinc. quòd non in loco, neque in ea parte in qua pingi solet, sed infertus infra mollitiem carneam, & ossa pectoralia, & sic sursum ascendit ad cor.

76 Dub. Vbi scribitur, os non comminuetis ex eo; & uidebunt in quem transfixerunt? Resp. quod primum scribitur Exod. 12. Et secundum Zachar. 12.

77 Dub. Qui fuit ille miles, qui lanceauit? Res. Iac. de Vorag. ꝙ uocatus fuit Lōginus qui aliqualiter cæcutiens erat, & dum vna gutta sanguinis Christi eius perfudisset oculos ex tunc clarè vidit, & conuersus ad fidē tandem pro Christo martyrium suscepit.

78 Dub. Quando videbunt in quē transfixerunt? Resp. Ly. ꝙ in futuro iudicio, in quo conuincet Iudæos de peccato suæ mortis.

79 Dub. Cur exiuit sanguis & aqua? ℞. Ly. quòd sanguis exiuit ad nostram redemptionem, & aqua ad nostram ablutionem.

80 Dub. An illa aqua, quæ exiuit, fuerit vera aqua? Resp. S. Th. 3. par. q. 66. ar. 4. q̄d sic.

81 Dub. Cur dicit euangelista, qui vidit testimonium perhibuit? Resp. Chrys. q. d. non ab alijs audiuit sed ipse presens vidit.

82 Dub. Cur dicit, & verū est testimonium eius? Res. Chrys. ꝙ conuenienter hoc dicit, conuicium Christi enarrans, non magnum aliquod admirabile signum, ut sic suspectus sermo redderetur, sed ipse hoc dicit hęreticorum ora præcludens, & futura personans mysteria, & eum, qui iacebat in eis inspiciens thesaurum.

83 Dub. Cur dicit, ut & vos credatis? Resp. Aug. quia ille qui vidit, scit, & eius credat testimonio qui non vidit.

Alia require in dominica palmarum.

SABBATHO SANCTO Paschæ.

Vespere autem sabbathi. Matt. 28. Marci 16. Luc. 24. & Ioan. 20. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die 27. Martij in dominica.

HISTORICE.

Dominica, quæ dr̄ prima sabbathi, ut dominicum intuerentur sepulchrum, Maria Magdalenæ altera cum Maria venit, & terremotu facto dn̄i Angelus, cuius aspectus, ut fulgur apparebat, & uti nix cādidū indumentum habēs, ueniens ex cęlo lapidem à monumento reuoluit, super eumq; sedit, ex territis p̄ timore custodibus, & ad mortuorum instar redactis. Verum ut nō timerent ipsę fęminæ, angelus imperauit, seq; scire quod Iesum cruce damnatū quærerent, sed

ab

ab eo ipsum abesse loco, eiusq; in signum depositionis locum demonstrauit. Iussitq; vt eum iuxta promissa ad lucem redisse discipulis nunciarent, quodq; in Galileam ipsos præueniret, vbi quemadmodum prædixerat eum cernerent.

Dubia soluenda hæc sunt.

1 DVBITATVR. Quando lucescit illud vespere? Respon. Ly. quòd vespera q incepit illucescere in principio diei sequentis sabbathi.

2 Dub. Cur dicitur prima sabbati? Resp. Ly. q omnes dies septimanę denominabantur à sabbato, ita q dies immediate sequēs sabbatum dicebatur prima sabbati, & alia secunda sabbati, & sic deinceps, vsque ad sextam sabbati.

3 Dub. Si erat vesper declinans ad noctem qūo lucescit? Resp. Aug. de consensu Euāgi. q initium noctis non lucescit in die sabbati, sed ipsa nox sabbati in luce incipit terminari, q vsitatus modus loquendi est diuinæ scripturæ à parte totum significare, vespere ergo noctem significauit, cuius extremum est diluculum, diluculo.n. veniunt ad monumentum.

4 Dub. Quæ fuit altera Maria? Resp. Magister hist sch. quòd Maria Salome.

5 Dub. Cum essent duæ, cur dicit Euang. venit in singulari? Resp. Beda, qm istæ duæ mulieres significabant populum Iudaicum & Gentilem venientes ad fidem, & quia non est nisi vna ecclesia catholica, ideò, dicitur venit in singulari, & hęc est vera figura, quæ dicitur anthiptosis.

6 Du. Cur terręmotus factus est? Res. Chr. q mulieres exurgerent, & vigilarent, nam venerant, ut vnguentum mitterent, & quia in nocte hęc gerebantur, probabile est quasdam obdormisse.

7 Dub. Vñ causatur terręmotus? Rñ. S. Th. super Ps. q principaliter à Deo, secundario aūt à vēto impellente aliū vētū intra terrā.

8 Dub. Si in tota terra potest esse terræmotus? Resp. qui supra, q non, sed per ducenta milliaria ad plus nisi miraculosè.

9 Dub. Quātū pōt durare terræmotus? R. qui sup q p 40. dies & qñque per annum.

10 Dub. In quib. locis magis fit terręmotus? Resp. qui supra, q in locis cauernosis circa mare, & in alijs, quia per frigus claudit poros terræ, & impellit uapores.

11 Dub. An terręmotus noceat animalibus? Resp. qui supra, qđ sic, eis, qui portant caput iuxtà terram, quia uapor egrediens est uenenosus, & inficit.

12 Dub. An per terræmotum diuisa fuerit aliqua pars terræ? Resp. qui sup. secundum Senecam, q sic, s. Sicilia à Calabria, & Hispania ab Africa.

13 Dub. An terræmotus hodie factus fuerit naturalis? Res. Ly. q fuit factus uirtute Angeli descendentis de cœlo, quia corporalia obediunt Angelis ad nutum, quantum ad motum localem.

14 Dub. Quid indigebat dominus Angelo? Res. Ly. q non indigebat ad resurgendum, sed ibi aduenit, ut ostenderet sepulchrum uacuum, & dominum surrexisse.

15 Dub. Cur reuoluit lapidem, cū Christus ex se potuisset reuoluere in resurgēdo? Res. Beda, q reuoluit, non ut domino egressuro ianuam pandat, sed ut egressus eius iam facti hominibus præstet indicium.

16 Dub. Quis fuit ille Angelus? Res. q creditur Gabriel fuisse, qui incarnandū annūciauit, & Ioannis Baptistæ conceptionem.

17 Dub. Cur dicit, q Angelus reuoluit, & non qđ uoluit Angelus lapidem? Resp. Seuerus in sermone Paschæ, qđ lapis aduolutus probauit mortem, sed reuolutus extitit resurrectiones assertor.

18 Dub. An angelus esset lassus, quoniam sedebat? Resp. qui sup. qđ sedebat, etsi nulla ei inesset lassitudo, ut fidei doctor, & resurrectionis magister.

19 Dub. Cur sedebat super petram? Respon. qui sup. quòd ut soliditas sedentis daret credentibus firmitatem.

20 Dub. Cur habebat aspectum ut fulgur? Res. Ly. q ut incuteret terrorem custodib.

21 Dub. Quia Marcus dicit, qđ uiderūt iuuenem in monumentis sedentem in dextris, & hic dicitur qđ sedebat super lapidem reuolutū? Res. Theo. qđ illū, quē uiderunt super lapidē sedentē prius, ipsum ēt intus in monumentum postmodum uiderunt.

22 Dub. Cur habebat uestimenta sicut nix? Resp. Ly. quòd ad dandam consolationem mulieribus.

23 Dub. Cur uestitur angelus? Res. Seuerus vbi sup. quoniam nostrum habitum, nostrā formam in resurrectione præfigurat, ubi homo ipsa corporis sui claritate uestitur.

Dub. Quomodo exterriti sunt custodes Res. Rabanus, ꝙ ex timoris anxietate.

25 Dub. Quomodo facti sunt uelut mortui? Resp. Hiero. ꝙ timore perterriti ad instar mortuorum stupefacti iacebant.

26 Du. Cur Angelus admonet mulieres ne timeant? Resp. Hie. quia cũ milites, & mulieres timerent, angelus non custodes, sed ipsas consolatur, dicens, nolite timere uos.

27 Dub. Cur dixit, Iesum crucifixum? Resp. Ly. ꝙ ad differentiam aliorum, qui uocabantur hoc nomine Iesus.

28 Dubi. Cur quærebant mulieres dominũ in sepulchro, ꝗ toties prædixerat se resurrecturum? Resp. Seuerus ubi supra, ꝙ quia earũ fidẽ sæua passionis ꝓcella turbauerat.

29 Dub. Cum Deus ubique sit, cur dicit angelus, non est hic? Resp. Raba. ꝙ non erat ibi per præsentiam carnis.

30 Dub. Cur angelus dixit, resurrexit sicut dixit? Res. Chry. q. d. & si mihi non creditis, illius mementote uerborum.

31 Dub. Cur demonstrauit eis locũ, in quo positus fuerat? Resp. Hier. q. d. si meis uerbis non creditis, uacuo credatis sepulchro.

32 Dubit. Cur præcepit mulieribus angelus ut discipulis nunciarent resurrectionem? Res. Seuerus ubi supra, quasi dicat, reuertere ad uirum mulier iam sanata, & suade fidem, quæ perfidiam ante iam suasisti: refer resurrectionis indiciũ, cui ante huiusmodi consilium ruinæ dedisti.

33 Dub. Cum angelus ante non fuisset locutus mulieribus, quomodo dixit, vt prædixit vobis? Resp. ꝙ hoc verbum prædixit refertur ad id, quod euenire debet, uidelicet, quòd eum visuri essent in Galilæa, quod nunc annunciare est prædicare.

ALLEGORICE.

[Vespera sabbati] illuminatur per Christũ, ut in diem dominicam luceat, & clarescat in ecclesia, quòd in Synagoga Iudæis obscurantibus fuscabatur [quòd mulieres sero venerunt ad sepulchrum] significat, q̃d sero mulier sero currit ad ueniam, quæ maturè cucurrit ad culpam [ꝙ fœminę præcedunt Apostolos] significat quòd ecclesiarum typum ad dominicum deferunt sepulchrum, [maternum unum nomen in duas geminatur fœminas] quia ecclesia in duobus populis veniens, vna esse figuratur [motus terræ] resurrectionis est uirtus, quia resurgente uirtutum cœlestium domino inferorum trepidatio commouetur, [quòd angelus de cœlo alloquitur mulieres] significat, quòd resurgente Christo terrenis redditur cœlestie commertium, [reuolutio lapidis] reserationem sacramentorum Christi signat, [quòd angelus super lapidem sedit] significat, legis cerimonias submitti, adueniente ueritate [in fulgure vultus] terribilitatẽ Dei ad peccatores [& in candore habitus] blanditiæ eius ad pios significantur, [quòd custodes timuerunt] significat eos, qui fiduciã amoris non habent [quod facti sunt velut mortui, significat eos, qui resurrectionis ueritatem credere nolunt [quòd angelus ostendit locum ubi positus erat, significat eum, qui resurrexit eundem esse, qui & sepultus [q̃d iubentur mulieres discipulis nunciare resurrectionem] significat uniuersale gaudiũ toti mundo aduenien, ex spe resurrectionis per Apostolos nũciatum, [quòd in Galilęa videndus est dominus] significat, quòd de morte ad uitam transmigrauerat.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut defunctis opera pietatis exhibeamus, utique quæramus operationib. cũ angelis loqui, & ꝙ quæramus Iesum vngere odore bonorum uirtutum, & credamus scripturis, & prædicatoribus nobis annunciantibus ueritatem.

ANAGOGICE.

Eleuamur ad cõtemplandum illam lucẽ inæstimabilem sabbati requiei Dei, ubi intuebimur semper Virginem cum suis sororib. & cunctis electis, ubi colloquemur cum cœlestibus spiritibus Angelicis, & Christum in gloria triumphãtem amplectemur, sicut prædixit nobis, qui viuit in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit prima pars huius operis à prima Dominica aduentus usque ad Sabbathum sanctum inclusiuè.

FINIS.

SECVN-

SECVNDA PARS HVIVS OPERIS AVREI ORNATI SVPER EVANGELIIS.

A die sancto Paschæ, vsque ad finem totius anni.

Edita, & quàm diligentissimè à pluribus erroribus correcta, & emendata, cum plurimis dubijs exactissimè declaratis.

IN DIE SANCTO PASCHAE.

Maria Magdalena, et Maria Iacobi. Mar. 16. cap. Matth. 28. Luc. 24. Ioan. 20.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 27. Martij in Dominica.

HISTORICE.

Aromatibus pro Iesu vngendo emptis Magdalena, & Salome, ac Maria Iacobi, dũ ad sepulchrum prima accederent sabbati valde mane, & à quo appositus reuolui posset lapis secum quærerent, quoniam magnus admodũ erat, ipsum à sepulchri ostio submotum conspexerunt. Monumentum itaque ingressæ, in stuporem versæ sunt, eo quod quendam alba amictum stola adolescentem in dextris sedere prospexerunt. Is verò eas benignè alloquens, vt timorẽ abijcerent iussit, sibique notum esse ait eas, vt crucifixo pietatis impenderent opera aduenisse, verum eum surrexisse, & ab illo abesse loco: cumq; eum locum eis demonstrasset, in quo positus fuerat vacuum, imperauit, vt Petro, alijsq; intimarent discipulis, quòd eos in Galilæã præiret, vbi & ab eis, quemadmodum dixerat, cerneretur.

Ordinis prioris vestigia insequens quædam declarabo dubia.

1 DVBITATVR. Quia Marcus dicit tres aduenisse Marias, & Matthæus solum duas? Respon. Beda, quòd Matthæus, tam de mulieribus, quàm de hora, qua venerunt obscurius posuit breuitatis causa. Sed Euangelistæ alij, quo ordine factum sit, euidentius ostendunt, demonstrantes tres aduenisse Marias.

2 Dubitatur. Cur semper Virgo non venit cum mulieribus ad monumentum? Respondet Iacob. de Voragine in sermone Paschę, quòd triplici de causa. Prima, quia non potuisset videre sepulchrum filij, quin doloris gladius eius animam perforasset. Secunda, quia in parasceue, & sabbato tantùm fleuerat, & se macerauerat, quòd præ debilitate venire non potuisset. Tertia, quia sciebat ipsum surrexisse, & quòd in monumento non reperiretur.

3 Dubitat. Cur prę cæteris mulieribus istæ tres solæ venerunt? Respon. qui supra, quòd propter multa beneficia istis collata, quia à Maria Magdalena septem dæmonia eiecerat. Martham eius sororem à fluxu sanguinis liberauerat: Lazarum eius fratrem quatriduanum mortuum suscitauerat, & semper dulciter eam apud Pharisæum, sororẽ, & Iudam excusauerat. Item, Maria Iacobi ei tenebatur, quia eius nepos erat, & tres eius filios, s. Iacobum, Simonem, & Iudam Apostolos fecerat. Item, Maria Salome eidem tenebatur, quia etiam nepos suus erat, & etiam duos suos filios, scilicet Iacobum, & Ioannem, Apostolos fecerat.

4 Dub. Quando emerunt aromata? Resp. Lyra, quòd post vesperam sabbati, quia die sabbati non licebat ea emere, sed emerunt cum transisset sabbatum.

5 Dub. Cur simul venerunt ad monumentum? Respond. S. Vinc. in sermone Paschæ, quòd propter maiorem testimonij veritatem, & propter decentiam, & honestatem, quia decet matronas ire bene associatas.

6 Dub. Cur venerunt, ut vngerent Iesum, cum scirent ita magnum lapidem claudere monumentum? Ref. qui supra, quod credebant corpus Christi adhuc esse in monumẽto, & si non possent eum vngere, saltem possent monumentum tangere, & ibi eum flere, & credebant Deo esse possibile reuoluere lapidem.

7 Du. Cur venerunt ita mane? Resp. qui supra, quia propter milites, quasi ipsis tunc somno porfundatis.

8 Du. Quæ fuit vna sabbatorũ? Ref. Theo. ꝙ fuit prima dies post sabbatum, sicut Gene. 1. dicitur dies vnus, idest primus.

9 Dub. Quomodo erat valde mane, quia sequitur orto iam sole? Ref. S. Vinc. vbi supra. ualde mane ueniunt. i. incipiunt uenire, & orto iam sole, quando ad monumentum peruenerunt.

10 Dubit. Quid proderant illa aromata corpori Iesu? Respond. Theoph. quòd habent uirtutem desiccatiuam, humiditatem corporis absorbentia. Vnde incorruptum corpus conseruant.

11 Dub. Quæ aromata fuerunt illa? Respon. ꝙ ut colligitur ex euangelio Ioan. & Lyr. ac Landul. de uita Christi, fuerunt Myrra, Aloes, Gutta, & Cassia, Cinamomum, & Balsamum, & Thus.

12 Dubit. Quis confecit istud unguentum? Resp. Landulphus ubi supra, ꝙ Magdalena fecit unguentum ex Myrrha, Aloe, & Thure. Maria Iacobi ex Myrrha, Gutta, & Cassia. Salome ex Myrrha & Cynamomo. Maria ex Balsamo.

13 Dubi. Vbi erant, quando uiderunt reuolutum lapidem? Respond. ꝙ propè monumentum.

14 Du. An ipsæ tres potuissent reuoluere lapidem? Resp. qui supra, ꝙ non, quia dicitur fuisse tam magnus, ꝙ vix à uiginti hominibus moueri posset.

15 Dub. Cur Marcus non facit mentionem de terræ motu? Resp. ꝙ quia iam Matthæus hoc dixerat, ideo breuitatis causa dimittit.

16 Dub. Cur dicitur lapis magnus? Resp. Seuerus in sermone paschę, quoniam erat plus magnus in materia, quàm forma, quoniam creatoris mundi corpus, & claudere, & operire sufficiebat.

17 Du. Quomodo introierunt in monumentum, cum Matthæus dicat, ꝙ Angelus uocauit eas, ut accederent, & uiderent locũ, &c. Ref. Ly. exponendo in monumentum. i. intra clausuram, quæ erat circa monumentũ.

18 Dub. Quem iuuenem uiderunt sedentẽ in dextris? Resp. Lyra, qđ angelum, qui sic uocatur, sicut Act. 1. ecce duo uiri astiterunt, &c.

19 Dub. Quot angeli fuerũt uisi? Resp. Aug. de consensu Euang. ꝙ tres, unus extra monumentum, intra tamen clausuram sedens super lapidem reuolutum, & intra monumentum apparuerunt duo. Vnus ad caput, alius ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu, ut dicitur Io. 20. cap.

20 Dubi. Cur non apparuit angelus in forma senis, uel infantis? Resp. Seuerus ubi supra, ꝙ uident iuuenem, ut cernerent nostræ resurrectionis ætatem.

21 Du. Cur potius sedebat in dextris, quàm in sinistris? Resp. qui supra, quia resurrectio recipit nisi sinistrum.

22 Du. Ex qua materia erat illa stola? Resp. qui supra, ꝙ non ex mortali uellere, sed ex uirtute uitali, splendens celesti lumine non colore terreno, dicente propheta. psal. 103. Amictus lumine sicut uestimento.

23 Dub. Cur obstupuerunt? Resp. Ly. quòd inuaserat eas pauor ex insolita apparitione Angeli.

24 Du. An necessarium fuerit Christum resurgere? Resp. S. Tho. 3. par. q. 53. artic. 1. ꝙ sic propter diuinam iustitiam, ut quia humiliatus fuerat usq; ad mortẽ crucis, exaltaretur usq; ad gloriosam resurrectionem. Secundo, ut cõfirmaretur fides nostra circa diuinitatem eius, quia cum mortuus fuerit ex infirmitate nostra, nunc uiuit ex uirtute Dei. Tertiò, ꝑꝑ spem, quia ex quo ipse resurrexit, & nos speramus resurgere. Quartò, ad informationem uitæ nostræ, ut in nouitate uitæ ambulemus. Quintò, ad complementum nostræ salutis, quia traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

25 Dub. Cur cum per passionẽ fuerimus liberati à pęna, & à culpa, uidetur, ꝙ resurrectio sua nihil nobis profuit? Resp. qui supra, ꝙ per passionem operatus est salutem nostram, quantum ad remotionem malorum, sed per resurrectionem, quantum ad inchoationem, & exemplar bonorum.

26 Dub. Quia non uidetur, quòd surrexerit tertia die. Vide dominica in Quinquagesima dub. 14.

Dub.

27 Dub. Quis dicatur dies naturalis,& quis artificialis? Resp.qđ dies naturalis comprehēdit diem & noctem: idest 24. horas: dies artificialis comprehendit solum illud tempus,quo sol illuminat terram.

28 Dubi. Propter, quid stetit mortuus vna die artificiali,& duabus noctibus? Resp.qui supra art. 2.qđ Christus vna sua morte,quę fuit lux propter iustitiam s. corporalem, duas nostras mortes destruxit, s.corporis,& animæ, quæ sunt tenebrosæ propter peccatum,& ideo vna die integra, & duabus noctibus mansit in morte, vt dicit Augu.in 4. de Trinitate.

29 Du.Quomodo Christus dicitur primitię resurgentium cum tamen ante multi resurrexerint? Resp.qui sup.ar.3.ꝙ ipse primus resurrexit ad uitam,s.immortalem. Alij autem ante ipsum, resurrexerunt ad hanc nostram vitam mortalem, quia iterum mortui sunt.

30 Dub.Videtur,quòd Christus non surrexit propria virtute, quia dicitur, qđ Deus suscitauit eũ à mortuis? Resp.qui sup.ar.4. ꝙ si anima,& corpus Christi post mortē cōsiderentur rōne naturæ creatæ,sic non poterant ex se vniri,& ita resurgere:sed si considerentur ratione diuinitatis, quæ ab eis nō fuit separata, sed semper eis vnita, sic rōne diuinitatis unitę,corpus assumpsit animam, & ita dicitur,ꝙ Deus suscitauit eum.

31 Dubi.Quia uidetur, quòd discipuli debuissent uidere Christũ resurgere, sicut uiderũt Lazarũ resurgētē? Res.qui sup.q. 55. ar.2. ꝙ ipsa resurrectio Christi non debuit immediate ab hominibus uideri, quia non redijt ad uitam cōiter ab omnibus notam sicut Lazarus cum fuit resuscitatus, sed ad uitam quandam immortalem,quæ est Deo conformis,sed sufficit,quòd fuit eis annuntiata per Angelos.

32 Du.Cur non statim resurrexit post mortem,uel cur non distulit usque ad finē mundi? Resp.qui sup.q.53.ar.2. qđ oportet nos credere,& humanitatē, & diuinitatē Christi, & propter humanitatem noluit statim resurgere post mortem, ut uerificaretur eũ uerè esse mortuum,& propter diuinitatem astruendam noluit differre usque ad finem mundi, ne quis crederet eum fuisse purum hominem.

33 Dubita.Quia uidetur,ꝙ eius resurrectio non debuerit prius mulieribus manifestari,quia mulieres non possunt esse testes, cũ nō possint docere? Res.qui sup.q.55.ar.1.ꝙ licet mulieri non permittatur publicè docere,permittitur tamen ei priuatim domestica aliquos admonitione instruere.

34 Dub.Cur prius eis,quàm Apostolis manifestata est? Res.qui supra,qđ quia arctius Christum amauerunt,in tantum,ut ab eius sepulchro discipulis etiam recedentibus, nō recederent,primò meruerunt uidere Christum in gloria resurgentem.

35 Dub. Quid significabatur p hoc, qđ mulieres annunciauerunt Apostolis Christum resurrexisse? Res.qui supra, quia iustũ erat, ut sicut mulier nuntium mortis ad hominem detulit;primò, etiam uitam resurgentis, & gloriam hominibus nunciaret.

36 Dub. Cur Angelus specialiter nominat Petrũ, & non alios? Resp.Ly.post Greg.in Homi. ꝙ si hunc Angelus nō nominatim exprimeret, qui magistrum negauerat, uenire inter discipulus non auderet.

37 Dub. Cur Angelus non præcepit,qđ annunciarent semper Virgini resurrectionem Christi? Resp.S.Vin.in sermo.Paschæ,quoniam Christus statim post resurrectionem suam ei apparuerat, ut dicit Sedulius,& in huius signum Papa in die Paschæ celebrat in sancta Maria maiore, & ibi illo die est statio, & etiam, quia debuit matrem eum tàm tenerrimè diligentem, & męstam,ante alias consolari.

38 Dub.Quia ut dicitur Actuũ 2.impossibile erat Christũ detineri ab inferno, & morte.ergo uidetur,qđ statim post mortem debuisset resurgere? Resp.S.Th ubi sup.q.53. ar.2.qđ detentio coactionem quandam importat, sed Christus non fuit detentus aliqua necessitate mortis, sed propria uoluntate,sicut inter mortuos liber,& tãtum stetit,quantum iudicauit fore necessarium.

Allegoricè,& alijs sensibus,ut in Sabbato sancto.

FERIA SECVNDA Paschæ.

Duo ex discipulis Iesu ibant. Luc.24.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33.die 17.Martij in dominica.

HISTORICE.

Duob.Christi discipulis in Emaus castellum euntibus,ad inuicē quæcũq; gesta fuissent erga Christum conferentibus,eis inco-

gnitus ab ipsis appropinquans de quibus tristitiam patientes loquerētur sciscitatus est, cui cum eorum alter Cleophas nomine respondisset ipsum inter peregrinos solū fore, qui hæc ignoraret, quæ his Hierosolymis acta fuissent diebus. Rogante vero domino quæ nàm illa essent. Narrauit, q̃ erga Iesum gesta fuerant, & quemadmodum sperabant ipsi ꝙ Israel redempturus esset. Iamq; eius necis tertiam aduenisse diem, ipsos quoque perteritos extitisse, qm̃ ex suis quædam mulieres ad eius fuerunt sepulchrum, & ibidē Angelos vidisse quosdam asseruerunt, qui eum vita frui dixerunt, sed, & ex ipsis, vt explorarent quosdam illuc accessisse, qui mulieres ipsas vera dixisse affirmarunt, sed corpus eius minimè reperisse. Quos cum dominus ob stultitiam, & cordis tarditatem in prophetarum dictis credendo arguisset, clarissime demonstrauit necessarium fuisse ipsum pati, & resurgere, & ad suam sic peruenire gloriam, quæcunque quæ Moyses cæterique prophetæ præcinissent de eo eis interpretatus est: cumq; ad quod ibant castellū propinqui facti fuissent, eo lōgius progredi se velle fingente, verbis, ut secum maneret, coegerunt. Recumbentibus itaq; eis dū ex more pani benedictionem in ulisset, & confractum obtulisset, statim eorū apertis oculis, ab eis est agnitus, sed subito euanuit. Cōquerebantur vero eorum dicentes, corda ardere dum scripturas enuclearet in via. Eademq; Hierusalem regressi hora, vndecim, cęterosq; congregatos offenderunt dñm vere surrexisse, & Simon apparuisse dicē rantes, quibus, & ipsi quæ viderant gesta narrarunt, & quemadmodum panem frangendo ab eis agnitus extitisset.

Nunc ad dubitationum solutionem accedendum est.

1 DVBITATVR. Quis fuit ille discipulus hic innominatus? Re. ꝙ licèt Lyr. dicat eū fuisse Lucam. Tamen S. Vinc. asserit Lucā non fuisse Christi discipulum, sed Apostolorū, & præcipuè Pauli: dicendū est ergo secundum Magistrū histo. schola. ꝙ Ambrosius super Lucam dicit eū fuisse Almeon. Et vt dicit Lanvocatum fuisse Almeon. Et vt dicit Landulphus de vita Christi fuit filius Ruffi.

2 Dub. Cur ibant in Emaus? Res. Albertus super Lucam, quia Cleophas erat de illo castro, & quia expectauerant tertiā diem, vt dominum resurrexisse viderent, ipsa die recesserunt, videntes quòd non resurrexerat.

3 Dub. Quæ dies fuit illa? Resp. qđ dñica.

4 Dub. Quæ illa erat Emaus? Res. Beda, ꝙ illa est Nicopolis insignis ciuitas Palestinę, q̃ post expugnationē Iudęæ sub Marco Antonio restaurata cū statu mutauit & nomē.

5 Dub. Quid est stadium. Vide feria sexta, dominicæ quartæ Quadragesimæ dub. 3.

6 Du. Quæ sunt illa, q̃ acciderant? ℞ quòd passio, & mors Christi, & uisiones mulierū.

7 Dubi. Quia videtur, quòd dicerent fabulam quia dicit fabularentur? ℞. Ly. quòd fabulari dicitur à far faris, quòd est loqui, & fabularentur, idest loquerentur.

8 Dub. Cur dominus fuit cum eis? ℞. Beda, quòd vt fidem resurrectionis mentibus eorum incendat.

9 Dub. Vnde veniebat tūc dominus? Resp. S. Tho. 3. par. q. 55. ar. 3. ꝙ incognitū est vnde veniebat, quia & incognitum erat in quibus locis intermedio tempore apparitionum discipulis factarum, corporaliter esset, cum hoc scriptura non tradat & in omni loco sit dominatio eius.

10 Dub. Cur uoluit ab eis cognosci? Resp. Theophilus super Lucam, ut, scilicet totam suam intentionem reuelent, & vulnus detegentes recipiant medicinam.

11 Du. Cur apparuit eis in alia effigie? Respond. S. Tho. 3. par. vbi supr. ar. 4. quod sicut dicit Gregor. in homil. talem exhibuit eis in corpore, qualis erat apud illos in mente, quoniam dubitabant cum dicebant, sperabamus.

12 Dub. Quomodo tenebantur ne eū agnoscerent? Res. Aug. de consensu Euang; quod aliquid acciderat oculis eorum quod ita manere permissum est vsq; ad fractionē panis.

13 Dub. Cur interrogat qđ sciebat? Res. Ly. ꝙ vt ex eorum responsione incredulitas eorum conuenientius arguatur.

14 Dub. Cur dicunt eum solum peregrinū, cum plures alij essent peregrini in Hierusalem? Resp. Lyr. quòd solus non facit exclusionē aliorum peregrinorum, cum multi essent, sed exclusionem cognitionis ab isto sic apparente, q. d. mirum est, qđ inter alios peregrinos, tu solus ignores, quæ gesta sunt in Hierusalem, & quæ nota sunt alijs.

15 Dub. Cur vocāt eum peregrinum? Resp. Beda, quia vultum non cognoscebant.

Dub.

16 Dub. Cur nõ dicunt Iesum fuisse filium Dei? ℞. qui supra, quod quia nõ erãt perfectè credentes, uel soliciti ne uenirẽt in manibus Iudæorum illud confitentes.

17 Dubit. Cur primo dicunt potens in opere, & post in sermone? Res. Theoph. ubi supra, qđ nullus doctrinæ sermo approbatur, nisi prius is, qui docet, se ostendat auctorẽ.

18 Du. Cur dicunt coram Deo, & omni populo? Res. qui supra, quia primo complacendum est Deo, deinde curandum est, ut viuamus sine scandalo populorum Christi.

19 Du. Cur non respondent ad hoc, quod dicit, ꝙ erant tristes? Res. Greg. quod satis declarant causam tristitiæ cum narrant passionem.

20 Dubit. Quomodo principes tradiderunt eum, cum Iudas potius eum eis tradiderit? Resp. Lyra, quòd procurarunt eius captionem, & persuaserunt populis, ut peterent eius crucifixionem.

21 Dub. Quid est tristitia, &c. Vide dominica palmarum dub. 359.

22 Dub. Cur dicunt sperabamus? Res. Greg. quòd est vox desperantium, sperabamus inquit, non speramus.

23 Dub Quomodo sperabãt, qđ redimeret Israel? Respon. Theophi. scilicet, a seruitute Romanorũ, & ꝙ esset futurus Rex terrenus.

24 Du. Cur dicũt, & nunc tertia dies &c. Rñ. qui supra, qđ ex hoc non videntur oĩno increduli, quia memorantur verborũ domini.

25 Du. De quo terruerũt eos mulieres? Res. Lyra, quòd de ablatione corporis Christi.

26 Dubitat. Qui fuerunt illi, qui iuerunt ad monumentum? ℞. quòd Petrus, & Io. ut habetur Ioan. 20.

27 Dub. Quo verũ dicunt, qđ ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, cum non viderint angelos? Resp. Lyr. quòd hoc dicunt quantum ad monumentum, quod inuenerunt vacuum, & linteamina remansisse.

28 Du. Cur Christus vocat eos stultos, cũ ipse dixerit Matt. 6. c. qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennę ignis? Resp. S. Vinc. qđ non vocat eos stultos præ stultitia, sed præ cęcitate intellectus.

29 Du. Quid sit stultitia, & fatuitas & vide dñica 6. post Trinitatẽ dub. 21. & sequenti.

30 Du. Cur dicit eos tardo corde ad credendũ? ℞. Ly. quòd propter tarditatem affectus.

31 Dub. Cur dicit prophetæ? Res. Theo. qm̃ prophetæ tam locuti sunt de passione, sicut de resurrectione. Et ideò dicit esset credendum in oĩbus tã gloriosis, quam in glorijs, quibus oĩbus ipsi discipuli non credebant.

32 Dub. Quæ interpretabatur eis dominus? Resp. S. Vinc. in sermone, quòd figuras omnes passionis Christi, sicut de ligno vitę, qđ figurabat crucem Christi. Item, de Eua formata ex latere Adæ figurante ecclesiã formatam de latere Christi. Item, de arca Noe, per quã saluatus est mundus, figurante crucem, quæ saluat homines à diabolo. Itẽ, de oblatione Isaac, qui euasit, & aries immolatus fuit, qui significabat Christũ pati quãtum ad humanitatem, sed diuinitas illæsa remansit. Itẽ, de serpente æneo posito super lignum per transuersum ad modum crucis, quẽ respicientes sanabãtur, significãte crucẽ Christi, quã aspicientes sanantur à peccatis, & morsu diaboli, quas, & multas alias consimiles figuras eis interpretabatur. Item scripturas in quib. prænunciabatur passio, & resurrectio Christi similiter eis aperiebat.

33 Dub. Quia videtur, quòd fingere non cõueniebat Christo? Resp. S. Tho. 3. par. q. 55. ar. 4. qđ fictio, quæ nihil significat, est mendacium, & talis non conueniebat Christo, sed si fictio referatur ad aliquã significationẽ tunc non est mendaciũ, sed aliqua figura veritatis, & sic dñs finxit se lõgius ire, quia cõposuit motum suũ, quòd est volentis longius ire ad aliquid figuratiuè significandum.

34 Dub. Quid volebat dominus per istam fictionem figuratiuè intelligi? Resp. Greg. in Homil. quod ab eorum fide longe erat.

35 Du. Quia videtur, qđ iniuriã irrogarunt domino cogentes eum? Respon. Lyra, quòd non intulerunt vim, sed rogauerunt obnixè verbis, quod notatur cum dicitur, & coegerunt eum, dicentes, &c.

36 Dub Quomodo inclinabatur dies? Resp. gl. quod vergebat ad occasum.

37 Dub. In quam domũ intrauit cum illis? Respõ S. Vinc. in sermo. quòd Albertus super Lucam dicit, quòd Cleophas in propria domo parauit domino cœnam.

38 Dub. An comederit cum eis? Resp. qđ vt colligitur ex textu non comedit, quia statim porrecto pane euanuit.

39 Du. An ambulauerint oculis clausis, qa dicitur, ꝙ aperti sunt oculi eorũ? ℞ S. Th. 3. par. q. 55. ar. 4. qđ nõ erant clausi, sed inerat eis aliquid, quod non sinebat eos uidere sicut solet efficere caligo, uel aliquis humor.

40 Dub. Quomodo euanuit, cum corpus nõ possit euanescere? Resp. qui sup. q. 54. art. 1. quòd non euanuit, ita quod corrũperetur, aut quòd resolueretur in aliqua inuisibilia, sed quia sua voluntate desiit ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo absente velociter per dotem agilitatis, quoniam dispositio corporis gloriosi est, vt sit spirituale, i. subiectum spiritui, & qui habet corpus gloriosum habet in potestate sua quando vult videri, & quando vult non videri.

41 Dubit. Quomodo ardebat cor eorum in via? Resp. Theoph. vbi supra, q; vel igne verborum Domini, quibus intendebant tanquàm veris, vel quia eo disserente scripturas percellebatur intrinsecus cor eorum, q; ille, qui disserebat dominus esset.

42 Dub. Quomodo eadem hora fuerunt in Hierusalem, cum distaret 60 stadijs? Resp. qui sup. quod surrexerunt eadem hora, sed peruenerũt cum tempore, sicut oportebat, transeuntes 60. stadia.

43 Dubit. Quomodo potuerunt regredi in Hierusalem, cum hora esset iam tarda? Res. Ly. quòd hoc fecerunt ex fidei feruore, vt ista annunciarent Apostolis.

44 Dub. Qui erant illi vndecim congregati? Resp. Aug. de consensu Euangelistarum, q; erant vndecim Apostoli.

45 Dub. Quando dominus apparuit Petro? Resp. Ly. quod creditur ei apparuisse quando cucurrit ad monumentum.

46 Dub. Quoties apparuit discipulis post resurrectionem? ℞. Quòd in Euangelio non omnes eius apparitiones sunt scriptæ, vt dicit S. Tho. 3. par. q. 55. art. 3. Nam primo apparuit semper Virgini, licèt non habeatur in Euangelio. Secundò, Magdalenæ, vt hr Io. 20. Tertiò, mulieribus redeũtib. de monumento, Matth 28. Quarto, Petro, sed non habetur vbi, aut qñ. Quintò, discipulis euntibus in Emaus hodie. Sextò, discipulis in vnũ congregatis, Luc. 24. & Io. 20. Septimo, quando vidit eum Thomas, Io. 20. Octauò, ad mare Tyberiadis in captura piscium. Nonò, in monte Galilææ, Matt. 28. Decimò, recumbentibus vndecim Apostolis, Marci 16. Vndecimò, ipso die in aere dum ascenderet in cœlum visus est etiam plusquã quingentis fratribus simul, & Iacobo, vt dicitur primo Corinth 15. & crebra erat eius cum eis conuersatio priusquàm ascendisset in cœlum, & hoc ad ipsorum consolationem.

47 Dub. Cur totiens apparuit prima die? Respòn. qui supra, quod quia per plura indicia erant admonendi, vt à principio fidem resurrectionis reciperent, sed ea recepta, non indigebant tam frequentibus apparitionibus instrui.

48 Dub. Cur non semper stetit cum eis vsque ad Ascensionem? Resp. qui supra, quòd vt videretur ad talem uitam resurrexisse, qualem prius non habuerat.

49 Dubit. Nunquid conuenientius stetisset cum eis, quam alibi? Resp. qui supra, q; non propter hoc non conuersabatur cũ eis, quia reputaret se alibi conuenientius esse, sed quia hoc discipulis instruendis conuenientius iudicabat si non continuè conuersaretur cum eis.

50 Dub. Cur primò apparuit Petro, quàm alijs discipulis? Resp. Chrys. quòd ne desperaret propter negationem.

51 Dub. Cum Marci vlt. habeatur, q; dicta fœminarum visa sunt Apostolis deliramenta, quomodo hic dicitur, quòd Apostoli dicebant verè eum surrexisse? Resp. Magister Hist. scholast. quòd primò ad dictum mulierum non crediderunt, sed post cum Petrus retulit se eum vidisse, fidem dederunt.

52 Dub. Cur potius in fractione panis cognouerunt eum, q̃ per alia signa? Resp. S. Tho. 3. sent dist. 21. q. 2. art. 4. q. 1 quòd si discipuli non cognouerunt Christum in loquela, fuit ex interiori dispositione, quoniam non credebant eum resurrexisse, sed in fractione panis per specialem modum frangendi cognouerunt eum. Nam, vt dicitur fractio sua erat similis incisioni cultelli.

ALLEGORICE.

[Quod duo discipuli vadunt in Emaus] significat vtrumque populum Iudaicum, & Gentilem ad fidẽ conuersum: ire in Emaus interpretatũ mater dulcedinis, quia per fidẽ gustatur dulcedo Dei. [q; distat stadijs 60.] Figurat, q; oportet nos imbui decem præceptis legis, & quatuor Euangelijs, & illa quater quatuor sunt 40. Et quia dilectio Dei, & proximi est plenitudo legis, ideo addimus bis decem, qui est numerus perfectus, & itineramus 60. stadijs [quod loquẽdo de Christo, Christus eis appropinquauit] signat omnes de Deo loquẽtes, Deum habere præsentem [quòd oculi eorum tenebãtur ne eum cognoscerent] demonstrat in præsenti vita nequaquam Deum posse videri sicuti est.

[Quòd

[Quod eos primò interrogat] signat gratiã Dei omne nostrũ bonum præuenire, [quòd vocant eum peregrinum] demonstrat q in omnibus fuit verè peregrinus. Et primò quantũ ad habitum habuit carnẽ pro sclauina, animã plenam gratiarum pro scarsella, coronam spineam pro pileo, & crucẽ pro baculo: quãtum ad vias fuit peregrinus descendendo de cœlo in hanc vallem, ascẽdendo in crucẽ, descendendo ad inferos, ascendendo ad cœlos: nec errauit itinerãdo, quia tenuit viã ferratam pedib. clauis perforatis, habuit crucẽ demonstrantem iter, & coronam pro ramis cõnexis, & aceruũ lapidum, quibus pluries Iudæi voluerunt eũ lapidare, quibus omnibus viæ ostenduntur. Fuit peregrinus quantũ ad hospitia, quæ intrauit. Primò, de mane ad prandendũ in vtero virginali. In meridie, ad bibendum, & quiescendum in cruce. In sero, ad cœnandum, & dormiendum in sepulchro, & anima in limbo ad faciendum cœnam sanctis Patribus. Fuit peregrinus, quo ad pericula, quia a socio proditus, s. Iuda, ab hospitibus, s. Iudæis interfectus, à latronibus, s. militibus spoliatus; fuit peregrinus quo ad signa, quę reportauit, s. cicatrices [quòd discipulos arguit] signat Deum quos diligit redarguere, & ad uiam veritatis reducere, [quòd finxit se longius ire] signat quòd Deus aliquando derelinquit iustos in tentationibus vt amplius coronẽtur, [quòd coegerunt eum, & cognouerunt] significat hospitalitatem summè Deo placere, & Christum in pauperibus recipi, & cognosci, [quod orant dicentes, mane nobiscum Domine] signat, quòd volentes Iesum habere, loquantur verba spiritualia, & ita corda eorum ardebunt in præsenti vita [quod eadem hora regressi sunt, & narrauerunt Apostolis gesta] signat doctores debere propter salutem aliorum prędicare [quod cognouerunt eum in fractione panis] signat Christum maximè cognosci, & perfici in sacramento Eucharistiæ.

TROPOLOGICE.

Instruimur vt semper memoriã passionis Christi mente reuoluamus, & non habere oculos clausos, sed apertos, & vigilantes, quia nescimus horam quando veniet, & si quæ dubia habemus recurramus ad sacrã scripturam, & quod peregrinos verecundiores nedũ inuitemus, sed & eos gratiosè cogamus, quia in ipsis recipimus Christum. Instruimur etiam vt semper ante comestionem benedicamus cibum, & potum, & gratias referamus bonorum omnium largitori, & quòd salutem proximorum, iuxta possibilitatem perquiramus.

ANAGOGICE.

Eleuamur in contemplationẽ Emaus, i. cęlestis gloriæ, quę est mater totius dulcedinis, ad quam in ipsa die resurrectionis generalis, corpore assumpto, perueniemus post peregrinationẽ præsentis vitæ, vbi omni dubietate remota, videbimus Deum sicuti est, inclinatis diebus præsentis sæculi, vbi oculi nostri erunt videntes præceptorẽ nostrum, & diuino amore ardebimus, vbi & in cœlesti mensa panẽ Angelorum mãducabimus, & inueniemus cõgregatos sanctos Apostolos, & eos, qui cum ipsis erunt, turbam videlicet magnam, stantes ante thronum Dei.

FERIA III. PASCHAE.

Stetit Iesus in medio. Luc. 24. cap. & Ioan. 20. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 27. Martij, in Dominica.

HISTORICE.

In medio discipulorum consistens Dñs, vt pace fruerẽtur, nec vllo concuterẽtur timore cũ ipse adesset imperauit, his autem conturbatis, quoniã spiritum cernere se arbitrarentur, ait minimè turbari oportere, sed vt manibus plantisq; perspectis, eum qui crucifixus fuerat ipsum esse agnoscerent, palparentq; spiritum carnibus, & ossibus carere, quæ ipse possideret: cumque incredulos ac ex lætitia admirantes aspiceret, iussit ut si, quæ esui apta haberent, offerrent, ex parte itaq; piscis assi, ac fauo mellis dum comedisset, quæ superfuerunt reddidit, retulitque hæc prædixisse eis, necesse, scilicet, esse quęcumque impleri, quæ sacris in scripturis de eo enunciata fuissent, scripturarumque claram eis interpretationem tribuit, quatenus cunctas intelligerent, inquiens, ita scriptum esse, & impleri oportere, & eius in nomine in omnes prædicari gentes scelerum pœnitentiam, & ablationem.

Vtile

Vtile erit occurrentia dubia resoluere.

1 DVBITATVR. Cur Euangelista non dixit venit, sed stetit? Respon. Ly. quia subito inter eos apparuit, & ianuis clausis intrauit.

2 Dub. Vbi erant tunc Apostoli? Resp. Landulphus de vita Christi, q. in cœnaculo vbi fecerant cœnam, sito in monte Syon.

3 Dub. Qua hora eis apparuit? Resp. q. de sero, vt habetur Io. 2.

4 Dub. Cum fecisset annunciare per Angelum, q. viderent eum in Galilęa, quomodo nunc apparet eis in Hierusalem? Resp. Eusebius, q. prius latentibus in Hierusalem semel, aut bis visus est ad eorum consolationem: in Galilæa vero non in conclaui, aut semel, aut bis, sed cum multa potestate ostensionem sui fecit, præbens se eis viuentem post passionem in signis multis, vt Lucas testatur in actibus.

5 Dub. Cur dicit eis pax vobis? Resp. Theo. q. vt ostenderet se esse eundem eorum magistrum, qui hoc verbo gaudebat, quo etiam eos muniuit cum ad prædicandum misit.

6 Dub. Quid est pax? Resp. S. Tho. 2 q. 29. art. 1. q. est tranquillitas ordinis maxime in voluntate, vt dicit Aug. 19 de ciuitate Dei. quæ consistit in hoc, quod motus omnes appetitiui in vno homine conquiescunt.

7 Dub. Quæ differentia est inter pacem, & concordiam? Resp. qui sup. q. pax includit concordiam, & aliquid addit, quia aliquis potest esse concors cum alio, non spontanea voluntate, sed quasi coactus timore alicuius mali sibi imminentis, & talis concordia non est vera pax, quia non seruatur ordo vtriusque concordantis.

8 Dub. Cur omnia pacem appetunt? Resp. qui supra, ar. 2 quoniam omne appetens appetit tranquille, & sine impedimento peruenire ad id, quod appetit, & in hoc consistit ratio pacis.

9 Dub. Cum multi appetunt bellum, quomodo appetunt pacem? Respon. qui supra, q. omnes bellantes non quærunt nisi pacē, quam se habere non æstimant, nisi eorum voluntas quieterur.

10 Dub. An pax sit virtus? Resp. qui supra, artic. 3. q. pax est effectus charitatis, nec est alia virtus ab effectu virtutis charitatis.

11 Dub. An cum pace possit stare dissensio? Resp. qui sup. q. dissensio quæ prouenit ex diuersitate opinionum, vel de minimis non repugnat charitati, nec per consequens paci, quæ habetur in hac vita, sed bene dissensio de magnis, & in bonis conferentibus ad vitam.

12 Dub. An pax Reipublicæ sit bona? R. qui sup. q. 123. art. 5. q. secundum se est bona, licet mali etiam vtantur ea ad lasciuiam.

13 Dub. Si pax est bona, cur dominus dicit Matthæi 10. Non veni mittere pacem &c. Resp qui sup q. 29. ar. 2. q. est quædam pax vera, & ista est bona & hanc dominus commendat. Alia est pax apparens, de qua dicitur in Psal. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordib. eorum, & est simulata: & est pax malorum, in qua conueniunt aliqui ad mala faciendum, & hanc dominus prohibet, nec venit eam mittere, sed potius auferre.

14 Dubit. Quam excellentiam habet in se pax bona? Respond Græcus, quod pax est res, & nomen dulce, quam & Dei esse accepimus, iuxta illud, pax Dei, & eius esse Deū, iuxta illud Deus pacis, ipsam esse Deum, iuxta illud, Ipse est pax nostra. Pax bonum commendatum ab omnibus, obseruatum autem a paucis.

15 Dub. Cur a paucis obseruatur pax? Resp. qui sup. quod fortassis causa est ambitio dominij, aut facultatum, aut liuor, aut odium, aut contemptus, aut aliquid huiusmodi.

16 Dub. Quia videtur oratio imperfecta, dū dicit, pax vobis? Respon. q. hic est prolepsis, quia subintelligitur sit.

17 Dubit. Cur dicit, ego sum? Respon. Ly. q. d. ego sum, non res phantastica, aut illusio diabolica.

18 Dub. Cur dicit nolite timere? Resp. qui sup. quod verisimile est, quod viso eo, statim timuerunt, & vt abijcerent timorem dixit eis, nolite timere.

19 Dub. Quem spiritum putabant videre? R. Beda, quod illū quem emisit in passione, quoniam non credebant eum resurrexisse.

20 Dub. Cur conturbati dicantur, cum Petrus iam eum vidisset? R. Ambrosius super Lucam, quod quia vectibus obseratis improuisus cum corpore se infuderat.

21 Dub. Cur dicit & cogitationes ascēdunt? Resp. Theo. quod in hoc ostendit se Deum esse, qui mentis cognoscit arcana.

22 Dub. Quas cogitationes habebant? Resp. Beda, q. falsas, & perniciosas contra resurrectio-

rectionem Christi, nec propter ipsa reducebantur ad ipsam credendum.

23 Dub. Cur dicit cogitationes ascendere? Resp. Beda, q ea, quæ Deus infundit dicũtur descendere, sed ea, quæ contra Deum sunt dicuntur ascendere.

24 Dub. Cum Io. 20. dicatur, gauisi sunt discipuli, & hic Lucas dicat eos conturbatos, videtur contrarietas? Res. Amb. super Lucam, dicens, q primò conturbati sunt, sed postmodum dum crediderunt gauisi sunt. Ioannes autem compendio vtitur, & Lucas historico vsus est circuitu.

25 Dub. Cur vult ut uideant, & palpent? Rñ. Beda, quòd ut dubietatis eorum vulnes sanaret.

26 Dub. Cur potius manus, & pedes, quàm alias partes corporis? Resp. qui supra, quia per ipsas cicatrices firmius docebantur cognoscere esse idem corpus numero, quod in cruce fuerat.

27 Dubit. An post resurrectionem Christus habuerit verum corpus? Resp. S. Tho. 3. par. q 54. articu. 1. q sic, quia si fuisset fantasticum corpus, nõ fuisset uera resurrectio, sed apparens.

28 Dubi. An corpus Christi resurrexit integrum? Resp qui sup. ar. 3. qđ sic, & quicquid ad naturam humani corporis pertinet, totũ fuit in corpore Christi resurgentis: fuit ergo eiusdem naturę, sed alterius gloriæ, quia impassibile resurrexit.

29 Dubi. Quia uidetur quòd non habuerit carnem, & sanguinem, cum dicatur 2. Cor. 15. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt? Res. qui sup. qđ caro, & sanguis non accipiuntur ibi pro natura carnis, & sanguinis, sed pro culpa carnis, & sanguinis, uel pro corruptione carnis, & sanguinis.

30 Dub. Quia si habuit sanguinem, ergo uidetur, qđ etiã alios humores habuerit, & ipsi causant corruptionẽ, ergo uidetur quòd corpus Xpi sit corruptibile? Resp. qui sup. qđ sicut Aug. dicit ad Cõsentium, quòd ualet diuina potentia de ista natura corporũ, quibusdam manẽtibus auferre, quas uoluerit qualitates, ut adsit labes s. corruptionis, adsit effigies, adsit motio, adsit fatigatio, adsit uescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

31 Dub. An totus sanguis effusus in passione fuerit reassumptus in resurrectione? Res. qui sup. qđ sic cũ totus pertineat ad ueritatem humanæ naturæ. dominus Io. Card. de Turrecremata sic probat. Si totus sanguis non fuit reassumptus, sed aliqua pars remã serit in terris, quæsiui quid erit de eo in fine sæculi. Non est dicendum qđ corrumpatur, nec etiam quod tunc à Christo assumatur quia resurrectio eius non iterabitur: ergo totus fuit reassumptus in resurrectione. Hoc idem probat S. Tho. quodlibet. 5. tum quia in perfectissima ætate passus est in qua maxime ea, quæ in homine inueniuntur ad ueritatem humanæ naturæ pertinere videntur, tamen ex merito passionis, quia si sanctorum martyrum illæ partes, in quibus p Christo passionem sustinuerunt, quendam priuilegiatum fulgorem habebunt, vt dicit Aug. in 2. de ciuita. Dei, multo perfectius sanguis Christi, quem propter salutẽ humani generis effudit ad gloriosam resurrectionem totus separatus est.

32 Dub. Quomodo reperit sanguis Christi qui seruatur in quibusdam Ecclesijs? Resp. S. Tho. 3. parte. ubi supra, & Io. de Poliaco quodlibe. 4. qđ miraculose dicitur fluxisse de quadam imagine Christi percussa, & ẽt de quadam hostia consecrata, percussa a quodam Iudæo, sicut accidit in uico Parisijs, & debet adorari eadẽ adoratione, qua alius sanguis Christi adoratur, cum repræsentet passionem Christi.

33 Dubitatur. Quia uidetur quòd diuinitas fuerit reparata à sanguine quia non possumus dicere, qđ in illo triduo Christus effusus fuerit super terram, super quam effusus est sanguis. Sicut dicimus, quod Christus fuit in sepulchro, quia corpus ibi erat, & in inferno, quia anima ibi fuit, à quibus non fuit separata diuinitas, & ita fuit à sanguine separata? Respond. do. Io. Card. de Turrecramata super Euangelijs, quòd illa ratio est Francisci de Maronis, qui in quodam sermone distinguit 4. separationes, & dicit quòd secunda separatio fuit humanitatis à diuinitate, prout humanitas dicit aliquod resultans ex unione animæ, & corporis, & propter hoc dicit Christum clamasse, Deus meus, vt quid dereliquisti me. Et quarta separatio fuit sanguinis à diuinitate, quæ tamen non uidetur bene dicta, quia differentia est inter cessationẽ unionis, & separationem unitorũ. Cessat enim unio aliquorum per decisionem alicuius extremorum, sed separatio non est nisi eorum, quæ manent

post

postquàm soluta est eorum unio. Vñ formę naturales aliæ ab aïa rationali qñ fit corruptio compositi, non dñr separari à materia, sed sola anima rationalis dicitur separari, quia remanet soluta vnione eius à corpore. Et ideo, cum in morte Christi humanitas, prout dicit aliquis resultans ex unione animæ & corporis, non maneat dissoluta unione animæ & corporis, sed desinat esse, non est propriè dicéda separari à diuinitate. Prętereà, quòd dicit Christum clamasse, Deus meus, ut quid dereliquisti me: pp talem separationem non dicit uerum, qm Augustinus, Magister senteñtiarum, S. Thomas, Alexander de Ales, & Nicolaus de Lyra, oẽs exponunt de subtractione protectionis: dicitur.n. derelictus Christus, quia expositus manib. impiorum, non auté dictũ est rõne separationis factę, & q̃dam Gl. dicit subtraxit protectionem, sed non soluit unionem. Qm hæc uerba adhuc uiuens in cruce dixit. Præterea, motiua sua non astringunt q̃ fuerit facta separatio sanguinis à diuinitate: tùm quia ipse Christus ait per prophetam Ps. 21. Ego aũt sicut aqua effusus sum. q̃ gl. q̃ est Augustini exponit de Christo. sicut ergo rõne corporis dicitur, q̃ iacuit in sepulchro, ita eo mõ rõne sanguinis effusi de corpore poterat dici effusus super terram. Nõ astringit quoq; aliud eius motiuum, q̃ omne, quòd p̃dicatur de eo, qđ est unitum uerbo, prædicetur de uerbo, quia non oportet quòd prædicetur omnib. modis. Vnde licèt anima semper manserit unita uerbo, non dicitur qđ uerbũ sit anima, aut quòd sit forma corporis, aut quod fuit separatum à corpore, sicut erat anima, aut qđ esset corpus, & separatum ab anima, & ita licet sanguis esset unitus diuinitati, non sequitur q̃ diuinitas esset sanguis, aut qđ fuisset effusa super terram, sed benè sequitur, q̃ erat habés sanguinem effusum super terram: quòd autem sanguis Christi, qui in passione fuit effusus semper manserit diuinitati unitus, probatur primò ex illo Matt. 26. c. Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Et hic est sanguis, qui pro uobis tradetur. Ex quibus uerbis Christi eadem uidetur esse unitas inter sanguinem effusum, & sanguinem uiuum, quæ fuit inter corpus uiuum & corpus mortuũ, sed corpus Christi mortuum, & uiuum fuit unum, & idem unitate suppositi: ergo sanguis effusus, & sanguis uiuus Christi fuit unus unitate suppositi, q̃ nõ esset si sanguis effusus in passione fuisset à diuinitate separatus: consequentia est bona, & antecedens pro utraque parte, aliàs dabitur qđ sanguis effusus esset alius suppositaliter, q̃ sanguis uiuus Christi, quod non uidetur conuenienter dictum. Item sanguis Christi effusus in passione fuit pretium sufficiens ad redemptionem humanæ naturæ. ergo non fuit à diuinitate separatus consequentia est bona, antecedens patet ex illo 1 Cor. 6. Empti estis pretio magno, q̃ sufficienti, sed sufficiens pretium redemptionis non potuit esse aliqua uirtute creata. Vnde necesse est, qđ uirtute diuina unde ex hac ratione sumitur hæc necessitas incarnationis. Vnde S Th. super illud: empti estis pretio magno, dicit, Dicitur autem pretium redemptionis magnum, quia non est corruptibile, sed ęternam habens uirtutem, cum sit sanguis Dei æterni. Item sanguis Christi effusus fuit incorruptibilis, patet, tum ex illo Ps. 22. Quæ utilitas in sanguine meo, cum descendo in corruptionem, tamen ex illo 1. Petri 1. non corruptibilibus auro, & argento redempti estis, sed pretioso sanguine: sed ista incorruptio non inerat ei ex naturali uirtute. Ergo necesse erat quod inesset uirtute diuinitatis sibi unitæ. Item sanguis Christi, qui datur nobis sumendus sub sacramento est idem sanguis, qui effusus est à corpore Christi in remissionem peccatorum. Sed iste est unitus diuinitati, ergo & ille. Item cum sanguis Christi operatus sit remissionem peccatorum, ablutionem culparum, & apertionem regni cœlestis: necesse est dicere, quòd fuit diuinitati unitus, quia actio & operatio arguunt uirtutem in operante, tales operationes sunt supernaturales, ergo diuinæ. Vnde S. Th. super illud ad Heb. 9 Christus assistens pontifex, & infra, per proprium sanguiné dicit. Per istum sanguinem redempti sumus, & hoc in perpetuum, quia uirtus eius est infinita. Idem tenet Damascenus, dicens. Anathema sit qui dicit uerbum Dei deposuisse, quod semel assumpsit. Itẽ Deus nihil agit frustra, quia nec Natura, quia omnia disponit cum ratione sed nulla ratio sufficiens potest assignari qđ sanguis effusus in remissionem peccatorum derelinquatur à diuinitate, neque aliqua utilitas sit in eo. ideo &c.

34 Du. Quia uidet, qđ spiritus carné & ossa habeat,

habeat, qui anima informās corpus ipsum corpus habet, quòd corpus carnem, & ossa habet, ergo &c. Respon. quòd spiritus neque anima habent carnem, & ossa, quæ sint suæ naturæ, cum anima, & spiritus sint naturæ incorporeæ, & hoc modo Christus probauit se non esse spiritum, cum non haberet carnem, & ossa.

35 Dub. An apparuerit dominus discipulis nudus, vel uestitus? Respon. quòd euntibus in Emaus apparuit uestitus sicut peregrinus. Item, Magdalenæ in forma hortulani, qui non incedunt nudi, & ita uerisimiliter apparuit cæteris Apostolis indutus.

36 Dub. Quibus vestibus erat indutus? ℞. quod sicut apparebat eis in forma, qua volebat, ita & in habitu quo volebat.

37 Dub. Si non credebant quomodo poterant mirari præ gaudio? Resp. q. non erant increduli ex toto, sed mirabantur de narratis, & visis, & gaudebant.

38 Dubit. Cur voluit manducare cum eis? ℞. S. Tho. 3. sent. dist. 21. q. 2. art. 4. q. 4. quòd per comestionem ostendit ueram naturam humanam remansisse ex illis operibus uitæ, quæ infirma sunt, s. per comestionem, quæ comestio non fuit necessitatis, sicut est in animali vita, sed magis fuit potestatis, id est, naturalis potentiæ ostensiua.

39 Dub. An fuerit ibi vera comestio? ℞. qui sup. quòd sic, quantum ad diuisionem cibi, & quantū ad traiectionem in uentrem, non autem quantum ad cōuersionem in humores, uel in substantiam comedentis.

40 Dub. Quid actum fuit de illo cibo? Resp. qui supra, quòd vt August. dicit in spiritualem naturam conuersus est, idest, in vaporem resolutus, sicut aqua per radios Solis.

41 Dub. Quia per talem comestionem non videtur probata humana natura, quia etiā Angeli leguntur comēdisse, qui tamen non erant homines? Resp. qui supra, quòd in Angelis non est comestio ad ostendendum potentiam naturalem nutritiuam, quam non habent, sicut Christus eam habuit, & ideo nō est simile: & licèt ista comestio, uel unū argumentorum, quibus vsus est per se, non sufficerent, tamen omnia simul certitudinem faciebant, & ideo etiam argumenta multiplicata sunt.

42 Dub. Quia argumenta tolluntur ubi fides quæritur, ut dicit Ambr. & Greg. in homil. fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum? Respond. qui supra, artic. 5. quòd intentio Ambr est dicere, quòd fides non assentit alicui propter argumenta, sed propter ueritatem primam. Non autem quin possint induci argumenta adminiculantia fidei, sicut primo Apostoli inducti fuerunt ad credendum per miracula, & per auctoritatem, & per uisibiles apparitiones.

43 Dubit. Quid probauit dominus per istas apparitiones? ℞. qui sup. quòd identitatem resurgentis, & conditionem resurrectionis, quam probauit quantum ad ueritatem uitæ, loquendo cum eis, & ueritatem corporis se palpandum præbendo, & quantum ad gloriam ianuis clausis intrādo. Identitatem resurgentis probauit, quātum ad naturam, comedendo cum eis, & personam se uisibilem præbendo in eadem effigie, quam soliti erant uidere, & quantum ad accidentia per hoc, quòd cicatrices ostendit.

44 Dub. Cur non ita probauit alios articulos fidei sicut istum? Respon. qui supra, q. quidam articuli sunt de diuinitate tantum, & non possunt probari ad sensum, sed per miracula, uel per auctoritates, quemadmodum probati fuerunt. Quædam sunt de humanitate diuinitati unita. Et isti etiam ad sensum omnes probati sunt: sed quia passio, & ascensio in seipsa uita est, non autem resurrectio, ideo signa resurrectionis uisibiliter ostendi oportuit, ex quibus conferendo ad ueritatem resurrectionis perueniretur, & propter hoc ista probatio dicta est argumentatiua. Non autem probatio Passionis, uel Ascensionis.

45 Dub. Quia non uidetur uera probatio resurrectionis per hoc, q. se palpandum præbuit, quia angeli, & dæmones possunt assumere corpora solida? Resp. qui supra, art. 4. q. 2. quòd licet possint assumere corpora solida, non tamen habentia omnes operationes uitæ, quia opus artis non potest esse simile operationi naturæ, & ex longa mora perciperetur deceptio.

46 Dub. Quia si argumenta illa sufficienter probabant resurrectionem, uidetur, quòd diminuerent meritum fidei? Resp. qui supra, q. 2. art .. quòd fides non est directè de eo, quod probatur, sicut de obiecto, sed de diuinitate, quæ probari non potest homini in uia. Vnde Thomas uidit hominē, & Deum credidit.

47 Dub. Cum cicatrices videantur importare quandam corruptionem, vt quid remanent in corporibus gloriosis? Resp. qui sup. art.4 q.3. quod, vt dicit Aug. 20. de ciuit. Dei, quòd remanent ad decorem, quasi insignia victoriæ, non quòd aliqua corruptio, vel defectus in eis sit.

48 Dub. An Sancti, quibus truncata fuerunt membra, resurgent sine illis membris? Res. qui sup. q. non oportet quòd sine illis resurgant, sed quòd in loco incisionis aliquod vestigium ad decorem gloriæ remaneat.

49 Dub. Quæ differentia est inter mel, & fauum mellis? R. Beda, q. idem sunt, sed mel quando est extractum a cera, fauus mellis dicitur interim, quod est in cera.

50 Dub. Vt quid dedit eis reliquias? Resp. q. vt magis certificarentur cũ comedisse, cum in reliquijs viderent consumptionem cibi editi, qui deficiebat.

51 Dub. Cur dicit, cũ adhuc essem vobiscũ, cum etiam nunc sic loquendo esset cum eis? R. Beda, i. cũ adhuc essem in carne mortali, quia licèt in eadem carne resuscitatus esset, non tamen cum eis in illa mortalitate erat.

52 Dub. Cur dicit necesse erat impleri scripta de eo? R. Aug. de consensu Euangelist. q. ad confutandũ deliramenta eorum, qui dicunt eum magicis artibus tanta fecisse, & Apostolos conuertisse, quia antequã nasceretur nõ erat magus. Et tamen talia de ipso prophetata fuerunt antequàm nasceretur.

53 Dub. Vt quid aperuit eis sensum? Resp. Ly. vt illuminarentur ad percipiendum ea, quæ erant diuinitatis.

54 Dub. Cum Dauid fuerit propheta, cur distinguit psalmos a prophetis? Resp. quòd quia liber psalmorum est distinctus à libro 12. prophetarum.

55 Dub. Cur primò vult, quòd prædicẽt pœnitentiã, & post remissionem peccatorum? Resp. quòd cum peccata non remittãtur sine contritione, quam importat pœnitentiã. Ideo primò pęnitentia debet suscipi, vt post remittantur peccata.

56 Dub. Cur dicit in nõie suo, & non Dei, vel Trinitatis? R. Theoph. quòd hoc nomen Christus continet in se patrem quasi vnctorem spũmsanctũ, quasi vnctionẽ, & filium quasi vnctum, s. ẽm humanam naturam.

57 Dub. Quomodo poterant prædicare omnibus Gentibus, cum decem tribus sint inclusæ, vltra montes Caspios? Res. quòd circa finem mundi egredientur, & eis tunc prędicabitur.

ALLEGORICE.

Quod Christus stat in medio discipulorum] signat eum stare in medio congregatorũ omnium in nomine eius [piscis assus, quem comedit] significat, q. naturã nostrã in hoc mari huius vitæ natantẽ assans eam igne propriæ deitatis, & exsiccãs eius humiditatem, quam a profundis vndis contraxerat, escam fecit diuinam, & eam quæ prius erat abominabilis, præparauit Deo cibum suauẽ, quod significat fauus mellis. [Quòd autem reliquias eis dedit] signat quòd ipse humanum genus redemit, sed reliquias Iudæorum, & Gentium sancti Apostoli conuertere sua prædicatione debebant.

TROPOLOGICE.

Si volumus Christum habere in medio nostrũ, oportet, quòd simus vniti, & congregati in nomine eius, & dabit nobis pacem. Itẽ, quòd manducemus piscẽ assum, i. Christum passum in sancto sacramento cũ fauo mellis, i. cũ dulcedine suauitatis, & quòd solum manducemus partem, quia non potest totaliter cõsumi. Item, quòd quæramus intelligere scripturas, vt saluemur, & sciamus, quid credere, & quid agere debeamus.

ANAGOGICE.

Contemplemur cęlestem gloriã post cõmunem omniũ resurrectionẽ, in qua Christus erat in medio beatorum, vbi erit verissima pax, & videbunt cicatrices suæ victoriæ coruscantes, & splendidius Sole lucentes, & videbimus, ac palpabimus eum sicut est, & reficiemur escis dulcioribus melle, & fauo, gratiasq́ue agemus, quòd per pœnitentiam consecuti fuerimus remissionem peccatorum, vbi omnes gentes eum laudabunt in sæcula sæculorum. Amen.

FERIA IIII. PASCHAE.

Manifestauit se iterum. Ioan. 21.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 5. Aprilis, s. in die Martis.

HISTORICE.

Cũm Petrus, Thomas, Nathanael, Zebedei filij, alijq́; duo ex domini discipulis inaniter piscãdo totam cõsumpsissent noctem, mane facto, nequaquã ab eis agnitus in littore

tore dominus affuit, rogauitq; an aliquid esculẽti haberẽt, quibus negantibus, iussit in dexteram puppis retia iactari, quoniã pisces inuenirent, qui iussa perficientes, centum quinquaginta tres, & quidẽ magnos cõprehenderunt pisces, adeo ut rete trahere nequirent, quod nequaquã ex tanta multitudine scissum fuit. Petrus itaq; cũ quod dñs esset à Ioanne percepisset, tunica indutus mare transuadauit reliquis nauigio in terrã descendentibus, cũ solum ducẽtis à terra cubitis abessent: ut autem de captis piscib. afferrẽt, eis dominus imperauit, vtque prãderent. Eorum tamen nullus, quisnã esset interrogare ausus fuit proprium agnoscentes dominũ. Hic uero piscem assum vna cũ pane eis distribuit. Tertiò iam resurrectione peracta se eis demonstrante.

Dubia manifestanda occurrunt.

1 DVBITATVR. Primò, cur dicitur, manifestauit se? Resp. Chrys. quod quia non uideretur, nisi condescenderet.

2 Dub. Cur resurrectio Christi non fuit ita nota omnib. sicut passio eius quæ fuit omnibus manifesta? R. S. Th. 3. par. q. 55. ar. 1. qđ q̃a passio eius peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ cõmuni lege nota est omnibus. Et ideò immediate omni populo manifestari potuit, sed resurrectio eius facta est per gloriã patris, & resurrexit gloriosa resurrectione. Ideò nõ omni populo immediate manifestanda fuit, sed quibusdam, quorum testimonio delata fuit in aliorum notitiam.

3 Du. Cur bis dicit Euangelista manifestauit? Resp. Beda, q̃ more solito Euangelista prius retulit causam, deinde quemadmodũ res gesta est, enarrat.

4 Dub. Quis fuit iste Symon? Resp. Lyr. qđ fuit Petrus, & non ille Apostous, qui uocatus fuit Symon.

5 Dub. Qui fuerunt illi duo discipuli innominati? Res. S. Vin. in Ser. q̃ creduntur fuisse Andræas frater Petri, & Philippus, qui erat frater Nathanaelis.

6 Dub. Cur iuerunt piscatum? Res Aug. qđ propter penuriam, ut emerent sibi cibos.

7 Dub. Cur dñs permisit eos penuriã pati? Re. qui sup. q̃ ut cogerentur ire piscatum, & sedi miraculum factum cum agnoscerẽt.

8 Dubit. Cur Petrus, qui omnia reliquerat propter Christum, redijt ad piscãdum? Respon. Greg. in Hom. q̃ negocium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc repetere post conuersionem culpa non fuit, & sic ad piscationem post conuersionem Petrus redijt. Matthæus vero ad Teolonei lucra non resedit.

9 Dub. An piscationes, & venationes possint licitè fieri? Res. S. Th. 1 par. q. 96. ar. 1. q̃ omnia animalia sunt homini naturaliter subiecta, & quemadmodum plantæ vtuntur terra ad sui nutrimentum: animalia vero plantis, ita homo utitur plantis, & animalibus, & propter hoc dicitur in. 1. Politicorũ, quod venatio siluestrium animalium est iusta, & naturalis, quia per eam homo vendicat sibi quod est naturaliter suum, & ita etiam piscatio licita est.

10 Dub. An liceat vbiq; venari, & piscari? R. q̃ ut hr̃ in Institutionib. de rerum diuisione, ferarum, bestiarum, & omnium animalium siue in mari, aere, siue in terra existant, quæ non sunt in bono alterius, dominium acquiritur per occupationẽ, siue quis ea capiat in suo, vel in alieno. Dominus autem fundi potest prohibere ingredientem venandi, uel aucupandi gratia. & cui prohibitũ fuerit, tenetur iniuriarum: dum autẽ sunt in bono alicuius, & custodiam eius effugerint, & in libertatem naturalem uenerint, nec sunt in animo redeundi, rursus occupantis erunt. Vnde si quis habet pisces in piscina, & custodia sua, sub pœna furti nemo eos rapere debet. Si autẽ piscinam contingit destrui, & rupta custodia, pisces in aliud flumen in libertatem naturalem venerint, capientis erunt.

11 Du. Cur alij discipuli secuti sunt Petrũ? Res. Chrys. quia Petrus erat caput eorum.

12 Dub. In quam nauim ascenderunt? Resp. Ly. q̃ in alienam, cum suam reliquissent, eis accommodatam, vel locatam, seu alio modo licito adeptam.

13 Dub. Cur piscabant̃ de nocte? Res. Chrys. quia adhuc formidolosi erant.

14 Dub. Cur nihil ceperunt illa nocte? Respon. Greg. q̃ ut captio sequens miraculosa appareret.

15 Dub. Cur nõ iuerunt piscatũ inter mortem, & resurrectionẽ Christi? Resp. Aug. qđ quia putarentur eos illa, quæ animos eorũ occupauerat desperatione fecisse, vel dic, qđ

erat infrà octauam Paschæ, quæ tota erat solemnis, & non erat licitum operari: maxime quia nō fuit dies intermedia, nisi sabbatum.

16 Dub. Cur non venit ad eos dominus nocte? Res. quia terruisset eos, & non ita clarè manifestasset resurrectionem suam.

17 Du. Cur non ambulauit super aquas? R. Ly. quòd ad ostendendum qđ amplius non erat cum illis in fluctibus vitæ corruptibilis.

18 Dub. In qua forma eis apparuit? Resp. S. Vincen. in Ser. qđ in specie mercatoris volentis emere pisces.

19 Dub. Cur potius voluit apparere in forma peregrini, hortulani, & mercatoris, q̄ in alijs? Resp. S. Vin. in Ser. Quod ideò, q a fuit peregrinus, ut patet feria secunda Paschæ in allegoria, fuit hortolanus in sua pdicatione, malas herbas i. vitia eradicando, & bonas i. virtutes plantando. Item, & mercator in sua passione, quia emit totum genus humanum precio sanguinis sui.

20 Dub. Cur interrogat an pulmentarium haberent? R. Chry. qđ quasi ab eis aliquid emere vellet.

21 Dubit. Quid est pulmentarium? Resp. qđ quilibet cibus præter panem.

22 Dub. Cur discipuli nihil aliud ipsi dixerunt nisi non? Resp. Lyr. quia credebant eū mercatorem esse, qui vellet emere pisces.

23 Dub. Cur iussit vt mitterent rete in dextram nauis? Res. Chry. q per hoc ostendit eis signum, quo eum cognoscerent.

24 Dub. Quomodo potuerunt capere tot pisces? Resp. Ly. quod virtute diuina.

25 Du. Quomodo non valebant trahere, qđ tamen post traxerunt? Resp. q non valebāt illud trahere super nauim præ pondere piscium.

26 Dub. Quomodo Ioan. inter alios prius cognouit Christum? R. S. Vin. in Ser. quia habebat excellētiam virginitatis. Ideò, habebat oculos clariores. nam beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Matt. 5. cap.

27 Dub. Quomodo Ioannes cognouit dominū? Resp. qui sup. q admiratus quis esset homo ille, qui tantum sciebat de arte piscatoria, curiosius inspexit illum, & cognouit eum esse dominum.

28 Dub. Cur Ioan. se nominando dicit semper, discipulus ille, quē diligebat Iesus? Res. Aug. q hæc erat consuetudo eorum, qui nobis sacras literas ministrarunt: & ut dicit Ly. hoc patet de Paulo 2. Cor. 12. cum dicit scio hominem in Christo, &c. & 2. Reg. 18 c. de Dauid. dixit, vir, cui constitutum est de Christo.

29 Dub. Cur potius Ioannes dixit Petro, q̄ alijs discipulis q ille erat dominus? Respon. Lyr. quia ipsi inter se erant magis familiares, & præ cęteris Christum plus diligebāt.

30 Du. Quomodo Petrus stabat nudus? Res. Beda, & Ly. q dicitur nudus respectu aliorum uestimentorum, quibus uti solebat, qđ more piscatorum studio piscandi nudus incesserat.

31 Dub. Cur præcinxit se tunica? Res. Ly. vt cū maiori reuerētia accederet ad Christū.

32 Dub. Quæ tunica erat illa? Respō. Theo. q præcinxit se lineo amictu, quē Fenices, & Tyrij piscatores circunuoluūt sibi, cum nudi sint cæteris indumentis apponunt.

33 Du. An Petrus ambulauerit super aquas, uel natauerit ueniendo ad Christum? Resp. Beda, qđ natādo venit, uel pedibus ppriis, quia erat propè terram. Ly. tamen dicit, qđ ambulauit super aquas domini memor quē diligebat, & pristinæ ambulationis super aquas, quando ad dominū uenit, quia etiam non natando potuisset uenire, quia tunica succinxit se, quod non fecisset si natare uoluisset, nec etiam peditando uenit per profundum aquæ quia distabat cubitis ducentis: quia non uidetur quod in tanto spacio maris aqua esset ita parua, quòd homo posset ibi peditare, & maximè quia aqua illa erat tanta, quòd in ea nauis poterat currere, in qua erant septem homines ad minus, quia tot sunt hic numerati. & 153. pisces magni, & retia, & alia nauis instrumenta, sed verisimilior uidetur opinio Bedę quòd non ambulauerit super aquas, & quòd uenit peditando, nec rationes Ly. astringunt, quia ut patet ex textu Euangelij nō posuerunt in naui illos pisces, nec retia erant in naui, sed uenientes ad terram trahebant & super naui erant sex homines, quia Petrus uenit per aquam, præterea in minori aqua una nauis piscatoria, etiam onusta natarer, ubi altitudo aquæ non equaret altitudinem unius hominis, ut satis ad oculum patere potest, nam illud uocabatur mare, more Hebraico, quomodo omnis congregatio aquarum dicitur mare. erat enim lacus siue stagnum. Et præterea cum primò ambu-

ambulauit super mare sibi imperauit Christus, dicens, veni, & tamē cępit mergi, fuitq; adiutus à Christo, quare non videtur verisimile, quòd nunc sine expresso cōsensu Christi præsumpsisset ambulare super aquas tentando Deum absque necessitate.

34 Dub. Cur Petrus voluit potius mittere se in mare, quàm venire nauigando cum cæteris? Res. Beda, quòd eo ardore, quo & multa alia fecerat.

35 Dubi. Cur alij discipuli non miserunt se in mare? Resp. Ly. quia non erant ita feruidi, sicut Petrus.

36 Dub. An traxerunt rete piscium postquā fuerunt in terra? Res. Gl. qđ hic interpositio est, vt sit ordo literæ. Alii discipuli nauigando venerunt trahentes rete piscium, non enim longè erant à terra.

37 Dub. Cur dicitur quasi cubitis ducentis? Res. Ly. quod in hoc assignatur ratio, quare citò venerunt post Petrum.

38 Dub. Quis attulerat panem & piscem, ac prunas? Res. Chr. quod illa Christus creauit de nouo, ostēdens signa suæ resurrectionis.

39 Dub. An panis esset suppositus prunis? R. August. quod non est intelligendum panem esse suppositum prunis, sed ibi paratum pro refectione.

40 Dubi. Cur dominus ita familiariter loqtur discipulis? Res. Ly. ꝙ ad confirmandam veritatem resurrectionis.

41 Dubit. Cur iubet afferri ex piscibus quos ceperant? Resp. Chry. ut ostenderet nō esse fantasma, quod factum est.

42 Dub. Cur Euangelista exprimit tot nomina piscatorum, numerum, & magnitudinem piscium, & rete non fuisse scissum? Res. Lyr: ꝙ ad maiorem expressionem rei gestę, & ad declarationem miraculi.

43 Dubit. An Christus comederit cum eis quando inuitauit eos ad prādium. Resp. qui sup. post Chry. quod sic, vt dicit Lucas. Licet hic non dicatur.

44 Dub. Cur comedit cum eis? Res. qui sup. quòd ad declarationem suæ resurrectionis.

45 Dub. Cur nemo audebat eum interrogare quis esset? Res. Aug. super Ioan. ꝙ ex tanta euidentia ueritatis nemo audebat dubitare, quod ipse esset, quia si quisquam dubitaret, vtique interrogaret eum.

46 Dub. Cum Iesus esset ibi, cur dicitur, & venit? Resp. quòd uenit ad mensam.

47 Dubi. Cur dabat eis panem, cum ipsi ex se capere scirent? Resp. Ly. ꝙ eo modo diuidebat eis panē, & piscem, sicut ante passionem ad declarandum suam resurrectionē.

48 Dub. Quia cum iam die resurrectionis quinquies manifestatus fuerit, cur dicitur hic tertio? Res. Aug. vbi sup. quod illud tertio, nō ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus, i. Primò, ipsa die, qua resurrexit Secūdò, post dies octo, qñ Thomas erat cū eis. Et nunc Tertiò, & deinde quotiens voluit, quousque ascendit ad cœlum.

ALLEGORICE

Christus in captura piscium commendauit Ecclesiæ sacramētum, qualis erat futura in vltima resurrectione mortuorum, [quod septem discipuli fuerunt in illa piscatione] signat finem tēporis, quia vniuersum septē diebus voluitur tempus. [quod nox erat, & nihil ceperunt] significat, qđ ante Christi ꝑsentiam, qui est sol, prophetæ nihil cęperūt, quia, & si unā nationem Israel corrigere conarentur, illa tamen frequenter in idololatriam labebatur, [quod discipuli in mare laborabāt signat, quod adhuc fluctibus mortalis vitæ inhærēt. [Christus stat in litore] quia iam corruptionem carnis excesserat, [mane] significat initium immortalis vitæ post resurrectionem [in dextera capiuntur pisces] cum iustos à dextris statuet [pisces in littore effusi] iustos in fine sæculi apparere designat [quòd trahebantur, nec apparebant vsquequo rete ad littus perueniat] signat sanctos, quos nunc habet ecclesia latere donec uniuersale iudiciū fiat, [quod ducentis cubitis distabant] significat cētum ex Israel, & centum ex Gentibus, cum centum sit numerus perfectus, esse saluandos omnes, s. ex utroq: populo electos [piscis assus] Christus est. Petrus cui commissa est ecclesia [rete ad littus trahit] .i. stabilitatem æternæ patriæ ipse, & sui successores fidelibus ostendunt, [magni pisces] signāt sanctos futuros magnos in regno cœlorum. 153. Primò quidem. 10. significant propter decalogum, & propter gratiam additam, 7. quia 7. sunt dona Spiritussancti, & sic efficiunt 17. qui numerus ab vno vsq; ad seipsum cōputatis oībus crescens 153. peruenit, quo oēs ad gratiā pertinētes designantur [rethe scissum non est] qñ in æterna uita nulla erunt schismata. [Ioannes prius noscēs Christum] designat puritatem citò Deum inuenire. [quod Petrus citius uenit ad Christum]

ſignat obedientes priuſquàm virgines ad Deum venire. [quòd Christus parat eis prãdium] ſignat eum nobis præparaſſe æternum conuiuium. [Alij piſces piſci aſſo adduntur] cum martyrum paſſiones, Christi paſſioni communicant, [ꝙ nullus eum audeat interrogare ſciẽtes, quia dominus eſt] ſignat, ꝙ in illa æterna patria omnia erunt ita clarè cognita, quòd non erit opus aliquẽ propter ignorãtiam interrogare, [quòd dat panem & piſcem] deſignat, quòd in illo æterno conuiuio Christus, & diuinitatem, & humanitatem fruendam concedet.

TROPOLOGICE.

Inſtruimur ex hoc ſacro Euangelio, vt ꝑ piſcationem, vel aliam artem licitam in ſudore vultus noſtri veſcamur pane noſtro, quodq; nocte ſurgamus, & vigilemus in orationibus, & mittamus in dexterã bona opera exercentes, nec recuſemus trahere iugũ Christi, quoniam per obedientiam, & pœnitentiam ſuauiter eum trahemus, nec ſcindemus rete, vt deficiamus domino cooperante, nec præſumamus interrogare, i. dubitare de articulis fidei, qui ſunt clariſſimi, cum initantur veritati diuinæ.

ANAGOGICE.

Vltimum æternumq́ue conuiuium ex ſacro Euang. ad contemplandum ducimur, vt per procellas huius mundi, ac noctis tenebras, in quibus nil clarè cognoſcere poſſumus, ad illam gloriam ineffabilem, in qua Deum ſicuti eſt intuebimur, perueniamus, vbi ſatiabimur pane cęleſti, & recumbemus cum Christo, ac omnibus electis, quos obedientia ad regnum perduxit æternum.

EERIA V. PASCHAE.

Maria ſtabat ad monumentum. Ioan. 20.

Hiſtoria huius Euangelij facta eſt in die reſurrectionis Domini.

HISTORICE.

Flentem Mariam duo, quos intra monumentum proſpexit Angeli ad caput, & pedes loci diſpoſitionis Ieſu fletus ab ea cauſam inquirebant, quæ cum eius Dominum ablatum diceret ſe lugere, conuerſa à Ieſu incognito rogata fuit, quo ille protendebãt lachrymæ, quæ Ieſum hortulanum arbitrata præcabatur, vt ſi Ieſum aſportaſſet, locũ patefaceret, in quo iaceret, quatenus ab ea reperiri, & reportari poſſet, cumq; eam dñs ſuo compellaſſet nomine, illa agnoſcens Dominum, vt magiſtrum ſalutauit. Volenti vero eius oſculari pedes prohibuit, nondum ad ſuum aſcendiſſe genitorem dicens, ſed vt Apoſtolis nunciaret iuſſit ſe ad ſuum eorumq́ue parentem ſcandere velle.

Dubia ſoluenda hęc ſunt.

1 DVBITATVR. Primò, quæ fuit iſta Maria? Reſp. Greg. in Hom. quòd Magdalena.

2 Dub. Vbi ſtabat foris? Reſp. Aug. de conſenſu Euangel. ꝙ foris domumculam ſepulchri, ſed tamẽ intra clauſuram horti, in quo erat ſepulchrum.

3 Dub. Cur flebat? R. Ly. quia credebat corpus Domini fuiſſe ablatum.

4 Dub. Cur ſemel Angelus oſtendiſſet ſibi locum, in quo poſitus fuerat Christus, cur denuò proſpexit in monumentum? Reſp. Greg. quia volebat adhuc videre ſi aliquod eius veſtigium poſſet percipere.

5 Dub. Cur ſe inclinauit? Reſp. quia oſtium monumenti erat paruum.

6 Dub. Cur duo Angeli apparuerunt? R. Ly. ꝙ propter reuerentiam loci conſecrati ex tactu corporis dominici, & etiam vt ſolennius denunciarent reſurrectionem Dñi.

7 Dub. Cur in albis erant? R. ꝙ ad deſignãdum dominicæ reſurrectionis gaudium.

8 Dub. Cur interrogant, cur plorat? Reſp. Chryſ. ꝙ lachrymas prohibebant, & futurũ quoddammodo gaudium nunciabant.

9 Dub. Cur ipſa reſpondit, tulerunt Dñm meum? R. Aug. ꝙ putat eos interrogaſſe neſcientes. Ideo cauſas prodit lachrymarum.

10 Dub. Quomodo erat Dominus ſuus, cum ſolum ibi fuiſſet corpus exanimè? R. qui ſupra, ꝙ Dominum vocat à toto partem ſignificans, ſicut Christus dicitur ſepultus, cũ ſola eius ſepulta ſit caro.

11 Dub. Quia cum Angelus primo ſibi dixiſſet, ſurrexit, non eſt hic, cur hæc verba dicit? R. qui ſup. ꝙ ad verba ipſius Angeli dum fleret proſpexit in monumentum.

12 Dub. Cur non expectato reſpõſo conuerſa eſt retrorſum? R. Chryſ. dicẽs, mihi videtur, ꝙ hæc ea dicente Christus poſt ei apparuit, & Angeli conſiderantes dominatorẽ, & figura, & inſpectione, & motu confeſtim oſtenderunt, quoniam Dominum viderunt, & hoc

& hoc ẽ, ꝙ mulierẽ cõuerti retrorsũ fecit.

13 Dub. Cur non statim cognouit dñm, ℞. q sup. ꝙ non ei apparuit, ut dñator, sicut angelis, ne eam ex prima visione stupefaceret.

14 Dub. Cur dominus interrogat, cum hoc sciret? Resp. Greg. in homil. quòd vt augeatur desiderium, quatenus cum nominaret, quem quæreret, in amorem eius ardentius æstuaret.

15 Dub. Cur potius estimabat eũ hortolanũ quàm alium? Resp. Ly. ꝙ sciebat milites fugisse, & ideò neminem credebat aduenisse nisi illum, cui incumbebat cura horti.

16 Dub. Cur non nominat Iesum, sed dicit, si tu sustulisti eũ? Resp. Greg. vbi sup. ꝙ vis amoris hoc agere solet in animo, vt quẽ ipse semp cogitat nullũ aliũ credat ignorare.

17 Dub. Cur eum volebat tolere? Resp. Theophil. super euang. ꝙ timens ne Iudæi corpori sæuirent exanimi.

18 Dub. Cur vocat eã Mariam? ℞. Lyr. ꝙ vt eam magis intentã faciat, & Grego. in homi. q.d. dñs, recognosce à quo cognosceris.

19 Dub. Cur dicitur adhuc conuersa? Resp. Chry. dicens, mihi videtur, ꝙ dicẽte ea, vbi posuisti eum, conuersa est ad Angelos, vt interrogaret, cur stupefacti essent, Deinde Christus vocans eã cõuerterit eã ad seipsũ.

20 Dub. Quid significat rabboni? ℞. ꝙ secundum interpretationes nominum Hebræorum, idem est, quod magister meus. Rabbi autem dicitur magister simpliciter.

21 Du. Quid agere volebat Maria, quia sibi dixit Christus, noli me tangere? ℞. Grego. Homi. ꝙ ex verbis Christi innuit, ꝙ voluit amplecti eius vestigia, quæ recognouit.

22 Dub. Cum ante passionem permitteret se tangere, cur nunc nõ vult tangi? ℞. S. Th. 3. par. q. 80. ar. 4. quòd ante passionem gerebat similitudinem carnis peccati, ideo patiebatur à peccatoribus se tangi, sed ipsa similitudine remota per gloriam resurrectionis se tangi prohibuit à muliere, quæ defectum fidei circa ipsum patiebatur.

23 Dub. Cur dicit nondum ascendi, &c. ℞. qui sup. ꝙ ut Aug. exponit nondum ascendi ad patrem meum, s. in corde tuo.

24 Dub. Si ascendisset ad patrem, quomodo poterat post tangi? ℞. qui sup q. 55. ar. 6. nõ sic intelligitur, qđ post ascensionẽ tangatur, sed q.d. vt dicit Chrys. non ęstimes me iam terrenã vitã agere, quód. n. in terris me vides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrẽ meum, sed in promptu est, quod ascendam.

25 Dub. Cur præcepit Apostolis, quòd palpent, & mulieri prohibet? ℞. qui supra, quia hæc carnaliter adhuc in eum credebat, quẽ sicut mortuum flebat.

26 Dubit. Cur alias cum aliis mulieribus ab ea ꝑmisit se tangi, qñ accesserunt, & tenuerunt pedes eius? Resp. qui sup. quod de hoc qõnem non facit, vt dicit Seuerianus, si quidẽ illud de figura est, hoc de excessu, illud de diuina gratia, hoc de humana natura.

27 Dub. Quos hic dominus vocat suos fratres? Resp. Ly. quod Apostolos.

28 Dub. Cur eos vocat fratres? Resp. qui sup. ꝙ propter similitudinem naturæ humanæ, & specialitatem amicitiæ ad ipsos.

29 Dub. Cur dicit, quod ascendit, cum tunc non ascenderit? Resp. qui sup. & Chrys. q.d. in promptu est vt ascendam.

30 Dub. Videtur, quod Apostoli ita erant filii Dei, sicut Christus, quia dicit patrẽ meũ, & patrem vestrum? Respõ. Aug. quod aliter meum, & aliter vestrum: meum per naturã, vestrum per gratiam adoptionis.

31 Du. Cur dicit Deum meum, cũ ipse esset Deus? Resp. Ly. ꝙ hoc dicit inquantũ homo.

ALLEGORICE.

[Maria foris monumentum plorãs] significat ecclesiam gentium foris veram fidem existentem, [quæ flebat]. i. anhelabat videre, i. recipere fidem Christi, [& inclinando prospexit in monumentum]. i. se subiiciendo Christo agnouit quòd q̃rebat [duo Angeli ad pedes, & caput] signant fidem annũciandam a principibus vsq; ad finem sæculi [quod lachrymas prohibent] significat sacra eloquia nos consolari, [quòd Maria conuersa est retrorsum] significat dubitantem in fide, tergum in faciem dñi mittere [quòd Iesum vidit, & non agnoscit] ipsam & amasse, & dubitasse significat [qđ hortolanum credidit] significat, qđ Christus ei verè hortolanus extitit, qui in eius pectore per amoris vim semina virtutum virentia plantauit, [ꝙ dñm post vocationẽ agnouit] significat, qđ paulatim venitur ad cognitionem cęlestiũ. [qđ prohibetur tãgere donec ascenderit] figurat ecclesiã de Gentib. quæ in Christum non credidit donec ad cęlos ascẽdit, [quòd Apostolis nunciari ꝑcipitur] designat secreta Dei per internũcios nobis manifestari.

TROPOLOGICE.

Instruimur vt mortuo in nobis per pctm̃ Christo,

Christo,cum lachrymis quæramus eum diligenter,& qđ nobis vera nunciantibus credamus,& vt inclinemus nos eius iugo, demissa omni superbia vtq; doctores alijs reuelent,quæ Deo inspirante didicerunt.

ANAGOGICE.

Contemplemur summam diuinitatem, cui Angeli astant, & prohibent à sanctis lachrymas,quas Deus abstergi ab oculis sanctorum,vt cum voce iucunditatis,& lætitię perpetuo eum laudent.

FERIA VI. POST PASCHA.

Vndecim discipuli abierunt. Mat. 28.

Hæc historia facta est anno Christi.33.

HISTORICE.

Iesus in Galilæa ab vndecim Apostolis in monte constituto cernitur, ab eisque adoratus fuit,quanquam adhuc quidam dubitarent,retulit vero omnem cęli, & terræ sibi collatam fuisse potestatem, imperauitq; vt cunctas instruerent gentes,eas in Trinitatis personarum nomine baptizantes mandata seruare, promisitque secum eis mansurum diebus singulis vsque ad sæculi finem.

Allegorico sensu pręmittenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Igitur, qui fuerunt isti vndecim discipuli?Resp. Ly.quod fuerunt vndecim Apostoli,quia Iudas mortuus fuerat.

2 Dub.Cur iuerunt in Galilæam?℞.qui supra,quia Christus eis præceperat.

3 Dubit.Quis fuit ille mons?Resp.qui sup. quòd mons Thabor.

4 Dubi. An solum ibidem fuerint vndecim Apostoli?℞.ꝙ probabiliter creditur, ꝙ illa fuit manifestatio,de qua scribit Apost.1.Corin.15.deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul. Hic tamen non exprimũtur nisi vndecim Apostoli,quoniã ipsi erant principales Christi Apostoli.

5 Dub.Quia Actuum.1. dicitur ꝙ discipuli erant centum viginti,ergo non quingenti?Respon.S.Th.1.Cor.15.quod hoc nõ obstat,quia licèt illi,qui erant in Hierusalem essent centum viginti.Tamen in Galilæa erant multi discipuli,& tũc fortè omnes congregati sunt simul.

6 Dub.Qua adoratione adorauerunt eum? Resp.Ly.ꝙ adoratione latriæ.

7 Dub.Qui fuerunt illi,qui dubitauerant? ℞.Remigius super Matt. ꝙ illi de quib. refert Luc.qui existimabant se spiritum videre. Et ẽt patet de Thoma,ut dicit Lyra.

8 Dub.Cur dicit omnem potestatẽ sibi fuisse datam?℞.qui sup. quod vt omnem dubietatem auferret à cordibus eorum.

9 Du.Nunquid semper habet oẽm potestatem?℞.Ly.ꝙ sic,inquantum Deus,ab æterno;Inquantum vero homo, ab instanti suæ conceptionis eam habuit auctoritatiuè: sed executiuè post resurrectionem suam.

10 Dub.Cur præcepit ut docent omnes gẽtes,cum aliàs eis præceperit ne in viam gentium abirent?℞.qui sup. quia ante resurrectionem non erat diuulganda fides Christi, nisi Iudæis,quia modicum tp̄s erat ab initio suæ prædicationis vsq; ad suam passionem.

11 Dub.An aliquis sit baptizatus,si addatur aliquid,uel minuatur de forma per eum data?Resp. S.Tho.3.par.q.6.ar.58. ꝙ si diminuitur aliquid de substantia & sensu verborum,& formæ substantialis in omnib.sacramentis non perficitur sacramentum, sed si non sit de substantia formæ, non tollit sacramenti perfectionem,sicut informa eucharistiæ.si non dr̄,n.licèt peccet omittens contẽptu,vel negligentia,nihilominus sacramentum perficit.Similiter si aliquid additur, ꝙ corrumpat debitum sensum.Verbi gratia,dicendo. Ego te baptizo in noīe patris maioris,& filii minoris,sicut Arriani baptizabãt, non ꝑficitur sacr̄m, nec ille est baptizatus. Sed si addit aliquid,quod nõ corrumpat debitũ sensum,erit vere baptizatus.Verbi gratia dicendo,ego te baptizo in nomine patris omnipotentis,& filij eius vnigeniti,& Spiritussancti paracliti.& similiter, si aliquis dicat ego te baptizo in noīe patris,& filii, & Spiritussancti,& beata semper Virgo te adiuuet,vel aliq̃s sanctus,erit verũ baptismũ.

12 Dub.Si quis in vltimo dicat,& addat semper virginis Mariæ.s.in nomine eius? Resp. qui sup.ꝙ non erit baptismus,si intelligatur in nomine eius, sicut in nomine Trinitatis baptizari.Si autem intelligatur, quòd illud additum nihil operetur in baptismo, sed vt intercessio semper Virginis prosit baptizato ad gratiam baptismalem conseruandam, non tolitur perfectio sacramenti.

13 Dub.An,ego,sit de formę substãtia?℞. q sup.q.66.ar.5. ꝙ nõ. sed ponitur ad maiora expressio-

expressionem intentionis.

24 Dub. An baptizo sit de substantia formæ Resp. qui supra, qđ sic quoniam si quis termergeret puerum in aqua dicendo in nomine patris, & filij, & Spiritussancti, non dicendo ego te baptizo, non esset baptizatus.

25 Du. An illa forma data a Christo qua vtitur ecclesia sit conueniens? Resp. qui supra, ꝙ sic, quia ibi exprimitur causa principalis, s. patris, & filii & Spiritus sancti, instrumentalis quando dicitur, ego: actus, cum dicitur baptizo; & persona recipiens cũ dicitur te.

26 Dub. An forma græcorum, qua dicũt, baptizetur seruus Christi in noie patris, & filii, & Spiritussancti sit cõueniens? Resp. qui supra, ꝙ sic, quia exprimit actus exercitus per ministrum cũ inuocatione Trinitatis.

17 Dub. Cur græci vtuntur tali forma? Res. qui supra, qđ ad euitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus tribuebant, dicentes, ego sum Pauli, ego sum Cephæ.

18 Dub. An plures possint simul vnum baptizare? Resp. qui supra, ꝙ non, quia mutaretur forma, dicendo nos.

19 Du. An si essent duo, & vnus esset mutus q non posset proferre verba, & alius careret manibus, qui proferret verba, possent unũ baptizare? Resp. qui sup. quod non, quia dicens verba non baptizaret.

20 Dub. An plures possint ab uno baptizari, Resp. qui supra, qđ sic, si necessitas exigit plures simul baptzari, quia nullus eorum recipit, nisi baptismum vnum.

21 Dubi. Quam formam seruabit unus baptizans plures? Resp. qui supra, quod dicet ego baptizo vos.

22 Dub. Quia videtur, qđ ẽt hic muteĩ forma, dicendo vos, sicut quando plures baptizant unum dicẽtes. Nos? Resp. qu sup. ꝙ nõ est mutatio formæ, quia vos nihil aliud est quam te, & te, sed non est sic dicendo nos, quia nõ est idem, quòd ego, & ego, sed ego, & tu, & sic iam mutaretur forma.

23 Dub. An vnus posit seipsum baptizare dicendo ego me baptizo? Res. qui sup. quòd non, quia non seruatur debita forma, & ꝑꝑ hoc Christus voluit baptizari à Ioanne.

24 Dub. Cur non fit mentio in baptismo de passione Christi, cũ ab ea habeat efficaciã? Resp. qui sup. ꝙ passio Christi, & si sit principalis causa respectu ministri, est tamen causa instrumentalis respectu sanctæ Trinitatis, & ideo potius commemoratur Trinitas, quàm passio Christi.

25 Dub. Cur. dicitur in noie, & non nominibus, cum sint tres personæ? Resp. qui sup. quod, & si sint tria nomina personalia trium personarum, est tamen unum nomen essentiale, & virtus diuina, quæ operatur in baptismo ad essentiam pertinet. Et ideo dicitur in nomine, & non in nominibus.

26 Dub. An baptizans in nomine genitoris & geniti, & doni, vel consimilium uerborũ daret uerum baptismum? Res. qui sup. quod non, quia debent assumi illa nomina, quib. communes consueuerunt nominari personæ in illa lingua, quia in alijs nominibus non perficitur sacramentum.

27 Dub. Cur Apostoli baptizabant in nomine Christi, & non Trinitatis? ℞. qui sup. art. 6 ex speciali reuelatione Christi id agebãt, vt nomen Christi, ꝙ erat odiosum Iudæis, & Gentilibus honorabile redderetur. Et vt dicit Ambro. in nomine Christi tota Trinitas intelligitur, quia si Christum dicas, & patrem, à quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est filium, & spiritum sanctum, in quo vnctus est designasti. Et ideo seruabatur ad minus integritate intelligibili forma, quam Christus tradidit in Euangelio.

28 Dub. Quid est baptismus? ℞. qui supra art. 1 quòd vt dicit magister sententiarum est ablutio corporis exterior facta sub formæ præscripta verborum.

29 Dub. Quia videtur, ꝙ aqua sit baptismus, quia Aug. dicit super Ioã. quòd accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum? ℞. qui supra, quòd non sit sacramentum in ipso elemento, sed in homine cui adhibetur elementum per vsum ablutionis, quod significatur, cum dicitur, ego te baptizo.

30 Dub. Quia videtur, quòd ablutio non sit baptismus, quia ipsa transit, & baptismus ꝑmanet? ℞. qui supra, quod duo sunt in baptismo, s. id, qđ est res tm̃. s. iustificatio interior, ꝗ manet, sed amissibiliter, & id quod est sacramentum tantum, s. ablutio, & hæc pertransit, & id, quod est res, & sacramentum, s. character, quæ permanet indebiliter.

31 Du. Quid est character, & de eius materia, vide dominica palmarum, dub. 236.

32 Dub. Qñ institutus fuit baptismus? ℞. qui supra art. 2. ꝙ qñ Christus fuit baptizatus, quia tunc accepit uirtutem procedendi in suũ effectum necessitas vtẽdi hoc sacramẽto indi-

to indicta fuit hominibus post passionem,& resurrectionem, quia tunc alia sacramenta figurata cessauerunt, & eis succedit baptismus,& alia sacramenta nouæ legis.

33 Dub. Quæ est propria materia baptismi? Res.qui sup.art.3.q aqua,& est conueniens ratione suæ communitatis, & abundantiæ propter necessitatem huius sacramenti,potest enim de facili vbique haberi.

34 Dubita.Quia videtur,quòd ignis sit eius materia, quia Ioannes Baptista dicit Luc.3. cap. Ille vos baptizabit in spiritu.s. & igne? Res.qui sup.qđ per ignem, vt Hieronymus dicit,intelligitur Spiritussanctus, qui super discipulos in igneis linguis apparuit,vt dicitur Actuum 2.

35 Dub. Videtur, qđ sanguis etiam sit materia paptismi,quia ex latere Christi in cruce ét exiuit sanguis sicut aqua?Res.qui sup. q aqua exiuit ad abluendum, & sanguis ad remedium. Et ideò competit sacramento Eucharistiæ,aqua autem sacraméto baptismi,quæ tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

36 Dub. Quia vr̃, qđ sola aqua Iordanis sit materia baptismi, quia in Iordane baptizatus fuit Christus?Res.qui sup.q virtus Christi deriuata est ad omnem aquam, non propter continuitatem loci, sed propter similitudinem speciei.

37 Dubit. Si omnis aqua est materia baptismi,cur exorcizatur,& benedicitur? R. qui supra, quòd hoc non sit propter necessitatem, sed propter quandam solemnitatem, per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dęmonis, ne impediat baptismi effectum.

38 Dub.An in aquis alchimicis,& herbarum distillatarum possit fieri baptismus? Res.qui sup.quòd non, nec etiam in vino limphato.

39 Dub.An in aqua maris possit fieri? Resp. qui sup. artic.4. quòd sic, quia non soluitur species aquæ.

40 Dub. An in aqua decoctionis carniũ, piscium, & huiusmodi possit fieri baptismus? R. qui sup. qđ sic, nisi esset facta tanta resolutio corporum lixatorum, qđ liquor plus habeat de aliena substantia, quam de aqua, qđ ex spissitudine attendi potest, tamé si ex tali liquore exprimatur aqua subtilis,poterit fieri baptismus.

41 Dub. An in lixiuio, & aquis sulphureis? Resp. qui sup.qđ sic,quia non mutatur spés aquę,licet transeat per aliqua corpora.

42 Dub.An in aquis pluuialibus possit fieri? Resp.qui sup.quod sic,cum sit vera aqua.

43 Dub. An immersio sit de necessitate baptismi?Resp.qui sup,art.7.q non,quia quis potest baptizari per modum aspersionis, vel effusionis.

44 Dub. Quia vr̃, qđ non sit vnũ baptisma, sed plura,s.per immersioné, effusionem, & aspersioné?Res qui sup.qđ ea q̃ sunt p accidés nõ variant substãtiam rei.ablutio.n.per se requiritur ad baptismum,sed qđ fiat hoc vel illo mõ,accidit baptismo,& ideo talis diuersitas non tollit unitatem baptismi.

45 Dub. Quia cum per baptismum consepeliamur Christo, videtur quòd solũ per immersionem debeat fieri baptismus? Res.qui supra, quod qualitercunq; homo abluatur aqua,corpus, vel aliqua pars hominis supponitur aquæ, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

46 Dub.Quia ex quo non est necessaria immersio, vr̃, quod in qualibet parte hoĩs possit dari baptismus? Res.qui sup.qđ cũ principalis pars corporis,pcipuè quantum ad exteriora mébra, sit caput, in quo vigent oẽs sensus,oportet,quòd si totũ corpus non põt perfundi, quod caput perfundatur.

47 Dub.Cur in veteri lege dabatur circũcisio in mébro gñationis cõtra originale peccatũ,& nũc nõ datur baptismus in illo membro? R.qui sup. quod in veteri lege ideo sic fuit institutum,quia adhuc ille per qué originale erat amouendum nasciturus erat de semine Abrahæ, cuius fidé circũcisio significabat.Sed quia nunc liberatur aĩa a macula, & reatu peccati, quod incurrit: ideo debet præcipue lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera animæ,qđ est caput.

48 Dub.An semper requiratur terna immersio,uel sufficiat vna?Res.qui sup.quod,put Greg. scribit Leandro episcopo, trina immersio designat Trinitatem personarum, & vna singularitaté diuinitatis, quod ita vtroque modo potest fieri baptismus.

49 Dub.Quia si sufficit vna immersio,videtur,qđ ter immergés, ter baptizaret?R.qui sup.art.8. qđ si baptizans intendit vnum baptismum dare trina immersione, efficitur vnũ baptisma, si vero intenderet ad vnamquamq; immersionem vnum baptisma dare ad singulas immersiones repetés verba formæ,peccaret tanquã pluries baptizãs eidé.

Dub.

50 Dub. An baptiſmus poſſit iterari? Reſpõ. qui ſupra, ar. 9. ꝙ non, tum quia imprimit characterem indelebilem: tum etiam, quia datur principaliter in remedium originalis peccati, quod peccatum non iteratur.

51 Dub. Quid fiendum de aliquo, quando dubitatur an ſit baptizatus? Reſ. qui ſup. quod ſicut habetur extra de baptiſmo, & eius effectu. c. de quibus, ſi dubium eſt an baptizati fuerint, baptizentur his verbis p̃miſſis Si baptizatus es, ego non te baptizo: ſi nondũ baptizatus es, ego te baptizo: quia non videtur iterari, quod neſcitur eſſe factum.

52 Dub. Cum Euchariſtia iteretur, cur non iteratur baptiſmus? ℞. qui ſup quia Euchariſtia datur per modum cibi, quo continuè indiget homo, ſed baptiſmus per regenerationem, & homo non naſcitur niſi ſemel.

53 Dub. Cur adhibetur oleum ſanctum, & chriſma in baptiſmo? Reſp. qui ſupra, ar. 10. ad quandam ſolemnitatem.

54 Du. Cur baptizãdus vngitur in trib. locis, & poſt baptiſmum datur ſibi veſtis candida? Reſp. qui ſupra, ꝙ vngitur oleo ſancto in pectore, & in ſcapulis, quaſi athleta Dei, ſicut pugiles inungi conſueuerũt, vt dicit Ambr. in libro de ſacramentis. Poſt baptiſmum vero, vt Rabanus dicit, ſignatur in cerebro à presbytero cum ſacro chriſmate, ut Chriſti regni particeps fiat, & à Chriſto Chriſtianus poſſit vocari veſtis candida datur ad ſignandum puritatem vitæ, quam debet poſt baptiſmum obſeruare.

55 Dub. Cum baptiſmus ſit efficax ſine prędictis ſolemnitatibus, videtur ꝙ ſint ſuperfluę? ℞. qui ſup. ꝙ etſi non ſint de neceſſitate ſacramenti, non tamen ſunt ſuperfluæ, quia ſunt ad bene eſſe ſacramenti.

56 Dub. An ſine baptiſmo quis poſſit ſaluari? Reſp. qui ſup. art. 11. ꝙ ſic, ſine baptiſmo aquæ, ſcilicet, patiendo mortem pro Chriſto, qui dicitur baptiſmus ſanguinis: item quando alicuius cum mouetur per Spiritum ſanctum ad credendum, & diligendum Deum, & pęnitendum, & dicitur baptiſmus pœnitentiæ.

57 Dub. Quia ſic videtur, ꝙ eſſent tria baptiſmata, & nõ unum? ℞. qui ſup ꝙ alia duo baptiſmata includuntur in baptiſmo aquæ qui efficaciam habet ex paſſione Chriſti, & Spirituſancto. Ideo per hoc non tollitur vnitas baptiſmatis.

58 Dub. An baptiſmus ſanguinis, & pœnitẽtiæ ſint ſacramenta? ℞. qui ſup. quòd non.

59 Dub. Quod iſtorum baptiſmatum eſt excellentius? Reſp. qui ſup. ar. 12. quod baptiſmus ſanguis, in quo imitatur Chriſtus per opus, & maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, vt dicitur Ioan. 15. cap.

60 Dub. Quia cum baptiſmus aquæ imprimat characterem, videtur, ꝙ ſit excellẽtior alijs. ℞. qui ſup. nõ dicimus, quod baptiſmus ſanguinis habeat præeminentiam ſecundũ rationem ſacramenti, ſed quantum ad ſacramenti effectum.

61 Dub. Quis eſt excellentior baptiſmus ſanguinis, vel flaminis? ℞. qui ſup. quòd ſanguinis, quia ſi eſſet ſine charitate, non haberet rationem baptiſmi, & ſic includit baptiſmũ flaminis, & non econtra.

62 Dub. Ad cuius officiũ pertinet baptizare? ℞. qui ſup. q. 67. ar. 1. ꝙ ad ſacerdotis officium, niſi in caſu neceſſitatis: in quo nedũ diaconus, ſed & laicus poteſt baptizare.

63 Dub. Quia videtur, ꝙ ſolum Epiſcopi deberent baptizare, quia ipſi conſacrant baſilicas, altaria, & chriſma, quib. omnibus maius eſt ſacramentum baptiſmi: ergo ipſi ſoli deberent baptizare? ℞. qui ſupra, ar. 2. ꝙ ſacramentum baptiſmi eſt potiſſimum neceſſitate, ſed quantum ad perfectionem ſunt quædam alia potiora, quæ epiſcopis reſeruãtur.

64 Dub. An laicus poſſit baptizare? ℞. qui ſup. ar. 3. ꝙ ſic, in caſu neceſſitatis.

65 Dub. An mulier poſſit baptizare? ℞. qui ſup. ar. 4. ꝙ ſic, in neceſſitatis articulo.

66 Du. An quilibet indifferenter in caſu neceſſitatis poſſit baptizare? ℞. qui ſup. ꝙ nõ, quia mulier non debet baptizare vbi adſit copia viri, nec laicus, p̃nte clerico, nec clericus etiam diaconus, præſente ſacerdote.

67 Du. An ſacerdos, præſente Epiſcopo, poſſit baptizare? ℞. qui ſup. ꝙ ſic, eo quod baptizare pertinet ad officium ſacerdotis.

68 Dub. An non baptizatus poſſit baptizare? Reſp. qui ſupra, quòd ſic, & Iudæus, & paganus in articulo neceſſitatis, ſeruata tamen forma eccleſiæ, & intendens facere, quod facit eccleſia.

69 Du. An requirat̃ aliquis, qui leuet baptizatũ de ſacro fonte? ℞. qui ſup. artic. 7. ꝙ ſic, quaſi in ſuã inſtructionem, & tutelam.

70 Dub. Cũ multi rudes, & non inſtructi ad mittantur ad leuandum de ſacro fonte, vr̃ ꝙ leuãs non tenetur inſtruere baptizatum?

Resp. qui sup. ar. 8. quod quia pueri baptizati nutriuntur inter catholicos, leuantes pñt satis excusari, nisi necessitas immineret eos instruendi, & admittuntur quicunque etiã non instructi ad leuandum de sacro fonte, quia ea, quæ pertinent ad Christianam fidé & vitam, publicè omnibus nota sunt.

71 Dub. An omnes ad baptismũ teneantur? ℞. q. sup. q. 68. ar. 1. quod sic, quia nullus potest saluari, nisi efficiatur membrum Christi, sed hoc fit per baptismum, ideo &c.

72 Dub. Quomodo ergo sancti patres vete. testa. salui facti sunt sine baptismo? ℞. qui supra, quod non saluabantur nisi fierẽt mẽbra Christi, & licet sacramentum baptismi non haberent. fides tñ, cuius baptismus sacramẽtum est, semper necessaria fuit, & in Christum venturum per eam incorporabantur.

73 Dub. An baptizatus mũdatus à peccato originali trasfundat ipsum peccatum originale in filios? Resp. qui supra, quod sic, quia talis renouatur per baptismum secundum spiritum, corpus tamen remanet subiectum vetustati peccati, quia homo nõ generat generatione carnali secundum spiritum, sed secundum carnem. Et ideo filii baptizatorum cum peccato originali nascuntur.

74 Dub. An si aliquis sanctificaretur in vtero matris, indigeret baptizari? Resp. qui sup. quòd sic, ut per susceptionem characteris alijs membris Christi conformetur.

75 Dub. An aliquis possit saluari sine baptismo? ℞. qui sup. ar. 2. q̃ baptismus potest aliquib. deficere re, s. quia non baptizantur voto, quia nõ curã baptizari, & tales nullo modo saluantur. Aut deficit re quidem, non autem voto, sicut cum aliquis baptizari desiderat, sed pꝛeuenitur morte, ante q̃ baptismũ suscipiat, & talis salutem consequi potest.

76 Dub. An baptismus sit differendus? Res. qui sup. ar. 3. quòd non in pueris, propter periculum mortis, sed bene in adultis, vt instruantur in fide, & ob reuerentiam baptismi, & propter deuotionem, videlicet, vt baptizentur in festis solemnibus, scilicet, Paschæ, vel Pentecostes, nisi casus mortis immineret. Sunt tamen aliqui, qui possent esse sufficienter instructi in fide, & in talibus posset statim conferri.

77 Dub. An peccatores sint baptizandi? Respon. qui supra ar. 4. q̃ aut pœnituerunt de peccato commisso, & tales sunt baptizandi: aut sunt obstinati in peccato, & non debent baptizari.

78 Dub. An peccatorib. baptizatis sint opera satisfactoria iniungenda? ℞. qui sup. ar. 5. quod non, quia mors Christi est sufficiens satisfactio pro quibuscunque peccatis.

79 Dub. Cur ergo eis imponitur, vt satisfaciant proximo, quem læserunt? Resp. qui supra, ar. 6. quòd oportet restituere male ablata proximo, quia retinendo ea, inuito domino, non cessarent à peccato.

80 Du. An peccatores accedentes ad baptismum teneantur sua peccata confiteri? ℞ qui supra, quòd non, quia talis confessio est pœnosa propter verecundiam confitentis, sed nulla pœna exterior est imponenda baptizato, si qui tamen ex deuotione vellent confiteri, esset eorum confessio audienda, non vt imponeretur eis aliqua satisfactio, sed vt spiritualiter informarentur.

81 Dub. An ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum? Resp. qui supra, ar. 7. quod sic in adultis.

82 Dub. An requiratur ex parte baptizati fides? ℞. qui sup. ar. 8. quòd non, quantum ad characterem imprimendum, quia sacramentum non perficitur per iustitiam hominis dantis, vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei: sed benè requiritur, ad consequendam gratiam, fides recta in baptizato.

83 Dub. Cur pueri baptizantur? Resp. qui supra, ar. 9. quòd vt renascantur in Christo, & regnent in vita æterna cum eo, quæ non potest haberi sine baptismo.

84 Dub. Quomodo pueri possunt suscipere sacramentum, cum non habeant vsum liberi arbitrij? ℞. qui sup. quòd per actum ecclesiæ salutem accipiunt, vt dicit Aug.

85 Dub. Quomodo puer filij parentum infidelium possunt saluari baptizati, quia non in fide propria, nec etiam in fide parentum infideliũ? ℞. qui sup. quòd fides vnius, imò, totius ecclesiæ paruulo prodest per operationem Spiritussancti, qui vnit ecclesiam, & bona vnius alteri communicat.

86 Dub. An pueri Iudæorum, vel aliorũ infidelium sint baptizandi inuitis parentibus? Res. qui sup. ar. 10. quod sic, si habent vsum rationis, quia etiam inuitis parentibus pñt matrimonium contrahere. Si vero nondum habent usum liberi arbitrij, non sunt inuitis parentibus baptizandi, quia hoc esset contra iustitiam naturalem: sicut etiam si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus.

inuitus. Vnde dicitur in decretis. dist. 45. ex concilio Toletano. De Iudæis præcepit sancta Synodus nemini deinceps ad credendũ vim inferri, non. n. tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ: esset etiam periculosum, quia de facili ad infidelitatem redirent.

87 Dub. An pueri in maternis vteris existentes possint baptizari? ℞. qui supra art. 11. q̃d non, quia corpus talis infantis in vtero existentis non potest ablui aqua.

88 Dub. Quia baptizata matre, baptizatur quicquid est intra ipsam existẽs, & sic puer intus existens videtur baptizatus? ℞. qui supra, quod puer non est aliquid matris, nisi per quandã colligationem, & non per continuationem, & vnionem naturalis patris.

89 Dub. Si puer non egreditur de vtero, est ne aperienda mater, vt baptizetur infans? ℞. qui sup. quòd non, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. Si tamen mater mortua fuerit, viuente puero in utero, debet aperiri, ut puer baptizetur.

90 Dub. Quid fiendum est, si vna pars pueri egrediatur ex vtero, an illa debeat baptizari? ℞. qui sup. quòd si caput egreditur, & immineat periculum mortis, debet baptizari, nec amplius post perfectam natiuitatem debet baptizari. Si vero pes, vel manus egrediatur, similiter videtur idem esse faciendũ quæcunque alia pars egrediatur periculo imminente, sed quia in nulla exteriori parte integritas vitæ, ita consistit, sicut in capite, videtur quibusdam, quod propter dubiũ quacunque alia parte corporis abluta puer, post perfectam natiuitatem sit baptizãdus sub hac forma, si tu nos es baptizatus, ego te baptizo.

91 Dub. An amentes, & furiosi debeant baptizari? ℞. qui supra ar. 12. quod aliqui sunt amentes à natiuitate, nec habent aliqua lucida interualla, & tales debent baptizari, sicut pueri in fide Ecclesiæ: aliqui sunt amentes, vel à natiuitate, vel a casu, & habent aliqua lucida interualla. & tales quando vtuntur ratione, & petunt baptismum debent baptizari, aliàs non Alij sunt, qui prius fuerũt sanæ mentis. & post in amentiã incurrerunt & si tales constat dum erant sanæ mentis petiisse baptismum, debent baptizari. Quidam vero sunt qui, & si non omnino sanæ mentis sunt intantum ratione vtuntur, q̃d possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem, & tales volentes debent baptizari, sed non inuiti.

92 Dub. Quia cum totaliter amentes sint sicut bruta animalia, quæ non baptizantur, videtur, q̃ ipsi etiam non debeant baptizari? Resp. qui sup. quòd tales carent vsu rationis propter aliquod impedimentum organi corporalis, & non propter defectum animæ rationalis, sicut bruta animalia, quæ eam nõ habent, & ideo non baptizantur. Et ideò nõ est similis ratio in vtrisque.

93 Dub. An dormientes debeant baptizari? Respond qui supra, quod non, nisi periculum mortis immineat, & tunc si prius in eis apparuerit uoluntas baptizandi debent baptizari.

94 Dub. An per baptismum tollantur omnia peccata? ℞. qui sup. q. 69. art. 1. quòd sic iuxta id, quod dicitur Ezechi. 36. effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris.

95 Dub. Quia cum diuersorum morborum diuersę sint medicinę, & peccatum actuale sit alius morbus ab originali, uidetur quòd baptismus, qui tollit peccatum originale nõ tollat peccatum actuale? ℞. qui supra, quòd hæc ratio procedit de particularibus medicinis, sed non de uniuersali, quæ est omniũ peccatorum, s. de baptismo uirtute passionis Christi.

96 Dub. An per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati? ℞. qui sup. ar. 2. quod sic uirtute passionis Christi, ac si ipse sufficienter satisfecisset pro oibus peccatis suis.

97 Dub. Cum mors sit pœna peccati, cur nõ ita tollitur mors per baptismum, sicut tollitur peccatum? ℞. qui sup. art. 3. quod baptismus habet uirtutem referendi morté, & pęnalitates præsentis uitæ non tamen eas aufert in pręsenti uita, sed eius uirtute auferentur a iustis in resurrectione.

98 Dub. An per baptismum cõferantur homini gratia & uirtutes? ℞. qui supra ar. 4. q̃ in baptismo datur gratia Spiritussancti, & copia uirtutum, secundum illud Ioann. 3. de plenitudine eius omnes accepimus.

99 Dub. An pueri in baptismo similiter consequantur gratiam, & uirtutes? ℞. qui supra ar. 6. quod sic quantum ad habitum, sed nõ habent potentiam operandi ex impedimento corporali.

100 Dub. Quomodo baptismus dicitur aperire ianuam paradisi? Resp. qui supra, arti. 7. quòd

ꝙ quia remouet impedimentum, quo quis impeditur regnum cœleste introire.

101 Dub. An baptismus habeat æqualem effectum in omnibus baptizatis? Respon. qui supra, art. 8. ꝙ duplex este ffectus baptismi, vnus per se, scilicet, regenerare homines ad spiritualem vitam, & hunc effectum æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter se habent ad baptismum, & ita omnes pueri ęqualiter suscipiunt hunc effectum. Adulti vero, qui in fide propria baptizantur, non æqualem effectum suscipiunt, sed qui cum maiori deuotione accedunt plus de gratia nouitatis accipiunt. Effectus est alius per accidens, s. secundum quem in homine extinguitur concupiscentia ulterius peccandi, & iste non æqualiter suscipitur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant, sed huiusmodi effectus dispensantur miraculose, secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

102 Dubit. An quando quis fictè accedit ad baptismum, impediat effectum baptismi? Respon qui supra, articu. 9. quòd aliquis dicitur fictus, quia non credit, aut contemnit sacramentum, aut quia in hoc sacramento non seruat ritum Ecclesiæ, vel quia indeuotè accedit. Si ergo aliquis dicitur fictè accedere ad baptismum per hoc, quod voluntas eius contradicit, vel baptismo, vel eius effectui, & isto modo fictio impedit effectum baptismi, quia ad hoc, quod aliquis iustificetur per baptismum requiritur, quòd voluntas hominis amplectatur baptismum.

103 Dubit. An recedente fictione baptismus suum consequatur effectum? Respon. qui supra, articu. 10. quod sic, quoniam accipit characterem, quasi formam: & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata, & quando impeditur per fictionem, oportet, quod remota ea per pęnitentiam baptismus statim consequatur suum effectum.

104 Du. Cur dominus vult, vt primo doceāt, & post baptizent? Respon. Hiero. quòd non sapotest fieri, vt corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem.

105 Dubit. Quia videtur Christum præcepisse impossibile, videlicet, quod docerent omnes Gentes, cum quasi infinitæ sint, & aliquæ in insulis ignotis commorentur? Resp. quòd Christus non præcepit quod singulariter vnumquemque hominem docerent, sed ut per totum orbem prædicarent Euangeliū, ut dicitur Marci vltimo cap. Et ita hoc non erat impossibile, quin tàm per se, quàm per eorum nuncios, & successores, hoc esset ad impletum.

106 Du. Cur præcipit ut post baptismum doceant baptizatos seruare mandata sua? Res. Rabanus, quia fides sine operibus mortua est: quia baptismus nil eis prodesset nisi mādata Christi seruarent.

107 Dubitatur. Cur dicit, ecce ego vobiscū sum? Respond. Chrysosto. in Homil. quod q. d. ne dicatis difficile esse iniunctum negotium, ego sum vobiscum, quia omnia facio leuia.

108 Dub. Quomodo est cum Apostolis (qui iam mortui sunt) vsque ad consumationem sæculi? Resp. qui sup. ꝙ non loquitur solum præsentibus, sed fidelibus cunctis futuris, vsque in finem sæculi.

109 Dubitat. Cur commemorat consumationem sæculi? Respon. qui supra, quasi dicat tristitia, quam sustinetis simul cum præsenti vita consumabitur, & totum seculum in consumationem deueniet: bona autem, quibus potiemini, sunt in æternum permansura.

110 Dub. Cum ascenderit in cœlum, quomodo est cum fidelibus vsque ad consummationem sæculi? Resp Beda, in Homil. quod iuit ad patrem per humanitatem. Manet autem cum discipulis per diuinitatem.

111 Dub. Quia videtur ꝙ non manebit cum eis post consummationem sæculi? Resp. qui supra, ꝙ hic finitum pro infinito ponitur: nam qui in præsenti sæculo manet cum electis protegendo, ipse post finem cum eis manebit eos remunerando.

ALLEGORICE.

[Quod dominus vndecim discipulis apparuit in monte] significat ꝙ corpus quod de communi generis humani terra nascendo susceperat, resurgendo iam super terrena oia subleuauerat, ita quod merito adorari debebat, & non dubitari, cum sibi data esset ois potestas, & saluandi (ꝙ fieri docuit ꝑ baptismum) & puniendi eos, qui eius mandata non seruarent in fine sæculi.

TROPOLOGICE.

Docemur, vt obedientes simus, si volumus videre Xpm, vtque abijciamus omnē dubi-

dubitationem, quæ erga fidem occurrere potest,& fidem, quam ore profitemur bonis operibus confirmemus.

ANAGOGICE.

In montem oculos contemplando dirigere debemus, in quem solum innocentes manibus, & mundo corde ascendunt, vbi intuebitur Christus, & adorabitur ab angelis, & ab hominibus, qui fidem sanctæ Trinitatis acceperunt, & Dei mandata seruarunt.

SABBATO POST PASCHA.

Vna sabbati Maria Magdalena. Ioan. 20.

Hæc historia facta est in die resurrectionis Domini.

HISTORICE.

Tenebris adhuc existentibus Magdalena mane vna sabbati Christi petijt monumentum, cumq; lapidé vidisset amotũ, celeriter Petrum Ioannemq; conueniens dominum à sepulchro ablatum, sed quo in loco positum se nescire narrauit, his ambo ab ea intellectis celeri ad monumentũ cursu venerunt, Ioanne præcurrente, sed nequaquam ingrediente. Posterius aũt Petrus aduenićs ingressus fuit, viditq; seorsum sudarium, ac linteamina, quæ & post ingressus Ioan. vidit, & fidem præbuit. Necdum enim sacras nouerant scripturas cum oportere à mortuis resurgere affirmantes.

Dubia soluenda hæc sunt.

1 DVBITATVR. Igitur, an Magdalena, tunc sola iuerit ad monumentum? ℞. Aug. de consensu Euangel. quòd non, sed cum mulieribus alijs, vt alij testantur Euangel.

2 Dub. Cur ergo Io. eam solam nominat? ℞. qui supra, quòd quia plurimum dilectione seruentior fuit cæteris mulieribus.

3 Dub. Cur Magdalena ad discipulos nunciare cucurrit? ℞. Glos. quòd vt aut secum quærerent, aut secum dolerent.

4 Dub. Cur hoc volebat? ℞. Chrysos. quòd quia nondum de resurrectione nouerat aliquid manifestum, sed putabat trãslationem corporis esse factam.

5 Dub. An adhuc viderat angelum Magdalena? Resp. quòd non.

6 Dub. An & alijs, quàm Petro, & Io. nunciauerit? ℞. quòd sic. vt colligitur ex dictis Gregorij in Hom. quòd illi præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt.

7 Dub. Quia cum Christus non fuisset ablatus, sed surrexisset, cur dicit tulerunt? ℞. quòd hoc dixit, ita esse credens.

8 Dub. An adhuc ibi essent milites seu cũstodes? ℞. Theoph. quòd non, quia facto terræmotu recesserũt, vt annunciarẽt Iudæis.

9 Dub. Cur currebant? ℞ Ly. quòd ex desiderio videndi.

10 Dub. Cur Ioannes præcucurrerit? ℞. qui supra, quia iunior, & agilior erat.

11 Dub. Cum iam Euangelista dixisset venerunt ad monumentum, cur post replicat quòd ille discipulus venit primus ad monumentum? ℞. Aug. quòd primo posuit, quòd venerunt. Deinde regreditur ad dicendum modum, quo venerunt.

12 Dub. Quæ erant illa linteamina? Resp. quòd illa in quibus inuolutum fuerat corpus Iesu.

13 Dub. Cur Ioannes non intrauit in monumentum? ℞. Ly. quòd propter reuerentiam Petri, qui erat senior ipso, & principalior inter Apostolos.

14 Du. Cur Petrus intrauit? ℞. Chrys. quòd ex feruore.

15 Dub. Cur sudarium erat separatim inuolutum? ℞. Chrys. quòd erat resurrectionis signum, quia si quis furatus fuisset corpus, non plicasset sudarium.

16 Dub. Quomodo Ioan credidit eum surrexisse, cum post dicatur, quod æstimabant se spiritum videre? ℞. Augu. quòd credidit id, quod mulier dixerat, sed non credidit eum resurrexisse.

17 Dub. Cum dominus prędixisset se resurrecturum, nunquid sciebant eum debere resurgere? ℞. qui supra, quòd quando hoc audiebant à domino, non intelligebant ex consuetudine audiendi parabolas ab eo, & aliquid aliud per hoc significare credebant. Dubia alia quære in Sabbato sancto, & diebus sequentibus.

ALLEGORICE.

[Per Ioannẽ iuniorem] Synagoga: [per seniorem vero Petrum] ecclesia Gentium designatur. [Currebant autem simul] quia ab ortus sui tempore, vsq; ad occasum pari & communi via, & si non pari, & communi

sensu

sensu Gentilitas cū Synagoga decurrit, [venit ad monumentum prius] synagoga [sed non intrauit] quia legis quidem mandata percepit, prophetas de incarnatione ac passione Dñica audiuit, sed credere in mortuū noluit. [Venit autem Simon Petrus & introiuit in monumentum] quia secuta posterior ecclesia gentium, Christum Iesum & cognouit carne mortuum & viuentem credidit Deum. [Sudarium autem Domini cū linteaminibus non inuenitur] quia caput Christi Deus, & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disiuncta sunt, eiusque potentia creaturæ transcendit naturam [non solum autem separatim, sed inuolutum inueniri dicitur] quia lintei quo inuoluitur, nec initium, nec finis aspicitur : celsitudo aūt diuinitatis nec incępit etiam, nec desinit : bene autem additur [in vno loco] quia in scissura mentiū Deus non est, & illi eius gratiā habere merentur, qui se ab inuicem per sectarum scandala non diuidunt [postquàm autem intrauit Petrus ingressus est, & Ioannes] quia in fine mundi ad redemptoris fidem etiam Iudæa colligitur.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex euangelica lectione, vt in tenebris dominū quæramus, & de his, quæ contra Deum fiunt proximos instruamus, & corrigamus, quodq; cursu celeri inuestigemus, quæ ad nostram spectent salutem, atq; vt seniores, & digniores præsumptione sum mota veneremur, & his, quæ per scripturas innotescunt fidem indubiam adhibeamus.

ANAGOGICE.

A tenebris præsentis vitæ eleuari oportet, vt in contemplationem claritatis æternæ veniamus. sublatoq; lapide offuscationis aperta intelligere valeamus Dominica sacramenta ingredi cęlestem Hierusalem mu nitam lapidibus preciosis, & angelorum custodia, & omnia scripturarum archana penetrare mereamur.

DOMINICA IN OCTAVA Paschæ.

Cum sero esset. Io. in 20. Luc. 24.

Historia huius Euangel. pro prima parte facta est ipsa die resurrectionis Domini. Et pro secunda die octaua resurrectionis, s. tertia die Aprilis in Dominica.

HISTORICE.

Resurrectionis Dominicæ de sero clausis ianuis ad discipulos ob Iudæorū timorem inclusos Dñs venit, in medioq; consistens salutem pacem offerendo dedit? Cicatrices aūt cum demonstrasset gaudio affecti sunt, rursusq; pacis munera cōferens se eos, quē admodū à genitore missus esset mittere, vt spiritum acciperent sanctum insufflando iussit, quo & crimina relaxare, & retinere valerent. Didimo aūt Thomæ, tunc absenti cum redijsset, & à cæteris res fuisset gesta narrata, se minimè inquit crediturum, nisi prius ipsa Domini vulnera palpasset. Octo igitur decursis diebus, Thomæ cū alijs existenti obseratis forib. Dominus aduenit, & pace oblata, Thomam, vt infidelitate deposita deinceps fidelis esset admonuit, locaq; vulnerum palpanda præbuit. Statimq; Thomas Dominū, ac Deum suum veneratus est. Dominus vero, illos fore beatos dixit, qui non cernentes, crederent, cum ipse intuitus credidisset. quàm plura, & innumera penè coram discipulis signa oparatus est Iesus, q̃ nequaquàm hoc in libro exarata sunt, sed hæc admodū pauca descripta fuisse commemorat Euangel. vt Dei Iesus filius esse credatur, vtq; eius in nomine credentes vitam consequamur æternam.

Nunc dubia soluenda sunt proponenda.

1 DVBITATVR. Cur Euangelista dicit sero factum? ℞. Ly. quia de die Apostoli erant dispersi, sed de nocte conueniebant ad locum vnum.

2 Dub. Vt quid claudebant fores? ℞. textus, quòd propter metum Iudæorum.

3 Dub. Cur dominus ingressus est ianuis clausis? ℞. Theoph. vt ostenderet, quia eodē modo resurrexit adiacente lapide super monumentum.

4 Dub. Cur expectauit dominus in sero apparere? Resp. Theophilus, quia præstolabatur, vt omnes conuenirent.

5 Dubita. Quomodo potuit ingredi ianuis clausis? Resp. Aug. super Ioan. quòd moli corporis, vbi diuinitas erat ostia clausa non obstiterunt, ille quippe non eis apertis ingredi potuit, quo nascēte virginitas matris inuiolata permansit.

6 Dubita. Cur ostendit eis manus, & latus? Resp.

Resp. Ly. ut per cicatrices remanentes ostéderet identitatem materialé corporis prius passi.

7 Dub. Cur non ostendit eis pedes? Res. q etiam eos ipsis ostendit, ut habetur Lucæ ultimo.

8 Dub. Cur gauisi fuerunt discipuli? R. Ly. quòd propter tristitiam amotam de morte Christi, & de metu Iudæorum.

9 Dub. Cur replicauit, pax uobis? R. Beda, quia gemina est uirtus charitatis.

10 Dub. Qũo misit eos sicut ipsum misit pater? R. Greg. in Hom. exponendo dicés, idest ea charitate uos diligo, cum inter scandalũ persecutorum mitto. qua me charitate pater diligit, quem uenire ad tolerandas passiones fecit.

11 Du. An ille flatus fuerit Spiritussanctus? R. Aug. 9. de Trinitate quòd non, sed demõstratio per congruam significationem, non tantum à patre, sed etiam à filio procedere Spiritum sanctum.

12 Dub. Ex quo nunc dedit Spiritum sanctum, cur post iterum misit in festo Pentecostes? R. Greg. in hom. q in terra datur Spiritus, ut diligatur proximus, ex cœlo datur Spiritus, ut diligatur Deus. Sicut ergo una est charitas, & duo præcepta, ita unus est spiritus, & duo data.

13 Dub. Cum solus Deus dimittat peccata, qũo dicit quorum dimiseritis &c. R. Chrys. quòd Deus principaliter peccata dimittit. Sed sacerdos suam linguam, & manum tribuit, idest ministerialiter.

14 Dubit. Quomodo retinent peccata, cum quis conteritur? R. Ly. quod retinent peccata quando iudicium ecclesię diuino iudicio conformatur.

15 Dubi. Cur Thomas dr̃ didimus. Vide feria 2. dominicæ 4. Quadragesimæ, dub. 56.

16 Dub. Cur dr̃ unus de duodecim, cum Iudas iam defecisset? Res. Ly. q quia fuit unus de duodecim in principio electis à Xp̃o.

17 Dub. Quo tunc iuerat Thomas? Res. Beda quòd datur intelligi quoddã fuisse interuallum, quòd ad horam Thomas egressus sit, & Iesus ueniens in medio eorum stetit.

18 Dubit. An à casu factum est, ut Thomas tunc abesset? Resp. Greg in hom. quod non, sed egit miro modo diuina clementia, ut discipulus dubitans dum in magistro suo uulnera palparet carnis, in nobis uulnera sanaret infidelitatis.

19 Dubit. Cur statim alij discipuli dixerunt Thomæ, uidimus Dominum? Resp. Ly. quoniam boni rumores citò nunciantur.

20 Dub. Cur Thomas dixit, nisi uidero, &c. Res. Chry. quoniam alijs grossior existens, eam, quæ est per sensum grossissimum, s. tactum quærebat fidem, ideò addidit, & mittam manum &c.

21 Dub. Cur tunc statim Christus non apparuit certificãdo ipsum? Res. qui supra, quod ideò distulit ut interim à discipulis admonitus accendatur ad maius desiderium, & fidelior fieret in futurum.

22 Dub. Quia uidetur, quod sicut Deus nõ põt facere, quod unum corpus sit in duobus locis, ita non possit facere, quod duo corpora sint in eodem loco? Resp. dominus Card. de Turrecramata, quod diuina uirtute hoc potest fieri, sed aliàs non, quod sic patet. Nam duo corpora prohibentur esse in eodem loco ex dimensionibus, quia materia corporalis secundum dimensiones diuiditur. Dimensiones autem diuiduntur secundum situm. Deus autem, qui est omnium causa, potest conseruare effectus in esse sine causis proximis. Vnde sicut conseruat in sacramento altaris accidentia sine subiecto, ita potest conseruare diuisionem materiæ corporis, & dimensionum in ea absque diuersitate situs: potest ergo fieri, quod corpori remaneat esse dimensionatum ab alio corpore, quamuis eius materia non sit dimensionata in situ ab alterius corporis materia: non ualet autem similitudo inducta de uno corpore, quod sit in duobus locis, quia implicaret contradictionem, quia de ratione loci est, quod sit locati terminus. Terminus autem est contra quem nihil est rei, vnde nihil locati potest esse in loco exteriori, quod si ponatur esse in duobus locis; sequitur, quod sit extra suum locum, & sic sequitur, quod sit locatum, & non locatum. Hoc autem non contingit si duo corpora sint in eodem loco, vt dictum est, & ideo non est simile.

23 Dub. Cur stetit in medio? Res. Ly. quòd vt posset ab omnibus uideri.

24 Dub. Cur dixit, Thomæ infer digitũ, &c. Res. Chrys. quod vt ostéderet, qm̃ cũ Thomas loquebatur ad condiscipulos aderat, & in hoc suam diuinitatem demonstrans.

25 Dubit. Cur dicit Thomæ, vide manus meas? Respondet Lyra, quòd Thomas vole-

volebat certificari duplici sensu, s. visu, in aspectu manuum, & tactu ad lateris tactum.

26 Dub. An Thomas vere tetigerit cicatrices? Resp. S. Th. 3. par. q. 54. art. 4. Et ita etiã Albertus, & Alexander, quod sic, & ita etiã tenet Leo Papa.

27 Dubit. Quia cum Thomas crediderit ex solo visu, prout dominus ei dixit, quia vidisti credidisti, &c. vr̃ q̃ non tetigerit? ℞. do. Car. de Turrecrem. q̃ vere tetigit, & licet sibi sufficeret vidisse, & per visum credidisse, & quemadmodum credidit, tñ pp nos tetigit, ut omnem à nobis excluderet dubitationem, quia testis erat futuræ resurrectionis. Vnde Leo Papa dicit sufficiebat ad fidẽ propriam vidisse, quod videbat, sed nobis operatus est vt tangeret, quod videbat, & ita non valet consequentia, quòd & si crediderit cum vidit, ergo post non tetigit.

28 Dub. Cur voluit, quod Thomas eum tangeret, qui Magdalenam volentem tangere prohibuit? Resp. S. Th. in 3. sen dist. 21. q. 2. arti. 4. q. 3. quòd gloriosa Maria Magdalena non eligabatur, vt testis resurrectionis in populis, sicut Thomas, quia non decet mulierem docere in ecclesia, 1. Corin. 14. Et ideò non est permissa tangere.

29 Dub. Cur dominus dixit Thomæ noli esse incredulus? Resp. Ly. quia dixerat discipulis se nisi tangeret, non crediturum Christi resurrectionem.

30 Dub. Cur eum ad visum credidisset statim non dixit, Dominus meus, & Deus meus, sed solum postquàm tetigit? Respon. quòd ex præcepto Christi dum iam vidisset & crederet, tetigit eum. & ita post tactum demonstrauit fidem, quam habuerat cum vidisset.

31 Dub. Cur dixit dñs meus, & Deus meus? ℞. Theop. q̃ in hoc optimum se Theologũ ostendit. nam duplicem naturam vnicamq; hypostasim Christi disseruit, quia dicendo, dominus meus humanam, & Deus meus diuinam confessus est naturam, & vnum, & eundem Deum, & dominum.

32 Dub. Quia vr̃ dictum Thomæ imperfectum dum dicit, dominus meus, &c. ℞. quod hic est prolepsis: quia deficit verbum principale, sed debet sic intelligi, tu es, vel credo, quòd tu sis Deus meus.

33 Du. Quia videtur, quòd Thomas nõ crediderit, q̃a per palpationẽ sciuit, & cognouit, & non per fidem credidit? Respõ. Greg. in Hom. q̃ hominem vidit, & Deum credidit. Et S. Th. 3. par. q. 55. ar. 5. dicit, quòd vidit vulnera, & Deum credidit.

34 Dubit. Quia Lucæ 10. c. dr̃, Beati qui vident, quæ vos videtis. & hic, Beati, qui non viderunt. ergo vr̃ contradictio? ℞. Ly. quòd primum intelligitur de visione Xpi in pñtia mortali, q̃ fuit multum desiderata à sanctis patrib. vete. test. Hic vero cõmendat promptionẽ aliorũ, qui nõ viderũt ad credendũ.

35 Dubi. Si beati sunt, qui non viderunt, & crediderũt, cur ergo dr̃ Act. 1. quòd in multis argumentis prębuit seipsum viuũ &c. ℞. S. Th. vbi sup. quòd hic non accipitur argm̃ ẽm quod est ratio rei dubiæ faciens fidem, quia tale euacuaret meritum fidei: sed ẽm quod est aliquod sensibile signum, quòd inducitur ad alicuius veritatis manifestationem. Vnde in Greco loco argumenti ponitur tecmyrijs, quod est signum euidens ad probandũ quòd nõ totaliter fidem euacuat, nec meritum eius: sicut patet de Thoma, q̃ vidit vulnera, & credidit Deum, sed ille dicitur esse perfectioris fidei, qui non requirit huiusmodi signa ad credendum, & talis dr̃ esse beatus per cõparationem ad alios, qui non credunt nisi talia signa videant.

36 Du. Quia videtur, quòd nos non erimus de numero beatorum, quia Christus dixit, beati, qui non uiderunt: quia non eramus ante Christum? Resp. Augu. quod dominus vsus est verbis præteriti temporis, quia qđ erat futurum in sua nouerat prædestinatione iam factum.

37 Dub. Cur dicit Euangelista, Multa quidẽ & alia signa, &c. quæ non sunt scripta in libro hoc? Resp. Ly. quod ne aliquis forte crederet ea non esse vera, quæ scripta sunt ab alijs Euangelistis, & à Ioanne dimissa.

38 Dubita. An alij Euangelistæ scripserint omnia signa, quæ fecit Iesus? Respon. Chry. quòd non.

39 Dub. Cur non omnia signa Christi scripserunt Euangelistæ? Res. qui sup. quòd solum scripserunt ea, quæ erant sufficientia attrahere ad fidem audientes.

40 Dubit. Cur dicit in conspectu discipulorum suorum? Resp. qui sup. quòd sibi videtur dicere ea, quę post resurrectionem sunt signa. Et ideò dicit, in conspectu discipulorum suorum, cum quibus solis post resurrectionem conuersatus est.

41 Dub. Cur Christus nõ scripsit ipse doctrinam

nam suam per seipsum, & non per Euangelistas, & alios Apostolos? R. S.Tho.4.par.q.24.ar.4.q propter dignitatem Christi: quia cum sit excellentissimus doctor ei competebat vt eam in cordibus auditorũ imprimeret, vnde etiã apud Gentiles Pithagoras, & Socrates, qui fuerunt excellentissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Secũdo ꝑpter excellentiam doctrinæ, quæ literis cõprehẽdi non põt. secundum illud Ioan. vlti. c. Sunt & alia multa, quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundũ caperet eos, qui scribendi sunt libros, quos sicut dicit Aug. non spacio locorum credendum est mundum capere non posse, sed capacitate legentium comprehendi non posse. Si autem Christus scripto doctrinam suã mandasset, nihil altius de eius doctrina homines æstimarent, quàm quòd scriptura cõtineret. Tertio vt ordine quoddam ab ipsa doctrina ad omnes perueniret, dum ipse discipulos suos immediatè docuerit, qui postmodum alios verbo & scripto docuerunt. Si autem ipsemet scripsisset, eius doctrina immediatè ad omnes peruenisset.

42 Dub. Cum lex vetus fuerit data in scripto, cur etiam lex Christi non fuit data in scripto? Resp. qui sup. q quia lex dabatur in sensibilibus figuris. Et ideo etiã conuenienter sensibilibus figuris scripta fuit, sed lex Christi, quæ est lex spiritus vitæ, scribi debuit non atramento, sed spiritu Dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, vt Apostolus dicit 2. Cor. 3.

43 Dub. De quo libro intelligitur cum dicitur in libro hoc? R. q de libro Euangelij Io. euangelistæ.

44 Dub. Quibus dicit, vt credatis? R. Chrys. quòd ad humanã naturam loquitur cõiter.

45 Dub. Cur dicit, quòd Iesus est filius Dei? R. Ly. quia intentio eius principalis fuit declarare diuinitatem Christi & æternã eius generationem à patre, & ideo ista scripsit, vt homines duceret ad sic credendum.

46 Dub. Cur Ioan. non scripsit omnia, quæ scripserunt alij euangelistæ? R. quia fuit vltimus in scribẽdo, & viderat quæ alij scripserant, ideo non replicauit, sed videtur ea confirmare, cum dicit multa alia signa fecit Iesus &c.

47 Dub. Quam vitam habebunt credentes? Resp. Lyra, quòd æternam.

48 Dub. Cur dicit in nomine eius? R. Ly. i. p fidem noĩs eius, q. a vt dĩ Actuum 4. non est aliquod nomen sub cœlo, in quo oporteat nos saluos fieri. vide fer. 4. Aduẽtus du. 34.

49 Dub. Quia videtur quòd omnes credentes in Christum etiam mali habebũt vitam æternam? R. Ly. quòd credentes, s. fide formata charitate.

50 Dub. An duo corpora gloriosa, vel vnum gloriosum, & aliud nõ, possint simul esse in eodem loco? Resp. S. Th. 4. sent. dist. 41. q. 2. ar. 2. q. 2. quòd sic virtute diuina, tamen nũquam erunt simul, quia in eis seruabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit.

51 Dub. Quid est dos prout dotes ponũtur in beatis? Rñ. qui sup. dis. 49. q. 4. ar. 1. quòd dos est perpetuus ornatus animę, & corporis vitę sufficiens, in æterna beatitudine iugiter perseuerans.

52 Dub. Cur appellatᷓ dos? Rñ. q sup. quòd ad similitudinem dotis corporalis per quã sponsa ornatur, & prouidetur viro, vñ possit sufficiẽter sponsam & liberos nutrire, & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatᷓ vt ad eam matrimonio separato reuertatur, & sic etiam in matrimonio spirituali ipsi ornatus, qui sponsæ spirituali dantur, s. ecclesiæ in membris suis, sunt q dem ipsius spõsi in quantum ad eius gloriam, & honorem cedunt, sed sponsæ inquantum per eos ornatᷓ.

53 Dub. Quia videtur, quòd in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, & ita non erit ibi dos, quæ subleuat onera? Respond. qui supra, quòd ibi est id, quod cõpetit dotibus per se, s. solatium matrimonij quod per dotes efficitur: p accidens autem illud, quod per eas remouetur, scilicet, onus matrimonij, quod per dotes leuiatur, sicut gratiæ per se conuenit facere iustum, sed per accidens quòd de impio faciat iustum, quãuis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas, ad quam perficiendam dotes sponsæ cõferuntur, vt scilicet, delectabiliter per eas sponso coniungatur.

54 Dub. A quibus danᷓ istæ dotes? Rñ. qui sup. quòd potius à patre sponsæ q̃ est tota Trinitas, q̃ à patre sponsi. s. Christi, qui est sola persona patris, sed tamen hæc collatio licèt ab omnibus personis fiat, singulis personis potest appropriari per aliquem modum: ꝑsonæ quidem patris vt danti, quia in ipso est authoritas, & ẽt paternitas respectu creaturæ appropriatur, vt idem pater sponsi, &

fi,& sponsæ filio vero appropriatur inquantum propter ipsum, & per ipsum dantur, sed Spiritui sancto inquantum in ipso,& secundum ipsum dantur,amor etiam est omnis donationis ratio.

55 Dub.An dantur in hac vita?Resp.qui supra,quòd nō, quia nec dotes consueuerunt assignari sponsæ quando desponsatur, sed quando in domum sponsi traducitur,vt prę sentialiter sponsum habeat,quandiu autem in hac vita sumus peregrinamur à Domino 2.Cor.5.

56 Dub.Quia cum dotes matrimonij corporalis subijciantur fortunæ, an etiam dotes sanctorum subijciantur fortunæ? Resp.qui supra, q. quia dotes corporalis matrimonij consistunt in decore exteriori, ideo subijciuntur fortunæ,sed decor interior requiritur in spirituali matrimonio, vt in Psal.44. omnis gloria eius filiæ regis abintus &c. Et ideo non oportet, q. huiusmodi dotes assignentur in matrimonio spirituali, sicut assignantur in corporali.

57 Dub. Quia in hac vita Deus dat multa bona, & gratias sanctis, ergo videtur, quòd in hac vita dantur dotes? ℞. qui sup. quòd talia dona non dicuntur dotes, sed illa,quæ conferuntur eis, quando transferuntur in gloriam, in qua sponso præsentialiter perfruuntur.

58 Dub.An dos sit beatitudo? ℞.qui sup.ar. 3.q. non,sed realiter differunt,quia beatitudo dicitur ipsa operatio pfecta, qua anima beata Deo coniungitur,sed dotes dicuntur habitus, vel dispositiones, vel quęcumque aliæ qualitates,quæ ordinātur ad huiusmodi perfectam operationem.

59 Dub. An dotes sint partes beatitudinis? Resp. qui sup. q. ordinantur ad beatitudinem magis,quam sint in beatitudine vt partes eius.

60 Dub. Quia cum dotes sint perfectio animæ, videtur q. beatitudo etiam possit dici dos? ℞. qui sup.q. propriè loquendo beatitudo non est ornatus animæ, sicut sunt dotes, sed est aliquid quod ex ornatu animæ prouenit, vt sit operatio quædam: ornatus vero dicitur aliquis decor ipsius beati.

61 Dub.Quæ dicuntur dotes animæ? Resp. qui supra,articulo quinto, quæst. prima, q. ab omnibus communiter ponuntur tres,diuersimodè tamen Quidam enim dicunt q. sunt visio,dilectio,& fruitio. Quidam quod sunt visio,comprehēsio,& fruitio, Quidam vero quòd sunt visio,delectatio,& comprehensio.

62 Dub. Quæ opinio istarum est melior? Resp.qui sup.quòd omnes hę assignationes reducuntur in idem, quia ex parte visionis, ad hoc quòd visio sit delectabilis requiritur, quod ipsum visibile sit conueniens, & quòd sit coniunctum,& sic requiritur habitus, qui visionem eliciat, & sic est vna dos, quæ dicitur ab omnibus visio, sed ex parte visibilis requiruntur duo,scilicet,conueniētia,quæ est per effectum,& quātum ad hoc ponitur dos à quibusdam dilectio,& à quibusdam fruitio, secundum quod fruitio ad effectum pertinet: illud enim,quod summe diligimus conuenientissimum ęstimamus. Requiritur etiam ex parte visibilis coniunctio,& sic ponitur à quibusdam comprehēsio, quæ nihil aliud est, quàm in præsentia Deum habere, & in seipso tenere, sed secundum alios fruitio, prout fruitio est non spei, sicut est in via, sed iam rei, sicut est in patria.

63 Dub. Quibus virtutibus correspondent istæ dotes? Resp.qui supra quòd tribus virtutibus theologicis, scilicet, visio fidei,spei vero comprehensio, vel fruitio secundum vnam acceptionem, charitati autē dilectio, vel fruitio secundum aliam assignationem. Fruitio enim perfecta qualis in patria habetur includit in se dilectionem,& comprehēsionem. Et ideo à quibusdam accipitur pro vno,à quibusdam vero pro alio.

64 Dub. An similiter corporis gloriosi debeant poni aliquæ dotes?Respon.qui supra, q.2. quòd sic, quia sicut dispositiones, quæ sunt in anima beata ad perfectam operationem,qua Deo coniungitur,dicuntur animę dotes, ita dispositiones, quæ sunt in corpore glorioso,ex quibus corpus efficitur perfectæ animæ subiectum dicuntur corporis dotes.

65 Dub.Quæ ponuntur dotes corporis gloriosi? ℞. qui supra,q.3.q. subtilitas,agilitas, claritas,& impassibilitas.

66 Dub.Propter quid istę dotes assignantur corpori? Respondet qui supra, quod quia anima est forma corporis, & motor, & ad hæc ordinantur dotes corporis, vt perfectè animæ subijciatur,& sicut formæ & motori, à forma autem in materia tria causantur,scilicet,esse substantiale vires formę secundariæ

cundariæ f. accidentiales, & a nborũ conseruatio, & sic inquantum corpus gloriosum subditur animæ, quantum ad esse substantiale, quòd hẽt ab ea, sic est dos subtilitatis, quia ex hoc dicitur subtile, qđ perfectè ab anima informatur; inquantũ vero subditur ei secundum accidentales formas, quæ sunt in corpore ab anima, sic est dos claritatis: inquantum autem ab anima conseruatur, sic est dos impassibilitatis, quoniam ex vi animæ seruatur immune ab omni læsione, sed inquantum perfecte subditur animæ, ut motori, sic est dos agilitatis, qm̃ dicitur agile secundum hoc, quod ad omnes animæ actus est expeditum, & paratum.

67 Dub. An corpora gloriosa possint penetrare cœlos absque eorum diuisione? Resp. qui sup. dis. 44. q. 2. ar. 2. q. 2. ꝙ sic, non ex ui subtilitatis, sed ex diuina uirtute, quæ eis ad nutum in omnibus subueniet.

68 Dub. An corpora sanctorum sustinebunt aliquem laborem in motu? Resp. qui sup. ar. 3. q. 1. quód non, propter habilitatem eorum ex redundantia gloriæ ab animab. in ipsa corpora.

69 Dub. Quia uidetur, ꝙ nõ erunt perfectè beata ipsa corpora si moueantur, quia motus dicit defectum, cum nullus moueatur ad id, quod iam habet? Resp. qui sup. q. 2. ꝙ necesse est dicere corpora sanctorum aliquãdo moueri, quia & ipsum corpus Christi motum est ascendendo ad cœlum, & ipsa mouebuntur, quæ de terra resurgent ad cœlum empireum ascendent. nam non possent manifestare uirtutem motiuam in seipsis experimento nisi moueantur, nec mouebuntur ꝓpter indigentiam simpliciter, uidelicet, quòd indigeant moueri, adeo quòd sine motu non possint conseruari in esse, uel in sua perfectione, quia ad hæc omnia sufficiet eis sua beatitudo, sed in quid mouebantur propter indigentiam, s. quia sine motu non poterunt aliquem finem intentum habere, uel non ita benè, uel tali modo. huiusmodi autem indigentias nihil prohibet in corporibus gloriosis esse.

70 Dub. An talia corpora mouebuntur in instanti? Res. qui sup. q. 3. ꝙ mouebuntur in tp̃e, sed imperceptibili ꝑ breuitatem, nec voluntas vnquàm in eis erit inordinata. Vnde nunquàm uolent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti, in quo non possit ibi esse, & sic quodcunq; instans voluntas determinabit in illo, corpus erit in illo loco, quẽ voluntas determinat.

71 Dub. Quia gl. 1. ad The. 4 dicit, qđ deferuntur ab angelis, ergo non ex se mouebuntur? Res. qui sup. q. 1. ꝙ dicuntur deferri ab angelis corpora gloriosa, non quasi eis indigeant, sed ad reuerentiam designandam quæ eis, & ab angelis, & ab omnibus creaturis deferretur.

72 Dub. Quia si corpora gloriosa haberent dotem claritatis, ita haberent in pedib. sicut in oculis, sicut agilitatem, impassibilitatem, & subtilitatem habẽt æqualiter per totum corpus? Resp. qui supra, art. 4. q. 1 ꝙ sicut claritas gloriæ redundat ab anima in corpus secundum suum modum, & est ibi alio modo quam sit in anima, ita in qualibet parte corporis redundabit secundum suum modum, unde non est inconueniens, ꝙ diuersæ partes habeãt diuersimode claritatem, secundum quod sunt diuersimodè dispositæ ex sua natura ad ipsam, nec est simile de alijs dotib. corporis, respectu quarum, partes corporis non inueniuntur habere diuersam dispositionem.

ALLEGORICE.

Vide feria 3. Paschæ ꝓ prima parte. Quo ad secundam [qđ Thomas non erat cum eis] significat singulares non uelle communicare cum fratrib. [ꝙ non credidit narrantibus] signat pertinaces nolle rationibus acquiescere [qđ Christus palpandum se præbuit] denotat benignitatem Dei, qui vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire, [quòd Thomas videt hominem, & credit Deũ [designat quòd inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex præsenti Euãgelio vt nõ segregemus nos à consortio iustorum, sed semper cum eis immoremur, ut Iesum mereamur intueri, qui in medio sanctorũ consistit: nec simus increduli cum aliquid nobis fidei proponitur, quatenus mereamur, si credamus, quod non uidimus, credẽtes semper Iesum filium esse Dei, quo mediante vitam habeamus æternam.

ANAGOGICE.

Eleuamur in cōtemplationem Thomæ Didimi, qui interpretatur abyssus, & qui penetrauit profundum humanitatis Xpi, per quam peruenit ad diuinitatem, vt nos etiā ex signis, & scripturis nobis à Deo exhibitis, id, quod nunc credimus per fidem, tandem in veritate, vti est, cernamus, & tunc nobis clara erunt omnia, quæ fecit Iesus in cōspectu discipulorum suorum, cum quib. in perpetuum vita perfruemur æterna.

DOMINICA PRIMA POST Octauam Paschæ.

Ego sum pastor bonus. Io. 10.

Hæc uerba dixit Dominus anno ætatis suæ 32. die 27. Septembris in Sabbato.

HISTORICE.

Discipulis suis Dn̄s ait bonū se esse pastorē, qui suam pro ouibus uitam ponit, & nequaquàm mercede conductum se existere, cuius mercenarij non interest an à lupo rapiendæ dispergantur oues, sed fuga sibi cōsulere: aitque alias se habere oues alterius ouilis, quas adducet, quoniam & eas agnoscit, & ab eis agnitus existit, ut pastor unus vnumque ouile omnium fiat.

Hæc sunt dubia non pretereunda.

1 DVBITATVR. Cur Dominus hic introducit parabolā de pastore? Rn̄. Ly. qm̄ cum supra dixisset, q non intrat per ostium in ouile ouium, &c. Io. hic subiungit, quod ipse est bonus pastor, cum per ostium ingressus fuerit.

2 Dub. Quia dixit se ostium, & nunc dicit se pastorē, qūo potest esse ostium, & pastor? Res. Aug. qđ sic ipse per seipsum nouit patrem, nos aūt per illum, sic intrat in ouile p seipsum, nos autem per ipsum, ipse est ostiū per quod intramus, & est pastor, qui suum gregem gubernat.

3 Dub. An prælati ecclesiæ sint pastores? Res. q sup. ꝙ Xps est verus pastor vnus, & solus, sed prælati sunt membra eius.

4 Dub. An prælati etiam sint ostium? Res. quia supra, qđ non, quia Christus hoc sibi proprium tenuit.

5 Du. Cur dicit ꝙ est bonus? Res. qui sup. quia sunt & pastores mali.

6 Dub. Quomodo bonus pastor dat animam suam? Respond. Ly. idest vitam corporalem.

7 Dub. An vita hominis debebat exponi pro ouib. & aliis animalibus brutis? Respon. Lyra, quòd hic non intelligitur de ouibus naturalib. quia licet pastor pro eis debeat aliquem laborem sustinere, sed non debet morti se exponere, sed intelligit̄ de pastore animarum.

8 Dub. An pastor animarum debeat pro eis vitam corporalem exponere? Respond. Chrysost. in Homo. quod sic, si necessitas affuerit.

9 Dub. Quomodo cognoscitur bonus pastor? Resp. Iac. de Vorag. in sermone, ꝙ per tria signa, quia pro ouibus animam suam ponit, quia cognoscit oues suas, & quia eas ad ouile deducit.

10 Dub. Quomodo cognoscūtur oues Xpi? Resp. qui sup. ꝙ per tria signa, quia pastorem recognoscunt, & uocem eius audiunt, & ipsum sequuntur.

11 Dub. Quis dicitur mercenarius? Respon. Lyra, quod ille, qui conducitur propter mercedem.

12 Dub. Per quę signa discernitur mercenarius à vero pastore? Resp. Iacob. de Vorag. in sermone, ꝙ per tria. Primo, quia nullam curam gerit de ouibus, quòd notatur cum dicitur, dimittit oues, Secundo quia fugit. Tertio, quia tantum mercedem, & lucrum quærit.

13 Dub. Si non sunt eius oues proprię, quomodo ergo sunt eius? Respon. Ly. quòd solum vsurpatiue.

14 Dubitatur. Quid agit lupus? Respondet Iacobus de Voragine vbi supra, quòd officium eius est rapere, dispergere, & mactare.

15 Dub. Quid significatur per lupum? Resp. Lyra, ꝙ tyrannus, qui inducit homines ad peccandum, vel hæreticus falsa doctrina eos corrumpens.

16 Dub. Nūquid pastor etiam accipit mercedem? Respond. Sanctus Thom. tertio sent. distinct. 29. artic. quarto, quòd mercenarius oculum habet ad mercedem principaliter, & tanquàm ad finem, ideo non dicitur

dicitur pastor, inquantum opus spirituale propter mercedē temporalem exercet, sed illud quod redditur bono pastori, non proprie dicitur merces, sed præmium.

17 Dub. Cur videns lupum fugit? Respond. Albertus de animalibus, quòd dicunt de lupo, quòd si hominem vidẽs præuenerit intuitu oculorum, vocem aufert, & si præuenitur ab homine, vocem amittit, & si homo soluerit amictum vocem recuperat, ideò lupum videns fugit.

18 Dubit. Quomodo dicitur fugere mercenarius? Respon. Ly. quia debitum auxilium subtrahit ouibus.

19 Dubitatur. Cum vterque, scilicet pastor, & mercenarius curam gregis habeat, quomodo cognoscitur vnus ab altero? Respondet Gregorius in Homil. d. vtrum pastor sit, vel mercenarius, cognosci veraciter non potest, si occasio necessitatis deest. Tranquillitatis enim tempore plerumque ad gregis custodiam sicut verus pastor, sic etiam mercenarius stat, sed lupus veniens indicat quo quisque animo super gregis custodiam stabat.

20 Dubit. Si lupus rapit oues, quomodo dispergit? Respondet Lyra, quod rapit ad malum pertrahendo, & dispergit ab vnitate ecclesiæ separando.

21 Dub. Quomodo non pertinet ad mercenarium de ouibus, cum eas sub cura sua habeat? Respon qui supra, quòd non pertinet ad eum, idest, non habet affectum ordinatum ad eas.

22 Dubit. Cur replicat, ego sum pastor bonus? Respon. Chrysost. quoniam superius Dominus duos modos præmisit: Vnum, qui furatur, mactat, & perdit: Alterum, qui non prohibet, & se ab vtroque distinxit concludendo, Ego sum pastor bonus.

23 Dubit. An prælatio malorum sit à Deo? Respondet Sanctus Thom. 2. sent. distin. 44. quæst. prima, artic. 1. quòd id quod est bonum in prælatione, est a Deo, sed id, quod est malum, quo ad principium quādo simoniacè acquiritur, vel propter insufficientiã, non est a Deo, sed quo ad medium, scilicet quo ad modum qui consistit in ordine quodam vnius, tanquàm regentis, & alterius tanquàm subiacentis, qui est bonus, est à Deo quo ad finem, qui est vsus malus non est a Deo.

24 Dub. An liceat appetere prælaturam, & doctoratum, vide ser. 3. Dominicæ 2. Quadragesimæ, dub. 30.

25 Dub. An liceat prælationem iniunctam omnino recusare? Respondet qui supra secunda secundæ, quæst. 185. art. 2. quod non, quia repugnat charitati proximorum, quorum vtilitati se aliquis debet exponere pro loco, & tempore. Item, & repugnat humilitati, per quam aliquis superiorum mandatis se subijcit.

26 Dub. An liceat iurare, vel vouere non suscipere prælaturam? Resp. qui supra, quòd si quis vouet, vel iurat quòd non acceptabit, etiam per obedientiam superioris illicitè vouet, vel iurat: sed si quis intendit se obligare, quòd quantum est de se, prælaturam non suscipiet, nisi imminente necessitate, licitum est votum.

27 Dubit. Ad quid tenentur prælati? Resp. qui supra, super 1. ad Thi. 1. quòd ex necessitate præcepti tenentur ad ea, quæ sunt proprij officij.

28 Dubit. Ad quid sunt vtiles prælati? Resp. qui supra, quòd ad cohibendam nequitiam hominum. Nam tripliciter se debent habere ad mala. Primò, vt ea corde odio habeãt. Secundò, vt prohibeant ne fiant. Tertiò, vt facta puniant.

29 Dubitatur. An prælatus in mortali peccato existens peccet mortaliter corrigendo? Respondet qui supra 1. sentent. distinctio. 15. quæst. 2. artic. 2. quæst. 2. quòd dupliciter aliquis corripere potest. Vno modo ex officio, sicut prælati corripiunt, & sic ille, qui est in simili peccato, vel maiori non potest alium corripere, siue illud peccatum sit notorium, siue occultum, quia indignè utens officio suo peccat: sed ille, qui est in peccato mortali, etiam in occulto indignè vtitur officio suo, vnde peccat corripiendo, & alia, quæ ad suum officium spectant faciendo. Alio modo aliquis corripit ex zelo charitatis, non vt ecclesiæ minister, & tunc non peccat, nisi ratione scandali, quod non consurgit nisi de peccato notorio.

30 Dub. An semper recurrendum sit ad prælatos pro dispensatione ieiuniorum, & huiusmodi? Respon. qui supra, 2. 2. quæst. 147. art. 4. quòd sic, nisi esset consuetudo in contrarium, quia ex ipso, quòd prælati dissimulant videntur annuere.

31 Dub. An prædicere sit propriũ officium prælati?

prælati? Res. qui supra, quæst. 187. ar. quarto, quòd sic ex officio, sed ex commissione etiam potest competere religiosis.

32 Dub. An prlatus possit accipere sumptus a subditis? Res. qui supra, 2. Corin. 11. quòd sic, si prædicat, & visitat: imò etiam legatus Papę quando visitat partem legationis, potest stipendia accipere.

33 Dubitatur. Cur dicit, & cognosco oues meas? Respondet Lyra, quia solicitè visitat eas, & sic cognoscit in particulari conditiones earum.

34 Dub. Quomodo oues cognoscunt pastorem? Resp. Ly. quia ueri fideles recognoscunt beneficia Christi.

35 Du. Quomodo Christus agnoscit patrē sicut pater eius, quia pater agnoscit Christum vt filium. Et Christus non cognoscit patrem, ut filium? Respond. Chryso. quòd ly sicut, non respicit relationem, sed personam. q. d. sicut persona patris agnoscit personam filij, ita persona filij agnoscit personam patris.

36 Dubit. Cum vna sit cognitio patris, & filij, cur dicit sicut, &c. Respondet Lyra, qđ ly, sicut, non est nota æqualitatis, sed similitudinis, quia patris, & filij est vna notitia considerando filij deitatem: secūdum vero humanitatem videt patrem clare, & continuè.

37 Dub. Quomodo posuit animam pro ouibus suis? Resp. qui supra, quia anima Christi pro fidelibus fuit separata a corpore, & oblata Deo patri.

38 Dub. Cum multi ante Christum mortui sint, & post Christum continuè plures conuersi sunt, & in dies conuertuntur, videtur, quòd non pro ouibus omnibus posuerit animam suam? Resp. q non solum mortuus fuit pro fidelibus, qui tunc temporis erant, sed pro mortuis & omnibus futuris vsque ad finem sęculi.

39 Dub. Cum nō fuerit missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, quomodo habet alias oues. Vide ser. quinta post primā dominicam Quadragesimæ. dub. 16. secundum Ro. cur.

40 Dub. Quando eas adduxit ad ouile suū? Respondet qui supra, quòd per prædicationem Apostolorū, Christo principaliter operante in eorum prædicatione, vt dicitur Marci vlti. ca.

41 Dub. An erat coactus eas adducere, quia dicit oportet? Resp. Chry. quòd ly oportet, nō necessitatis est demonstratiuum, sed eius quod omnino fiet.

42 Dub. Quomodo aliæ oues audierunt vocem eius? Resp. Ly. quia Iudæis repellentibus fidem Christi, Gentiles cum gaudio eam receperunt, vt habetur Actuum 13.

43 Dub. Qualiter fuit factum vnum ouile? Res. Greg. in Homil. qñ cum Iudęis Gentilem populum in sua fide coniunxit.

44 Dub. Quomodo est vnus pastor, cum tot pastores, scilicet, summi pōtifices post Christum fuerunt? Resp. Ly. quod Christus est verus & vnus pastor, alij autem sunt vicarij huius pastoris.

ALLEGORICE, ET TROpologicè expositum est.

ANAGOGICE.

In cœlesti gloria agnoscemus clare [uerum pastorem] qui nos cum baculo crucis [ad suum ouile perduxit] & animā suam pro nobis posuit, & agnoscet nos approbando, & nos cognoscemus eum glorificando [& eius vocem audiemus] cum dicet, venite benedicti patris mei, percipite regnum [& fiet vnum ouile, & vnus pastor] quia ipse Deus erit omnia in omnibus, & ipse Deus, cum omnibus electis erit eorum Deus, & ipsi populus eius erunt.

DOMINICA II. POST OCTAuam Paschæ.

Modicum, & iam non videbitis me. Ioan. 16.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33 die 24 Martij, scilicet, die Iouis in cęna Domini.

HISTORICE.

Discipulis Dominus cum prænunciasset modicum temporis affuturū, quo eū nequaquā iā intuerentur, & rursus post pusillum eū cernerent, quoniā ad genitorem accedebat, quid illa sibi vellent Domini uerba inter se sciscitati sunt, minimè eorū pcipientes sensum, quod Dominus perpendens, eis sæculum, gauisurum fore, & ipsos lachrymis perfundendos prædixit: uerum eorum in

in gaudium verti debere tristitiam, mulieris parturientis exemplo, quæ dum parit tristatur, sed edito fœtu ex gaudio pressuræ obliuiscitur, cum in lucem perduxerit hominem, eos etiã in præsentiarum quidem tristitia affligi, sed cum rursus eos viderit lætos efficiet, nec eorum ab aliquo tunc auferri posse iocunditatem.

Hæc sunt, quæ occurunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur dñs prædicta verba protulerit? ℞. Chr. ꝙ ut assuefaciat eos per tristiũ auditionem bene ferre suam separationem.

2 Dub. Quid significant dicta verba? Resp. Beda, quod modicum & iam non videbitis me, significat, quòd illa nocte fuit tentus a Iudæis, & in mane crucifixus, & sepultus, ab humanis est seclusus obtutibus: & iterũ modicũ & videbitis me: quoniam & redibit, & in pauco erit separatio, & continua cum eis coexistentia.

3 Dub. Cur dicit, quia vado ad patrẽ? Res. qui supra, vt ostendat quòd non perit, sed mors eius translatio sit.

4 Dub. Cur discipuli de istis verbis quærũt inter se? Resp. Aug. in hom. quia hæc verba domini ita discipulis erant obscura antequam id, quod dixit, esset impletum, vt cogerentur inter se de hoc quærere.

5 Dub. Quomodo non intelligebant? Res. Chrys. quoniam videbatur duo contraria ponere, nõ existentia contraria. Si. n. videbimus te, aiunt, quomodo vadis, si vero vadis, qualiter te videbimus.

6 Dub. Cum alia verba quæ ante ista dixerat intellexerint: cur non & ista intelligunt? Resp. Aug. vbi supra, ꝙ quia dixerat ad patrem vado, aperte illis visus est loqui, ideo intellexerunt.

7 Dub. An Christus cognouerit, vt Deus, vel ut homo, ꝙ volebant eum interrogare? Resp. Ly. ꝙ & inquantum Deus, cuius est proprium cognoscere secreta cordium: & inquantum homo, inquantum eius anima omnia videbat in uerbo.

8 Dub. Quia videtur ꝙ Christus non respondet ad propositum? Resp. Ly. ꝙ primò dixit de hoc quæritis inter vos, ut ostenderet se scire mentis eorum intentionem, præueniendo eorum interrogationem: ꝙ autem dicit plorabitis, &c. Resp. ad illud, quod dixerat modicum, quod est tempus passionis, vsque ad resurrectionem, in quo fleuerunt propter eius absentiam.

9 Dub. Qualiter mundus gauisus est? Resp. qui sup. quoniam in illo triduo Iudæi mundialiter uiuentes gauisi sunt, credentes extinxisse totam sectam Christi.

10 Dub. Cur dolebant de passione Christi Apostoli, q̃ erat ita utilis & necessaria? Res. dñs Card. de Turrecrem. super hoc Euangelio ꝙ dolebant de ea, ut erat quædam afflictio patiẽtis Christi, quasi eidem compatientes, sed eam colebant, ut ordinabatur ad fructum redemptionis humanæ.

11 Dub. Quæ differentia est inter flere, & plorare? Res. Vocabulistæ, ꝙ flere est ubertim lachrymas fundere, quasi fluere, sed plorare est cum uoce flere. Plãgere, est cum lachrymis pectus, aut faciem tũdere. Lugere, est cum aliquib. dictis miserabilib. & habitus mutatione flere, mœrere, est cum silentio dolere. Vnde, & mærere dicitur, quasi mente carere, & lugere, quasi luce egere.

12 Dub. Quæ differentia est inter gaudere, lætari, & exultare? Res. Catholicon. ꝙ lætari, est lætitiam unicè demonstrare, gaudere, est mẽte lætari, sed exultare, est uerborum, & membrorum hilaratio.

13 Dub. Quomodo tristitia Apostolorum uersa fuit in gaudium? Res. Lyra, quia gauisi sunt discipuli uiso domino.

14 Dub Cur ponit similitudinem de muliere pariente? Res. Aug. q̃d ista similitudo non est difficilis, domino eam exponente.

15 Dub. Vtrum dolor parturientium sit magnus? Resp q̃d sic: nam dicit Arist. 9. animalium. quòd mulieribus tempore partus accidit fortissimus dolor.

16 Dub. An æqualiter omnes parturientes doleant? Res. q̃d non, sed una magis, quàm alia, ſm dispositionem meatuum, & fętus.

17 Dub. Vnde habuit originem dolor mulierum? Res. q̃d ex maledictione Dei dicentis Euæ, in dolore paries Gen. 3.

18 Dubit. Cur dedit dominus talem pœnam parturientibus? Resp. ut de cętero non superbiant.

19 Dub. An noceat animæ mulierum morientium in partu? Res. q̃d non, si sunt contritę, mò prodest, si patienter sufferunt.

20 Du. An noceat aïę mulieris, si pariat abortũ? Res. Alb. Magnus sup Lucã, q̃d nõ, nisi

dederit causam, vt abortum faceret, s. non se benè custodiendo mulier, equitando, chorizando, & similia faciendo. nàm se debet custodire, maximè qn̄ nouiter concepit, quia materia valdè mobilis est, & faciliter læditur. Itèm, quando est vicina partui.

21 Dub. Cum dolor in partu mulierum sit naturalis, vt dicit Alber. in 9. de animalibus c. 8. quomodo dicitur, ꝙ prouenit ex maledictione Dei? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 164. arti. secundo, quòd licet naturaliter hic dolor proueniat, tamen si non peccasset diuino beneficio immunis fuisset à tali dolore, & qa Deus subtraxit hoc beneficiū propter peccatū. Ideo dicitur, ꝙ hic dolor fuit datus in punitionem sui peccati.

22 Dub. Quando vidit post dominus discipulos? Respon. Lyr. quòd post resurrectionem suam.

23 Dubit. Quomodo non fuit eis ablatum eorum gaudium? Resp. qui supra, quia uita Christi, quæ fuit materia huius gaudij immortalis, non erat amplius auferenda per mortem, & istud gaudium fuit inchoatum post resurrectionem Christi, sed postea consummatum in gloria cœlesti.

ALLEGORICE.

Mulier est Ecclesia seu Apostolorū collegium, in quo, pro tunc, erat tota ecclesia figium, dolū. tristitia partus, est dolor de passione Christi: natiuitas hominis est resurrectio Christi, quia Christus de nouo processit ad vitam immortalem, quantum ad corpus, quod prius fuit mortale, & sic natus est homo non infans, aut puer in mundum. i. in vitam immortalem, quam ipse inchoauit.

TROPOLOGICE.

Instruimur, ut compati discamus si conregnare volumus.

ANAGOGICE.

E doloribus præsentis vitæ in patriam deducimur lætissimam, in qua pressurarum præsentium obliuiscemur.

DOMINICA TERTIA POST octauam Paschæ.

Vado ad eum, qui me misit. Ioan. 16. capitu.

Hæc verba dixit dominus in cœna domini.

HISTORICE.

Ad eum, qui se miserat ire dominus discipulis dixit, eorum uero neminem esse, qui eum, quo iret interrogat sed ex his tristes effectos fuisse verbis, verum expedire eis vt vadat, quoniam paraclitū eis mittet, qui sæculum peccati, iustitiæ, & iudicij arguet, & peccati quidē, quoniā in eū minime crediderint: Iustitię vero, cū ad genitorē accedat, nequaquā amplius ab eis conspiciendus: Iudicij autē, quoniā princeps huius sæculi iudicij iam sortitus est sententiā, plura quoque eis debere dici, sed ea ipsos nunc portare nō valere. Verū ille veritatis spiritus cū aduenerit oēm docebit eos veritatem, quā nō a se, sed auditu referet. futura etiā prænūciabit, dominū claritate dignū demonstrabit, cum ex suis capiat, ut eis nota faciat.

Hæc sunt quæ occurrunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur dixit, vado, in præsenti, cum post per multos dies steterit cum eis? Res. Lyra, ꝙ q. d. impleui officium prædicationis meę, & illa noctemet fuit captus.

2 Du. Cur discipuli non interrogant eum, quo iret? Respond. Chry. quoniam eis dixerat, ꝙ qui interficeret eos arbitraretur se obsequium præstare Deo, ita ceciderunt, ut nihil ei loquerentur.

3 Du. Cur aliàs interrogauerunt eum, quo iret. Ioan. 3. & 14. capitul. Thomas, quomodo possumus uiam scire? Res. Lyra quia tunc solum loquebatur eis de suo recessu, sed nunc quia dicit de tribulationibus, remansuerunt stupefacti.

4 Dub. Cur ex responsione domini contristati sunt? Respon. qui supra, ꝙ non propter hoc, ꝙ dicit nemo interrogat me, quo vadis, contristati sunt, sed propter tribulationes, quas dixit eis venturas.

5 Dub. Quomodo tristitia impleuit corda eorum? Respond. Augustinus, quia nondum interiorem habebant consolationem, quam per Spiritum sanctum fuerant habituri, nec in eis remanebat locus consolationis.

6 Dub. Cum haberent plura corda, cur dicit cor uestrum in singulari? Respō. ꝙ quia habebant vnum cor in domino.

7 Dub. An expediret Apostolis subtractio corpora-

corporalis præsentiæ Christi? Respond. dominus Cardinalis de Turrecrem. q sic, qa corporalis delectatio discipulorum in Christo secundum carnem impediebat eleuationem mentis eorum in desiderium diuinitatis, quia ut dicit Beda, expedit, ut forma serui eorum subtrahatur aspectibus, quatenus amor diuinitatis apertius eorũ infigeretur mentibus.

8 Dub. Cum Christus esset Deus, & posset dare Spiritumsanctũ, cur dicit, quòd si non abiret, quòd Spiritussanctus non ueniret? Resp. qui supra, q licèt potuisset dare: Tamen noluit, primò propter eorum dispositionem, quia quodam modo carnali amore afficiebantur ad Christi humanitatem & nõ spirituali ad eius diuinitatem. Secundò, quia cum esset cum eis, satis adiutoriũ sufficiens erat eis. Tertiò, quia Christus inquantum homo non dabat Spiritumsanctum, & stando cum Apostolis uidebatur, quasi vnus homo.

9 Dubi. Quis dicitur paraclitus? Res. quòd idem est, quòd consolator, & quia Spiritus sanctus consolatur nos in omnib. angustijs, Ideo dicitur paraclitus.

10 Dubi. Cur vocat se paraclitum? cum dicit aliũ paraclitum Io. 15. Res. quoniam paraclitus Græcè dicit, aduocatus Latinè, & qa Christus est aduocatus noster apud patrem. Ideò etiam dicitur paraclitus.

11 Dubi. Nunquid Christus non arguit mũdum de peccato? Resp. dominus Cardinalis de Turrecremata, q Christus arguit visibiliter, sed Spiritussanctus penetrans corda discipulorum per eos inuisibiliter arguit mundum de peccato.

12 Dub De quo peccato arguit Spiritus sanctus mundum? Res. qui supra, q de peccato infidelitatis, quod patet, cum dicitur. Quia non crediderunt in me.

13 Dub. Cur dicit in me? Respondet qui supra, quia credere in eum est habere fidem charitate formatam.

14 Dubi. Quomodo arguit de iustitia? Respond. qui supra, scilicet, quod Christus resurrexit & ascendit, & in hoc declaratur iustitia Dei, propter condemnationem suorum persecutorum, qui eum iniustè persequebantur.

15 Dubi. Quomodo arguit de iudicio? Res. qui supra, quoniam quia diabolus princeps malorum iam condemnatus est, eodem iudicio demonstratur omnes sibi adhærentes esse condemnabiles.

16 Dub. Quæ sunt illæ, quæ Christus habebat adhuc Apostolis dicere? Res. Didimus, quod èa, quæ nomine eius sufferre poterãt, s. maiora, quæ tunc non poterant, nisi in capite nostro, prius magisterium, & forma curis præiret.

17 Dub. Cur non poterãt tunc portare apostoli? Res. Lyr. quòd propter imperfectionẽ ipsorum Apostolorum.

18 Dub. Quia non uidetur, q docuerit eos Spiritussanctus omnem ueritatem quia nõ conclusiones logicas, uel arithmeticas, aut aliarum scientiarum? Resp. qui supra, quòd docuit eos omnem veritatem necessariam ad salutem.

19 Dub. An Spriritussanctus indigeat pedagogo, cum non loquatur à semetipso? Resp. Chry q ut audientes Spiritumsanctum docere omnem veritatem, non æstiment eum filio maiorem, ideo hoc dicit.

20 Dub. A quibus audit, quæ loquitur? R. August. quòd eius audire est scire, & eius scire est eius esse: quia ergo illi essentia ab illo, à quo procedit, etiam ab eodem est illi audentia.

21 Dub. Cum dicatur Actuũ j. nõ est vestrũ nosse tempora, &c. quomodo Spiritussanctus annunciabit futura? Respon. Ly. quod non omnia futura annunciauit, sed aliqua. Sicut Ioanni ea, quæ scripsit in Apocalipsi. Et Paulo tribulationes futuræ in Hierosolymis reuelatæ fuerunt. Act. 20.

22 Du. Cum sint plures sancti, quibus nihil reuelatur quomodo Spiritussanctus annunciat futura? Res. Beda, q uentura annunciabit, idest gaudia cœlestis patriæ nobis ad memoriam reducet.

23 Dub. Quomodo Spiritussanctus clarificauit Christum? Resp. Lyra, q Spiritussanctus datus Apostolis fuit magnum signum ad confirmandum Christi doctrinam.

24 Du. Cum pater clarificauerit Christum, ut dicitur Ioan. 12. capi. quomodo Spiritus sanctus eum clarificauit? Respondet, qui supra, quòd pater clarificauit Christum in miraculis in vita, & iterum postea in morte p signa diuinitatis ostensa, resuscitando, & assumendo in celum: sed Spiritussanctus eũ clarificauit per Apostolos, qui eius diuinitatem toti mundo annunciauit.

25 Dubita. Quid deficiebat Spirituisancto,

qui debebat accipere de Christo? Resp. Dydimus, quod non accepit, quod ante non habuit, quia procedit a patre, & filio, a quibus accepit eandem naturam.

26 Dub. An filius accipiens naturā a patre, & Spiritussanctus ab vtroq; sint minores? Resp. Aug. quod non, quia omnia, quæ sunt patris, sunt & filij, & Spiritussancti: & quæ sunt patris, & filij, sunt etiā Spiritussancti.

27 Dub. An filius sit diuisibilis, quia dicit de meo accipiet? Resp. Lyra, quòd non est intelligendum, quod partem essentiæ filij recipiat, sed si aliquid capiatur, totum capitur, quia indiuisibilis est, sed Spiritussanctus procedens a filio, totam eius essentiam accipit, & totum ipsum manifestat.

28 Dubit. Quæ annunciauit Spiritussanctus discipulis? R. Greg in homil. quod mentes carnalium in amorem diuinitatis cōuertit, & ita annunciauit diuinitatem Christi.

Sensibus spiritualibus non exponitur, ratione dicta in prologo.

DOMINICA IIII. POST Octauam Paschæ.

Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem. Ioan. 16. cap.

Hæc verba locutus fuit Iesus anno ætatis suæ 33. die 24. Martij, in die Iouis, videlicet in Cœna Domini.

HISTORICE.

Discipulos hortatus fuit Dn̄s, q̄ a suo genitore in suo nōie si aliqua postulauerint indubie obtinebunt: imperauitq́; vt audaciter peterēt quatenus eorū plenum fiat gaudium. Hæcq; prouerbialiter affatum fuisse, sed tēpus affuturū esse, quo clare de patris diuinitate dissereret, tuncque ipsi eius in nomine postularent, nec oportet eum pro ipsis apud genitorem preces effundere, qui eos amore prosequitur, eo qđ & filium ipsi dilexerint, eiusq; dictis fidē dederint, aitq; se à Deo exijsse, & in mundum uenisse. Relicturumq; orbem, vt ad genitorem accedat, statimq; referunt Apostoli ipsum nunc patenter loqui, nec prouerbijs vti, veraciterque comprehendere ipsum cuncta scire. nec ab aliquo indigere, interrogari, & ex hoc, quòd à Deo exierit perfecte credere.

Ante spirituales sensus soluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur dicit, q̄ si in eius nomine petierint? Resp. Chrysost. q.d. non existimetis, quia quod de reliquo non ero vobiscum, vos derelictos esse. Nomen enim meum maiorem dabit vobis securitatem.

2 Dub. Cur discipuli non petierant vsque tunc aliquid in nomine Christi? Resp. Lyra, quia adhuc ignorabant, q̄ omnis eorum petitio esset exaudibilis in nomine Christi.

3 Dub. Quia non videtur, q̄ omnes petentes accipiant, quia Paulus ter petijt, vt discederet ab eo angelus sathanæ, nec impetrauit, & multi alij petentes non exaudiuntur. Vide ser. 5. post Cineres, dub. 54.

4 Dubit. An possimus temporalia petere? Resp. dominus Card. de Turrecr. quòd sic, non propter se, sed quia sine ipsis vitam ducere non possumus.

5 Dub. Quia vr̄ q̄ discipuli petierant iam in nomine Christi, quia dicunt Luc. 11. Dn̄e in nomine tuo, etiam dæmonia subijciūtur nobis? Respon. qui supra, in nomine tuo, i. in virtute tuæ potestatis a te nobis concessa.

6 Dub. Quia videtur, q̄ gaudium nostrum non possit impleri, quia semper in beatis potest esse maius gaudiū, cùm semper possint plus apprehendere Deum, qui est infinitus? Resp. qui supra, q̄ plenitudo gaudij potest intelligi dupliciter. Vno modo ex parte rei de qua gaudetur, vt tantū de ea gaudeatur, quantum dignum est de ea gaudere, & sic solum Dei gaudiū est plenum de seipso, quia est infinitum. Gaudiū vero cuiuslibet creaturæ finitum. Alio modo, ex parte gaudentis, & sic cum gaudium comparetur ad desiderium, sicut quies ad motum, & tunc quies fit plena, quādo nihil restat de motu, ita gaudium tunc est plenum, quando nihil desiderandum restat, & sic in futura beatitudine in qua nihil desiderandū restabit, erit gaudium plenum ex parte gaudentis.

7 Dubit. An in patria cœlesti vnus habeat maius gaudium quàm alius. Vide Dominicam in Sexagesima, dub. 12.

8 Dub. Quia videtur, q̄ nunc non in prouerbijs loquatur? Resp. Lyra, quòd ly, hæc, non refertur ad ea, quæ nunc dicit, sed ea, quæ ante eis dixerat parabolicè, & obscurè loquendo, sicut patet ex discursu Euangelij.

9 Dubitatur. Quando locutus post fuit sine prouer-

prouerbijs? Resp. Lyra, quod post resurrectionem, quia tunc clarius docuit Apostolos de regno Dei.

10 Dub. Quando palam annunciauit eis de patre? Respon. Chrys. q. 40. diebus apparens eis, & loquens de regno Dei.

11 Dub. Quo die petierunt in noie Christi? ℞. Ly. q. post resurrectioné inceperũt Apostoli suas petitiones in noie Christi formare, & nunc Ecclesia perseuerat in omni oratione in noie Christi ipsam concludendo.

12 Dub. Cur non vult rogare patrẽ pro eis? ℞. Lyra, quasi diceret, non dico, q. sit uobis tunc necesse habere me intercessorem mediũ in petitionibus vestris, sicut modo, quia propter familiaritaté patris ad vos, ipsimet vestras petitiones ad Deum formabitis.

13 Dub. Cum nos Deum amemus, quia ipse prior dilexit nos, quomodo pater amat Apostolos, quia ipsi amauerunt Christum? Respon August. q. amat nos pater, quia nos amamus filium, cum a patre, & filio accepimus, vt & patrem amemus, & filium.

14 Dub. Quomodo exiuit a patre qui semper est cum patre? ℞. Ly. q. non exiuit per loci mutationem, sed per æternam generationem, & personalem distinctionem.

15 Dub. Quomodo reliquit mundum? ℞. Lyra, q. per corporalem præsentiam, sed non per diuinitatis absentiam, cum ubique sit.

16 Dubit. Quomodo vadit ad patrem, qui semper est cum patre? Respon. qui supra, quòd faciendo naturam mortalem paternæ glorię consortem.

17 Dub. Quid est prouerbium? Resp. Catholicon, q. dicitur a pro, & verbum, i. prouerbium, vel similitudo, aut parabola, vbi aliud dicitur, & aliud intelligitur, quasi vnum verbum pro alio positum.

18 Dub. Nunquid ante sciuerunt, quòd sciret omnia? Resp. Lyra, quòd nunc per miracula, & ex eius doctrina plenius eius deitatem cognouerunt.

19 Dub. Cur illi dicunt, nunc scimus, quia scis omnia? Resp. Chrys. eos redarguendo dicens: Vides qualiter imperfecte se habebãt, qui post tot, & tanta demonstrata, dicunt, nunc scimus, & hoc dicunt tanquã ei quandam gratiam tribuentes.

20 Dub. An anima Christi in verbo cognoscat omnia? ℞. S. Tho. 3. par. q. 11. art. 2. q. ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo proprie, vt distribuit pro omnib. quæ quocũque modo sunt, vel erunt, vel fuerunt, vel facta, vel dicta, vel cognita a quocũque, sm quodcumque tempus, & sic dicendum est, q. anima Christi in verbo cognoscit omnia, & etiam hominum cogitatus, quorũ est iudex; Alio modo, ly omnia, potest accipi magis large, vt extenditur non solum ad omnia, quæ sunt actu secundum quodcumque tempus, sed etiam ad omnia, quæcumque sunt in potentia nunquã redacta ad actum. Horum autem quædã sunt in sola potentia diuina, & huiusmodi non omnia cognoscit in verbo anima Christi. Hoc enim esset cõprehendere omnia, quæ Deus potest facere, & per consequens diuinam essentiam: virtus enim quælibet cognoscitur per cognitionem omnium quæ potest. Quædam verò sunt non solum in potentia diuina, sed etiam in potentia creaturæ, & huiusmodi omnia scit anima Christi in verbo.

21 Dub. Cur non oportet eum interrogare si scit omnia, vt doceat interrogantes. Resp. Chrys. quia præueniebat eos respondendo, antequàm interrogarent.

22 Dub. Cum debuissent dicere, non est opus quòd tu interroges, cur dicũt, vt quis te interroget, & tamẽ vtrumque legitur factum, s. & ipsum fuisse interrogatum, & alios interrogasse? Resp. August. super Ioan. q. hoc non ei, sed illis potius opus erat, quos interrogat, vel a quibus interrogabatur. neque. n. aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid disceret, sed eos potius ut doceret, priusquã etiam, quàm interrogaretur, interrogatorũ nouerat uoluntatem.

23 Dub. Cur dicunt in hoc credimus, quia à Deo exiisti. Resp. Hilarius 6. de Trinitate, quòd per id credunt, quòd a Deo exijt, quia ea, quæ sunt Dei agit.

24 Dubit. Cum dixerit, exiui a patre, & ueni in mundum, cur solum dicunt se credere quòd exiuit a Deo? Resp. qui sup. q. quando dixit illa uerba, nihil admirationis habuerunt, quod frequenter audierant, ideo non addunt, a patre venisti in hunc mundũ, sciebant enim a Deo missum.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

FERIA SECVNDA IN Rogationibus.

Qui vestrum habebit amicum. Luc. 2. cap. Matth. 7. c.

Hæc

Hæc verba dixit Dominus anno ætatis suæ 31. die 15. Iulij, diei Iouis.

HISTORICE.

Similitudinem Dominus ponit discipulos hortando, vt peterent, inquiens, vt ad amicum in lecto iacentem accedens importune si tres petierit panes, & non amicitiæ gratia illos contribuat, importunitate tñ victus quotquot voluerit accipiet. Imperauit autem dñs vt peterent, quærerent, & pulsarent, quoniã recipient, inuenient, & fores patentes offendent; neque n. qui à patre panem, piscem, aut ouum petit, lapidem, serpentem, vel scorpionem est reportaturus: si enim mali bona eis data suis elargiuntur natis, quanto amplius cunctorum genitor petentibus bonum largietur spiritum.

Tutè conspicienda, & soluenda veniunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur Dñs hanc similitudinem adducit? Resp. Cyrillus, quòd vt ostendat pusillanimitatem in orationib. esse damnosam. Vtilissimum autem fore patientiam in eis habere.

2 Dub. Quomodo exponitur hæc parabola? Require in sensibus spiritualibus.

3 Dub. Cur dicit, & ego dico vobis? Resp. qui sup. quòd hoc habet vim iuramenti.

4 Dub. Cur dicit, petite, quærite, & pulsate, cum vnum sufficeret? Respon. Chrys. q. per petitionem orationem ostendit, per inquisitionem vero studium, & per pulsationem solicitudinem demonstrat.

5 Dub. Cur addit, omnis, qui petit accipit? R. Ambros. super Lucam, q. qui promittit aliquid spem debet afferre promissi, vt monitis obedientia deferatur, promissis fides.

6 Dub. Cum Deus cognoscat quibus indigemus, quid oportet petere? R. Basilius, q. nouit Deus quibus indigemus, & omnia spiritualia vberius dat nobis, & antequàm postulemus, sed opera virtutis, & regnum cœlorum prius optare, optantem vero quærere, & inquirentem per fidem, & patientiam non discedere donec impetrauerit.

7 Dub. Cum Matth. 6. Dñs dicat, q. solum debeamus petere regnum Dei, & eius iustitiam, quia alia adijcientur nobis, cur vult ut petamus, & quæramus ea? Respon. Ly. q. in hoc ostenditur, quod homo debet principaliter solicitare de spiritualibus, & secundo de temporalibus quæ adijcientur ei, supposita solicitudine debito modo habita.

8 Dub. Cur opponit panē lapidi &c. Resp. Cyrillus, q. si petierimus iuxta perniciosa desideria, nequaquã impetrabimus: ad quod ostēdendum vtitur patenti exemplo ex his, quæ apud nos sunt. Si n. filius tuus petit panem, gratanter propinas, quia cibum petit opportunũ, quando sensus penuria lapidem poscit, vt comedat non affers ei, sed potius prohibes eum à nociuo desiderio, vt sit sensus. Quis autem ex vobis patrem petit panem, panem s. pater dat, nunquid lapidem dabit illi, s. si petierit, eadem quoque ratio est in serpente, & pisce, & similiter in ouo, & scorpione.

9 Dub. Cur vocat Apostolos malos? R. q. supernæ bonitatis respectu mali esse dicuntur, quia nihil per semetipsum bonum, nisi deitas sola: vel quia proni sunt ad malum.

10 Dubit. Cur dicit, q. dant bona data filijs suis? R. Aug. de sermone Domini in monte, q. cum simus mali nouimus id dare, qđ petimus, quanto magis sperandum est daturum nobis Deum bona petentibus.

11 Dub. Quia Matt. 7. dicitur, dabit bona petentibus se, hic uerò dicitur, dabit spiritum bonũ, & sic uidetur contraria dicere? Resp. Remig. q. hoc non debet videri cõtrarium, quia cuncta bona, quæ homo a Deo accipit, per gratiam Spiritussancti dantur.

12 Dub. Cur Matth. 2. c. dixit dominum dixisse dabit bona, & non dicit quæ petierint? Respon. Chrys. super Matth. q. non omnia petentibus dominus præstat, sed bona tantummodo. & Glos. dicit, q. omnia dilectis in bonum cooperantur.

13 Dub. Quia ad sensum uidemus, q. nõ omnis petens accipit, nec quærens inuenit, nec semper ei qui pulsat aperitur? R. q. semper intelligitur, qñ petimus inquirimus & pulsamus, & super his, q̃ pertinent ad salutem.

ALLEGORICE.

Amicus ad quem venitur media nocte] Deus est, ad quem itur media nocte cantando diuinas laudes [amicus, qui uenit de uia] scilicet mala [venit ad te] tanquàm ad Christianum, qui debes diligere proximum sicut teipsum, [& petit refici] per rationem, & interrogat quod forte tu per simplicitatem fidei nesciebas, & sic [non habes vnde reficias esurientem, & compelleris quærere ab amico, idest Deo [tres panes,] idest intelligentiam mysterij Trinitatis, & hoc

hoc in dominicis libris, quia fortasse quòd ille interrogauit in libro positum, sed obscurũ est, Paulum aut Petrum, aut aliquem ꝑ prophetam interrogari non fineris.[iam.n. sunt in cubili cum domino suo] .i.requiescũt in cœlo cum Deo,& sæculi huius ignorantia valida est, & sic est nox media,& vrget amicus esuriens,cum simplex fides non sufficit[Vadas ergo ad ipsum dominũ]cum quo familia requiescit [& pulses] orando [& ille dicẽdo,noli mihi molestus esse &c.] Differt dare, ut amplius desideres dilatum, ne uilescat cito datum[qđ ostium clausum est] ideò dicit,vt aperiri desideres [pueri] sui sunt,qui per arma iustitiæ impossibilitatẽ vendicauerunt[Cubile] autem requiem intelligimus beatorum[quod dicit,non possum surgere,& dare tibi] est ad difficultatẽ impetrandi referendum: quod uerò subditur [& ille si pseuerauerit pulsans,dico vobis,& si non dabit illi &c.] comparatio est à minori, si enim amicus homo surgit de lecto,& dat non amicitia,sed tędio cõpulsus, quanto magis Deus dat, qui sine tędio largissimè donat quod petitur[per panẽ, quæ petitur]intelligitur charitas propter maiorẽ appetitum tã necessarium,ut sine illa,cętera nihil sint, sicut sine pane mensa inops, cui contraria est cordis duritia,quam lapidi comparauit: [piscis] autẽ intelligitur fides inuisibilium uel propter aquę baptismi, vel quia de inuisibilibus locis capitur, cui contrarium posuit serpentem, propter venena fallaciæ, quæ etiam primò malè suadendo pseminauit [In ouo] intelligitur spes.Ouũ enim nondum est fœtus perfectus, sed voluendo speratur,cui contrarium posuit scorpioné, cuius aculeus venenatus retrò timendus est, sicut contrarium spei est retrospicere,cum spes futurorũ in illa, quæ ante sunt non se extendat.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex sacro Euang. vt orationi insistamus, & perseueranter petẽtes necessaria ad salutẽ,& ex consequenti ea,sine quibus uita ista pertrãsiri non potest,nec petamus iuxta desideria carnalia offendentes ad lapidẽ pedẽ.i.affectionẽ nostram, & serpens antiquus contra nos venena diffundat,& tã quam scorpio aculeo suæ caudę [qua tertiã partem stellarũ ad infernos traxit]nos pungat,& cum damnatis inuoluat, sed pane sacro. i. corpore Christi, & pisce asso. i. sua passione, ac ouo recenti. i.sua gratia postulemus refici, & spiritu recto innouari.

ANAGOGICE.

Eleuamur vt cõtemplemur supernã gloriã,ad quam[media nocte] occurrẽtes sponso accedamus [ad amicum nostrũ] Deũ,qui prior dilexit nos,qui nos reficiet[tribus panibus] in contẽplatione sanctissimæ Trinitatis, & lętabimur cum sanctis [pueris per innocentiam]in cubilibus eorũ requiescentibus,vbi[ostiũ erit clausum]contra oẽs aduersitates, & propter improbitatẽ nostram [cũ uiolenti regnum capiãt cœlorum]quicquid desiderabimus obtinebimus, satiabimurq; cũ eius apparuerit gloria Angelorũ pane, & pisce asso humanitatis Christi, ac ouo pleno cœlestis gaudij obstinatis lapideis hominibus cũ serpẽte antiquo & scorpione uenenoso in baratrum detrusis.

IN VIGILIA ASCENSIONIS.

Subleuatis Iesus in cœlum oculis dixit. Ioan. 17.cap.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 33.die 24.Martij.in die Iouis,scilicet, in cœna Domini.

HISTORICE.

Genitorẽ alloquens dominus in cęlum oculis erectis,horam ait aduenisse, vt suum clarũ faciat natũ,quatenus quoq; ipse patrẽ clarificet, vt potẽtia eidẽ omnẽ super carnẽ elargita, commissis sibi uitam conferat sempiternã, quæ in solius Dei, & Christi ab eo missi agnitione cõsistit,se quoq; apud terrigenas patrem clarificasse, & quæ ab eo in mandatis acceperat perfecisse,ac eius eis nomen manifestũ reddidisse,quos sibi tradidisset,vtq; ea qua ante sæculi fabricam fruebatur, penes se uelit claritati nitere, cũ uerbis ab eo datis eos imbuerit, & agnouerint,crediderintq; eum à patre fuisse missum, pro quibus & orat cum relinquantur in sęculo, suaq; cuncta patris esse: versaq; uice omnia parentis sua esse, seq; ad genitorem dixit profecturum.

Vtile uidetur dubia perscrutari.

1 DVBITATVR. Cur dominus in cœlum leuauit oculos? Respond, Chrys.sup. Ioan. quòd ut nos faceret in orationibus sursum aspicere,non oculis carnis solum,sed & mentis.

Dub.

2 Dub. Cũ esset Deus cur orauit? Vide fe. 6. post cineres. dub. 57. & ante, & post de materia orationis.

3 Du. Cur non orauit secrete? Res. S. Tho. 3. par q. 21. ar. 3. q. ut Aug. dicit in Homil. poterat dominus si hoc opus esset, in forma serui orare silentio, sed ita se patri exhibere uoluit peccatorem, ut meminisset nostrũ se esse doctorem.

4 Du. An Christus subderet horæ, vt moreretur in ea? Res. Aug. ubi supra, dicés, non credatur hæc hora fato urgente uenisse, sed Deo potius ordinante. Absit enim, ut sydera mori cogerent syderum conditorem, sed dicens: uenit hora, ostendit omne tempus & quod, & quando faceret, uel fieri fineret, ab illo esse dispositum, qui tempori subditus non est.

5 Dub. Cur petit se clarificari cũ sit eiusdé claritatis cũ patre? Res. S. Th. 4. contra Gentiles, c. 8 quòd petit, q. sua gloria quam ab æterno à patre recepit, ut Deus, in eo iam homine facto, esse declaretur.

6 Du. Quõ filius poterat clarificare patrẽ, cuius claritas sp̃ fuit, est, & erit? Resp. Aug. q. cum tantum in Iudæa notus esset Deus, & per Euangeliũ Christus innotuerit Gẽtibus, patrem clarificasse filius dicitur.

7 Dub. Quid intelligit per omnẽ carnem? Resp. qui supra, q. omnem hominem dicit, à parte totum intelligens, & hæc est figura sinechdoche.

8 Dub. Cum Christus semper habuerit potestatem omnis carnis, quomodo nunc sibi data fuit? Res. qui supra, quòd hoc secũdum hominem intelligendum est.

9 Dub. Cur dicit omnis carnis? Res. Chrys. ubi supra, q. ut ostendat quòd nõ ad Iudęos solum, sed ad totum orbem terrarum extenditur.

10 Du. Quia non omnis caro credidit? Res. qui sup. q. si qui non crediderunt non eius, qui dicebat est criminatio, sed eorum, qui non susceperunt.

11 Dub. Quam potestatem dedit omnis carnis? ℞. qui supra, quod caro factus ipse uitæ æternitatem erat caducis corporeis, & mortalibus redditurus.

12 Dubita. Quia non dat uitam æternam omni carni? Resp. qui sup. q. quantum in se est, uellet omnes homines saluos fieri.

13 Dubi. Quomodo cognitio Dei est uita ęterna? Res. S. Tho. 3. contra Gentiles. c. 61. q. per uisionẽ Dei intellectus creatus uitæ æternæ sit particeps.

14 Dubi. Quia uidetur, quòd pater solus sit uerus Deus, cum dicit, ut cognoscãt te solũ uerum Deum? ℞ qui sup. 4. cõtra Gen. c. 8. qđ ut Aug. dicit 6. de Trinitate, patrem solũ Deum dicimus, ex testimonio Dñi, & filiũ solum Deũ uerum, & Spiritumsanctum solũ uerũ Deum, & simul patrẽ, & filium & Spiritumsanctum simul ipsam Trinitatem, non tres ueros deos, sed unum uerum Deũ.

15 Dubi. Cum dicit, & quem misisti Iesum Christum? ℞. Aug. super Ioan. q. d. ut te, & quem misisti Iesum Christum, cognoscant solum uerum Deum.

16 Du. Cur dicit super terram? ℞. Chrys. q. a in cœlo glorificatus fuerat, & in natura gloriam habens, & ab angelis adoratus.

17 Dub. Cum nondum passus fuisset, cur dicit opus consumaui? ℞. Aug. quòd consumasse se dicit, quod se consummaturum certissimè nouit.

18 Dub. Cur dicit, quòd dedisti mihi? Resp. Aug. qđ per hoc commendatur euidens gratia. Quid enim habet, quod nõ accepit etiã in unigenito humana natura.

19 Dub. Quid petit clarificari claritate quã habuit, &c. cum semper eam habuerit? Res. Ly. quòd hoc petit, ut natura assumpta fiat dictæ claritatis particeps.

20 Du. Quod nomẽ patris manifestauit? Respon. S. Th. 2. 2. q. 2. ar. 8. quòd ante Christi aduentum fides Trinitatis erat occulta in fide maiorum, sed per Christum, & Apostolos manifestata est mundo.

21 Dub. Quibus hominibus manifestauit? ℞. Chrys. quòd Apostolis.

22 Dub. Quos dedit sibi pater de mundo? ℞. qui supra, quòd Apostolos.

23 Dub. Cur dicuntur de mundo? Res. quia mundani erant, & mũdialiter uiuebant, sed ex dono patris secuti sunt Christum.

24 Dubitatur. Cur supra dixerit, uenit hora cũ iam non in prouerbijs loquar uobiscum &c. & quæ hora nondum uenerat, quomodo manifestauit? Resp. qui supra, quòd intelligendum est pro tempore futuro, præteritum positum.

25 Du. Quia dicit tui erãt, & mihi eos dedisti, an pater aliquid aliquando habuit sine filio? Resp. Aug. qđ non, sed habuit aliquid añ Dei filiũ, qđ nõdũ habuit ipse idẽ hominis filius, q. nondũ erat hõ factus ex matre

Dub.

26 Du. Quē sermonem seruauerunt? Resp. Beda, q. sermonem patris semetipsum appellat, ac si diceret me memoriæ commendauerunt, ut nunquam obliuiscantur.

27 Dub. An Iudas datus fuerit sibi? Resp. q. sic, prout ex litera patet.

28 Dub. Cur ergo non custodiuit eum? Res. Lyra, q. non perijt ex defectu custodis Christi, sed ex malitia sua.

29 Du. Quomodo sciuerunt, quòd pater misit Christum? Res. qui sup. q. per doctrinam, & miracula Christi.

30 Dub. Quando habuit verba, quæ dicebat eis? Res. Aug. q. inquantum Deus cum fuit genitus, inquantum homo eã temporaliter accepit.

31 Dubi. Quō acceperunt? Resp. qui sup. q. tunc verbũ accipitur, qñ mente percipitur.

32 Dub. Cum cognitio siue scientia, & fides differant, quomodo crediderunt, & cognouerunt? Res. qui sup. q. non per speciem, seu per scientiam, sed per fidem cognouerunt, & ita crediderunt.

33 Dub. Qñ fuerunt sibi dati Apostoli? Res. q. quando fuerunt ab eo vocati.

34 Du. Quid petijt rogando pro eis? Res. q. vt patet infra in eodem capitulo, ut perseuerent, cum dicit, vt serues eos à malo.

35 Dub. Quid intelligit per mundum? Resp. Aug. quod homines mundialiter, & terrenè viuentes.

36 Du. Cur non orat etiam pro malis? Res. Ly. q. mali imponunt sibi impedimentum ne sint participes orationis ipsius.

37 Dub. Si pater illos dedit filio, quomodo adhuc erant patris? Res. Aug. q. propter hoc pater non amisit eos, quos dedit.

38 Du. Cur toties replicat, quos dedisti mihi? Resp. Chry. q. ut discant, quoniam patri hoc placet, & quoniam non vt alienus ueniens eos seduxit, sed ut proprios accepit.

39 Dub. Quomodo omnia patris sunt filij, & econuerso? Res. q. hoc potest intelligi dupliciter, vel secundum diuinitatem, & sic exponit Aug. q. cũ filius sit ęqualis patri omnia patris sunt filij, & econuerso: vel secundum humanitatem, & sic exponit Lyr. dicens, quod propter inseparabilem vnionem humanitatis, & diuinitatis ĩ Christo fit idiomatum communicatio, attribuendo ea, quæ sunt hominis ipsi Deo.

40 Du. Quomodo Christus clarificatus fuit eis? Respon. Chry. q. d. quoniam glorificant me tibi credentes, & mihi.

41 Dub. Cur dicit q. non erat in mundo, cũ esset, & eis loqueretur? Res. Aug. q. in mundo dicit se iam nõ esse præsentia corporali, nam & nos quotidie dicimus non esse amplius hic, qñ in primo est aliquis moriturus.

42 Dub. Cum supra dixerit, quòd non rogat pro mundo, & nunc dicit, q. hi in mundo sunt? Res. Ly. hi sunt in mundo remanentes s. in tribulationibus mundanis.

43 Du. Quō vadit ad patrẽ, q. semper est cũ patre? Res. q. hoc intelligitur secundum humanitatẽ, quã ad dexterã patris collocauit.

ALLEGORICE.

Quia pluries Christus humiliatus fuit, iõ et pluries petit se clarificari: & quemadmodũ clarificatus fuit. Humiliatus fuit suspensus in cruce, clarificatus Sole obscurato. Humiliatus in terra passus, clarificatus, qñ morte est humiliatus descendẽdo ad inferos clarificatus dando gloriã sanctis patribus, & plures ex eis resuscitando. Humiliatus patiendo sub Romanis, clarificatus Centurione, & alijs confitentibus eum filiũ Dei humiliatus corã Iudæis, qui ex omni Iudæa venerant ad festũ, clarificatus coram eis dũ reuertebantur percutientes pectora sua; humiliatus, crucifixus in medio latronum, clarificatus à latrone dicente, memento mei dñe, dum veneris in regnũ tuũ. Humiliatus in corpore, sustinendo flagella, sputa, &c. clarificatus cũ resurrexit impassibilis, & gloriosus. Humiliatus in discipulis fugientib. clarificatus in eis videntibus, & gauisis. Humiliatus ab Angelo eum confortante, clarificatur super omnibus Angelis, qñ ascendit super omnes choros eorum. Humiliatus sub omnibus Gentibus, q̃ sub cęlo erant, quę ad uenerant in Hierusalem, clarificatus in eis, qui ab omnibus adoratur. Humiliatus ab hominibus iudicatus clarificatus erit in die iudicij cum omnes iudicabit.

TROPOLOGICE.

Instruimur humiliari in omnibus, & orare pro nobis, & proximis, ut conseruemur in bono, & liberemur à malis, & si aliqua gratia à Deo nobis collata fuerit eã in proximos transferamus, ut omnia cõia sint.

ANAGOGICE.

Contemplari debemus claritatẽ Xpi clarificati à patre quãtum ad humanitatem, q̃ à dextris Dei collocata ẽ, & tanq̃ uerus sol iustitiæ tantũ illuminat paradisum, cui data

est

est omnis potestas in cœlo, & in terra, vt oē ei genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, qui omnes sibi datos, & cō missos ad æternam perducit vitam, in qua cum ipso regnabunt in sæcula sæculorum.

IN DIE ASCENSIONIS.

Recumbentibus vndecim discipulis. Mar. 6.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 5. Iunij in die Iouis.

HISTORICE.

Vndecim discipulis simul edentibus, dominus apparens eos incredulitatis arguit, iussitq; vt p orbē discurrerent vniuersum, omnique denunciarent euangelium creaturæ quarum, quæ crederent, & baptismi susciperent sacramentum, fierent saluæ; ceteræ vero ignibus deputarentur æternis, concomitanter ad credentes hæc signa prædixit, quòd eius, scilicet in nomine demonib. imperarent, cunctis loquerentur idiomatib. serpentium nociua venena, & cetera quæq; hausta extinguerent, ac ægrotos sanitati restituerent. taliaq; fatus eleuatus à terra cœlos transcendit, vbi & ad patris dextram in throno sedet regio: iussa aūt exequentes Apostoli vbicunq; terrarū euangeliū dissemi narunt, cooperante domino, & eorū magnis subsequentib. signis approbante sermones.

Singulariter omnib. respondendum est dubijs.

1 DVBITATVR. In quo loco apparuit hodie Christus Apostolis? Resp. Magist. hist. scho. quod in Hierusalem, & in cœnaculo, in quo comederant Pascha.

2 Dub. Quo die fuit facta hæc apparitio? Resp. Ly. quod in die Ascensionis, vt patet ex textu, quoniam dicit, nouissime autem recumbentibus, &c. & post subditur dominus quidē Iesus postquàm locutus est eis, assumptus est in cœlum.

3 Dub. An adhuc essent Apostoli increduli, quia increpauit eos de incredulitate, &c. Resp. qui sup. q increpauit incredulitatem eorum, non quæ tunc erat in eis, sed quæ fuerat ante, sicut patet de Thoma, & alijs, qui noluerunt credere mulieribus.

4 Dub. Cur recedendo eorū increpauit incredulitatem? Res. Greg. in Hom. q vt verba, quæ recedens diceret in corde audientium arctius impressa remanerent.

5 Dub. An nutritus, & natus in syluis ad quē nullus venit, nec docuit euangelium excusetur à peccato? Resp. S. Th. ad Rom. 10. lect. 3. q scd̄m sententiam domini, quæ habetur 15. illi, qui loquentē dominum p se, vel per eius discipulos non audierūt, excusationē habent de peccato infidelitatis, non tamen beneficium Dei consequent, vt s. iustificentur ab alijs peccatis, vel quæ nascendo contraxerunt, vel malè viuendo addiderunt, & pro eis merito damnantur: si qui tamen eorū fecissent, quod in se est, dominus eis secundum suam misericordiam puidisset mittendo eis prædicatorem fidei, sicut Petrum Cornelio. Act. 10. cap. Et Paulum Macedonibus Act. 16 sed tamen hoc, quod aliqui faciunt, quòd in se est, à Deo mouente corda ipsorum ad bonum est.

6 Dub. Cum nullus hominū viderit eū resurgentem, cur dicit his, qui viderant eū resurrexisse? Resp. q illud verbum resurrexisse non denotat actum resurgentis, sed personam, quæ resurrexerat, resurrexisse, i. postquàm resurrexerat viderant eum.

7 Dub. Cur incredulitatem, & duritiam cordis increpat? Resp. Hiero. quod exprobrat incredulitatem, vt credulitas succedat, & duritiam cordis lapidei, vt succedat cor carneum, & charitate plenum.

8 Dub. An tempore Apostolorū prædicatū fuerit euangeliū in vniuerso orbe? Resp. S. Tho. vbi sup. q ad omnes Gentes etiā vsq; ad fines mūdi peruenit prædicatio Apostolorū, & seu aliqua fama de prædicatione eorum. Mat. n prædicauit in Aethiopia. Thomas in India, Petrus, & Paulus in Occidente, non tamen fuit impletum tpe Apostolorum, q in omnibus Gentibus Ecclesia ædificaretur, quod tamen est implendum ante fidem mundi, non tamen peruenit prædicatio Apostolica ad singulos homines, licèt peruenerit ad omnes Gentes.

9 Dub. An Apostoli prædicauerint p totū vniuersum orbem? Resp. Aug. quod Apostoli p se, & per eos ad hoc missos, ac eorum successores prædicauerunt vbiquē.

10 Dub. Quo prædicabāt Euāgeliū qd̄ non dū erat scriptū? Res. Hiero. sup epistola ad Gal. q Euangeliū nō est in scriptura, sed in sensu, nō in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis,

Dub.

11 Dub. Quomodo poterant prędicare Euangelium omni creaturæ, cum nō omnis creatura intelligat? Resp. Greg. in Hom. qđ omni creaturæ prædicatur Euangelium cū soli homini prædicatur, quia omnis creaturæ aliquid homo habet commune, s. esse cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cū animalibus, & intelligere cum Angelis.

12 Du. Quia non habuerunt linguas nouas, quia dicit linguis loquentur nouis, quia non fuerunt eis mutatæ linguæ? Res. ꝙ lingua est nomen ęquiuocum ad linguam carneam, & ad linguagium, siue idioma.

13 Du. Quia si verum esset, quod, qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Iudas esset saluus, quia credidit, & baptizatus fuit cum alijs Apostolis? Res. S. Vin. in ser. ꝙ qui crediderit non intelligitur de præterito, sed de futuro, vt sit sensus, qui crediderit, & baptizatus fuerit in hora mortis, saluus erit, sed Iudas licèt ante crediderit, non tamen vsq; in horam mortis perseuerauit, ideò nō fuit saluus.

14 Dub. Cum paruuli, qui moriuntur baptizati non credant, uidetur qđ non saluenē? Resp. Beda, ꝙ paruuli per alios credunt, sicut ex alijs ea quæ illis in baptismo peccata remittuntur pertraxerunt.

15 Dub. Quæ differētia est inter signa portenta, miracula, & uirtutes? Resp. S. Th. 22. q. 178. ar. 1. ꝙ in miraculis potest attēdi illud, quòd fit, quod quidem est aliquid excedens facultatem naturæ, & talia dicuntur uirtutes. Aliud, propter qđ miracula fiunt ad manifestandum s. aliquid supernaturale, & sic dicuntur signa, sed propter excellentiam dicuntur portenta, uel prodigia, quasi procul aliquid ostendentia.

16 Dub. Quomdoo loquebantur nouis linguis, cum omnes sint antiquæ, quia fuerunt diuisæ in turri Babel ut patet Gen. 11. Res. qđ non dicuntur nouæ, quin ante his loquerentur, sed nouæ erant Apostolis, respectu suæ linguæ, quæ inerat eis a pueritia.

17 Dub. Cum homines nō possint expellere peccatum, quòd á diabolo causatur, qō expellēt dæmones causantes? Resp. S. Tho. in 4. sen. dis. 5. q. 1. ar. 3. q. 1. qđ hominibus datur potestas expellendi dæmones, quantum ad effectū nocumēti corporalis, quē in uexatis faciunt, non autem quantum ad effectum spiritualis nocumenti, qđ est peccatū expellere, & á seruitute dæmonis liberare.

18 Dub. Quando locuti fuerunt linguis nouis? ℞. qd in festis Pentecost. ut habentur Act. 2. & etiam post.

19 Dub. Quando serpentes tulerunt? Resp. Ly. ꝙ Paulus percussus à serpente nihil nocumenti habuit, ut patet Actuum 28. & ét de multis alijs patet, & maximè in legenda sanctæ Mariæ.

20 Dub. Quando biberunt venenum, quod eis nō nocuit? Res. Ly. qđ hoc patuit in beato Ioanne Euāgelista, ut habetur in eius legenda.

21 Dub. quia uidetur, ꝙ homo bibens uenenum Deum tentat? Resp. quod non bibebat ad tentandum Deum, sed propter fidē dilatandam, sicut S. Ioan. propter Aristodemum, quem sic ad fidem conuertit.

22 Dub. Quando imposuerūt manus super infirmos, & eos sic curabant? Res. quòd de hoc habetur clarè in actibus Apostolorum & legendis Sanctorum.

23 Dubi. Nunquid infirmi poterant sanari, absque manuum impositione? Res. S. Tho. 3 par. q. 84. ar. 4. quòd illa manus impositio ordinabatur ad miracula perficienda, ut s. per tactum hominis sanctificati etiam infirmitas corporalis tollatur.

24 Dub. Quia uidetur, quòd uerba dn̄i non impleātur, quia multi sunt baptizati, & credunt, qui talia signa non faciunt? Resp. Gre. in homil. qđ hæc signa in exordio Ecclesiæ necessaria fuerunt, quia vt fides cresceret credentium, miraculis fuit nutrienda, quiá & nos cū arbusta plātamus tunc in eis aquā infundimus quousque ea in terra coaluisse uideamus, at si semel radicem fixerint, ab irrigando cessamus.

25 Du. An statim dictis his uerbis Christus assumptus fuerit in cœlum? Res. Aug. de cōsensu Euangel. quòd sic, adiunctis tamen illis uerbis, quæ commemorantur in Actibus Apostolorum c. 1.

26 Dub. Quia uidetur, quòd non erat necessarium Christum ascendere in cęlum, quia quantum ad diuinitatem ibi erat, & quantum ad humanitatem erat summè glorificatus absque ascensione in cœlum? Resp. S. Tho. 3 par. q. 54. ar. 1. quòd conueniens fuit Christum ascendere in cœlum, non secundum diuinam naturam, cum ibi esset, nec, quin foret perfectè beatus secundum humanam naturam, sed ut locus proportionaretur locato, qm̄ terra est locus gnationis

nis & corruptionis. & ipse post resurrectionē inchoauit vitā immortalē & incorruptibilē, & quia locus cœli est locus incorruptionis, potius conueniens fuit quòd ascenderet in cœlum, quàm quòd remaneret in terris,& de hac decentia loci celestis gaudium quoddam habuit,non de nouo quādo ascēdit in celum,sed nouo modo gauisus est de hoc,sicut de re impleta.

27 Du. Quia videtur, q. maior utilitas nobis fuisset si remāsisset nobiscū vsq; ad finē mūdi? R. qui sup. qđ quantū ad pñtiā diuinitatis eius semper est nobiscū vsq; ad finē sæculi, vt ipse pmisit M. t. 28. & eius absentia corporalis est magis vtilis nobis pp fidei augmentū: quia fides est de non uisis. & ipse dicit, Beati qui nō uiderūt, & crediderūt, & ita sic magis meruerunt. Item, quia dedit nobis spē aliud perueniendi. Tertio, ut dirigamus affectum charitatis ad diuinitatem.

28 Dub. Cur tantum distulit ascendere si locus celestis erat sibi magis condecens? Resp. q sup q. stetit per 40. dies, ut ueritas resurrectionis comprobaretur, ut 3. Act. 1. & vt Glo. dicit, quia per 40. horas mortuus fuerat 40. diebus se viuere confirmat.

29 Dub. An Ascenderit in celum ſm q. hō, uel ſm q. Deus? Resp. qui sup. ar. 2. quod ly secundū significat cōditionē ascendentis, tunc nō ascēdit secūdū q. Deus quia nihil est deitate altius, quo possit ascēdere, & etiam quia Deus est immobilis, & nō cōpetit sibi ascēsus, qui est cū motu, sed isto mō ascendit secundū qđ hō: si uero ly secundum, designet causam ascensionis, cū Christus ex uirtute diuinitatis in cœlum ascenderit, dicēdum est quòd ascendit in cœlum, secundum quòd Deus, & non secundum quod homo.

30 Dub. Quia nō uidetur, qđ propria virtute ascenderit, quia dicitur assumptus, & eleuatus in celum? R. q. sup. ar. 3. q. in Christo est uirtus diuina. & secūdū hāc propria uirtute ascēdit in celū: est & uirtus in eo, secūdū humanā naturā, & hæc est duplex. Vna, quæ pcedit ex principijs naturæ humanæ, & tali uirtute non ascendit in celū. Alia ex redundantia animæ glorificatæ, ex cuius redundantia glorificatur corpus, cuius erit tā ta obedientia ad animā beatā, qđ ubi uolet esse spiritus, ibi erit protinus & corpus, ut dicit Aug. 22. de ciuit. Dei. Ex tali uirtute Christus ascendit in celū, quia ex uoluntate animæ uolēns Christus ascendit in celū. Et licèt dicatur eleuatus, & assumptus, hoc nō obstat, quia sicut dicitur propria uirtute surrexisse, & tñ est suscitatus à patre, eo qđ eadem est uirtus patris, & filij, ita etiam ex propria uirtute ascendit in celum, & tamen à patre est eleuatus, & assumptus.

31 Dub. An ascēderit sup oēs celos? Res. qui sup. ar. 4. q. sicut patet Ps. 8. ubi dicitur Eleuata ē magnificētia tua sup oēs celos Deus.

32 Dub. Cum supra cœlos nō sit aliquis locus, ut probatur 1. de Cœlo & mūdo. uidetur q. corpus Christi nō sit super oēs celos? Rñ. qui sup. qđ in tñ corpora indigent loco in quantū indigēt cōtineri à corpore cœlesti. sed corpora gloriosa, & maxime corpus Christi non indigent tali continentia, quia nihil recipiunt à corporibus cœlestibus. Vñ nihil prohibet corpus Christi extra totam continentiam cœlorū esse, & nō esse in loco cōtinentiæ, nec tñ oportet quod extra cœlū sit vacuū, quia nō est in loco, nec est ibi aliqua potentia susceptiua alicuius corporis, ſ potentia perueniendi illuc est in Christo.

33 Dub. Quia cum nubes non possit eleuari super cœlos, quo suscepit eū? Res. qui sup. q. nubes illa non præbuit adminiculū ascēdenti per modū uehiculi, sed apparuit in signū diuinitatis, secundū, quod gloria Dei Israel apparebat super tabernaculum in nube.

34 Dub. An ascenderit super oēs Angelos? R. qui supra ar. 5. quod sic, prout dicitur ad Ephes. 1. constituit illum super oēm principatum, & potestatē, & supra oē nomen, qđ noīatur, siue in hoc sæculo, siue in futuro.

35 Dub. Quia cum corporea natura, secundū suam conditionem sit infra spiritualem, quo corpus Christi assumptū fuit sup oēm spiritualē creaturā? R. qui sup. qđ considerando dignitatē unionis, qua est Deo coniūctum personaliter, excellit dignitatem omnium spiritualium substantiarum, & illa ratione debetur sibi locus altior ultra omnem creaturam etiam spiritualem.

36 Dub. Cum pater sit maior Christo quantum ad humanitatem, uidetur quòd pater deberet sedere à dextris, & Christus à sinistris, quia dexter locus est dignior sinistro? Res. qui sup. q 58. art. 1. q. ista sessio non est intelligenda corporaliter, sed secundū quietem. Et isto modo conuenit Christo sedere ad dexteram, inquantum manet incorruptibilis æternaliter in beatitudine patris, quæ est eius dextera. Et etiam intelligitur secundum

dum iudiciariam potestatem, quam habet à patre in conregnando & iudicando.

37 Dub. Quia Stephanus vidit Iesum stantem Act. 7. ergo non sedet? R. qui sup. q sedere iudicantis est, stare vero pugnantis, vel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis, ut dicit Greg. in Hom. stantem vidit quē adiutorem habuit, sed post ascensionē Marcus sedere describit, quia post ascensionis suæ gloriam iudex in fine videbitur.

38 Dub. An Christus sm q homo, uel sm q Deus, sedeat ad dexteram patris? Resp. qui supra, ar. 2. & 3. q cum hæc præpositio, ad, quendam ad dexteram accessum designet, in quo designatur conuenientia cum quadam festinatione. Istud potest esse tripliciter, vno modo, vt sit conuenientia in natura & distinctio in persona, & sic Christus, vt Deus, sedet ad dexteram patris, quia habet eandem naturam cum patre. Alio modo secundum gratiam vnionis, quę importat ecōuerso distinctionem naturæ, & vnitatē personæ, secundum hoc Christus secundum q homo est filius Dei, & per consequens sedet ad dexteram patris. ita tn̄, q ly, sm, q non designet cōdōnem naturæ, sed vnitatē suppositi. Tertio modo sm gratiam habitualē, quæ abundantior est in Christo præ omnibus aliis creaturis, intantum q ipsa natura humana in Christo est beatior cæteris creaturis, habens regiam, & iudiciariam potestatem: & sic secundum quod homo sedet ad dexteram patris. i. in bonis paternis potioribus præ cæteris creaturis. i. in maiori beatitudine, & habens iudiciariam potestatem.

39 Dub. An alius à Christo possit sedere ad dexteram patris? Resp. qui sup. ar. 4. q hoc est proprium Christo, nec potest competere alicui alteri, nec Angelo, nec homini sic sedere ad dexteram patris, nisi soli Christo, quia sic sedere est habere beatitudinem cū quadam dominatiua potestate, & quasi propriam & naturalem.

40 Dub. Et quomodo cooperatus est? R. Ly. quod eos dirigendo, & protegendo.

41 Dub. Quia videtur, quod signa deberēt præcedere, vt homines per ea traherentur ad fidem, & non sequi, quia non videtur necessaria postquam crediderint? Respō. quod præcedebant, & sequebātur respectu diuersorum. Nā his per quos credebant talia operabantur signa, & sic increduli ad credulitatem attrahebantur, & post conuersionem fideles talia signa etiam operabantur demōstrantia illos vere credere, & per quæ signa etiam alios attrahebant.

ALLEGORICE.

4 Reg. 1. & 2. c. pfigurauit hanc ascensionem Helias Thesbites, qui postquam arguerat Ocoziam regem Israel de incredulitate & infidelitate sua, assumptus fuit in cęlum, & quæ prædixerat de morte Ocoziæ euenerunt.

TROPOLOGICE.

Ex præsenti instruimur Euang. vt admonentes nos & redarguentes de culpis nostris libenter audiamus, & quæ præcipiuntur impleamus, & procuremus salutem, & nostrā & proximorum, quia dominus cooperabitur nobis, & confirmabit opera nostra.

Anagogice non exponitur quia terminus ad quem ipsius ascensionis est gloria cœlestis.

DOMINICA INFRA OCTAVAM Ascensionis.

Cum venerit paraclitus. Ioan. 15.

Hæc verba locutus fuit dominus anno ætatis suæ 33. die 24. Martij, die Iouis in cęna domini.

HISTORICE.

Paraclitum à patre procedentem se ad Apostolos missurum dominus promisit, qui de eo testimonium perhiberet, testificarent quoque ipsi, qui secum affuissent à principio: ait quoq; verba, q̄ eis fuerat locutus iō affatum, vt non scandalum paterent̄. Eos vero extra synagogas effugari, & se sperent à Deo mercede donari, qui eos cæde mactabunt, quoniam genitorem nesciunt, sed hęc prædicere fecit, vt cum talibus cruciabuntur pressuris, essent memores ab eo fuisse prænunciata.

Hæc soluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur Christus pmissa uerba dicit discipulis? R. Chr. super Io. quòd quia discipuli ex verbis Christi, quibus prænunciabat eis tribulationes superuenturas potuissent dicere: Si te qui tanta miracula, & opera fecisti non audierunt, sed male tractauerunt, quid erit de nobis? quomodo audient nos, & non persequentur? dominus ad eorum consolationem promittit q mittet eis paraclitum qui inspirabit in cordia eorum, & proteget eos.

2 Dub. Quomodo Apostoli fuerint ab initio cum Christo, cum eos vocauerit post baptismum? Resp. Ly. quòd non est intelligendum, quòd fuerint, cum Christo ab initio natiuitatis, sed ab initio prædicationis.

3 Dub. Quis est spiritus veritatis? ℞. Chry. q; est Spiritussanctus.

4 Dubit. Cur vocat eum spiritum veritatis? Res. qui sup. quòd vt ostendat quod erit fide dignus.

5 Dubit. Cum quælibet persona Trinitatis sit Spiritus, & Sãctus, videtur q; Spiritussanctus non sit nomen proprium alicuius triũ personarum? ℞. S Th. 1. par. q. 36. ar. 1. quod cum tertia persona in diuinis non habeat proprium nomen, accommodatum est ei ex vsu scripturæ hoc nomen Spiritussanctus, & vocatur proprie eo nomine quo pater & filius vocantur communiter, cum pater sit Spiritus, & Sãctus, & filius sit Spiritus & Sãctus.

6 Dub. An solus filius mittet Spiritum sanctum? Res. quod pater etiam vt ipse innuit, cum dicit a patre.

7 Dub. Cur dicit mittam vobis à patre, nũquid sufficiebat dicere mittam vobis? Resp. Theoph. q; ne censeretur reniti contra patrem velut ab alia potestate trãsmittens spiritum, addidit à patre, quasi acceptante patre & pariter destinante.

8 Dub. Quia videtur quod Spiritussanctus sit minor patre & filio, à quibus mittitur? ℞. S. Th. 4. contra Gentiles. c. 24. quòd talis missio non importat minorationem in Spiritu sancto, sed processionem ostendit, quę nõ ab eo diuinitatem excludit.

9 Dubita. Cur Spiritussanctus non dicitur genitus sicut filius? ℞ S. Tho: 1. par. q. 27. ar. 4. q; processio amoris in diuinis non debet dici generatio. Et ideo Spiritussanctus qui procedit per modum amoris, non potest dici genitus.

10 Dub. An Spiritussanctus dicatur nepos patris, quoniam procedit à filio, sicut in humanis filius filii Petri dicitur nepos Petri? Resp. S. Th. 10. q. de po. ar. quod in humana origine dicitur nepos, qui eodẽ modo procedit à filio, quo filius à patre processit, sed Spiritussanctus in diuinis procedit, secundum rationem voluntatis, quia procedit per modum amoris. Filius autem procedit secũdũ rationẽ intellectus, & ideo Spiritussanctus non potest dici nepos patris in diuinis.

11 Dub. Qui sunt effectus Spiritussancti ad creaturas? ℞. qui sup. 4. contra Gentiles. 20. 21. & 22. cap. quod aliqui attribuuntur eidem respectu totius creaturæ. Et primo quod est principium creationis rerum. Psal. 103. Emitte spiritum tuum. & creabuntur. Item quod ex materia creata in formã species diuersas produxit, Gen. 1. c. Spiritus Domini ferabatur super aquas. per aquas intelligit Augu. materiam primam, super quam Spiritus Domini ferri dicitur, non quasi ipse moueatur, sed quia est motionis principium. Item gubernatio rerum Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, & quia alios gubernare est actus Domini proprius, ideo ei attribuitur dominiũ. 2. Corin 3. spiritus autem dominus est. Et in symbolo Credo in Spiritum sanctum Dominum. Item sibi attribuitur vita. Io. 6. spiritus est qui viuificat. Aliqui autem effectus attribuuntur sibi respectu rationalis creaturæ, quantum ad ea, quæ Deus nobis largitur, & sic atribuitur quod nobis dari dicitur, vt amemus Deum, Rom. 5. charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Item facit nos manere in Deo & Deum in nobis, primę Io. 4. in hoc intelligimus quod in Deo manemus, & ipse in nobis, quoniam de spiritu suo dedit nobis. Item per spiritum nobis reuelantur diuina mysteria. 1. Cor. 2. nobis reuelauit Deus per Spiritum sanctum. Item per ipsum loquitur diuina mysteria Matth. 11. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in uobis. Item per ipsum omnia dona Dei nobis donantur. 1. Cor. 12. Alii datur per spiritum sermo sapientię, alii autem, &c. Item per ipsum configuramur, & ad bene operandum habiles reddimur, & ad beatitudinem nobis uia paratur: quæ tria nobis Apostolus insinuauit. 2. Cor. 5. dicens. Vnxit nos Deus & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris: signatio. n. ad similitudinem configurationis pertinere videtur. Vnctio & ad habilitatem hominis ad perfectas operationes: pignus vero ad spem qua ordinamur ad cęlestem hæreditatem, quæ est beatitudo perfecta. Item adoptio filiorum Dei. Ro. 8. accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater: & per ipsum nobis à Deo remittuntur peccata Ioan. 10. accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata &c. Itẽ per ipsum dicimur purgari & renouari,

nouari, siue lauari, secundum illud Psa. 135. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Aliqui ēt effectus attribuuntur ei secundum quod mouet creaturam in Deum. Primo per ipsum Dei contemplatores instruimur, 2. Cor. 3. Nos autē omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu. Item per ipsum gaudium de Deo & consolationem habemus cōtra omnes mundi aduersitates, & impugnationes. Vnde & in Psalm. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Item per ipsum agimur, vt præcepta Dei impleamus. Ro. 8. Qui spiritu Dei aguntur hi filij Dei sunt. Et agimur per ipsum libere, & nō coacte. 2. Co. 3. Vbi spiritus domini ibi libertas, & facit nos mortificare carnē. Rom. 8. si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

12 Du. Quomodo Spiritussanctus perhibuit testimonium de Christo? ℞. dom. Card. de Turrecremata super hoc Euangelio. quòd tripliciter. Primo instruendo discipulos, & fiduciam eis præbendo ad testificandum. Secundo sua dona cōmunicando. Tertio emolliendo audientium corda.

13 Du. Quia non videtur, quòd perhibuerit sufficiens testimonium, quia ex post non ꝓpter hoc cessauerunt dubitationes, & errores, imo creuerunt maxime circa passionem & resurrectionem Christi? ℞. qui sup. quòd fuit sufficiens quo ad bene dispositos, nec valet quod obijcitur, quia hoc non fuit ex insufficientia testimonij, sed ex malitia hominum.

14 Du. A quo Christus habuit testimonium suæ diuinitatis? ℞. qui sup. quòd primo a patre in baptismo, & transfiguratione, qui ait, hic est filius meus dilectus. Secundo à Spiritusancto, vt dictū est dub. 12. Tertio ab operibus miraculorum, quæ nemo alius fecit. Quarto à Moyse Deut. 18. Prophetā de gēte tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dn̄s Deus tuus. Quinto ab oib. prophetis vete. testa. Sexto à Ioan. Baptista dicēte: Ecce Agnus Dei. Septimo à turba clamāte in die palmarū, & dicēte: Benedictus q venit in nomine domini. Octauo ab Apostoli. Act. 4. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Adde quòd etiā ab oībus Sibyllis, vt patet ex earum scriptis de Xpo.

15 Dub. Quomodo poterant scandalizari discipuli? ℞. Lyra. quod quando quæ sequuntur in Euāgelio euenissent eis, cadendo per impatientiam.

16 Dub. Qūo interficientes Apostolos arbitrabantur se obsequium præstare Deo? ℞. Aug. super Io. quòd Iudæi metuentes ne tēplum quod erat apud eos, & omnia vete. legis sacramenta deserantur, sic interficient vos ut Deo arbitrētur se præstare obsequiū zelū Dei hn̄tes, sed non secundum scientiā credentes, & omnes qui conuerterentur ad Christum, desererent Deum Israel.

17 Du. An Gentiles interficientes martyres arbitrarentur se obsequium præstare Deo? Res. qui sup. ꝙ non Deo vero, sed Dijs suis.

18 Dub. Cur dicit hora in singulari, cūm non omnes Apostoli vna hora interfecti fuerūt? ℞. quòd hic accipitur hora indeterminate non pro vna sola hora, sed pro tempore, per synedochem, vt sit sensus tempus futurum est, in quo quotiescunque, quis vos interficiet arbitretur &c.

19 Dub. Cur dominus prenunciat ista discipulis? Res. Chrys. vt non dicerent, quoniam non præuidit futura, & hoc significat cum dicit reminiscamini quia ego dixi vobis.

20 Dub. Quia cum Mat. 24. c. prædixerit eis talia, ergo ab initio eis prænunciauit, & non solum nunc? Resp. qui sup. ꝙ prædixit quidem, quoniam flagella paterentur. Non autem quod mors eorum reputaretur vt Dei cultura.

Sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN VIGILIA Penthecostes.

Si diligitis me. Io. 14. c.

Hæc locutus fuit dominus in die cœnę domini.

HISTORICE.

Vt sua custodirent mandata dominus discipulis imperauit, si tamen eum diligerent rogaturum se spopondit genitorem, ut aliū eis mittat paraclitum perpetuo cum eis mansurum, ignotum sæculo, quē nec capere potest, agnoscetur tamen ab eis, nec eos deserere orphanos promisit, ad eos quoq; venire, nec eum a sæculo videri post tp̄s modicum quanquam ipsi eum videant, sed tunc

eos vere æqualitatem eius cum patre prospecturos: eius vero seruans præcepta, ille quidem eum diligit, & à genitore talis diligetur,& ipse se cognitum faciet.

Ad enucleationem dubiorum veniendum est.

1 DVbitatur. Cur dñs dixit prædicta verba? R. Chris. super Io. q̃ quia dñs supra dixerat. Si q̃d petieritis in nomine meo, &c. vt non estiment omnem simpliciter petitionem valere,induxit,si diligitis me,&c. quasi dicat tunc faciam quod petitis.

2 Dub. Cur vocat alium paraclitum, cum sint eiusdem naturę? Resp. Didimus de Spiritusancto, quod non dicit alium iuxta naturę differentiam,sed iuxta operationis diuersitatem, quia Xp̃s tanquam Pontifex deprecatur pro peccatis nostris. Spiritussanctus paraclitus dicitur secundum aliam significationem ab eo, quòd consolatur in tribulatione positos & tristitia.

3 Dub. Cur dicit, ut maneat uobiscum in æternum? Resp. Chrys. vbi supra, quoniam nec post mortem recedit.

4 Dub. Q̃uo mundus eum non põt accipere? Res. qui sup. quòd nec paraclitum audiẽtes rursus incarnationem aliam suspicentur & oculis putent eum videre, subiungit, quẽ mundus non potest accipere.

5 Dub. Quid intelligit hic per mundum? R. Aug. quòd mundi dilectores.

6 Dub. Q̃uo Apostoli cognoscẽt eum? R. Lyra, quòd per spiritualem reuelationem,& p̃ sensibile signum, quia Spiritussanctus super Apostolos in igneis linguis apparuit.

7 Dub. Cur dicit,& in uobis erit? Res. Ch. q. d. non ita apud uos manebit, sicut ego, sed in vestris habitabit animabus.

8 Dub. Cur dixit eis non relinquam vos orphanos? Res. Aug. quòd ne quisquam putaret quod ipse post Spiritumsanctum datum non esset futurus cum eis.

9 Dub. Quis dicatur orphanus? Resp. Aug. q̃ orphani pusilli, siue pupilli, idem sunt, sed orphanus est nomen Græcum. Ly. vero dicit, quod orphanus dicitur priuatus patre carnali.

10 Dub. Cur dicit, venio ad vos? R. Aug. q̃d ipsi maxime quærebant suam pręsentiam, ideo dicit venio ad vos.

11 Dub. Quãdo venit ad eos? R. Ly. q̃d post resurrectionẽ per dies 40. apparens eis &c.

12 Dubi. Cur dicit, adhuc modicum & mundus iam nõ me videt? R. qui sup. quia modicum tempus erat, vsque ad suam mortem post quam non vidit eum mundus.

13 Dub. Cur dicit ego viuo? R. Theop. q. d. licet moriar ex infirmitate carnis tñ resurgam virtute deitatis, quæ semper viuit.

14 Dub. Cur dicit, & uos viuetis? Resp. Ly. quòd assecurando eos, quia timebant mori cum ipso.

15 Dub. Quia mundus viuit cum homines mundani viuant? Res. quod licet viuant carne, non tamen viuunt Deo.

16 Dubit. Cur dicit, viuetis in futuro? Resp. Aug. q̃ q̃a mox eis erat futura resurrectio.

17 Dub. In quo die cognouerunt,&c. Resp. Chrys. quod cum viderunt eum resurrexisse, & esse cum eis, tunc certissimam fidem didicerunt.

18 Dub. Quomodo est in patre? Resp. Lyra, quod per essentiæ vnitatem.

19 Dub. Q̃uo ipsi sunt in eo, & econuerso? Res. qui sup. quod per mutuam dilectionẽ, sicut amans est in amato.

20 Dub. Cur dicit qui habet mandata mea, & seruat ea? Resp. Alcuinus, q̃ ut omnibus non tantum Apostolis hanc beatitudinem promisisse videatur.

21 Dubitat. Q̃uo habentur & seruantur eius mandata? Resp. Aug. q̃ qui habet in memoria, & seruat in vita, qui habet in sermonibus, & seruat in operib. qui habet audiendo & seruat faciendo, qui habet faciendo, & seruat perseuerando.

22 Dub. cur dicit, ille est qui diligit me? Res. Theop. q. d. vos putatis quod ex affectione quadam tristamini de morte mea, sed ego signum dilectionis reputo mandata mea seruari.

23 Dubit. Cur addit, diligetur à patre meo? Res. quod vt ostendat qualem prærogatiuã obtineat qui diligit eum.

24 Dub. Cur dicit, diligam in futuro? Respõ. Aug. q̃d hoc non dicit tanquam nunc non diligat, sed hoc exponit per hoc quod sequitur. & manifestabo ei meipsum.

25 Dubitat. Nunquid & mũdo manifestatus est, qui eum non diligebat? Resp. qui supra ad Paulinum de videndo Deo, dicens, sic autem promisit ostensurum seipsum dilectoribus suis, cum patre Deum vnum, non q̃uo in hoc sæculo visus est in corpore à malis.

Alij

Alij sensibus mysticis non exponitur ratio- ne dicta in prologo.

IN DIE PENTECOSTES.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Ioan. 4. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 24. Martij. die Iouis in cœna dñi.

HISTORICE.

Suis dñs aiebat discipulis eum se diligere, qui suum custodiret verbũ: talisq; à suo diligeretur genitore, & eos ad talem venire & cum eo manere, sed nequaquam eum se amare, qui eius nõ seruaret sermonem, qui non suus, sed patris mittentis esset, quæ penes eos commorans verba dixisset, sed qui in eius à patre mitteretur nomine Spiritusſanctus cuncta eos doceret: ac per eum locuta eis suggereret, aitq; eis pacem relinquere ac contribuere non eo quo sæculum tribuit modo, prohibuit vero eos turbari, aut formidini subiacere, cum iret, & ad eos rediret, eos quoque lętari debere, si tamen eum diligerent, cum ad suum se maiorem genitorem accedat, se uero hæc eis prædicere vt cum aderint certiorem adhibeāt fidem, nec deinceps plura eis se affaturum. Principem quoque eius aduenisse sæculi, & in eo nihil habere, sed se iussa à genitore data peregisse, ut quod eum diligit mundus agnoscat.

Dubia soluenda sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur dixit dominus prædicta? Resp. Aug. ꝙ respondet Iudę non illi, cuius cognomen est Scariothis, sed cuius epistola inter scripturas canonicas legitur, qui à domino quæsierat, cur Apostolis erat se manifestaturus, & non mundo, q. d. ego manifestabo me his, qui me diligunt, & non his, qui me non diligunt.

2 Dub. Cur diligens Deum, eius sermones seruabit? Resp. Greg. in Hom. quia probatio dilectionis exhibitio est operis.

3 Dub. Cur dicit, & pater meus diliget eũ? Resp. Ly. quia per hoc ostendit se esse vnum cum patre in essentia.

4 Dub. Quomodo patet, & filius qui vbiq; sunt, veniunt ad nos? Resp. Aug. super Ioan. quòd ueniunt ad nos, dũ veniamus ad eos: veniunt subueniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo.

5 Dub. Cur dicit, & mansionem faciemus? Resp. Greg. in Hom. qm̃ in quorundam corda venit, & mansionem non facit, sicut in his qui tentationis tempore recedunt.

6 Dub. An Spiritusſanctus faciat etiam ipse mansionem? Res. Aug. quòd sic, quia sup. dixit, apud vos manebit, & iterũ, ut maneat vobiscum in æternum.

7 Dub. Cur ergo præsens non facit mentionem de eo quod manebit? Res. qui sup. ꝙ si propter insinuationem Trinitatis personæ singulis nominatis dicuntur quædam, non tamen aliis separatis intelliguntur propter eiusdem Trinitatis substantiam.

8 Dub. Quia reperiũtur aliquĩ, qui aliqua mandata Dei seruant, & tamen non diligunt Deum? Respon. ꝙ si quis offenderit in vno mandato, factus est omnium reus. Et ideo talis non perfectè diligit Deum, quia omnia eius mandata seruaret.

9 Dub. Cur aliquando dicit sermonem in singulari, & aliquando sermones in plurali? Res. Aug. vbi sup. ꝙ vbi suos dicit, dixit pluraliter sermones. vbi aũt sermonem, i. verbũ suum non esse dixit, sed patris, seipsum intelligere voluit. non. n. suum, sed patris esse verbum, quoniam nec sua imago, sed patris, nec suus filius, sed patris.

10 Dub. Quia vr̃ contradictio in verbis Christi, dum dicit sermonem meum, & post sermonem quem audistis non est meus? Resp. Lyr. quòd Christus non mouebatur ad loquendum ex conceptione animæ, nisi ſm̃ ꝙ anima mouebatur à diuinitate. Et ideo verba Christi erant magis ipsius patris, qui est vnum cum filio in deitate, quàm essent ipsius Christi inquantum homo.

11 Dub. Cur non dicit ego diligã eũ, sed pater meus diliget? Res. qui sup. quia in humanitate ꝓferebat verba illa ad denotandũ, ꝙ magis erant deitatis, in qua pater est vnum cũ filio, q̃ humanitatis, quæ illa proferebat.

12 Dub. Quia supra dixit, & mansionem apud eum faciemus, & nunc cur dicit, apud vos manens? Res. Aug. ꝙ mansio quam ꝓmisit futuram, est spiritualis atq; intrinsecus mentib. redditur. Hæc autem corporalis forinsecus oculis, atque auribus adhibetur.

13 Dub. Quia filius quia missus est visibiliter dicit minor patre, ergo Spiritusſanctus, qui missus fuit hodie visibiliter in igne, etiã deberet dici minor patre? Respon. S. Tho. 1.

 par.

par.q.43.art.7.ꝙ nõ valet similitudo, quia filius creaturam visibilem in qua apparuit in vnitatem personę assumpsit sic, vt qđ de illa creatura dr̃, de filio dici possit, & sic rõne naturæ assumptæ filius dicitur minor patre, sed Spiritussanctus non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuerit in vnitate personæ, vt qđ illi conuenit de illo prędicetur, vnde non potest dici minor patre propter visibilem creaturam.

14 Dub. Quia cum vete. testamenti status correspondeat patri, & noui testamenti status correspondeat filio, videtur, qđ adhuc remaneat status alterius testamẽti, qui correspondeat Spũisancto. Et sic in die Pẽthecostes nõ videtur, qđ sit data plenitudo Spiritussancti? Resp. dominus Card. de Turrecrema super Euangelijs, qđ lex noua succedit vet.test.tãquam perfectum imperfecto, sed non est alius status expectandus perfectior statu nouę legis, cum noua lex vltimã perfectionem possibilem in via contineat. Ideo non est expectandus alius status correspondens Spirituisancto magis quàm status nouæ legis potissimè, quia lex noua est amoris. Amor autem appropriatur Spiritui sancto, sicut etiam filio. Ro.8. lex spiritus vitæ in Christo Iesu, &c. eodem modo lex vetus non solum correspondet patri, sed ẽt filio inquantum fuit ibidem prænunciatus, & præfiguratus, pp quod dicit Io.5. si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit.

15 Dub. Cum colũba, & ignis sint creaturę totius Trinitatis, cur potius per eas reprę-sentatr̃ Spũssanctus, q̃ pater, & filius? Respõ. S.Tho.1.par.q.43.art.7. ꝙ licet sint creaturæ totius Trinitatis, tamen factę sunt ad demonstrandũ specialiter hanc, & illam personam, sicut.n.diuersis nominib.significantur pater & filius, & Spũssanctus, ita etiã & diuersis reb.significari potuerunt, quamuis inter eos nulla sit separatio aut diuersitas.

16 Dub. Qũo intelligit, quem mittet pater in nomine meo? Resp. Didimus, qđ filius, q venit in nomine patris, portat eius nomen per hoc quod vnigenitus Dei filius approbatur: quia ergo Spũs sanctus in nomine filij mittitur à patre, ostendit, quia vnitate sit iunctus ad filium. vnde & filij dictus est spiritus per adoptionem suam filios faciens eos, qui se recipere voluissent.

17 Dub. Quomodo suggeret omnia? Resp. dominus Card. de Tur.cremata, suggeret i. reducet ad memoriam omnia quæcũque à Christo audierãt, quorũ multa oblita erãt, nec poterant memoriæ commendare. Quomodo .n. euangelista Ioannes post sexaginta annos potuisset omniũ verborum Christi, quæ scripsit in euangelio memoriã habere, nisi Spiritussanctus ei suggessisset?

18 Du. Cũ Christus iã Apostolos docuisset, quomodo Spiritussãctus eos docuit omnia? R. quòd docebit omnia, i. faciet intelligere omnia quæ dico vobis, nã tunc erant rudes & in timore positi propter auditum passionis Christi, ideo male attendebant ad verba Christi. Et ideo Spiritussanctus post suppleuit istum defectum.

19 Du. Nunquid & pater docet sicut filius, & Spiritussanctus? R. Aug. quòd omnis Trinitas docet, sed nisi etiam sigillatim cõmẽdaretur, eam nullo modo humana capere vtcunque posset infirmitas.

20 Du. Cur dicit, pacẽ relinquo vobis? Resp. Chrys. super Io. quòd quia turbabantur audientes odia, & prælia sibi imminere post eius recessum, ideo consolatur eos dicens, pacem relinquo vobis.

21 Dub. quę differentia est inter relinquere pacem, & eã dare? R. Aug. quòd relinquit pacem in hoc sæculo vt hostem vincamus, & nos inuicem diligamus, sed pacẽ suam dabit in futuro sęculo, qñ sine hoste regnabimus, vbi nunquàm dissentire possumus.

22 Dub. Cur cum dicit do, addit meam? Respon. qui supra, qđ sua pax est quam habet, sed ista quam nobis relinquit in hoc sæculo, nostra potius est dicenda, quàm ipsius: illi quippe nihil repugnat in seipso, quia nullum habet omnino peccatum. Nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicamus, dimitte nobis debita nostra. Item in nobis est pax, quia credimus quòd inuicem diligemus, sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus.

23 Du. Cur dicit, nõ quomodo mundus dat ego do vobis? R. qui supra, quòd homines qui diligunt mundum, dant propterea sibi pacem, ut sine molestia perfruantur.

24 Dub. Cur dicit, non turbetur cor vestrũ? R. Chrys. vbi supra, quòd quia dixerat, pacẽ relinquo vobis, quod erat verbum recedentis, hoc poterat eos conturbare, ideo dicit non conturbetur.

Dub.

25 Dub. Cur addidit, neque formidet? R. Ly.q non turbetur, dicit vt turbarentur de morte sua, sed neq; formidet subiunxit assecurando eos, quia timebant mori cum eo.

26 Dub. Quomodo ibat & veniebat ad eos? R. August. q ibat per id, quod homo erat, & remanebat per id quod Deus erat.

27 Dub. An Christus dubitauerit an discipuli diligerent eum, quia dixit: si diligeretis me? R. Ly. ibi quod accipitur, si, pro, quia, s. quia diligitis me.

28 Dub. Cur ex hoc debent gaudere, quod vadit ad patrẽ? R. Ly. q.d. quia per mortem vado ad patrẽ me exaltantẽ, & glorificantẽ.

29 Dub. Quomodo pater maior filio est, cũ sint æquales? R. Aug. q sunt æquales s̃m diuinitatem, sed filius est minor patre s̃m humanitatẽ assumptam: imò maior etiam seipso, quia maior est forma Dei, quæ amissa non est, quam forma serui, quæ accepta est.

30 Dub. Cur dicit vt cum factum fuerit credatis, cum fides sit de non visis? R. qui sup. quòd ex rebus, quæ videñt agitur in nobis, vt ea credamus, quæ non videntur: cũ igitur factum fuerit quod eum post mortem visuri erant viuentem, & ad patrem ascendentem, & ex hoc fuerant credituri, q ipse esset Christus filius Dei, qui hoc potuit facere. & prædicere antequam faceret.

31 Dub. An videtur quod tunc non credebãt eum filium Dei? R. qui sup. quòd tunc credebant, nec post fuerant credituri fide noua, sed aucta, aut certe cũ mortuus esset desecta, cum resurrexisset refecta.

32 Dub. Cur dicit, iam non multa loquar vobiscum? R. Bed. quia instabat tempus, vt ad mortem raperetur.

33 Dub. Quõ diabolus est princeps mũdi, i. malorũ, cum eos non creauerit? R. Ly. quòd non per creationem, sed per seductionem.

34 Dub. Ad quem venit princeps mundi, i. diabolus? R. qui supra, quòd ad Christum.

35 Dub. Ad quid venit ad eum? R. qui supra, quòd ad eum tentandũ in deserto, & ad contra eũ concitandũ principes Iudæorum.

36 Dubit. Quid est illud quicquã, quod non habet diabolus in Christo? R. i. peccatum nullum, quia neque cum peccato Deus venerat, neque eius carnem de peccati propagine semper Virgo pepererat.

37 Dubit. Cur dicit, sed vt cognoscat mundus, &c.? R. Aug. quod respondet tali quæstioni tacitæ. cur morieris si nullum habeas peccatum cui debetur mors? R. vt omnes cognoscant, quod mortem sustineo ex dilectione quam habeo ad patrem: ideo sicut mandatum dedit, i. inspirauit mihi pater, vt pro salute hominum moriar, sic facio.

ALLEGORICE.

Ista missio Spiritussancti præfigurata fuit & prænunciata Sap. j. cap. Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc qđ continet oĩa, scientiam habet vocis. Item Iohelis 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem &c. Item Ezech. 36. c. Spiritũ meũ ponã in medio vestri. Item pręfigurata fuit Exo. 16, qñ dominus descendit in igne super mõtem Synai. vnde versus. Pectora sanctorum replet almum pneuma virorũ, Lex est diuina Moysi data vertice Syna. Celica flamma venit, & plebis pectora lauit.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

FERIA SECVNDA Pentecostes.

Sic Deus dilexit mundum. Io. 3. cap.

Hæc verba locutus est Dominus anno ætatis suæ 32. die 2. Maij in Sabbato.

HISTORICE.

Nicodemo Dominus ait, ita Deum dilexisse mundũ vt suum genitũ exhiberet, quatenus in eum credentes nequaquam dãnentur, sed vita perfruantur æterna, nec vt seculum iudicet misit, sed vt afferat salutẽ, nec ei fidẽ adhibens iudicium subijt, sed incredulus ab infidelitate. Iudicium aũt id esse disseruit, qñ ampliori dilectionis vinculo tenebras sęculares hoĩes quam lucem amplexi sunt: cum cuncta inique agerent, nec lumine sua vellent demonstrari opera, quatenus pęnam luerent. Recta vero qui peragũt lucem prosequunt̃, vt eorũ innotescant gesta, quæ cooperante altissimo peracta sunt.

Hæc sunt quæ occurrunt dubia.

1 DVBITATVR. Cui dixit dominus prædicta verba? Resp. quòd Nicodemo, vt patet immediatè ante illud Euangelium.

2 Dub. Cur hæc sibi dixit? Resp. Chrys. super Ioan. quòd quia dixerat prius, sicut

exaltauit Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportebat filium hominis ne auditor tristis ab his fieret verbis humanum q d de eo suspicans,& mortem eis æstimans nõ esse existentiã. Hoc ad rectitudinẽ reducit filium Dei dicens eum, qui datur ad mortẽ, & mortem eius esse causam vitæ æternæ.

3 Dub. Quomodo dedit Deus filium, qui semper secum est? Resp. Theophil. ꝙ quia vnus erat secundum Hypostasim Dei filius, & homo qui passionem sustinuit, filius dari dicitur in mortem, qui patiebatur non natura propria, sed carne propria.

4 Dub. Cur dicit filium? ℞. Chrys. quòd est ostensiuum magni amoris, quia non angelũ, non archangelum, sed filium dedit.

5 Dub. Cur dicit suum? Resp. Hilarius 7. de Trinitate, quia non filium adoptiuum dedit, sed filium suum.

6 Dub. Cur dicit vnigenitum? ℞. Chrysost. quoniam si plures habuisset filios, & dedisset vnum, hoc esset maximum, nunc vero filium vnicum dedit, ideo dicit vnigenitum.

7 Dub. Cur subiungit, vt omnis qui credit in eum &c. ℞. Theop. quòd maxima ex hoc vtilitas consecuta est, quia vetus testamentum his quis seruabant illud dierum longitudinem promittebat: Euangelium vero æternam, & insolubilem vitam.

8 Dub. Cũ filius Dei debeat iudicare mundum, cur dicit ꝙ non misit eum in mundũ, vt iudicet mũdum? Resp. Ly. ꝙ intelligitur non iudicare mundum in suo primo aduentu, quia potius tunc venit iudicari, quàm iudicare, sed hoc intelligitur, quod iudicabit mundum in secundo aduentu.

9 Dub. Quia in primo aduentu exercuit iudicium arguendo Iudæos? Resp. Ly. quòd hic accipitur iudicare pro condemnare, & non pro arguere.

10 Dub. Quomodo iã iudicatus est, qui non credit in eum, cum in primo aduentu nemi nem iudicauerit? ℞. qui sup. iam iudicatus est, i. habet in se causam manifestam suę cõdemnationis, sicut ille dicitur mortuus, qui iam habet in se causam manifestam mortis.

11 Dub. Cur additur, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei? ℞. Alcui. quoniam in hoc solo nomine est salus.

12 Dub. Cur non dicit in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti? ℞. S. Thom. super 1. Cor. 1. ꝙ vt Ambr. dicit in nomine Christi tota Trinitas intelligitur, quia Christus est vnctus, pater vngẽs, & Spiritus sanctus quo vngitur.

13 Du. Quod est illud quod dicitur, hoc est autem iudicium? Resp. Ly. iudicium. i. causa condemnationis.

14 Du. Quid vocat lucem, & quid tenebras? Resp. Beda, quòd se appellat lucem, & peccata vocat tenebras.

15 Dub. Qui fuerunt diligentes magis tenebras quàm lucem? Respon. quòd pharisæi, scribæ, & principes sacerdotum.

16 Dub. Cum male agentes optent habere lucem, vt possint videre quid agant. s. furari, & huiusmodi, videtur ꝙ eã non odiant? ℞. Alcuinus, ꝙ non odiunt illa occasione, sed inquantum in lucem detegitur peccatum.

17 Dub. Quia aliquando eorum peccata veniunt ad lucem, quando condemnantur per iustitiam? ℞. Ly. quòd non veniũt ad lucem sponte, sed coacte.

18 Dub. Quid intelligitur cum dicit, vt non arguantur? Resp. qui supra, i. vt non puniantur per iustitiam.

19 Dub. Quid est facere veritatem? ℞. qui supra, ꝙ facere secundum voluntatem diuinam, quæ est virtus.

20 Dub. Quomodo bona opera fiũt in Deo? Resp. Ly. in Deo, idest in virtute Dei.

Sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

EERIA TERTIA Pentecostes.

Amen amen dico vobis qui non intrat per ostium. Ioan. 10. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 32. die 25. Septembris, in Sabbato.

HISTORICE.

Discipulis Dominus furem illum, latronemq; esset aiebat, qui aliàs q̃ per ostium stabulum ingrederetur ouium, sed eũ esse pastorẽ, qui ingrederetur ꝑ ianuam. cui & aperiret portarius, cuiusq; vocem agnoscerent oues, sequerenturque eum, fugientes alienum cuius nec vocem perspiciunt. Non agnouerant autem hoc prouerbium discipuli; itaque se ostium esse eis dixit, eos atvero qui præ se venerunt fures fuisse, atque latrones, quos nec audierunt oues: per se vti per ostium, quisquis ingrederetur saluum fore ait, latissimaque ingrediens egre-

egrediensve pascua reperturum, qui verò fur est, is vt interimat venit, se vero venisse, vt abundantius vita fruantur.

Hæc sunt quæ occurrunt dubia.

1 DVBITATVR. Cur dominus dixit prædicta verba? ℞. Chryso. quod quia dominus de cæcitate Iudæorum disputauerat post illuminationem cęci nati, ne forte dicerent, quod non ex cæcitate, sed quia erroneus esset ab eo fugerent, ostendit se non esse erroneum, sed uerum pastorem, signa ponens latronis & pastoris.

2 Du. Quis est quem dicit non intrare per ostium? Resp. Chry. super Io. quod per hoc eos, qui ante eum fuerunt occultè insinuat, & eos, qui post eum futuri sunt Antichristum & pseudochristos.

3 Dub. Quid intelligit per ostium? ℞. qui sup. ꝙ scripturas, ꝗ Dei cognitioné apiunt.

4 Dub. Cur dicit qui ascendit aliũdè, & nō qui intrat aliundè? ℞. qui sup. ꝙ propter similitudinem furis maceriam transcendere volentis, & periculose omnia agentis.

5 Dub. Quis ascendit aliundè? ℞. qui supra, quòd Pharisæi, qui docebant mandata, & doctrinas hominum.

6 Dub. Quia infra dicit se ostium, quomodo potest esse pastor, & ostium? ℞. qui supra quòd quia nos adducit patri ostium se dicit, quia vero procurat dicit se pastorem.

7 Dub. Quid est ouile? ℞. quod causa ouiũ locus in quo stabulantur oues.

8 Dub. Quę differentia est inter furẽ, & latronẽ? ℞. ꝙ ut dicit Catholicon, fur vadit de nocte, & perfodit domos. Latro autem est ꝗ latet in syluis, & exspoliat transeuntes.

9 Dub. Cur dominus uocat tales fures, & latrones? ℞. Aug. in hom. ꝙ fures sunt, quia quod alienum est suum dicunt, & sunt latrones, quia quod furantur occidunt.

10 Dubit. An omnis intrās per ostium sit pastor? ℞. quod non, nisi habeat alias conditiones, scilicet, quod ei ostiarius aperiat, & ꝗđ oues eius uocem audiant, & quod eas vocet nominatim.

11 Du. Cur ostiarius aperit pastori? Res. Ly. quia scit eum beneuolum ouibus.

12 Du. Quis est iste ostiarius? Resp. Theoph. quod est Spiritussanctus, per quem scripturæ reseratæ nobis indicant Christum.

13 Dub. Quia oues etiam audiunt vocem latronis, qui non est pastor? Res. Ly. ꝙ audiũt quidem, sed non cognoscunt, & hic audiunt ponitur pro cognoscunt.

14 Dub. Quomodo potest nominatim in tanta multitudine vocare? Resp. Ly. quod ideo vocare dicitur eas nominatim, quia distincte eas cognoscit, quod non facit alienus.

15 Dub. Quia pastor sequitur oues cũ virga & non præcedit? Resp. Ly. quod pastores in terra illa præcedunt gregem sibilando.

16 Dub. Quia aliqñ aliqua ouis errat, & tũc illa non sequitur pastorem? ℞. quod hoc nō est ex defectu pastoris, sed ouis errantis.

17 Dub. Quid intelligit hic per alienum? ℞. Ly. quod pseudo Apostolos, & Antichristũ, & etiam Machometum.

18 Dub. Nunquid intelligebāt Apostoli, ꝗđ est ostium, pastor. oues, &c. ℞. Ly. quod bene intelligebant hæc, sed non quid significaretur ꝑ illas res, cũ sensus esset parabolicus.

19 Dub. Cum Moyses, & prophetæ uenerint ante eum, an ipsi fuerint fures, & latrones? ℞. Ly. quod non intelligitur de prophetis & alijs sanctis, qui ab eo missi fuerunt, & qui ꝑ alium facit, per se facere videtur, sed de his, qui venerunt capite proprio. Sicut dicit Actuum 5. de Theoda, & Iuda Galilæo.

20 Rub. quia vt Iosephus dicit, Theodas decepit multos, qui secuti sunt eum, & etiam Iudas Gallilæus, tempore quo Christus natus fuit, etiam habebat multos sequaces, ergo oues alienos sequebantur, & audiebant? ℞. Lyra, quod non audierunt eos oues, idest fideles in ouili Ecclesiæ permanentes, quia ipsi perierunt, & sequaces, eorum, vt dicitur Act. quinto cap.

21 Dub. Cur replicat, quod est ostium? ℞. qui supra quod ad probandum quod est ostium per officium ostij, quod est saluare ea quæ sunt intra domum, & quod per ipsum sit ingressus, & egressus.

22 Dub. Quomodo ergo multi intrantes ꝑ Christum qui est ostium, finaliter damnant, sicut Iudas, &c. ℞. quod ingrediens non fictus, sed uerus, & perseuerans saluabitur.

23 Dub. Quomodo ingredietur, & egredietur? ℞. ꝗ sup. quod ingredietur intus bona cogitando, & egrediet illa opere cōplendo.

24 Dub. Quæ sunt illa pascua? ℞. Theo. quod delectatio futura, & requies, in quam dominus nos introducet.

25 Dub. Cur dicit pascua in plurali? ℞. Lyra quia beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis Christi, & exterius in aspectu suæ humanitatis.

Dub.

26 Dub. Quo fur mactat & perdit? Res. Alcuinus, q mactat mala doctrina retrahendo à fide, & perdit in æterna damnatione.

27 Dub. Quid est mactare? Resp. catolicon, q est immolare, & interficere.

28 Dub. Cur dicit, ut vitam habeant, & abūdantius habeant? Respō. Ly. post S. Tho. super 2. ad Ephe. lect. 2. uitam habent, s. gratiæ in hoc mundo, & abundantius habeant, s. gloriæ in patria.

Aliis sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

FERIA QVARTA Pentecostes.

Nemo potest ad me venire. Ioan. 6. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 32. die 14. Aprilis, in die Martis.

HISTORICE.

Iudæis dominus aiebat nullum ad se venire valere, nisi ab eius qui eum miserat genitore traheretur, quem & ipse venientem in vltimo resurgere iuberet die, cum prophetarum canant oracula, omnes futurum esse, vt instruantur à Deo, quemcunque vero ad se venire dixit, qui ductus à patre fuerit, & si à quoquam minime intueri possit eius genitor, nisi à se qui eum clarissime intuetur, omnes quoque vitam habere perpetuam, qui in eum crederent, & se etiam esse panem vitæ: eorum vero progenitores in deserto edisse manna, & tamē morti obnoxios fuisse, sed eum qui hunc è cœlis prouenientem manducauerit panem, nequaquam à letho superari posse, sed in æternum vita fruetur: ait etiam panem, qui caro sua est, se daturum pro sæculi uita.

Occurrunt dubia subiecta.

1 DVB. cur dominus dixit prædicta verba? Resp. q cum dominus ante hoc Euangelium dixisset Iudæis q erat panis viu⁹, qui de cœlo descenderat, murmurabāt, quoniam dicebant eū esse filium Ioseph, & patrem ac matrem agnoscebāt, dicit ergo eis, Nolite murmurare nemo pōt ad me venire nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum.

2 Dubit. Cur nolebat, q murmurarent? R. Ly. q patres eorum in deserto murmurantes grauissima pęna mortui fuerunt.

3 Dub. Cur non palā, & in faciem dicebāt sibi, non murmurantes? Res. Chry. q adhuc eum venerabantur, quia recens erat signum de quinque panibus, & propterea non manifeste contradicebant.

4 Dub. Quid est murmuratio? Respon. S. Vinc. in sermone, quod est secreta locutio, quæ fit contra aliquem ex indignatione, vel ex admiratione.

5 Dub. An murmuratio sit peccatum? R. q sup. q sic, si sit ex indignatione, vel contra Deum, vel contra superiores, vel contra proximum, quando est contra dilectionem Dei & proximi, sed quando est ex admiratione, sicut de aliquo cito exaltato ad honores, vel diuitias, dicendo. O Deus, quō iste tam cito ascendit ad tantam dignitatem, vel ad tantas diuitias, non est peccatum.

6 Dub. Cur non respondit eorum murmurationi dicendo, q nō erat filius Ioseph, sed semper Virginis, conceptus ex Spiritusancto? Resp. Chrys. quia non poterant illū mirabilem partum audire. si vero eum, qui est secundum carnē non poterant manifeste audire, multo magis nec superiorē ineffabilē.

7 Dubit. Quomodo responsio Christi erat ad propositum? Resp. quòd Iudæi non volētes intelligere mysterium cōceptionis Christi, non poterant venire ad eum per fidem. Et ideo dicit, nemo uenit ad me, vt credat me esse filium Dei, nisi tractus, id est inspiratus à patre meo.

8 Dub. Nunquid absque tractu patris aliquis possit venire ad Christū? R. Ly. q non: quia nihil potest ascendere supra naturam suam, nisi ab alio trahatur. Et ideo cum non possumus coniungi Christo, nisi per fidem charitate firmatā, quod est maximū donū Dei, ideo oportet, q trahamur per patrem.

9 Dub. Quia si nemo potest habere fidē, nisi tractus à patre, ergo iniuste damnantur infideles? R. S. Tho. 3. contra Gentiles, c. 159. q rationabiliter, & non iniuste imputatur homini, si ad Deum non conuertatur, quamuis hoc sine gratia Dei facere non possit. Vnde considerandum est, quòd licet aliquis per motum liberi arbitrii diuinam gratiam promereri non possit, potest tamen seipsum impedire ne eā recipiat. Dicitur enim Iob 21. c. Recede à nobis, sciētiam viarum tuarum nolumus. & Iob 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, & cum sit in potestate liberi arbitrij impedire diuinæ gratiæ acceptionem, vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni. Deus enim quantum

tum in se est, paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire, vt dicitur 1. Thim. 2. sed illi soli gratia priuantur, qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant. sicut sole mundum illuminante in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquod malum sequatur, licet videre non possit, nisi lumine solis præueniatur.

10 Dubitatur. Cur non omnes trahuntur à patre? Resp. Aug. in homil. dicens, quem trahat, & quem non trahat, quare istum trahat. & non illum, noli velle iudicare, si non vis errare, semel accipe, & intellige, si non traheris, ora vt traharis.

11 Dub. Quid est trahi ad Christum? Respō. qui supra, quòd est delectari beatitudine, veritate, iustitia, sempiterna vita, quod totū Christus est.

12 Dubitatur. An non & pater suscitabit in nouissimo die? ℞. Chrysostom. quòd sic, sed hoc dicit Christus ostendens parilitatem virtutis.

13 Dubitatur. In quibus prophetis habetur, quòd erunt omnes docibiles Dei? ℞. quòd Esa. 54. dicitur, ponam omnes filios tuos doctos à domino, & Hiere. 3. dabo vobis pastores ixta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.

14 Dubitatur. Cur dominus non allegauit scripturam prout iacet? Res. Lyra, quòd nō in verbis attendendum est, sed in sensu verborum.

15 Dubitatur. Cur multi non credunt si omnes erunt docibiles? Respond. Chrysostom. quòd omnes, qui volent, erunt docibiles, & credentes.

16 Dubit. Quid debemus audire a patre? ℞. Lyra. quòd prædictas inspirationes, eas percipiendo.

17 Dubitatur. Quomodo audiens addiscit? Resp. qui supra, quòd ipsas inspirationes sequendo.

18 Dubitatur. Quomodo possumus audire patrem loquentem? Resp. Aug. de prędesti. sanctorum, quòd non audimus eum carnis aure, sed corde.

19 Du. Nunquid filius & Spiritussanctus docent? Resp. qui supra, quod sic, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis.

20 Dub. Cur ergo potius attribuitur patri, quòd doceat, quàm filio, aut Spirituisancto? Res. qui supra, quia de ipso procedit, & filius, & Spiritussanctus.

21 Dubitat. Cur dicit, quòd patrem non vidit quisquam, &c. ℞. August. super Ioan. ne Iudæi dicerent, nunquam vidimus patrem, & quomodo possumus discere ab eo, ideo à me ipso audite, quia eum noui, & ab ipso sum, & sum verbum eius.

22 Dub. Quia si quisquam non vidit patrem nisi filius, ergo Spiritussanctus non vidit eum? Res. Lyra, quòd propter hoc non excluditur Spirissanctus, quorū est vna simplex visio: dictio enim exclusiua addita vni personæ respectu termini essentialis, nō excludit aliam partem.

23 Du. Cum Moyses, & Paulus viderint patrem, cur dicit, quisquam? Respond. qui sup. quod ipsi viderunt in quodam raptu, sed illa visio non erat similis visioni Christi, qui ab instanti conceptionis suæ vidit diuinam essentiam per modum habitus permanentis.

24 Dub. Quia non omnis, qui credit in Christum habet vitam æternam, maxime in hoc mundo? Resp. qui supra, quod etsi non habeat eam actualiter, habet tamen eam virtualiter.

25 Dubit. Quomodo Christus dicitur panis vitæ? Resp. qui supra, quia dat uitam & eā conseruat.

26 Dubit. Cur dicit, patres vestri manducarunt manna in deserto? Resp. quia Iudæi dixerant Christo, quod ipsi manducauerant manna, quasi dicant, ipsi manducauerunt manna, tu dedisti nobis panes hordeaceos, ipsi manducauerunt per quadraginta annos, tu nos pauisti semel tantum, ideo Christus concedit eis vera esse, quæ dicebant, tamen licet manducauerint manna, & tot annis, mortui sunt nihilominus: sed panis spiritualis de quo loquitur, similiter sicut manna descendit de cœlo, & habet ampliorem virtutem, quia conseruat à morte, quod ille non faciebat.

27 Dubitat. Quia multi manducant corpus Christi, qui tamen moriuntur non solum morte corporali, sed etiam æterna? Respon. Augustin. quòd qui indigne sumunt, vt dicit Apostolus, iudicium sibi manducant, & bibunt. Et ideo qui manducat digne, & perseuerat, non morietur in æternum.

28 Dub. An panis sacer, quem dant, & ministrant sacerdotes, etiam sit pro mundi vita? Resp. quòd sic, quia sacerdos non consecrat

secrat nisi in persona Christi.

29 Dub. Cur dicit pro mundi vita? Resp. Ly. quia alia sacramenta solum proficiunt recicipienti, sed Eucharistia nō solum sacerdoti sumenti, sed etiam toti ecclesiæ.

30 Dub. Cur dicitur caro & panis? Resp. qui supra, q; dicitur panis inquantum est sacramentum, quod est species panis: & dicitur caro, inquantum est res contenta, & significata, s. verum corpus Christi.

31 Du. Cur cū dixerit, hic est panis de cęlo descendēs, post replicauit, ego sum panis viuus, &c. Res. quod ad maiorē expressionē, & vt scirent, quis erat ille panis, qui erat ipse.

Alijs sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

FERIA QVINTA Pentecostes.

Conuocatis Iesus duodecim discipulis. Luc. 9.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31. die 14. in die Iouis.

HISTORICE.

Duodecim quos dominus elegerat Apostolos potestatem, virtutemq. contulit dæmones ab obsessis eijciendi corporibus, & languentibus subueniendi, in mandatis eis dando, ne quicquam eūtes secum deferrēt, non uirgā, peram, panē, pecuniamque, aut duas possiderent tunicas, in eaq; quā ingressi fuissent domo manerēt, nec egrederētur, pedū quoq; puluerē in eos q nequaquā eos exciperent dū vrbē exirent excuterēt, ad testimonium illis, qui quidem imperata exequentes castella circumeuntes euangelizabant ubique, infirmosque curabant.

Necessaria quędam soluenda sunt dubia.

1 DVbitatur. Cur dominus talem potestatem dedit Apostolis? Resp. Lyr. quòd ad confirmandum doctrinam quam eis dederat, ut prædicarent.

2 Dub. Cur tantum duodecim elegit Apostolos? R. Remigius propter perfectionem ipsorum, quæ designatur ex numero duodenario, qui consurgit ex duobus denarijs, qui senarius habet perfectionem, eo quia ex suis partibus, quę sunt. 1. 2. 3. in seipsum formatur.

3 Dubitatur. cum multi alij discipuli missi fuissent ad prędicandum à Christo, ut patet Luc. 10. c. cur facit hic mentionem solum de duodecim? Respon. qui supra, quia isti duodecim erant principaliores, & quia etiam maior potestas erat eis à Christo collata.

4 Dubitat. Cur inter duodecim elegit Iudam, qui eum prodidit? R. August. 18. de ciuitate Dei, quòd habuit inter eos vnū, quo malo utens bene, & suæ passionis impleret dispositum, & ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum.

5 Dubitatur. Quid significat Apostolus? Res. Græcè, lisan Hebraicè, & missus dicitur Latinè.

6 Dub. An Apostolus sit dignitas? Resp. S. Thom. 1. Corin. 1. quòd sic, & est prima dignitas in ecclesia.

7 Dub. An Apostoli sint digniores quolibet alio Sancto? Res. qui supra ad Rom. 8. lec. 5. quòd sunt omnibus alijs sanctis quacunque prærogatiua præfulgeant, siue virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrii, præferendi tanquam abundantius Spiritum sanctum habentes.

8 Dubitatur. An post acceptum Spiritum sanctum Apostoli peccauerint? Respon. qui supra, ad Galat. 2. lect. 3. quòd non mortaliter, & hoc donum habuerunt per potentiam diuinam, quæ eos confirmauerat, ut dicitur Psal. 74. Ego confirmaui columnas eius, peccauerunt tamen venialiter ex fragilitate humana. 1. Ioan. 1. Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, &c.

9 Dubitatur. Quia videtur, quòd aliquis sanctus potuerit tantum mereri, sicut unus Apostolus, ergo fuit ita dignus? Respondet qui supra ad Ephe. primo lect. quarta, quòd bene argueretur si gratia pro meritis daretur, quia si ita esset, iam non esset gratia. Roman. undecimo, quia sicut Apostolos ad singularem dignitatem vocauit, ita & singularis gratiæ priuilegio dotauit, temerarium est ergo aliquem sanctum Apostolis comparare.

10 Dubitatur. An fuerint maiores Ioanne Baptista? Respond. qui supra, super Matthæum, quòd sic, non merito, sed officio noui testamenti.

Dub.

11 Dub. An Apostoli fuerint cōsecrati sacerdotes? Res. qui sup. in 4. sen. dis. 14. q. 2. ar. 3. ꝙ quantum ad principalē actū eis dedit potestatem sacerdotalem in cœna, qn̄ dixit. Hoc facit in meam commemorationem: & quantum ad actum secundarium qui est ligare, & absoluere post resurrectionem.

12 Dub. Cur dedit eis potestatem super omnia dæmonia? Resp. Cyrillus, ꝙ vt flecteret eleuatum supercilium diaboli, qui dicebat aliquando, non est qui contradicere valeat.

13 Dub. Quam potestatem dedit eis super omnia dæmonia? ℞. ꝙ vt eijcerent spiritus immundos ab obsessis corporibus.

14 Dub. Cum non omnia dæmonia vexent homines, cur dicit super omnia? Resp. ꝙ intelligitur super omnia homines vexantia.

15 Dub. Cur dat auctoritatem curandi languores? Resp. Eusebius, ꝙ ut ueneretur genus humanum vtramque dat eis potestatem, s. dæmones expellendi, & languores curandi.

16 Dub. Quomodo Apostoli qui erant creaturę poterant facere miracula? Res. Chrys. ꝙ hoc aderat eis non natura, sed participatione Spiritus sancti.

17 Dub. An Apostoli potuissent alijs talem virtutem faciendi miracula contribuere? ℞. qui supra, quòd hoc erat prorsus alienum ab eorum virtute, sed dominus tanquam naturaliter Deus existens impartitur huiusmodi gratiam quibus vult, non inuocans in eos alienam virtutem sed infundens ex promptuarijs proprijs.

18 Dub. Quid intelligitur hic ꝓ regno Dei? ℞. Ly. quòd ipse Christus. Vide Dominica 2. post octauam Epiphaniæ. dub. 49. dicitur ét regnum Dei lex Moysi. Mat. 21. auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, quia verus intellectus veteris testamenti est ablatus à Iudęis, suis peccatis exigentibus, & datus est Christianis.

19 Dub. An similiter Moyses, & Prophetæ ꝑdicauerint regnum Dei? ℞. Chrys. ꝙ non, quia Apostolis nō fuit cōmissum aliqd sensibile dicere, sicut Moysi, & prophetis, qui terrā, & bona terrena promittebāt, hi vero regnū cœlorū, & quęcumq; cōtinent in eo.

20 Dub. Cur præcepit eis nō portare virgā neque peram? ℞. Ambr. in Homil. quòd in hoc ostendit qualis debeat esse qui euangelizat regnū Dei, vt neq; virgam, &c. i. subsidij sæcularis adminicula nō requirat, fideique totus inhęrens putet quo minus ista requirat, magis sibi posse suppetere.

21 Dub. Quid significatur per virgam, peram, & duas tunicas? ℞. Theoph. ꝙ quidam sic intelligunt, videlicet ꝙ non thesaurizēt, quòd significatur per peram, quæ cōgregat multa, neque sint iracundi & tribulati spiritus, quòd significat virga vel baculus, neque sint ficti, & duplici corde, quod significat tunica duplex.

22 Dub. Cur non vult, ꝙ portēt panem, neque pecuniam ad emendum eum, quæ tn̄ sunt necessaria itinerantibus? Resp. Aug. de consensu Euangelistarum, ꝙ dominus discipulos hæc ferre noluit, non ꝙ necessaria nō sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi monstraret ab illis quib. Euangelium credentib. annunciarent, tanquam stipendia militib. vt sic securi non possiderent, neque portarent huic vitæ necessaria nec magna, nec minima.

23 Dub. Quomodo deberēt manere in quācumq; domum intrassent, quia fortassis in aliqua habitassent gentes inhonestæ vitæ? ℞. Ly. ꝙ Matth. 10. Christus de hoc pręmonuit eos, dicens, in quācumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, i. fidelis, & bonæ famæ, & ibi manete.

24 Dub. Cur vult, quòd maneant in vna domo? ℞. Cyrillus, vt nec hospitem grauent, eum, s. dimittendo, nec ipsi gulositatis, & leuitatis suspitionem incurrant.

25 Dub. Cur non vult, ꝙ exeant illam domum? ℞. Amb. quòd alienum à prædicatore regni cœlestis asserit cursitare ꝑ domos, & inuiolabilis hospitij iura mutare.

26 Dub. Quia hic dicitur, & inde ne exeatis. & Matth. 10. dicitur, donec inde exeatis, & sic videtur contradictio? ℞. quòd non est intelligendum, ꝙ per hoc quod hic dicitur velit excludere causas honestas exeundi, vt ad docendum, vel huiusmodi, cum propter hoc intrauerint ciuitatem, sed per hoc vult excludere discursus curiosos, & inutiles, qui non debent esse in prædicatore, sed magis cessante necessitate debet vacare contemplationi, vt ibi hauriat, quod postea populo in prædicatione effundat.

27 Dub. Cur vult, ꝙ excutiāt puluerem de pedibus, &c. ℞. Beda, ꝙ ad ostendendum ꝙ non venerant prædicare ꝑꝑ temporale lucrum, quòd ét puluerē, q adhæsisset pedib. eorum de loco ipsorum non portarent.

Dub.

28 Dub. Cur dicit euangelizantes, & curantes? R. Eusebius, q quasi doctores erāt euāgelizantes, sed quasi medici præstantes remedia, & verba miraculis comprobantes.

29 Dubit. Quomodo fuerunt curantes vbique, quia solum misit eos ad Iudæos? R. qđ per ly, vbique, nō intelligitur, quòd fuerint vbique, sed quòd nullibi fuerint quin ibi euangelizauerint, & curauerint infirmos si ibi erant.

Alijs sensibus mysticis nō exponitur ratione dicta in prologo.

FERIA SEXTA. Pentecostes.

Factum est in una dierum. Luca 2. Matt. 9. Mar. 2. c.

Hæc historia facta est anno ætatis Christi, 31. die 21. Aug. die scilicet Iouis.

HISTORICE.

Domino quadam sedente die cum pharisæis, ac doctoribus legis, qui conuenerant vndiq; ut eum audirent docēté, miraculis doctrinam approbantem, non valentes quidem paralyticum quem ob consequendam sanitaté domino deferebant eius ob hominū multitudiné præsentare cōspectui, ex tecto demittentes corā eo statuerunt, quorū Iesus fide visa paralytico crimina relaxauit: cum vero pharisæorum, & scribarum quidā hunc blasphemare cogitarent, cum soli competat altissimo errata remittere. Ipse eorū agnitis cogitationibus, cur talia animo reuoluerent rogauit, quæsiuitq; quid leuioris foret facultatis proferre, tibi donantur peccata, an surge, & in pace perge: vtq; eum scelera abolere posse agnoscerent, paralytico, vt eū in quo iacebat lectū assumeret, domūque pprīā sospes abiret imperauit, qui ilico iussa exequens sanitate adepta, Deū gloriosum extollebat, quo oés assistétes miraculo viso, stupore simul, ac timore repleti, omnipotétem prædicabant Deum, mirabilia magna ea se asserentes vidisse die.

Obijciendum est contra dicta quadam, & hæc sunt soluenda.

1 Dubitatur. Vbi factum fuit hoc miraculum? Resp. quod ut habetur Marci 2. in Capharnaum.

2 Dubita. Cum Christus non haberet ubi caput reclinaret, in qua domo docebat? R. Ly quòd licet nō haberet propriā domum, non tamen negatur quin habuerit sicut hospes domum accōmodotam pro tpe ad manendum, & in tali docebat in Capharnaum.

3 Dub. Quid docebat? R. quòd semper docebat de pertinentibus ad regnum Dei.

4 Dub. Cur sedens docebat? Res. quia erat doctor doctorum, qui doctores docendo sedent super cathedram magistralem.

5 Dub. Cur etiam ipsi pharisæi, & scribæ sedebant? R. quoniam anima sedendo, & quiescendo fit prudens.

6 Dub. Ad quid conuenerant pharisęi, & scribæ? R. Ciril. quòd vt viderent prodigia quæ faciebat.

7 Dub. Vnde procedebat illa uirtus ad sanandum? R. qui supra, quòd propria virtute operabatur sicut Deus, & dominus.

8 Dub. Cum doceret cur portarunt paralyticum? R. Cirillus, quia necessarium erat vbi tanta scribarum, & pharisęorum turba conuenerat aliquid fieri ex his, quæ virtuti attestarentur ipsius coram eis qui eum par ui pendebant.

9 Dub. An esset altum tectum per qđ demiserunt paralyticum? R. Chrys. q aliquis dicit demissum fuisse locum à quo per regulas deposuerunt paralyticum.

10 Dub. Quid est paralysis? Res. q idem est quod resolutio membrorum, & est morbus quo membra dissoluuntur.

11 Dubit. Quot homines portabant paralyticum? Respond. quòd ut dicitur Marci 2. quatuor.

12 Dubit. Cur statuerunt eum ante Iesum? R. quod ut curaret eum.

13 Dub. Quomodo potest uideri fides? R. quod vidit Iesus, idest cognouit, & licet fides non possit uideri, cognoscitur tamen per signa exteriora, & Deus eam videt qui intuetur cor.

14 Dub. An paralyticus haberet fidem? R. Chrysost. quòd sic, & magnam, quia aliter non permisisset se submitti per tectum non credens.

15 Dubita. Cur remisit delicta paralytico? Resp. Beda quòd hominem dominus à paralysi curaturum, primo peccatorum vincula dissoluit ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum resolutione damnari, nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari.

Dub.

16 Dubit. Cur dicit homo dimittuntur tibi peccata? R. Aug. de quęst. Euange. q. ex hoc ipso, quòd homo erat, nō posset dicere non peccauit: simul etiam vt ille, qui homini dimittebat intelligeretur Deus.

17 Dub. Cur cogitabāt Pharisęi ipsum blasphemare? Resp. quia credebāt eum purum hominem, & dimittere peccata soli Deo cōpetit: attribuere autem creaturæ, qđ creatoris est, est vna species blasphemiæ.

18 Dub. Quia remittere peccatum non videtur auferre, quia adhuc remanet remissum? Resp. quòd remittere idem est, quòd abolere & delere, cum sit quoddam vinculum quo homo tenetur astrictus, quo soluto non amplius imputatur peccatori.

19 Dubit. Cur pharisæi non palam proferebant, quæ cogitabant? Resp. Chrys. q. metu multitudinis non audebant.

20 Dub. Cur statim imponunt blasphemat? Resp. Cyrillus, q. in hoc mortis præcipitant sententiam, quia lege cauetur, q. qui blasphemaret in Deum morte puniretur.

21 Dub. Cum sacerdotes dimittant peccata quomodo solus Deus dicitur dimittere? Respon. Bed. quia Deus eis dimittendi tribuit potestatem.

22 Dub. An eorum cogitatio sit cōtra Christum? Resp. Amb. super Lucam, quòd non, imò est pro eo, quia si ipse dimittit peccata, & ipsi confitentur solum Deum dimittere peccata, ergo Christus est Deus.

23 Dub. Cur non dicit in prima persona remitto tibi peccata? Resp. q. ideo quia nolebat propriam exprimere potestatem, quam tamen post cogentibus illis expressit.

24 Du. Cur eis dicit quid cogitatis &c. Rñ. Cyrillus. q. d. O pharisæi, qui dicitis quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Respondeo quis potest secreta cordis scrutari, nisi solus Deus, qui per prophetam dicit, Ego dominus scrutans corda, & probans renes.

25 Dub. Cur dicit, quid est facilius &c. Rñ. quòd Dominus non intendit de facilitate prolationis verborum, sed de effectu significati q. d. quid est facilius dimittere peccata, vel sanare paralyticum.

26 Dub. Quod horū est facilius? Rñ. Chrys. quòd consolidare corpus facilius est, quāto namque nobilior est anima corpore, tanto est excellentior absolutio criminum.

27 Dub. Cur ergo sanauit eum? Respon. qui supra, quia pharisæi illud non credebant, eo quod lateat, voluit adijcere, quod minus est, apertius tamen, quatenus quod est magis occultum per hoc demonstretur.

28 Dub. Quomodo poterāt cognoscere per sanationem paralytici, quòd haberet potestatem dimittendi peccata? Resp. quia per sanitatem illico restitutam, quæ solum poterat conferri virtute diuina, poterant cognoscere ipsum esse Deum, & per consequens, quòd habebat potestatē dimittēdi peccata.

29 Dub. Cur dicit in terra? Respon. Theophilus, quod in terra dimittit peccata, quia dum sumus in terra, possumus peccata nostra delere, postquàm autem à terra tollimur, non valebimus confiteri, clauditur enim ianua.

30 Dub. Cur imperatiuè dicit, surge? Resp. Lyra, quòd tanquam Deus imperando miracula facit, cum alij Sancti ea faciant implorando.

31 Dub. Cur præcipit tollere grabatum? Respon. Chrys. super Matth. quod vt demonstret ipsam sanationem per lecti portationem, & sic non reputaretur phantasma, qđ factum fuerat, & vt quod fuit testimonium infirmitatis, esset probatio sanitatis, vt dicit Ioannes Episcopus.

32 Dub. Cur mittit eum in domum suam? Resp. Chry. q. d. ego volebam per tuam passionem curare illos qui sani videntur, infirmantur autem in anima, sed quia nolunt, vade tuam correcturus familiam.

33 Dub. An statim dictis verbis à Christo curatus fuerit? Respondet Ambrosius vbi supra, quòd nec mora vlla sanitas interuenit, vt patet in tex.

34 Dubit. Quomodo magnificabat Deum? Respō. Lyra, quòd magnificabat Christum, tanquam verum Deum.

35 Dub. Quid est stupor? Resp. Catholicon, quòd est casus memoriam, & rationem auferens, & linguam impediens.

36 Dub. Quomodo stupor apprehēdit eos? Resp. quoniam miraculum factum excedebat limites naturæ.

37 Dub. Si stupebant, cur non perquirebant intelligere veritatem? Respondet Sanctus Tho. 12. q. 41. ar. 4. quòd differētia est inter admirari, & stupere, nam admirans refugit in præsenti dare iudicium de eo, quòd miratur, timens defectum, sed in futurum inquirit. Stupēs aūt timet, & in præsenti iudicare

care & in futuro inquirere. vnde admiratio est principium philosophādi, sed stupor est philosophicę considerationis impedimētū.

38 Dub. Quid est timor? Rñ. qui sup. 3. sent. dist. 34. q. 1. ar. 3. q. 1. quòd timor est desiderium 1. appetitus secundum sistolem mouens, i. secundum contractionem, quia in timore contrahuntur calor & spiritus ab exterioribus ad interiora.

39 Dub. Quot sunt species timoris? Resp. q sup. 12. q. 41. art. 4 ꝙ sunt sex. s. segnities, erubescentia, verecūdia, admiratio, stupor, & agonia. nam timor est de futuro malo qđ excedit facultatem timentis, vt sibi resisti non possit, & potest considerari vel in operatione eius, vel in exterioribus rebus: in operatione potest dupliciter malū timeri. Primo quidem labor grauans naturam, & sic causatur segnities, s. cum aliquis refugit operari, propter timorē excedentis laboris. Secundo in operatione potest contineri turpitudo lędens opinionem, & si sit in committendo, est erubescentia: si autem sit de turpi iam facto, est verecundia. Malum in exterioribus rebus consistens tripliciter potest excedere hominis facultatem ad resistendum. Primo ratione suæ magnitudinis: sicut cū quis cogitat aliquid malum cuius exitū considerare non sufficit, & sic est admiratio. Secūdo ratione dissuetudinis, quia scilicet aliquod malum incōsuetum nostræ considerationi se offert, & sic est stupor, qui causatur ex insolita imaginatione. Tertio modo ratione improuisionis, quia prouideri non potest sicut futura infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia.

40 Dub. Quæ est causa timoris? R. qui sup. q. 44. art. 2. ꝙ duplex ex causa timoris. Vna per modum materialis dispositionis ex parte eius qui timet. Alia per modum causæ efficientis ex parte eius qui timetur Primo modo defectus est causa timoris per se loquendo, quia ex defectu virtutis contingit, ꝙ quis de facili non potest expellere imminens malum, sed quo ad secundum modum virtus, & robur per se loquendo est causa timoris: ex hoc enim quod aliquid apprehenditur vt nociuum, & virtuosum, contingit quòd eius effectus repelli non potest.

41 Dub. Qui sunt effectus timoris? Res. qui sup. art. 3. ꝙ vt dicit Tullius in 4. Tusculen. quæ. ꝙ timorem sequitur tremor, & pallor & dentium strepitus.

42 Dub. Quid est obiectum timoris? R. qui supra, art. 1. quòd est malum.

43 Dub. Cur nullus timet mortē, cū sit malum? R. qui sup. art. 2. quia vt dicit Philoso. 2. Rethoricorum, quæ valde longe sunt nō timentur. Sciunt. n. omnes homines ꝙ morientur, sed quia non prope est, nihil curāt.

44 Dub. Quare videntes sibi mortē imminere non timent? R. qui supra, quia timor est de futuro malo, & ipsi propter necessitatem moriendi æstimant tanquam præsens, ideo non timent, si tamen haberent aliqui spem euasionis tunc timerent.

45 Dub. An timor possit timeri? R. qui sup. ar. 4. ꝙ sic. inquantum prouenit à causa extrinseca, ne scilicet immineat alicui necessitas timendi propter incongruentiā alicuius excellentis mali. sicut latro timet ne eum timere oporteat, si iudex caperet eum & faceret suspendere, sed inquantum prouenit à causa intrinseca, subiacet voluntati inquātum appetitus inferior obedit rationi. Vnde homo potest timorem repellere, & secūdum hoc timor non potest timeri.

46 Dub. An timor possit esse de malo culpę? R: qui sup. q. 42. ar. 3. quòd cum malū culpæ subiaceat voluntati, quod potest vitari, ideo tale malum non timetur, licet homo timeat se duci ab aliquo per quem inclinetur ad malum culpæ.

47 Dub. Cum homo timeat separari à Deo, quòd non pōt esse, nisi per peccatum, ergo vr quòd homo timeat malum culpæ? R. qui supra, quòd separatio à Deo est quædā pœna consequens peccatum, & cum omnis pœna sit ab exteriori causa, sic potest timeri.

48 Dub. Quia cum verecundia sit de turpi actu facto, qđ est malum culpæ, ergo malū culpæ timetur? R. qui sup. quòd verecundia non est timor de actu ipso peccati sed de turpitudine, vel ignominia, quæ sequitur ipsum, quæ est à causa extrinseca.

49 Dub. Cur Deus timetur, qui est bonus, & obiectum timoris sit malum? R. qui sup. ar. 1 quòd non timetur, eo quòd sit malus, sed quia sua virtute potest infligere malum.

50 Dub. Quæ differentia est inter timorem mundanum, & diuinum? Resp. qui supra, in 3. sen. dist. 34. q. 2. ar. 1 q. 2. quòd timor mūdanus est ille, qui respicit pœnā, pp quam vitandam aliqs committitur peccatum, & talis timor respicit pœnas tpales: sed timor diuinus est, qui respicit culpam, vel pœnam

culpæ

culpę, vel culpam, & pœnam simul.

51 Dub. An timor mundanus possit esse bonus? R. qui sup. 2. 1 q. 19. ar. 3. q. cum timor mundanus procedat ab amore mundano, tanquam à mala radice, semper est malus.

52 Dub. An timere principes sit timor mundanus, vel humanus? R. qui sup. q. ipsos timere in quantum habēt potestatem à Deo, & ea bene vtūtur, est potius timor diuinus, quàm humanus, sed eos timere inquantum Deo contrariantur est timor mundanus.

53 Dub. An homo timens sui corporis detrimentum, & rerum temporalium peccet? R. qui sup. q. talia fugere est naturale, sed qđ homo timore tali velit recedere à iustitia, & peccare mortaliter, vt illa non patiatur, est cōtra rationem naturalem, & talis timor est mundanus, & malus.

54 Dub. An timor excuset à peccato? R. q. 125. ar. 4. q. non excusat à toto, i. quin illud sit mortale, si sit contra præcepta Dei. & ita habetur 32. q. 5. c. ita ne, & extra, quòd metus causa, c. sacris.

55 Dub. Quæ differentia est inter timorem filialem, initialem, seruilem, & mundanum? Resp. S. Thom. vbi sup. q. 19. ar. 2. q. quando homo à Deo recedit propter mala, quæ timet, talis dicitur timor mundanus, sed si aliquis inhæreat Deo propter timorem pœnæ, erit timor seruilis. Si autem propter timorem culpæ, erit timor filialis, nam filiorum est timere offensam patris. Si autē propter vtrumque est timor initialis, quæ est medius inter vtrumque.

56 Dub. An timor sit virtus theologica? Rñ. qui sup. ar. 9. q. non, quia obiectum timoris est malum, quod quis refugit, & non Deus. Obiectum aūt virtutis theologicę est Deus.

57 Dub. An aliquo modo in Deo sit timor? Respon. qui sup. ar. 2. q. non, quia non habet superiorem, cui subijciatur.

58 Dub. An in sanctis in patria erit timor? Resp. qui sup. q. sic timor filialis, iuxta illud Psalm. 18. Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi, & non erit pœnalis, sed admirationis.

59 Dub. An in Christo fuerit timor? R. qui sup. 3. par q. 7. ar. 6. q. sic, vt habetur Esa. 2. replebit eum spiritus timoris domini, & erit secundum quod respicit diuinam eminentiam, prout anima Christi ex reuerētia mouebatur in Deum Spiritusancto acta.

60 Dub. An in damnatis erit timor? Rñ. qui sup. 12. q. 67. art. 4. quòd non, quia erūt sine spe euasionis, posset tamen in eis esse timor pęnæ propter successionem pęnarum, quia sic remanet ibi ratio futuri, quod est obiectum spei.

61 Dub. Quis horum est timor Spiritussancti? R. qui sup. 2. 2 q. 9. art. 9. q. timor filialis siue castus, quòd idem est. Et tenet quasi primum locum ascendendo, & vltimum in descendendo.

62 Dub. An illi, qui dicebant, vidimus mirabilia hodie, crediderit Christum fore Deū? Resp. Chrys. super Matth. q. non, quia obstabat eis caro, nec tamen parum erat æstimare eum præcipuū esse mortalium, & à Deo processisse, vt dicitur Matth. 6. c. dicentes, qui dedit potestatem talem hominibus.

ANAGOGICE.
& Tropologicè.

[Quòd Dñs sedens docet] significat doctores Ecclesiæ sedentes, & docentes per pdicationem [quòd virtus Domini, &c.] significatur, quòd prædicatur in vanum, nisi spiritus Dñi intus inflāmet [Paraliticus Christum quærens] significat animam dissolutā operationibus Christum quęrere [quòd impeditur à turba] signat, q. cogitationibus multis homo impeditur [quòd aperiunt tectum, vt ante Christum ponat] figurat, q. apertis sacrarum mysterijs scripturarum, ad notitiam Christi peruenitur [portantes paracliticum] doctores significant, [quòd in lecto deponitur] significat Christum debere cognosci ab homine in ista carne adhuc constituto [quòd Christus dimittit peccata] designat in curatione animæ peccata debere extirpari [de grabato surgere] est animam à carnalibus desiderijs abstrahere [grabatum tollere] est ipsam carnem per continentiæ frena correptam spe cęlestium præmiorum à delitijs segregare terrenis [domum ire] est ad internam sui custodiā ne iterum peccet redire [quòd dicunt vidimus mirabilia hodie] designat mundatos à peccatis nunquàm ita bene vidisse, i. intellexisse, quæ agenda sunt.

ANAGOGICE.

Contemplemur Christum dominum sedentem, & Angelos docentem, qui electis oīa dimittit peccata, vt ciues efficiant supnæ ciuitatis, & in futura resurrectione aīas nostras cum lectis suis, i. corporibus assumptis in domum cęlestem introducet, vbi sp

magnificabunt Deum omnipotentē stupentes de tam ineffabili gloria, & erunt omnes repleti timore reuerentiali, dicentes, q̃ viderunt mirabilia in die æternitatis.

SABBATO POST Pentecosten.

Surgens Iesus de synagoga.

Quære feria 5. tertiæ dominicæ quadrag.

DOMINICA DE TRINITATE.

Cum venerit paraclitus.

Quære in dominica infra oct. Ascensionis.

DOMINICA DE TRINITATE secundum ordinem Prædicatorum.

Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine. Ioan. 3.

Historia huius Euang. facta est anno ætatis Xpi 31. die 16. Aprilis, s. in die Mercurij.

HISTORICE.

Pharisæus quidam Iudæorum princeps Nicodemus nomine ad dñm nocte quadam venit, eumq; magistrum compellās ex perpetratis ab eo signis à Deo venisse confessus est: cui dominus ait, nullum Dei regnum intueri posse, nisi iterum nascatur: at Nicodemus admirans sciscitabatur, quonam pacto senex homo nasci possit, & an genitricis vterum rursus ingredi necesse sit, vt inde oriatur: dominus aũt ex aqua, & Spiritu sancto renasci, se intelligere dixit, nec alio in regnum posse modo Dei penetrare. nã ex carne caro exit, spiritum vero ex spiritu procedere dixit, nec ex dictis mirari eum debere, qm̃ spiritus vbi libet spirat, eiusq; audiunt vocem ignorantes ortũ, & finem, similemq; eum fore, qui ex spiritu natus esset. Quærēte aũt Pharisæo, quonã hæc modo possent fieri. Res. Dñs ipsum in lege doctum esse, & horum nõ habere notitiam se aũt & loqui, & attestari, qđ vidisset & agnosceret, nec tñ eius fidem dictis eos dare velle. Si ergo de terrenis disserens sibi non creditur, quo cœlestia pertractanti assentiet? Subiunxit vero neminem cœlum conscendere posse, nisi is, qui & e cœlo aduenit, & cœlum inhabitat. Filium vero hominis exaltari oportere, sicut à Moyse serpens exaltatus fuit, vt quilibet eius inhærens dictis, non intereat, sed vita fruatur æterna.

Nonnulla declaranda sunt dubia.

1 DVBITATVR. An iste esset Dominus omnium Iudæorum, quia dicitur princeps Iudæorum? Resp. Glo. quod princeps Iudæorum, idest vnus de principibus Iudæorum.

2 Dub. Cur venit nocte? Resp. Ly. quia non audebat venire palam, nec à synagoga expelleretur.

3 Dub. Quia dicitur Io. 7. quod nullus ex principibus credidit in Christum? Resp. q̃ illud dictum fuit pharisæorum, qui nesciebant Nicodemum secretè credere.

4 Dub. Cur exprimitur nomē Nicodemi? R. Ly. quod ad ostendendum famã ipsius.

5 Dub. Cur dicitur princeps Iudæorum? Resp. Beda quod ad ostendendum officium dignitatis eius.

6 Dub. Cur vocauit Nicodemum doctum, cum stulta mundi elegerit Deus? Resp. Ly. quod licet primos à se vocatos voluerit esse simplices, ne doctrina fidei sapientiæ humanæ ascriberetur, ita etiam à principio vocauit aliquos literatos, ne ipsa contemptui haberetur quasi à solis simplicibus recepta.

7 Dub. Cur non vocat eum Deum, sed magistrum? Resp. Aymo. quia licet crederet à Deo missum, non tamen agnoscebat.

8 Dubita. Cur Nicodemus nihil sequirit à Christo, sed solum pfitetur à Deo venisse? Resp. Lyra, quod minus dixit, & plus significauit, quia per illa verba ostendit se desiderare informari ab eo.

9 Dub. Quid voluit dominus intelligi per nasci denuo? Respon. August. super Ioan. ex Deo, spirituali, scilicet, regeneratione p baptismum.

10 Dubit. Cur Christus dixit sibi, nisi quis natus fuerit denuò, &c. Respon. Chrysost. super Ioan. quod q. d. si tu non natus fueris desuper, & dogmatum susceperis certitudinem, alicubi extra erras, & longe es à regno cœlorum.

11 Dub. Quid est videre regnum Dei? Res. Aug. idest diuinitatem Christi.

12 Dub. Quia patres veteri testa. sunt saluati sine baptismo? Respon. Lyra, quod saluati sunt in fide Christi venturi, & sic habuerũt rem baptismi, & etiam habuerant in figura in aliquo correspondente, per quod tollebatur peccatum originale.

13 Dub. An ex tunc baptismus esse de pcepto? Resp. Magister Hugo, quod non, nec hic dominus sententialiter promulgauit baptismi necessitatem ex tunc, sed facturus quod erat reuelauit amico.

14 Dub. Quid significant verba, quæ respondit Nicodemus? Respond. Lyra, quod arguit

guit contra Christum, vt intelligat modum regenerationis, & arguit dupliciter. Primò ex ætate, quia ille, qui nascitur est puer, a senectute nō pōt aliquis redire ad pueritiam, ergo talis regeneratio est impossibilis, & hoc est, quod dicit, quō pōt homo nasci cū sit senex, nam erat assuetus sensui literali, & ideò arguit de generatione carnali. Secūdò, arguit ex quantitate nascentis, quæ est parua, vt possit includi in vtero matris, & videtur impossibile, quòd ille renascatur, qui iā est perfectæ quantitatis, & hoc est, ꝙ dicit, nunquid potest in ventrem matris &c. q. d. non; quia quantitas non permittit.

15 Dub. Quomodo respondet dñs ad prædicta argumenta? ℞. qui supra, quòd dicens nisi quis renatus &c. respondet, quòd non intelligit de generatione carnali, de qua intelligebat Nicodemus, sed de spirituali, quia argumenta Nicodemi non concludunt, quæ procedunt de generatione carnali.

16 Dub. Cur Nicodemus posuit potius exēplum de sene, quàm de viro? Res. Beda, quoniam ipse erat senex.

17 Dub. Cur Christus dicit regenerationē debere fieri ex aqua & spiritusancto? Resp. Augustin. quòd in huiusmodi generatione aqua visibilis ad emundationem corporis intelligitur, Spiritus vero inuisibiliter concurrens ad emundationem, inuisibilis animæ mittitur.

18 Dub. Quō pōt homo nasci ex aqua spiritualiter? Res. Chrys. dicens. Ego quoq; interrogo te, quomodo natus est Adam ex terra, sicut enim in principio subijciebatur elementum terræ totum uero opus plasmantis erat, ita & nunc subijcitur elemētum aqua, totum vero est spiritus gratiæ.

19 Dub. Cur est necessaria aqua his, qui Spiritūsanctum suscipiunt? Resp. Chrys. quòd quia in ea diuina perficiuntur symbola, sepultura & mortificatio, resurrectio, & vita, sicut enim in aliquo sepulcro in aqua, nobis submergentibus capita, vetus homo sepelitur, & submersum deorsum occultatur, dein de nouus rursus ascendit, hoc etiā fit, ut dicas quoniam virtus patris, & filij, & Spiritus sancti omnia complent. Et quod Christus tres dies ad resurgendum expectauit, quod igitur est matrix fœtui, hoc est fideli aqua, in aqua enim plasmatur, & figuratur, sed ꝙ in matrice plasmatur tempore indiget, qđ uerò in aqua, non ita, sed in vno momento omnia fiunt, talis enim est natura corporum, ut tempore assumant perfectionem: in spiritualibus uero non est ita, quoniam à principio perfecta constituuntur, quæ fiūt. Ex quo enim ascendit à Iordane dominus, non adhuc reptilia animalium uiuentium, sed animas spirituales, & rationales aqua reddit.

20 Dub. cur dominus post dicit, quod nascitur ex carne caro est &c? Resp. Aymo. quia Nicodemus non poterat capere talia, ac tanta secreta mysteria. Ideò dominus de carnali natiuitate similitudinem dedit, quod sicut caro carnem procreat, ita quoque spiritum spiritus parit.

21 Dub. Cur dominus dixit Nicodemo, non mireris? ℞. Chrys. quod quia uiderat eū turbatum ex hoc, quod dixerat, quod natū est ex spiritu spiritus est, & spiritus ubi uult spirat. Ideo dicit ei, non mireris.

22 Dub. Quō intelligitur, spiritus ubi uult spirat &c? Res. Chrys. qđ intelligit de uento qui spirat. i. flat, & uocem. i. sonum eius audis, & nescis unde uenit, i. ex quo loco determinato, aut quo uadat, i. ad quē locū determinatum, & uoluntas capitur hic pro inclinatione naturali, & sic est omnis, qui natus est ex spiritu, quia in tali generatione est aliquid occultum, & aliquid patens ad sensum. August. autem intelligit de Spiritu sancto, qui loquitur in prophetis, quorum uoces sensus percipiuntur, sed principium sacrarum scripturarum, qui est Spiritussanctus, & finis, qui est cœlestis beatitudo nobis occultantur, & sola fide tenentur. quæ expositio, secundum Lyram, uidetur rationabilior, quia Nicodemus erat doctus in sacra scriptura. Et ideo uidetur, quòd magis dominus ei exemplum dederit de talibus, quòd de uento materiali, & sic litera est plana, quia Spiritussanctus non ex necessitate, sed ex mera liberalitate inspirat homines.

23 Dubitat. Cur solum loquitur de carne, & non de ossibus & sanguine? Respond. Lyra, glossando, quod natum est ex carne, idest secundum uirtutem carnalis generationis, caro est, idest constituitur in uita carnali tantum, in qua sunt nedum caro, & ossa, sed & sanguis & nerui.

24 Dubit. Cur interrogat Nicodemus quomodo possunt hæc fieri? Resp. Aymo: quod quia mysteriū diuinæ maiestatis capere nō

valet. Et ideo rationem quærens factum nõ abnegans, non voto reprehensionis, sed affectu discentis dominum interrogat.

25 Dub. Cur vocat eum magistrum? Respon. Lyra, quia erat doctor in lege.

26 Dubi. Cur Christus insultat ei, dicendo, quòd hæc ignorat? R. Aug. quia si debebat nasci de spiritu, oportebat quòd esset humilis. Ille aũt magisterio inflatus erat, & alicuius momẽti sibi esse videbatur, quia doctor erat Iudæorum, deponit ergo dominus eius superbiam, vt possit nasci de spiritu.

27 Dubi. Quomodo debebat hęc scire Nicodemus? R. Chrys. quia in lege Moysi figuratiuè continebatur baptismus, & fuerat etiã prænunciatus per prophetas. Vide fer. 6. Paschæ, de baptismo, quasi per totum.

28 Dub. Cur dicit, quòd scimus loquimur? R qui sup. quod in hoc arguebat tarditatem Nicodemi, qui cito debuisset credere Christo scienti, & cuius doctrinam confessus fuerat à Deo esse.

29 Dub. Cum in principio loqueretur in singulari, cur nũc in plurali dicit, quod scimus, &c. Res. Aymo, qđ vt ostendat, quòd pater est in filio, & filius in patre, & Spiritussanctus ab vtroque indiuisibilis procedat.

30 Dub. Quid testatur Christus? Resp. Alcuinus, i. quod vidimus apud patrem in abscondito, hoc testamur in mundo.

31 Dub. Cur dicit in testimonium nostrum non accipitis, cum ipse crediderit? Respond. Theop. qđ non de Nicodemo hoc dicit, sed de genere Iudęorum, qui vsque in finem in perfidia permanserunt.

32 Dub. Cur Christus nihil terrenum dixerit Nicodemo, quomodo dicit si terrena dixi uobis? Resp. Chry. q; exponit de vento, ut dictum fuit dub. 22. Aug. de suscitatione tẽpli, de quo dixerat Ioan. 2. Beda vero de generatione spirituali, quæ efficitur in terra sub elemento aquæ.

33 Dub. Quid intelligit per cęlestia? Resp. Lyr. quòd emanationem personarum in diuinis, quæ est valdè ardua, & de difficili valde intelligibilis.

34 Dub. Cur dicit non creditis, & non potius dixit, non intelligitis? Res. Chrys. quod cum quis aliqua per intellectum suscipere non valet amentiæ, vel ignorantiæ imputatur: cum autem hoc non suscipiat aliquis, quod solum fide oportet suscipere non amentiæ, sed infidelitatis est accusatio.

35 Dub. Cum sancti ascendant in cęlum, & non descenderunt, quomodo verum dicit, nemo ascendit in cęlum &c. Res. Aug. quod nemo potest ascendere in cęlum nisi efficiatur membrum Christi, qui descendit de cœlo, & ita etiam ipsi in Christo descenderunt de cœlo, quia ipse non aliud deputat corpus suum, idest Ecclesiam suam, quam se ipsum.

36 Dub. Cur ponit exemplum de serpente exaltato? Res. Beda, quòd illud dicit demõstras in figuram suæ passionis, & humanæ saluationis fuisse factum.

37 Dub. Quomodo figurat exaltatio serpentis mortem Christi? R. Lyr. quòd serpens in deserto exaltatus habuit quidem similitudinem veneni inquantum dicebatur serpens, venenum autem non habuit, quia ęneus: sic Christus habuit similitudinem peccati ex carne, in qua passus est, & fuit tamen omnino sine peccato.

38 Dub. Quomodo exaltatus fuit Christus? Resp. Theoph. quia fuit suspensus in altum, & quia per mortem fuit etiam exaltatus, quia datum est ei nomẽ, quod est super omne nomen.

39 Dub. Cur non dicit oportet pendere filiũ hominis? Res. Chry. qđ hoc honestius videbatur dictum, vnde & propter audientem, & propter figuram, hoc posuit, ut dicas, qm̃ coniuncta sunt vetera nouis.

40 Dubit. Cur ita obumbratè locutus fuit? R. Chrys. quod ne ex eius verbis fieret tristis auditor.

41 Dub. Cur dicit, vt omnis, qui credit in eũ non pereat? Res. Chrys. qui sup quòd in hoc ostendit fructum passionis manifestè.

42 Dub. Cur dicit, sed habeat vitam ęternã Resp. Aug. q; ad ostendendum, q; res figurata per serpentem est excellentior ipsa figura, quia, qui mordebantur à serpentibus respicientes serpentem ęneum sanabantur à morte ad vitam temporalem: ij autem, qui conformantur passioni Christi habẽt vitam ęternam.

43 Dub. An naturali ratione cognosci possit pluralitas personarũ in diuinis? Resp. S. Tho. 1. par. q. 32. q; impossibile est p rationẽ naturalem ad cognitionem Trinitatis diuinarũ personarũ deuenire, sed bene probari pôt per auctoritate his, qui auctoritates suscipiunt: apud alios vero, sufficit defendere nõ esse impossibile, quod pręedicat fides.

Dub.

44 Dub. Quia cum tres personæ diuinæ sint tres habentes deitaté, cur non dicuntur tres Dij? Res. qui sup. q. 39. ar. 3. q. licet Deus significet habentem deitatem, tamé est alius modus significandi. nã dicitur Deus substantiue, sed habens deitatem dicitur adiectiue. Vnde licet sint tres habentes deitatem, non tamen sequitur, quòd sint tres Dij.

ALLEGORICE.

[Nicodemus princeps Iudæorum veniens ad Iesum nocte] significat Iudæos obnubilatos tenebris ignorantiæ, qui venient ad fidem Christi tempore Enoch, & Helyæ, quia cum intrauerit plenitudo Gentium, tũc omnis Israel saluus erit, & illuminabuntur omnes, renascentur ex aqua & Spiritusancto, & finaliter habebunt uitam æternam.

TROPOLOGICE.

Docentur dubij in fide, vt veniant ad Iesum, i. eius ministros, nocte, i. sub silentio, & perquirant ea, quæ ad eorum salutem pertinent, ut possint introire in regnum Dei.

ANAGOGICE.

Terrena derelinquentes cœlestia contemplari licet, & sic nocte, i. clausis oculis corporalibus per mortem, anima soluta ad cœlum tẽdet ad magistrum nostrũ, & omniũ Xp̃m Iesum, qui suis mellifluis verbis nos consolabitur, eius diuinitatem nobis manifestando, vt ipsa fruamur in sęcula sęculorũ. Amẽ.

IN FESTO CORPORIS Christi.

Caro mea vere est cibus. Io. 6.

Hæc verba dixit dominus ianno ætatis suæ 32. die 14. Aprilis, in die Martis.

HISTORICE.

Dominus Iudæis ait, suam carnẽ verè cibũ fore, & suum potum esse sanguinẽ, eumque in se. manere, qui sumeret ea &c. quẽadmodũ autem à patre viuens missus foret, ita & se propter genitorẽ viuere, huncque de cęlo descendisse panem, quem edens vita fruetur æterna, nequaquam, vt qui manna mãducauerunt, & morte affecti fuerunt.

Hæc sunt, quæ occurrunt dubia.

1 DVbita. igitur, vbi erat Iesus quando hæc verba dixit? R. q. in Capharnaũ, & in synagoga, vt habetur ante istud Euang.

2 Dub. Cur caro Christi dicitur cibus, & sanguis potus? Resp. Ly. post Chry. quia reficiunt animam, quæ est immortalis.

3 Dub. Cur dominus dicit prædicta verba? R. Chrys. quod vt ostendat, q. hic est verus cibus, qui saluat animas.

4 Dubit. Quomodo manducans eius carnẽ in eo manet, & econtra? R. Ly. in me manet, idest vnitur mihi, & ego illi &c.

5 Dub. Cur dicitur viuens pater? R. Lyra, quia est vita per essentiam.

6 Dub. Quo eum misit pater? R. quod misit, i. incarnari constituit.

7 Du. Quomodo ipse viuit propter patrẽ? R. qui sup. quòd inquantũ Deus viuit, p̃pter patrem, inquantum procedit ab eo, accipit tamen eandem vitã, quã habet pater: sed in quantum homo, viuit propter patrẽ, inquãtum vnitur. supposito procedenti à patre, quam vnionem cõcomitatur plenitudo gratiæ, quæ est spiritualis vita.

8 Dub. Quomodo viuit propter eum, qui manducat eum? R. qui sup. q. inquantum p̃ sacramentum Eucharistiæ aliquis vnitur Deo, viuit spiritualiter.

9 Du. Quæ vnio est manducãtis ad ipsum? R. qui supra, q. est vnio per fidem, & dilectionem, & non realis in vnitate suppositi.

10 Dub. Cum infideles viuant, & viuẽt post resurrectionem, & tamen non manducant, ergo videtur, quòd absque manducatione quis potest viuere? R. Chry. quod intelligit de vita gloriosa mercedem habente, qua nõ viuunt, neque viuent infideles.

11 Dub. Cur non dicit, sicut ego manduco patrem, & viuo propter patrem? R. August. quòd filius participatione patris non fit melior, sicut participatione filij per vnitatem corporis eius, & sanguinis quòd illa manducatio, & potatio significat, nos efficimur meliores.

12 Dub. An comedendo hunc panem comedamus purum Deum, vel purum hominẽ, aut vtrunq;? R. Theoph. quod nõ purum Deũ, quia impalpabilis, & incorporeus est, neq; etiam puri hominis carnem comedimus, quæ nil posset p̃ficere, sed quia Deus carnem sibi vniuit, caro eius viuificata existit. non quòd in Dei naturam transierit, sed secundum quandam igniti ferri consuetudinem, quòd & ferrum manet, & ignis actum ostendit: sic & caro domini viuificatiua est tanquam caro verbi Dei.

13 Dub. An Christiani manducantes dignè hoc sacramentum saluabuntur? R S. Thom.

in 4. sen. dis. 46. q. 2. ar. 3. q. 2. qđ dignè manducans, quantum est ex virtute sacramenti, ad vitam æternam perducitur, quamuis aliquis se possit tali fructu priuare per peccata etiam postquam digne sumpserit.

84 Dub. alia circa materiam huius sacramenti Require in die palmarum dub. 88. vsque ad dubium 336.

DOMINICA I. POST Pentecosten.

Estote misericordes. Luc. 6. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 32. die 13. Iulij in die Iouis.

HISTORICE.

Discipulos dominus hortatus est, ut genitoris sui exemplo misericordes efficerentur, utq; iudicarent, aut cōdénarét neminē, ne talia, & ipsi paterētur, dimitterent vero, & contribuerent, ut similia cōsequerentur. Amplamq; mēsurā in eorum fore sinum reponendā, & qua ipsi vsi forent mēsura, consimilis eis remetienda debere: cœcorum eis quoq; similitudinē induxit, quorū neuter, alteri ducatum præstare ualet, alioquin in præceps ambo ruunt: ait etiā nullum discipulum magistrum excedere, sed tunc eum perfectum existere si suum æquaret præceptorem: insuper monuit, vt quis primo prospiciat, vt ex suo oculo trabē eruat, ut post rectè prospectans ex fratris oculo festucam educat.

Determinanda sunt occurrentia dubia.

1 Dubitatur. Vbi, & quibus dńs dixit hæc verba? Resp. qout habetur ante istud Euāgelium, erat in loco campestri post descensum montis, vbi aderant eius discipuli, & multitudo copiosa plebis.

2 Dub. Quid est misericordia? Res. S. Th. 1. par. q. 21. ar. 3. qđ est alienæ miseriæ in nostro corde compassio, qua vtiq; si possemus subuenire compellimur.

3 Dub. An misericordia sit virtus? R. qui supra 2. 2. q. 32. art. 3. qđ si dolor de aliena miseria noiat motū appetitus sensitiui, misericordia passio est, & nō virtus. si vero nominat motum appetitus intellectiui secūdum rationem regulatam, sic est virtus moralis.

4 Dub. An misericordia sit maxima uirtutū? Res. qui sup. ar. 4. qđ misericordia secūdum se est maxima virtutum, sed per comparationem ad habentem eam, si talis non habet superiorē, sicut Deus, eius misericordia est maxima, vnde & misericordia ponitur proprium Deo. Si vero ea habeat superiorem, misericordia non est maxima virtutum, sed illa, per quā coniungitur superiori, & sic in nobis, qui Deum habemus superiorem, charitas, per quam coniungimur Deo, est excellentior misericordia.

5 Du. Quæ sunt illa, quæ magis mouēt homines ad misericordiam? R. qui sup. ar. 1. qđ mala corruptiua, & contristatiua. Secundò, mala, quorū fortuna est causa, puta qđ aliquod malum eueniat, vnde sperabatur bonum. Tertiò mala, quæ indigne patiuntur.

6 Dub. Qui hominū sunt magis misericordes? Res. qui sup. ar. 2. q. amici & propinqui, senes, sapientes, ac timidi, qui considerant se talia posse pati.

7 Dub. qui hominum sunt magis immisericordes? Res. qui sup. q. illi nihil mali putant se posse pati, similiter irati, & qui uolunt cōtumeliam inferre, quia interim quod sunt in hac dispositione non miserentur. Prouer. 27. ira non habet misericordiā, neque erumpens furor: similiter superbi, qui contemnunt alios, & reputant eos digne pati.

8 Dub. An in Deo sit misericordia. Vide fe. 6. quatuor temporum Aduentus, dub. 35.

9 Dub. An in oībus operibus Dei sit misericordia, & iustitia? Res. qui sup. 1. par. q. 21. art. 4. q. sic, qa quicquid facit Deus in rebus creatis, secundum conuenientem ordinem facit, in quo consistit ratio iustitiæ, opus aūt diuinæ iustitię semp prēsupponit opus misericordię, & in eo fundatur. creaturę .n. nō debetur aliquid nisi propter aliquid in ea p̄ existens, vel precōsideratū: & rursus si aliud creaturę debetur, hoc erit propter aliquid prius, & cum nō sit procedere in infinitum, oportet ad aliquid deuenire, quod ex sola bonitate diuinæ voluntatis dependeat, quę est ultimus finis, & sic in quolibet opere Domini apparet misericordia quantum ad primam radicem eius, cuius virtus saluatur in oībus consequentibus, & etiā vehementius in eis operatur, sicut causa primaria uehementius fluit, quam causa secunda.

10 Du. Quomodo omnipotentia Dei parcēdo, & miserēdo manifestatur? Resp. qui sup. q. 25.

q.25.art.3.quia liberè peccata dimittit. Itē quia parcendo hominibus, & miserando, eos perducit ad participationem infiniti boni, quòd est vltimus effectus diuinæ virtutis. & etiam quia effectus diuinæ misericordiæ est fundamentum omnium diuinorum operum.

11 Dub. Quando punit iniquos, quomodo miseretur? ℞. qui sup.q.20.ar.3.ꝙ etiam ibi apparet misericordia, non quidem totaliter relaxans, sed aliqualiter alleuians. dum punit citra condignum.

12 Dub. An sit aliquod signū misericordiæ Dei? ℞. qui sup. ad Heb.3.lect.2.ꝙ magnum signum est, quando temporaliter punit.

13 Du. An Deus agat misericordius cū vno quàm cum alio? ℞. qui sup. in 4. sen dist.46. q.1.art.2.q.4.ꝙ misericordia respicit absolutè diuinum effectum non concernendo aliquam proportionem, vel æqualitatem in ipso, vnde ſm maiorem misericordiæ effectum dř misericordius agere cum vno, ꝗ cum alio, si hoc referatur ad actionem, ſm ꝙ determinatur ad effectum, non autem si referatur ad eam, secundum ꝙ exit ab agente, quia ipse vna, & inuariabili misericordia cum omnibus misericorditer agit.

14 Dub. An misericordia Dei sit infinita? ℞. qui supra, ad Ephe.2.lect.2. ꝙ sic, quia non coarctatur angustijs diuitiarum, neque timore nocumenti restringitur, & neque lege superioris.

15 Dub. An sperandum sit de misecordia Dei? Resp. qui sup. super Ps.50.ꝙ sic primo, quia proprium Dei est misereri. Secundo, quia omnibus sperantibus in eum semper misertus est.

16 Dub. An Deus miserendo agat contra iustitiam? Resp. qui sup.1.par.q.21.artic.3.ꝙ non, sed aliquid supra iustitiam operatur.

17 Dub. Quod est maius Dei, vel creare iustum, vel misericorditer iustificare impiū? Resp. qui sup.3.par.q.43.art.4.ꝙ & si vtrūque sit æqualis potentiæ; tamen iustificare impium est maioris misericordiæ.

18 Dub. Cū pater sit infinitæ misericordiæ, quomodo possumus esse misericordes, sicut ipse est? Resp. Ly.ꝙ non oportet, ꝙ currat similitudo quantum ad omnia, sed solum ꝙ quemadmodum Deus releuat miserias nostras non expectando aliquid à nobis, sed ꝓpter suam bonitatem, sic homo dēt moueri ad releuandum miseriam proximi propter amorem bonitatis diuinæ.

19 Dub. Quare prohibet iudicare, cū Deut. 16. dicitur, iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, vt iudicēt populum iusto iudicio? Resp. S. Thom.1.par.q.60.ar.2.ꝙ dominus prohibet ibi iudicium temerarium, quod est de intentione cordis, vel alijs incertis.

20 Dub. An semper sit licitum iudicare? ℞. qui sup.2.q.60.art.2.ꝙ iudicium intantum est licitum, inquantum est iustitiæ actus, & ad hoc quod sit actus iustitiæ, tria requiruntur. Primo, vt ꝓcedat ex inclusione iustitiæ. Secūdo quòd procedat ex auctoritate præsidentis. Tertio quod proferatur secundum rectam ratione prudentiæ.

21 Dub. Quia videtur, quòd nulli homini licet alium iudicare? ℞. qui sup. quòd licet dicatur ad Rom.14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo Dño stat, & cadit: nihilominus, quia iudex constituitur, vt minister Dei, secūdum hoc licet iudicare. Vnde dicitur Deut.1. quòd iustum est iudicate, & post subdit, quia Dei est iudicium.

22 Dub. An peccatores possint alios iudicare? ℞. qui supra, quod illi, qui sunt in grauibus peccatis non debent iudicare eos, qui sunt in eisdem peccatis, vel minoribus. vt dicit Chrys. super Matth. & præcipuè hoc est intelligendum, quando illa peccata sunt publica, quia ex hoc generatur scandalum, in cordibus aliorum: si autem sunt occulta, & necessitas iudicandi immineat propter officium, potest cum humanitate, & timore, vel arguere, vel iudicare.

23 Dub. An iudicium ex suspitione procedens semper sit peccatum? ℞. qui sup. art.3. quòd gradus suspitionis est triplex Primus, vt homo ex leuibus indicijs dubitare præsumat de bonitate alicuius, & hoc est veniale peccatum, quia pertinet ad tentationem humanam, sine qua vita ista non ducitur. Secundus, gradus est cum aliquis pro certo malitiam alterius æstimat ex leuibus indicijs, & hoc si sit de aliquo graui, est peccatum mortale, inquantum non est sine contemptu proximi. Vnde Glos. super illud 1. ad Corin.4. Nolite ante tempus iudicare. dicit, & suspitiones vitare non possumus quia homines sumus: Iudicia tamen, i. diffinitiuas, firmasq; sententias cōtinere debemus. Tertius gradus est cum aliquis iudex ex suspitione procedit ad aliquē cōdēnandum,

dum,& hoc directè ad iniustitiam pertinet, vnde est peccatum mortale.

24 Dub. An dubia semper sint in meliorem partem interpretãda? ℞. qui sup. ar. 4. quod sic, quia ex hoc ipso, quod aliquis habet malam opinionem de alio absq; sufficienti causa, iniuriatur ei, & contemnit ipsum. nullus autem debet alium contemnere, vel nocumentum aliquod inferre absque causa cogente, & ideo vbi non apparent manifesta indicia de malo alicuius, debemus eum, vt bonum habere, in meliorem partem interpretando quòd dubium est.

25 Dub. An exceptio personarũ sit licita in iudicio? ℞. qui sup. q. 63. art. 4. quod homo in iudicio debet pauperi subuenire, quantũ fieri post, tamen sine læsione iustitiæ. alioquin non habet locum illud, quod dicitur Exod. 23. c. pauperis quoq; non misereberis in iudicio, & ita per acceptionem personarum iudicium corrumpitur, quia talis acceptio personarum inęqualitatem quandam habet inquantum attribuitur alicui personæ præter proportionem suam, in qua consistit æqualitas iustitiæ, ad quam iudex inęqualitatem oppositam reducere debet.

26 Dub. An inferior possit iudicare superiorem? ℞. qui sup. in 4. sent. dist. 47 q. 1. ar. 2. q. 2. quòd non Auctoritate propria, sed bene auctoritate superioris, sicut patet in iudicibus delegatis.

27 Dub. An iudex possit innocentem condẽnare si conuincitur per testes? Resp. qui sup. 2. 2. q. 64. ar. 4. quòd iudex sciens aliquẽ innocentem esse, qui falsis testib. conuincitur, dẽt diligẽtius examinare testes, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, sicut Daniel fecit. Si aũt hoc non põt, dẽt eum superiori relinquere iudicandum: si autem etiã hoc non potest, non peccat, scđm allegata sententiam ferens, quia ipse non occidit innocentem, sed illi, qui asserunt nocentem.

28 Dub. An carnifex debeat exequi sententiam iniustã iudicis interficiendo innocentem? ℞. qui sup. quòd si sententia contineat intolerabilẽ errorem, non dẽt obedire aliàs excusarẽtur carnifices, qui martyres occiderunt. Si verò non contineat manifestã iniustitiam non peccat, præceptum exequẽdo, quia ipse nõ habet discutere superioris sententiam, nec ipse occidit innocentem, sed iudex, cui ministerium adhibet.

29 Dub. An iudices tolerantes meretrices vel alia consimilia mala publica peccent? ℞. qui sup. q. 10. ar. 11. quòd non, imò rectè talia tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur, sicut August. dicit in libro de ordine, aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus.

30 Dub. An iudices tolerantes Iudæos ritus suos seruare peccent? ℞. qui sup. quòd non, quia licet ipsi Iudæi peccent suos ritus obseruando, in quibus olim præfigurabatur veritas fidei, quam tenemus, tamen hoc bonũ prouenit, quòd testimoniũ fidei nostræ habemus ab hostibus, & quasi in figura nobis reputatur, quod credimus, & ideo in suis ritibus tolerantur.

31 Dub. An iudices tolerantes ritus machometistarum, & aliorum infidelium peccẽt? ℞. qui sup. quòd sic, quia tales ritus, cum nihil veritatis habeãt, nec aliquid vtilitatis afferant, nullo modo sunt tolerandi, nisi fortè ad aliquid malũ vitandum, s. scandalum, vel dissidium, quòd ex hoc posset ꝓuenire, vel impedimentum salutis eorũ, qui paulatim sic tolerati conuertuntur ad fidem: propter hoc. n. etiam hæreticorum, & paganorũ ritus aliquando Ecclesia tollerauit, quando erat magna infidelium multitudo.

32 Dub. An aliquis posit se submittere iudicio alicuius, qui non sit eius superior? ℞. qui sup. q. 97. art. 1. quòd sic, sicut Christus iudicio se subdidit spontanea voluntate, & etiam arbitris patet.

33 Dub. Cur in arbitramentis apponiť pœna? ℞. qui sup. qa arbitri, q sunt superiores non hẽt de se plenam potestatem coercẽdi.

34 Dub. Quia vř, quod ex actibus alicuius quis posit iudicari, quia Matth. 7. dř. A fructib eorum cognoscetis eos? Resp. Beda, in Hom. quòd hoc de manifestis dictũ est, quæ non pñt bono animo fieri, sicut stupra, vel blasphemiæ, vel furta, vel ebrietates, & si q sunt talia, de qb. nobis iudicare permittiť.

35 Dub. Cur dicit, non iudicabimini, cum oporteat nos omnes iudicari ante tribunal Christi? Resp. Ly. quòd hoc dictum intelligitur de iudicio, quo quis ex aliquib. signis malis iudicat de proximo, quia qui taliter iudicat, taliter iudicabitur.

36 Dub. Cur dicit nolite condemnare, &c. ℞. Greg. Nisenus, quòd hoc vocat iudicium asperiorem damnationem, non. n. iudicium cum venia prohibet.

Dub.

37 Dub. Quid vult, vt dimittamus? ℞. Beda, quòd iniurias.

38 Dub. Quid vult, quòd demus? ℞. qui supra, quod beneficia.

39 Dub. Cur ista vult? ℞. qui sup. quia breui sententia cuncta, quæ de conuersando cum inimicis mandauerat comprehendit hic. Nam immediatè ante istud Euangelium dixerat, diligite inimicos vestros.

40 Dub. Cur dicit mensuram bonam, &c. ℞. Cyrill. ꝙ in hoc ostendit, quòd ampliori manu recompensationem accipiemus à Deo, qui largifluè donat diligentibus eum.

41 Dub. Cur ponit tot adiectiua, s. bonam, confertam &c. Resp. Ly. quod dicit bonam, quantum ad bona fortunæ, quæ aliquando conferuntur propter opera pietatis: confertam, quantum ad bona naturæ, sicut sanitas, & huiusmodi: coagitatam, quantum ad bona gratiæ; & superfluentem, quantum ad bona gloriæ.

42 Dub. Cur dicit dabunt? ℞. Aug. de cōsensu Euang. quia ꝓ illorū merita, quib. vt calicem aquæ frigidæ in noīe discipuli dederunt, mercedē cœlestē accipere merebunt.

43 Dub. Quis est sinus noster? Resp. Iacob. de Vorag. ꝙ sinus animæ est intellectus, qui implebitur gloria visionis apertæ.

44 Dub. Quia supra dicit mēsuram superesfluentem, & nunc dicit, eadem mensura remetietur vobis? Resp. Theoph. ꝙ non dicit in tanta mensura remitietur vobis, sed in eadem: qui enim benefecit, benefiet ei, ꝙ est remetiri eadem mensura, sed superesfluentem dicit, quòd millies benefiet ei.

45 Dub. Quia si aliquis non habet, quomodo dabit? Resp. Cyrillus, ꝙ si talis non faciat non delinquit, in eo enim, quod habet, accepatur, non in eo, quo caret.

46 Dub. Quia si aliquis modicum habet, & det modicum, non videtur, ꝙ tantum remetiatur sibi, sicut multum danti? Resp. Ly. ꝙ magnitudo non attenditur semper secundum maioritatem exterioris operis, sed interioris affectus.

47 Dub. Ad quid inducit similitudinem de cęcis? Resp. Ly. quòd quantum ad virtutes perficientes intellectum, quæ sunt sapiētia de diuinis, & scientia de humanis, inquantum ordinantur in Deum, & istæ virtutes potissimè requiruntur in prælatis, & rectoribus aliorum, cuiusmodi erant futuri Apostoli, & alij eorum successores.

48 Dub. Quomodo intelligitur hæc similitudo? Resp. Lyra, nunquid potest cæcus. i. carens scientia, & sapiētia, cœcum ducere. i. ignorantem dirigere, q. d. non.

49 Dub. In quam foueam cadunt? Resp. qui sup. i. in transgressionem & peccatum. vnde Greg. in pastorali, cum pastor per abrupta graditur, consequens est, vt grex ad præcipitium sequatur.

50 Dub. Quia videtur, ꝙ multi discipuli superauerint magistros? ℞. Cyrillus, ꝙ verum est in scientia, sed intelligitur, ꝙ si ęquatur magistro discipulus, aut superet eum: non efficiatur super magistrum, sed si stat in mēsura docentium, & magistrum imitetur. Et ideo dicit, perfectus autem omnis erit si sit, sicut magister eius.

51 Dub. Quia sunt multi magistri, qui mala docent, quomodo eorum discipuli erunt ꝑfecti, si erunt sicut magistri? ℞. Ly. ꝙ discipulus si assimilatur magistro bono, erit perfectus secundum veritatem: si autem malo erit perfectus secundum quandam translationem. Dicit. n. Philosophus 5. Meth. si autem transferentes, & ad mala dicimus calūniatorem perfectum, & latronem perfectū: quoniam, & bonos dicimus ipsos, & latronē bonum, & calumniatorem bonum.

52 Dub. Cur dicit, quid autem vides festucam &c. ℞. Theoph. quod inducit aliam parabolam de eodem.

53 Dub. Quid intelligitur per festucam, & trabem? ℞. S. Vinc. ꝙ festuca est peccatum veniale, & trabs mortale, q. d. qua fronte is, qui est in peccato mortali debet corripere peccatum veniale fratris.

54 Dub. Quia dn̄s non dicit corrigis, sed vides? ℞. quod hic videre capitur pro corrigere, vel redarguere, vt sit sensus, vides festucam, i. arguendo demonstras te videre.

55 Dub. Cur potius dicit in oculo, quàm in alio membro corporis? ℞. quia oculo infecto, totus homo infectus videtur.

56 Dub. Cur sic arguentem vocat dominus hypocritam? Respond. Theophilus, quia ex hoc aliorum peccata indicant, vt iusti videantur.

57 Dub. Cur dicit eijce primum, &c. Rn̄. Lyra, quia hic est ordo charitatis, vt à seipso incipiat corrigere errata, & demum corrigat errata fratris.

58 Dubit. Quomodo possumus eijcere trabem, idest peccatum mortale, cum solus

Deus

Deus dimittat peccata? R. quòd homo dêt facere quod in se est, quia semper Deus præsto est gratiam infundendo.

59 Dub. Quid est, quod non videmus trabé in oculo nostro, & tñ videmus festucam in oculo fratris? Resp. Greg. tertio moraliũ.c. 23. dicés, sunt nonnulli, qui nihil quidé virtutis agere studét, sed tñ cum alios peccare conspiciunt, iustos se in eorum cõparatione suspiciantur. Neq;.n. corda hominũ vna, vel similis culpa trãsfigit. Hũc itaq; superbia illaqueat, illum forsitan ira supplantat. Hunc aũt auaritia cruciat, illum vero luxuria inflammat. Et plerumq; contingit, vt is, quem superbia deprimit, alium respiciat qualiter ira succendat, & quia nõ citius ira instigat, melioré se iracundo iam deputat, atq; apud semetipsum. quasi de iustitia extollitur, quia pésare vitiũ negligit, quo grauius tenetur: plerũq; cõtingit, vt is, qué auaritia sauciat, aliũ in luxuriæ voragine mersum cernat, & quia se alienum à pollutione carnali respicit, quib. ipse sordib. spũalis vitij intrinsecus polluitur non attédit dumq; in alio pensat malum, quod ipse non habet, in se negligit considerare, quòd habet: sicque fit, vt dum ad aliena dijudicanda mens ducitur proprij iudicij lumine priuetur. Et eo durius contra aliena superbiat, quo sua negligentius ignorat.

60 Dub. Cur dicit & tunc perspicies, vt educas, &c. R. q interim, q macula est in oculo nõ potest prospicere, ideo primo debet eijcere, & tunc prospiciet, &c. Vnde versus. Alterius oculi, qui vult reprehendere labé, De proprio potius eruat ipse trabem.

¶ Alijs sensibus mysticis non exponitur ratioe dicta in prologo.

DOMINICA TERTIA POST Pentecosten secundum ordinem prædicatorum fit de sancta Trinitate sicut sup.

Homo erat ex Pharisæis Nicodemus nomine.

DOMINICA SECVNDA POST Pentecosten.

Homo quidam fecit cęnam magnam. Lu. 14.

Hanc parabolam locutus fuit Dñs anno ętatis suę 32. die tertia Octo. in die sabbati.

HISTORICE.

Parabolam quandam Dominus sub hac protulit forma, ait. n. hominem quendam magnam præparasse cęnam, ad camque vocasse non paucos, quos & conuiuio parato euocari iussit, cum vero excusatos, vt eos haberet nuncio imposuissent suo denunciandum Dño, qm eorum vnus, vt villam ab eo emptam prospiceret accedere necesse habebat; alter tria boum iugat, vt probaret differre non poterat, & tertius ob vxorem nouiter ductam conuiuio interesse nequiret. Iratus his auditis Dñs, seruo imperauit, vt quoscũq; in plateis, ac ciuitatis vicis, ét miserabiles ad cęnam introduceret, q cũ opere implesset seruus, adhucq; vacaret locus. Rursus in mãdatis seruo dedit, vt quotquot inueniret ingredi compelleret quatenus eius impleretur domus, inquiens inuitatorũ neminem suam gustaturum fore cœnam.

Hæc sunt, quæ occurrunt, dubia.

1 DVBITATVR. Vbi, & quibus parabolam Dñs dicit? R. q vt habetur ante hoc Euangelium eam dixit in domo cuiusdam principis pharisæorum in conuiuio sabbati præsentibus discipulis suis, alijsque pluribus.

2 Dub. Cur Dñs vsus fuit hac parabola? R. Lyra, quòd hic Dominus arguit Iudæos de ingratitudine, quia ipsi præ cæteris gentib. fuerunt inuitati ad beatitudinem cœlestem per prophetas, per Christum, & per Apostolos, & tamen renuerunt venire per fidem, & ideò vocati sunt Gétiles, vt habetur Act. 13. & hoc innuit parabola.

3 Dub. Quis est iste homo? R. Cyrillus, q Deus pater.

4 Dub. Cur aliquando Deus dicitur Leo, pardus, homo, &c. R. Chrys. quòd quotiens punitiuam suam virtutem indicare vult Deus, Vrsa, pardus, leo, & huiusmodi nuncupatur: quando vero misericordiam exprimere vult, dicitur homo.

5 Dubita. Cur potius dicitur cœna, quàm prandium? R. Cyrillus, quod pater cœlestis dedit pro nobis in mortem filium suum, qui dedit nobis proprium corpus suum comedere. Vnde & in vespere agnus immolabatur iuxta legem Mosaycam. Merito igit̃

cœna

cœna dictum est paratum in Christo conuiuium.

6 Dub. Quos uocauit? Resp. quòd vt habetur primę Thim. 2. vocauit totum genus humanum, quoniam ipse vult omnes homines saluos fieri.

7 Du. Quem seruum misit? Resp. Greg. in Homil. quod ordinem prædicatorum.

8 Dub. Cum multi prædicauerint, quomodo dicit seruum in singulari? Res. quod hęc est figura sinecdoche, quando dicit seruum, scilicet, seruos.

9 Dub. Quare non veniunt omnes vocati? Resp. qui supra, ꝙ licèt vocauerit multos, pauci tamen veniunt, quia nonnunquam, quidem per fidem subiecti sunt, æterno eius conuiuio male viuendo contradicunt.

10 Dub. Quomodo, & quando parata fuerũt omnia? Resp. Augu. de verbis Domini, quod Christo immolato parata fuerunt omnia. Vnde, & ipse dixit consummata sunt, scilicet, omnia, quæ scripta erant de eo, & eius passione.

11 Dub. Quomodo se excusauerint? Respõ. Ly. quod se excusare, est per mala opera se retrahere.

12 Dubit. Quia si omnes se retraxerunt, ergo nullus est saluatus? Resp. qui supra, quod accipitur hic omnes pro maiori parte, quia pauci saluantur respectiue, & est figura sinecdoche.

13 Dub. Cur dicit, cœperunt se excusare, nũquid se excusarunt? ℞. ꝙ qui mala operantur, si postea pœnitent, incipiunt quidem se excusare male agendo, sed non se excusant perseueranter male operando.

14 Dub. Quid significat villa empta? Respõ. Aug. de verbis Domini, quod dominatio ꝑ eam denotatur.

15 Dub. Quis fuit primus se excusans? Resp. qui sup. ꝙ primus homo, qui dominari voluit, & dominum habere noluit.

16 Dub. Quam necessitatem habet videre villam? Resp. ꝙ superbi nolentes Deo subiici necesse habent, i. violantur à spiritibus inflatis exire extra obedientiam Dei, & videre illam. i. delectari in superbia sua.

17 Du. Cur non poterat in crastinum expectare videre illam? ℞. ꝙ superbia ita detinet hominem, vt nil boni possit agere, quia superbia, vt Aug. dicit in regula, etiam bonis operibus insidiatur vt pereant.

18 Du. Quia non videntur superbi, dum rogant seruum vt habeat eos excusatos? Resp. Greg. in Homil. quod humilitatis verba permiscent dum dicunt rogo, & tamen venire contemnunt, humilitas sonat in voce, superbia in actione.

19 Dubit. Quæ sunt illa iuga quinque boũ? Resp. Aug. de verbis Domini, quod sunt qn quę sensus carnis huius, qui sic numerantur in oculis visus est, in auribus auditus, in naribus odoratus, in faucibus gustus, in omnibus membris tactus. Sed quia iuga sunt in tribus prioribus sensibus, facilius apparet, duo sunt oculi, duæ aures, geminæ nares. Ecce tria iuga in faucibus, i. sensus gustandi geminatio quædam inuenitur, quia nihil gustando sapit nisi lingua, & palato tangatur, voluptas carnis, quæ ad tactum pertinet, occulte geminatur, est & forinsecus, & intrinsecus.

20 Dub. Cur isti sensus iuga dicuntur? Resp. qui sup. quia per sensus istos carnis terrena requiruntur, boues enim terram versant, homines autem remoti à fide terrenis dediti nolunt credere aliquid, nisi ad quod sensu corporis perueniunt, quinque diuiso.

21 Dub. Cur dicit eo probare illa? Resp. qui supra, dicens, vt noueritis autem istorum quinque sensuum non delectationem, quæ mulcet & ingerit voluntatem, & curiositatẽ quandam notatam fuisse, non ait, eo pascere illa, sed probare.

22 Dub. Cur adducit hic matrimonium cum sit sacramentum ecclesiæ, & res iusta? Resp. Gregor. in Homil. quod quàmuis bonum sit coniugium, atque ad propagandum sobolem diuina prouidentia constitutum, nonnulli tamen per hoc non fęcunditatem prolis, sed desideria expetunt voluptatis, & idcirco per rem iustam significari potest non incongrue res iniusta.

23 Dub. Cur iste tertius non se excusauit sicut duo primi, sed solum dixit, non possum venire? Res. Basilius. quod quia intellectus humanus vergens ad mundanas illecebras debilis est ad agendum.

24 Dub. Cur de solo actu visus facit mentionem, cum quinq; sensus per quinque iuga boum intelligat? Res. Aug. vbi supra, ꝙ per solos oculos aperte cõmemorati sunt quinque sensus, quorum est in quinq; sensibus principatus. Propterea cum proprie ad solos oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare.

Dub.

25 Dubit. Cur tantum quinque iuga boum emit? Respond. quia tantum sunt quinque sensus corporis.

26 Dub. Cur non potest venire qui vxorem duxit? Resp. qui sup. quia carnem amplexatur, carnis voluptatibus iucundatur.

27 Dub. Cur solum de istis tribus vitiis facit mentionem? Respon. qui supra, q; quia secundum, quod dicitur 1. Ioan. 2. c. Omne, q; est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut oculorum, aut superbia uitæ, & ita ad ista tria reducuntur omnia excludétia à beatitudine celesti.

28 Dubit. Cum Deus non indigeat nuncio, cur fit métio de nuncio misso? ℞. qui sup. 5. super Gen. ad literam, q; non propter se indiget, sed propter nos, & propter ipsos, q a illo modo Deo parere, & assistere habent, vt eum de inferioribus consulant eiusque sup nis iussibus obtemperent.

29 Dub. Cur iratus fuit paterfamilias? ℞. Cirillus, quia Iudæis vocationem renuentibus indignatus est, quasi eis dignis indignatione, & ira.

30 Dubit. Quomodo iratus est, cum ira non cadat in Deum? Res. Basilius, quód talis operatio, quæ nobis ab ira fit, Dei ira, & indignatio dicitur.

31 Dub. Cur mittit ad plateas? Resp. Ambr. quód vt de latioribus vitijs ad angustam venirent viam.

32 Dub. Cur inuitantur pauperes, &c. Resp. qui supra, q; vt ostendatur, q; nullum debilitas corporis excludit à regno, rariusque delinquat, cui desit illecebra peccandi, vel q; infirmitas peccatorum per misericordiam Dei remittatur.

33 Dub. Cur non vocauit nobiles, & potentes? Respon. Lyr. q; principes, sacerdotes & scribæ Iudæorum propter sua peccata fuerunt dimissi.

34 Dub. Quid intelligit per pauperes, debiles, &c. Resp. Greg. in hom. q; pauperes dicũtur, qui positi in paupertate superbiunt: debiles, qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt: cœci, qui nullius ingenii lumen habent: claudi qui rectos gressus in operatione non habent.

35 Dub. An infideles sint compellendi ad fidem? Resp. S. Thom. 2. 2. q. 10 arti. 8. quod infidelium quidam sunt, qui nunquam receperunt fidem, sicut Iudæi, & Gentiles, & tales non sunt compellendi, vt credant, quia credere voluntatis est, sed benè vt fidem nõ impediant. Alii sunt, qui fidem quandoque susceperunt, & eam profitentur, sicut hæretici, & apostatæ, & tales sunt etiam corporaliter compellendi, vt impleant, quod promiserunt, & teneant, quod semel susceperunt.

36 Dubit. Quia videtur q; Christus coegit Paulum ad credendum quando circunfulsit eum lux de cœlo? Respõ. dominus Cardi. de Turrecre. super hoc euangelio, quod non coegit eũ, vt inuitus crederet, sed ne fidé Christi, & ecclesiam persequeretur, & ipse, viso miraculo, voluntariè se obtulit, dicens: Domine quid me vis facere? & ita ingressus ciuitatem doctus fuit à Spiritussancto.

37 Dub. Quomodo factum est vt imperauit, quia vt dicit Greg. in homil. multi conuersi sunt ad fidem ex Iudæis, qui tamen locũ superni conuiuii non impleuerunt.

38 Dub. Quõ adhuc locus est? Resp. qui sup. q; iam intrauerat frequentia Iudæorum, sed adhuc locus vacat in regno Dei, vbi suscipi debeat numerositas Gentium.

39 Dub. Qui compellendi sunt ex sepibus? Resp. Aug. de verbis domini, quód veniunt ex sepibus hæretici. nã sepes qui construũt diuisiones quærunt, abstrahantur à sepibus, euellantur à spinis.

40 Dub. Quia non videtur licitum vt cogantur, sed quod voluntarie veniant? Resp. qui sup. non hoc dominus imperauit, cogite, inquit, intrare, foris inueniatur necessitas, nascitur inde voluntas.

41 Dub. Cur vult, q; domus eius impleatur? Resp. q; quia beatitudo est status perfectissimus, ideò non vult quòd aliquid ibi deficiat, & quod omnis locus impleatur.

42 Dubitat. Quia videtur, quòd nullus Iudæus saluatus sit, cum dicit nemo virorum illorum gustabit cœnam meam? Respond. Lyr. quòd non est intelligendum, quod nullus Iudæus sit saluatus, sed quod pauci comparatiue ad Gentes saluati sunt, sicut communi modo loquendi dicitur, nemo est in ecclesia, vel in foro, quando sunt ibi pauci.

43 Dub. Cur dicit, gustabit? Resp. quòd si solum quis gustaret de æterna beatitudine sẽper esset beatus.

44 Dubit. Quomodo cœna erat sua, si eam alijs parauerat? Respon. quòd erat sua essentialiter, quia parata ab eo, sed aliorum participatiue.

Alijs sensibus mysticis expositum est in responsione ad dubia.

DOMINICA II. POST PENTEcosten secundum ordinem Prædicatorum.

Homo quidem erat diues.

Require feria 5. Dominicæ 2. Quadragesimæ.

DOMINICA TERTIA POST Pentecosten.

Erant appropinquantes ad Iesum. Luc. 15.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 27. Augusti, in die Iouis.

HISTORICE.

Murmurantibus pharisæis, scribisque aduersus dominum quoniam ad se publicè peccantes, dum accederent reciperet, ac cum eis cibum sumeret. Hac pro responsione parabola vsus est, quis inquit vestrum centum possidens oues, si vnam amiserit, nonne, relictis aliis, perditam quousque inueniat requirit, qua habita, humeris imponens lętanter domum deportat, conuocatisq; amicis, vt ei congratulentur, hortatur. Quæ etiam matrona nō gaudeat cum vna ex drachmis decem amissam, diligenterque perquisitam domo euersa reperit, vicinasq; vt secum lætentur exorat, ita etiam exultare cœlestes ait spiritus vno peccatore conuerso, quàm ex iustis 99. pęnitentia minimè indigentibus.

Quæ occurrunt dubia, hæc sunt.

1 DVB. Qui dicuntur publicani? Res. Gl. quòd hi, qui publica exigunt vectigalia, vel conducunt, & qui lucra sæculi per negocia sectantur.

2 Dub. An exigere vectigalia liceat? Resp. San. Tho. in 4. senten. dist. 16. q. 4. art. 2. q. 3. quòd officium publicanorum, qui vectigalia publica exigunt, ex propinquo habet peccatum annexū. quāmuis sine peccato quandoque exerceri possit, & hoc quando fit auctoritate principis, & causa communis vtilitatis, scilicet, ad defensionem terræ, & non immoderata recipiantur theolonea, idest tributa.

3 Dubitat: An licitum sit pedagia exigere? Respond. qui supra de regimine principum lib. secundo, cap. 12. quòd iura principibus permittunt pedagia, vt stratæ in sua communitate sint liberæ, vt transeuntibus securæ sint, unde, & eis seruantibus prædicta officiales principum ipsa meritò possunt exigere, & proficiscentes debite obligantur persoluere.

4 DU. Quis potest imponere, & exigere pedagia? Resp. quòd in c. super quibusdam, de verbo. signi. in Gl. princeps, vel Rex potest, aut ille, cui à Lateranensi Concilio fuit concessum, uel q; ex lōga consuetudine, de qua nō extat memoria in contrariū, hoc habet.

5 Dub. An tales habentes potestatem imponēdi pedagia possunt ea imponere sine iusta causa? ℞. Ray. quod non, imo sic imponentes committunt rapinam.

6 Dub. Quæ dicitur iusta causa ipsa imponendi? Resp. quod sunt publicæ necessitates, sicut pontes, publicæ domus, defensio stratæ & huiusmodi, ut habetur 24 q 3. si quis romipetas. c. innouamus, de treuga, & pace, & in cap. peruenit, & c. cum Apostolus, de censi. & l. vectigalia, ff. de publi. & ibi per Doct.

7 Dub. de quibus debent solui pedagia? Res. quod ut habetur in l. omnium. C. de uect. debent solui solum de his, quę deferuntur causa negotiationis, uel mercimonij.

8 Dub. An de rebus emptis ab usum suæ uitæ, uel familię debeat solui pedagium? Res. Host. & Bern. in c. super quibusdam, de uer. signifi. quod non.

9 Dub. Quæ pœna est eorum, qui exigunt pedagium de rebus pro usu uitæ portatis? ℞. quòd ut habetur in l. uniuersi. C. de uect. est pęna decapitationis, & etiam de his, quæ deferuntur gratia ruris colendi, uel ad se defendendum.

10 Dub. A quibus possunt exigi pedagia? ℞. quod ab oib. exceptis ecclesiasticis psonis, nisi fortè ipsi deferrent causa negotiationis, ut habetur in ca. quamquam de censibus 6.

11 Dub. Quę pęna est exigentium pedagiū ab ecclesiasticis personis? ℞. quòd ut habet immediate supra, si est persona particularis est pœna excommunicationis, si collegium, uel uniuersitas ciuitatis, uel castri, uel uillę est pœna interdicti.

12 Dub. An fraudantes pedagiū, teneantur de restitutione? Resp. dñs Pan. in c. innouamus, de treuga, & pace, q; sic, si habet pedagiū conditiones supra positas, quia peccant fraudando, & restituere tenentur, aliàs non.

Dub.

13 Dub. An Christiani teneantur soluere pedagium infidelibus? Resp. Host. ꝙ non, nisi per hoc, quòd per eos sustineantur in transitu, vel etiam si haberent ex pacto, & infideles Christiani seruarent fidem in suis pactis: vt habetur 22. q. 4. innocens & 23. q. 1. noli. & Archi. in c. si quis romipetas. 24. q. 3.

14 Dub. vt quid publicani, & peccatores appropinquabant ad Iesum? Resp. Lyra, quòd ex proposito emendationis vitæ: & volentes ei obedire.

15 Dub. Cur pharisæi murmurabãt? Res. qui supra, ꝙ quasi notantes Xp̃m de mala vita, quia talibus se amicabilem præbebat.

16 Dub. Cur dominus introducit has parabolas de ouib. & drachmis? Resp. qui supra quòd ad ostendendum, quòd peccatores redeuntes sunt dulciter recipiendi.

17 Dub. Quis est homo, qui habet centum oues? Res. Gre. in Homil. quòd est omnipotens Deus, qui sanctorum angelorum, & hominum naturam possedit.

18 Dub. Cur dicit centum? Resp. Cyrillus, quoniam centenarius numerus est perfectus ex decem decadibus constitutus.

19 Dub. Quæ fuit ouis deperdita? Resp. qui supra, ꝙ est Genus humanum, quod terram colit, & Gre. in Hom. dicit vna ouis tunc perit, qñ peccando homo pascua vitę reliquit.

20 Dub. Quæ fuerũt 99. oues quas reliquit in deserto? Resp. Greg. in Hom. quòd fuerũt Angelorum chori, quos reliquit in cœlo.

21 Dub. Cur ponit Angelorum numerũ diminutum? Resp. qui sup. quia rationalis creaturæ numerus Angelorum, videlicet, & hominum pereunte homine erat imminutus.

22 Dub. Vt quid quærit perditam ouem? Resp. qui supra, quòd vt perfecta summa ouium integraretur in cœlo, homo perditus quærebatur in terra.

23 Dub. Cur cœlum dicitur hic desertum? Resp. quia erat desertum à dæmonibus.

24 Dub. Quia videtur ꝙ 99. oues reliquerit in periculo ꝓp vnã quærendã. Resp. Cyrillus, quòd erat in toto circũsepta illa potentissima dextera Dei. Et ideo oportuit magis misereri pereuntis, ne imperfecta videretur residua multitudo: vna enim reducta sortitur centenarius propriam speciem.

25 Dub. Quando portauit ouẽ in humeris? Resp. Greg. in Homi. quòd qñ naturã humanam assumpsit, nostra peccata portando.

26 Dub. Quando inuenta oue domũ redijt? Resp. qui supra, quòd quando reparato homine ad regnum cœleste redijt.

27 Dubita. Qui sunt eius amici, & vicini? Resp. qui sup. quòd angelorum chori: amici enim eius sunt, quia voluntatem eius in sua stabilitate custodiunt, & vicini eius sunt, quia claritatem visionis illius sua assiduitate perfruuntur.

28 Dub. Cum primò dixerit angelos oues, cur nunc amicos, & vicinos dicit? ℞. Theop. quòd ideo dicuntur oues: quia omnis natura creata respectu Dei bestialis est: in eo vero, quòd rationalis est, amici, & vicini dicuntur.

29 Dub. Cur dicit congratulamini mihi, & non oui inuentæ? ℞. Greg. in Homil. quia eius gaudium est vita nostra.

30 Dub. Cur angeli lætantur de pœnitentibus? ℞. Ambro. quòd angeli quoniam sunt rationabiles, non immeritò hominum redemptione lętantur.

31 Dub. Cur magis gaudent de peccatore conuerso, quàm de iustis? ℞. Greg. in Homil. quòd iusti quia securi sibi sunt, quòd nulla cõmiserunt mala grauiora, plerunque pigri remanent ad exercẽda bona pręcipua, peccatores autẽ, qui se errasse a Deo considerant, damna præcedentia lucris sequẽtibus recompensant, maius ergo gaudiũ fit in cœlo, quia & dux in prælio plus eum militẽ diligit, qui post fugã reuersus hostem fortiter præmit, quàm eum, qui nunquam terga præbuit, & nunquàm aliquid fortiter fecit.

32 Dub. An aliqua pœnitentia peccatorum præponi possit omnibus iustis? ℞. qui supra, quòd sunt plerique iusti, in quorum vita tantum est gaudium, vt eis quælibet peccatorum pœnitentia præponi nullatenus possit.

33 Dub. Quid est drachma? ℞. Cirillus, ꝙ est nummus impressam habẽs regiã figurã.

34 Dub. Quæ est hæc mulier? ℞. Greg. in Homil. quòd qui significatur per pastorem ipse & per mulierem. Ipse enim Deus, ipsa & Dei sapientia.

35 Dub. Quæ sunt istę decem drachmę? ℞. qui sup. quòd nouem sunt chori Angelorum, sed vt compleretur electorum numerus, homo decimus est creatus.

36 Dub. Quomodo perdita fuit drachma? ℞. qui sup. quòd quando homo, qui ad imaginem Dei conditus fuerat peccando à similitudine sui conditoris recessit.

Dub.

37 Dub. Quomodo accendit lucernam? Res. qui sup. quòd Dei sapientia, dum apparuit in humanitate mulier accendit lucernam, lucerna quippe lumen in testa est. Lumen vero in testa, est diuinitas in carne.

38 Dubit. Quomodo accensa lucerna euertit domum? Resp. qui sup. quòd parua mens si non prius præ timore euertitur, ab assuetis vitijs non mundatur.

39 Dub. Cur quærit diligenter donec inueniat? R. qui supra, quia .s. cum perturbatur conscientia hominis, reparatur in homine similitudo conditoris.

40 Dub. Quas amicas & vicinas vocat? Resp. Greg. Nazianzenus, quod cœlestes virtutes facit participes gaudij, quas ministras dispensationis facit.

41 Dub. Quomodo cælestes virtutes dicuntur amicæ, & vicinę? Resp. Theoph. q. amicę sunt vt exequentes voluntatem ipsius: vicinæ vero, vt incorporeæ.

42 Dub. Cum angeli non tristentur de damnatis, videtur q. etiam non gaudeant de saluatis? Resp. dominus Card. de Turrecrem. super hoc Euangelio, q. illa ratio non valet, quia non est simile de gaudio & tristitia, q. a beatitudo admittit gaudium, sed non tristitiam, quia vbi est tristitia & dolor non est perfecta beatitudo.

43 Dubi. Cum primò dixerit, gaudium erit in cœlo, cur nunc solum de angelis dicit, q. gaudium erit angelis Dei? Resp. q. ad idem refertur, quia tunc cum Christus hæc proferebat, in cœlis non erant nisi angeli cum Deo.

44 Dub. Quæ est causa gaudij angelorum in pœnitentia peccatoris? Resp. Sanctus Bonauentura super Luc. q. gaudent propter septem. Primò, quia destruitur culpa. Secundò, quia recuperatur iustitia. Tertio, quia confutatur dæmonum superbia. Quartò, quia efficax efficitur angelorum custodia. Quintò, quia reparatur ecclesia. Sextò, quia placatur ira diuina. Septimò, quia restauratur Hierusalem superna.

Allegoricè expositum est.

TROPOLOGICE.

Instruimur ne murmuremus, sed omnia quæ videmus capiamus in bonam partẽ, nescientes diuina iudicia. Itẽ vt succurramus proximo pereunti, & alter alterius onera portemus. Item, si per peccatum perdiderimus [drachmã] idest animam [accẽdamus lucernã] .i. oremus, vt Deus inspiret suam gratiam, [& euertamus domum] quia eam latentem sub fimo peccati reperiemus, & diligenter agamus, vt resurgat, [& ipsa inuenta conuocemus amicas vicinas] idest virtutes quæramus habere, & ita agendo angelos lætos reddemus.

Anagogicè expositum est.

DOMINICA QVARTA post Pentecosten.

Cum turbæ irruerunt in Iesum. Luc. 5. Mat. 4. Mar. 1. cap.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi 31. die 24. Aprilis, i. die Mercurij.

HISTORICE.

Dominus in vnam nauium duarum ob irruentes turbas conscendit, retia siquidem tunc piscatores, quarum erant, lauabant: deducta igitur è terra Simonis naui, q. nã ascenderat, ex ea in stagno Genezaret turbas docebat; vt autem loquendi finem fecit, Simoni vt in altum nauim deduceret, retiaq; laxaret imperauit, qui obtemperans [& si tota frustra laborasset nocte] tantam piscium conclusit multitudinem, vt dissolueretur rete: vocatisque, qui alij erant in naui, vt manus porrigerent adiutrices, piscibus ambas impleuere nauiculas, adeo vt penè tanto submergerentur pondere. Piscatorib. autem stupore percussis, Simon genua Iesu amplexus vt à se absconderet, quoniam peccator esset, rogabat. Hortatus vero à domino, vt timorem deponeret, quoniam homines ex tunc capturus foret, ipse ac Zebedei filij omnib. relictis, dominum sequuti sunt.

Quæ occurrunt, dubia, hæc sunt.

1 DVBITATVR: Quia videtur, q. d. si turbæ irruebant in Iesum quod oppressissent eum? Resp. quod irruebãt idest eum impetuebant, vt audirent verbum Dei.

2 Du. Cur stabat secus stagnũ Genezareth? Res. q. vt patet Luc. 4. prædicando in synagogis Galileæ, ex villa ad villam eundo, quandoque transibat secus dictum stagnum.

3 Du. Quomodo illæ naues erant secus stagnum, cum essent in aqua? Resp. q. erãt in ripa, q. patet ex textu, quia piscatores descende

scenderant,& lauabant retia.

4 Dub. Cur dñs ascendit in nauim, vt doceret? Resp. Chry. ꝙ dominus volens diligẽter congregare spectaculum, ut nemo remaneret post tergum, sed omnes facie ad faciem cernerent ascendit in nauim.

5 Dub. Cur potius in nauim Symonis, q̃ in aliam ascendit? Respõ. ꝙ figurate hoc fecit, quoniam Petrus post Christum principatũ tenere debebat.

6 Dub. Cur lauabant retia? Resp. quia volebant recedere.

7 Dub. Cur Rogauit Symonem, vt à terra reduceret? Res. Theo. ꝙ hoc fecit in magna mansuetudine Dominus.

8 Dub. An Petrus nauim à terra reduxit? ℞. qui sup. ꝙ licàt hoc Euangelista non dicat, tñ Petrus in omnibus obediens fuit.

9 Dub. De quibus docebat turbas? ℞. ꝙ de pertinentibus ad Regnum Dei.

10 Dub. Cur prædicabat super aquam? Res. Greg. Nazianzenus, quòd vt ex profundis extrahat piscem hominem, s. natantem in mobilibus rebus, & à maris huius, vitę procellis.

11 Dub. Cur cessauit loqui? Resp. Cirillus, quia sufficienter populum docuerat, & ita cessauit loqui, i. populum instruere.

12 Dub. Cur cum omnibus dicat laxare rete, soli Petro dicit, duc in altum? Resp. dominus Card. de Tur. cre. super hoc Euang. ꝙ vt dicit Gl. Hier. & Amb. in c non turbatur. 4. q. 1. duc in altum, idest in profundum disputationum, per quod datur intelligi maiores causas Petro esse commissas, & successoribus suis.

13 Dub. Quia dis. 2 1. c. in nouo testamento, dr: cęteri Apostoli cum Petro pari consortio honorem, & potestatem receperunt, ergo videtur, quòd etiam maiores causę cõmissæ fuerint alijs Apostolis, & eorum successoribus? Resp qui sup. quòd illud c. loquitur de auctoritate & potestate ordinis, quam pariter Apostoli receperunt.

14 Dub. Cur dñs vult, ꝙ laxent retia in capturam? Res. ꝙ dominus condescendens hominibus sicut Magos per sydus vocauit, ita & piscatores per piscatoriam artem.

15 Dubit. Quid significat laxare retia in capturam? Resp. quod per prædicationem trahere homines ad fidem.

16 Dub. Ad quẽ principaliter pertinet prædicare? Resp. qui supra, quòd ad solum Papam, alii autem prælati habẽt à Papa quòd prædicent quemadmodum prælaturam ab ipso habent, ita & ea, quæ prælaturam consequuntur.

17 Dubi. Quia cum dominus omnibus Apostolis præceperit, quod Euangelium prædicarent omni creaturæ Marci. 16. videtur quòd Apostoli, & eorum successores habent officium prædicandi ex se? Respon. qui supra, quòd illa missio Apostolorum ad prędicandum intelligitur in ordine tamen ad Petrum.

18 Dub. Cur vult quod Petrus ducat in altum? Resp. Lyra, idest ad locum aquæ magis profundum, qui est conuenientior ad piscandum.

19 Dubit. An Petrus dixerit, per totam noctem &c. diffidendo capere pisces? Respon. Theoph. quòd non, quia dixit in verbo tuo laxabo rete.

20 Dub. Cur fecit dominus capere tantam multitudinem piscium? Resp. qui sup. quoniam turbam de nauicula dominus instruxerat, non sine mercede nauiculæ dominum derelinquere voluit, dupliciter beneficians ipsum. Primò dedit ei multitudinem piscium. Et deinde discipulum ipsum fecit.

21 Dub. An pisces fugerint rupto rete? Res. Lyr. quòd hic fuit duplex miraculum propter multitudinem captã, & quòd illa multitudo tenebatur in rete rupto.

22 Dub. Cur non vocauerunt socios, sed solũ annuerunt? Resp. Theoph. quòd ex stupore propter capturam piscium, loqui non poterant.

23 Dubit. Cur piscabantur de nocte? ℞ ꝙ vt in mane possent vendere pisces.

24 Dub. Quomodo impleuerunt ambas nauiculas cum ipsi intus essent? Resp ꝙ posuerunt in eis quantum fas erat vsque ad submersionem exclusiuẽ.

25 Dub. Cur Petrus procedit &c. ℞. Lyr. ꝙ propter prædicta miracula facta.

26 Dub Cur Petrus vult Iesum abscedere? Resp. Cirillus, quod reducens ad conscientiam patrata delicta tremuit. Et ideo ob reuerentiam personæ reputat se indignum eius præsentia.

27 Dubit. An Andreas fuerit cum eis ad piscandum? Respond. August. de consensu Euang. quòd sic, vt Matthæus, & Marcus narrant.

Dub.

28 Dub. Cur Lucas non nominat eũ? Resp. qui sup. quia iam ab alijs fuerat nominatus.

29 Dub. Cur dixit Petro, noli timere? Resp. Ly. quòd hoc dicit Petrum consolando.

30 Dub. Quomodo intelligitur, ex hoc eris homines capiens? Res. Ly. ex hoc. i. de cætero eris homines capiens, personam doctrina trahendo ad vitam beatam.

31 Dub. Qui fuerint illi, q. sequuti sunt Christũ? Res. q. vt dĩt Matthæus & Marcus, fuerunt Petrus, Andreas, Iacobus, & Ioannes.

32 Dub. Quæ omnia reliquerunt isti, qui se quuti sunt Christum? Res. q. naues, & retia & omnia deseruientia piscationi.

33 Dub. Quõ ad vnã vocẽ isti sequuti sunt Christum? Resp. Ly. qđ sicut verbum inquãtum vox mouebat aurem, ita inquãtum instrumentum diuinitatis mouebat mentem.

34 Dub. Quia Matthæus & Marcus dĩt, qđ Christus dixit Andræę & Petro. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominũ. Et hic Lucas dixit quod sol. Petro dixit, ex hoc homines eris capiens? R Aug. de consensu Euang. q. potuit vtiq; prius hoc Petro dici, cum de capta piscium ingenti multitudine miraretur, & post ambob. quòd illi duo commemorauerunt.

35 Dub. An ista vocatio discipulorum fuerit illa, de qua loquũtur Matthæus, & Marcus? Resp. S. Tho. super Mat. q. non, quia primò fuerunt vocati ad familiaritatem Christi, secundò ad sequendum eum.

ALLEGORICE.

[Duæ naues] circuncisionem & pputiũ significant, q. in vtroq; populo nouit dñs, qui sunt eius [piscatores] sunt ecclesiæ doctores, qui nos per rete fidei comprehendunt, sed hæc [retia modo laxãtur in capturam, modo lota plicantur] quia non omne tempus est habile doctrinæ, sed nunc exercenda lingua doctoris, nunc sui met cura gerenda. [Nauis Symonis] est ecclesia primitiua Bene vna dicta, quia multitudinis credẽtium erat cor vnum & anima vna. [de qua docebat turbas] q. de auctoritate ecclesiæ docet gentes. [Quòd autem dominus ascendens in nauim rogat eum a terra reducere pusillum] significat temperate vtẽdum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda sacramentorum recedatur [ducere in altũ] quid est tã altum, quàm scire Dei filium: qui sunt aũt Apostolorum, quib. laxari iubẽtur retia, nisi verborum completiones, & quasi quidam orationis sinus, qui eos, quos ceperint non amittant. Et bene Apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant, & fluctuantes de infimis ad superna transducunt. Dicit aũt, præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, quia non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernę vocationis est munus: qui autem ante nihil ceperant magnam in verbo domini concludunt piscium multitudinem. Hoc autem fuit figura futuri, non, n. incassum laborabunt euangelistæ doctrinæ rete tendentes, sed greges Gentium aggregabunt. [q. autem retia rumpebãtur pisciũ copia, & nauiculæ impletæ sunt, ita vt pene mergerentur] significat hominum carnaliũ multitudinem tantam futuram in ecclesia, vt etiam disruptione pacis per hæreses, & schismata scindãtur. [Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis] quia suos dominus inter persequentium scandala seruat. [Alia autem nauis] est Iudæa, ex qua Ioannes, & Iacobus eligũtur. Hi autem de synagoga [ad nauim Petri] idest ad ecclesiam conuenerunt [vt implerent ambas nauicula] Omnes enim in nomine Iesu genuflectunt, siue Iudæus, siue Grecus, innuũt autẽ socijs, vt auxiliarentur eis] multi enim sequuntur Apostolorum labores, & prius illi, qui euangeliorum ediderunt scripturas. Et post alij præsides, & populorum pastores, & in deitatis doctrina periti. Harum autem impletio nauium in fine sæculi crescit [sed q. impletę mergũtur] hoc est in submersione premuntur, non enim sunt submersæ, sed periclitatæ. Apostolus exponit, in nouissimis diebus erunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, &c. [Nam mergi naues] est homines in sæculo ex quo electi per fidem fuerunt morum prauitate relabi. Ex persona vero ecclesiæ carnalibus hominibus plene.] Petrus dicit, exi à me, quia homo peccator sum] tanquàm ecclesia turbis carnalium impleta, & eorum moribus penè submersa. Regnum spiritualium in quibus maximè persona Christi eminet à se quodammodo expellit, non enim hoc uoce linguæ dicunt homines hominib. ministris Dei, vt eos à se repellant, & voce morum, & actuum suadent à se recedi, ne per bonos mergantur, & eo vehementius; quo deferunt, & honorem, vt honorificentiã eo-

tum significauerit [Petrus cadens ad pedes dñi] Iuniores añt in eo ꝙ dicit [Exi à me] Dñs aût confortat timorem carnalium ne quis vel de suæ conscientiæ culpa tremens, vel de aliorũ innocétia stupens, sanctitatis iter formidet aggredi. [Dñs aût dũ non recessit ab eis] significat in bonis, & spũalib. uiris non esse oportere hanc volũtatem, ut turbarum peccatis commoti, quo quasi securius, tranquilliusq; viuant munus ecclesiasticũ deserant, [ꝙ aût subductis a terra nauib. relictis oib. sequuti sunt eũ] pōt significare finẽ tpis, quo ab huius mũdi solatio q Christo inhæserunt penitus recessuri sunt.

TROPOLOGICE.

Docemur, vt simus soliciti audire verbũ Dei, & opere implere. Itèm, ꝙ subducamus nos à terra. i à terrenis desiderijs, nec statim elongemus, sed paulatim, ne statim in altũ ascédétes corruamus. Itẽ, ꝙ nõ interrupamus uerbũ Dei, cõtristátes prædicatores, sed reuerẽter expectemus vsq; quo cessent loq, nec uadamus piscatũ i nocte tenebrarũ ignorãtiæ, quia nihil capiemus. Itẽ, ꝙ ducamus mẽtẽ in altũ ad acquisitionẽ donorum cœlestiũ, & intremus rete fidei, nec eleuemur in magnitudine superbiæ, ne frangamus rete, nec simus lubrici de culpa in culpã sicut anguillæ, quia non retinebimur ad rete nec simus nimis parui timẽtes ex paruo corde aggredi ardua, quia prosiliemus ex rete, sed cũ Apostolis relinquẽtes oia talia ꝓcidamus ad pedes Iesu, ipsũ sequẽtes.

ANAGOGICE.

Contemplari docet illã cęlestẽ patriã, in qua prete ꝓdicationis Apastolicę, & duab. nauib. Iudæorũ atq; Gentiliũ copiosa electorũ multitudo resulget, quã pu dés Ioannes in Apocalipsi dicit ipsam a nullo hominũ posse numerari, & tũc exclusa nocte, labilis uitæ, qua nihil permanens cæpimus, in altũ diuinitatis oculos mẽtis ducẽtes, laxabimus uires intellectus nostri ad cognitionẽ ipsius, in qua nostra beatitudo consistet, ad quam procidentes ad pedes Iesu per sacrum baptisma, & eius fidem perueniemus, si tñ compatiamur, ut simul glorificemur.

DOMINICA EADEM SECVNDVM ordinem Prædicatorum.

Erat appropinquantes.

DOMINICA QVINTA POST Pentecosten.

Amen amen dico uobis, nisi abũdauerit. Mat. 5. cap.

Hęc uerba locutus est dominus anno ętatis suæ 31. die 15. Iunij, in die Iouis.

HISTORICE.

Discipulis dñs aiebat, ꝙ nequaquã cęlorũ regna ingrederent̃ nisi iustitiã scribæ, & Pharisæi abundãtius, quã colerẽt. Nã apud antiquos iudicio rei homicidæ habebãtur. Dixit aût oẽm, q suo irasceret̃ fratri concilio reũ fore, & iudicio, qui racha eũ appellauerit? q uero fatuitate eidẽ cõuitiatus fuerit, ignis pœnam meret̃. Ad altare uero munera, qui cupit offerre, reminiscens fratrem offendisse, anteq̃ offerat, fratri reconciliet̃, tũc. n. accepta Deo securius offeret munera.

Satisfaciendum est dubijs, quæ occurrunt.

1 DVBITATVR. Cũ in textu euãgelij nõ dicat̃ amé, cur ecclesia in principio huius Euangelij illud interserit? Res. ꝙ mediatè an hoc Euangelium dñs loquens dixit, amẽ quippe dico uobis, & non interrumpit sermonem, sed prosecutus fuit, ut in hoc Euangelio continetur. Iõ ecclesia in principio huius Euangelij ponit amen, quòd añ dixerat.

2 Dub. cũ dñs dixerit semel amen, cur ecclesia hic reduplicat? ℞. quòd dñs dixit amẽ quippè, qđ quidẽ quippè, æquiualet huic dictioni amen, ideò ecclesia reduplicat amen.

3 Dub. Cur nõ facit mẽtionẽ de alijs uirtutib. nisi de iustitia? ℞. Chry. sup Matt. qđ iustitiã dicit hic uniuersalẽ uirtutẽ. Plato ẽt dicit iustitiã esse artem, & disciplinã uiuẽdi.

4 Dub. Quõ dẽt iustitia nr̃a abũdare plusquam scribarũ &c. Resp. dñs Card. de Turrecrem. sup hoc Euãgelio, qđ lex uetus in illo ꝑcepto non occides, ut interpretabant̃ Pharisæi, prohibebat solũ actũ exteriorẽ homicidij, sed nõ ꝓpositũ occidẽdi. Xp̃s aût interpretatus fuit nõ solũ, quo ad actũ exteriorẽ, sed ẽt, quo ad aĩum occidendi, & ita lex noua est pfectior q̃ uetus, licèt sit vna lex, quo ad moralia, quãtũ ad substantiã ꝑceptorum, tñ aliter interpretabatur à Christo, quàm à Pharisæis. Vnde eam obseruare, sicut ipsi inter-

interpretabant, non sufficiebat ad salutē animæ, sed oportet iuxta interpretationē Christi obseruare, q vult intrare in regnū cœlorū.

5 Dub. Cur in veteri testō non nominatur regnū cœlorum? R. Aug. q ori Christi nominandū seruabatur, quem regem ad regendum seruos suos vetus testm̄ præfigurabat.

6 Dub. Cur nominat antiquos? Res. Chrys. in hom. quòd per hoc ostendit multū tempus esse, ex quo hoc mandatum acceperunt.

7 Dub. Cur dicit ego aūt dico uobis? R. q sup. quòd in hoc ostendit̄ potestas Christi legislatoris. Nullus. n. antiquorum ita locutus est, sed sic, hæc dicit Dn̄s, q a illi ut serui, ea quæ sunt dn̄i annūciabant, & conseruis pdicabant, hic aūt ut filius ea, quæ sunt patris, q̄ etiā sua sunt, & seruis suis legem ponebat.

8 Dub. An phibeamur occidere bruta animalia? Resp. Aug. primo de ciuit. Dei, quòd non, quia iustissima ordinatione creationis vita, & mors eorum nostris usibus subditur.

9 Dubit. An liceat seipsum occidere? Resp. qui sup. quòd nō: quia qui seipsum occidit, non aliud quàm hominem occidit.

10 Dub. Cur ergo Sāpson occidit seipsum? Respon. qui sup. quòd latenter spiritus hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

11 Dubit. An filij Israel occidentes hostes in bello contrafecerunt huic præcepto, Non occides? Resp. qui sup. quod non, quia auctore Deo bella gesserunt, ac personam gerentes publicæ potestatis iustissimæ rationis imperio sceleratos morte punierunt.

12 Dubit. An Abraham occidere uolens filium fecerit contra hoc præceptum? Resp. qui sup. quòd non, sed potius laudatus est nomine pietatis, quòd uoluit filium ex Dei mandato obedienter occidere.

13 Dubit. Cum sancti irascantur peccatoribus, an peccent contra præceptum domini? Respon. Chrysost. super Matt. quòd qui sine causa irascitur, reus erit. Non autem qui cum causa, nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur, nec etiam fratri irascitur, qui peccato fratris irascitur.

14 Dub. Quid significat racha? Resp. Hiero. quòd Hebræum est, quē nos possumus vulgata iniuria, absque cerebro nuncupare.

15 Dub. Quia hoc non vr̄ magnum peccatū dicere fratri racha? Resp. Chrys. in hom. q dominus, & quæ paruissima sunt euellit, & cum honore nobis inuicem uti iubet.

16 Dub. Quis est frater noster? Resp. Hier. quòd frater noster nullus est, nisi qui eundem nobiscum habet patrem.

17 Dub. Cur dn̄s prohibet irasci, dicere racha, & dicere fatue? R. dn̄s Card. de Turrecrem. super hoc Euang. q pp triplicē gradū iræ. Primus est in corde, quod notatur cum dr̄, qui irascitur fratri suo. Secundus in ore per verbū confusum contumeliosum, qđ notat̄ per racha, quòd est interiectio irascētis. Tertius est qn̄ proceditur ad contumeliam determinatā, qui notatur per dicere, fatue. Primus est minoris culpæ, q̄ secundus, & secundus q̄ tertius. Et ideo pœna minor determinatur cum dr̄, reus erit concilio: quia minus est, quòd iudices deberent cōgregari ad determinationem alicuius pœnæ, quàm quòd iam sit adiudicatus, quòd ponitur in secundo, cum dr̄, reus erit iudicio: & hoc est minus, q̄ quod aliquis sit iam extremæ pœnæ determinatus, quòd ponit̄ in tertio gradu, cum dicitur, reus erit gehennæ ignis.

18 Dub. Cur ergo dominus vocauit stultos discipulos euntes in Emaus, vide feriam 2. Paschæ, dub. 29.

19 Dub. Quid est ira, vide fer. 2. dominicæ 3. Quadragesimæ, dub. 48.

20 Du. Quot sunt filiæ iræ, & alia de ira, uide vbi sup. immediate, & in alijs dubijs sequēt.

21 Dub. Quid est fatuitas? R. S. Th. 2. 2. q. 46. ar. 1. quod fatuus est, q caret sensu iudicādi.

22 Dub. Quid est stultitia? Resp. qui sup. q stultus est, qui pp stuporem non mouetur.

23 Dub. Quæ dr̄a est inter fatuitatē & stultitiam? Resp. qui sup. q stultitia importat hebetudinem cordis, & obtusionem sensuum: fatuitas autem importat totalem spiritualis sensus priuationem. Et ideo conuenienter stultitia opponitur sapientiæ, sicut contrarium, Fatuitas autem sicut pura negatio.

24 Dub. An stultitia sit peccatum? Resp. qui sup. art. 2. q vel est ex dispositione naturali, sicut patet in amentibus, & sic non est peccatum. Alio modo, inquantū homo immergit sensum suū rebus terrenis, ex quo redditur eius sensus ineptus ad percipiendum diuina, & talis stultitia est peccatum.

25 Dub. Quia cū nullum peccatū sit, nisi uoluntariū, & stultitia non sit uoluntaria, vr̄ q non sit peccatum? R. qui sup. q quāuis stultitiam nullus velit, vult tn̄ ea, quæ consequitur esse stultum, s. abstrahere sensum suum à spiritualibus, & immergere terrenis.

26 Dub. Cui præcepto opponitur stultitia? Res. qui sup. q opponitur pceptis, q dantur de contéplatione veritatis, de quibus dicitur Deut. 4. audiétes vniuersi præcepta hæc dicant an populus sapiens, & intelligens.

27 Dub. Vnde nascitur stultitia? Res. qui supra, ar. 3. q maximè nascitur illa stultitia, q est pctm, ex luxuria, unde Prouer. 7. dicitur statim eam sequitur s. meretricem ignorãs, qđ ad uincula stultus trahatur, etiam procedit aliquando ex impedimento corporali causato ex ira, & sua acuitate.

28 Du. Cur dicit si offers munus tuũ ad altare, &c. R. quòd si irasci non est fas, multo minus tenere aliquid, ut in odium indignatio conuertatur.

29 Dubi. Cur dicitur, si habes aliquid aduersus fratrem tuũ, cum potius dicere deberet ecõuerso? Res. Hie. qđ ideò ut durior tibi reconciliationis imponatur necessitas.

30 Dub. Cur debemus petere ueniã ab illo, qui nos lęsit? R. Chrys. super Matt. qđ si ille te lęserit, & tu prius rogaueris, magnam habebis mercedem.

31 Du. An sit necessarium petere ueniã ab illo, qui nos læsit? Resp Aug. q non, sed tantum dimittere, sicut tibi a domino dimitti cupis, quod ipse commiseris.

32 Dubi. Quid est habere aliquid aduersus fratrem, uel fratrẽ habere aliquid aduersus nos? R. q sup. qđ ipse habet aliquid aduersus nos, si nos eũ in aliquo lesimus, nam nos aduersus eum habemus si ille nos læserit.

33 Du. Cur pcipit, ut relinquas munus tuũ, &c. Res. Chry. ubi supra, quia non vult dñs à discordantibus accipere sacrificium.

34 Dub. Quia videtur, qđ dñs deberet acceptare munera, q in honore suo offeruntur? Res. sup. qđ Deus ex misericordia plus diligit hoium utilitates, q suos honores, quia plus diligit cõcordiã fideliũ, q munera. Nemo. n. inter inimicos põt esse fidelis amicus amborum. Iõ & Deus non vult esse amicus fidelium quamdiu inter se fuerint inimici.

35 Du. An quis cõtẽnẽs solũ in animo fratrẽ, teneatur sibi reconciliari? Resp. qui sup. qđ qualis pcessit offensio, talis debet esse reconciliatio, si cogitatu offendisti, cogitatu recõciliare: si uerbis, uerbis: si operibus, operibus reconciliare. Omne. n. pctm quo committitur, eo mõ de ipso pœnitentia agitur.

36 Du. Si frater meus est vltra mare, debeo ad eũ accidere, ut petã ueniã? Resp. Aug. qđ tunc pergendum est ad reconciliationem non pedibus corporis, sed motibus animi.

37 Du. Quid si petimus ueniã, & frater non vult dimittere? R. quod iã reconciliatus est quo ad Deũ, & offerre poteris munus tuũ.

38 Dubi. Quia offendendo proximũ etiam offendimus Deum, ergo non prius debemus recõciliari fratri quàm Deo? Resp. S. Vin. in sermone hodierno, qđ rationabiliter prius debemus reconciliari fratri, q Deo, quia dispositio in materia præcedit formam substantialem, forma autem principalis animæ est deuotio erga Deum, sed dispositio præcedens istam formam est concordia membrorum, idest proximorum, quia omnes sumus membra Christi. Et ideò, Christus dixit, uade prius reconciliari fratri tuo.

Alijs sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Estote misericordes, &c.

DOMINICA SEXTA POST Pentecosten.

Cum turba multa esset cum Iesu. Marci 8. Matth. 15. c.

Historia huius Euangelij facta fuit anno Christi 32. die 6. Ianuarij.

HISTORICE.

Misereri ait dominus turbæ multæ, quæ cũ triduo secuta fuerat, nec quo esuriti subueniret hẽret, timẽs, ne recedẽs inedia deperiret? Respondẽtib. uero discipulis uixtantam in solitudine multitudinẽ panib. satiari posse, rogauit si quos haberẽt panẽs, oblatisq; septẽ panibus, cũ gratiarũ actione eis fractis ac non multis piscibus, turbæ p discipulos iussit apponi; qui famem eis comestis abiecerunt numero quatuor millia. Fragmẽtorũ uero, q superfuerãt septẽ impleuerunt sportas, sicque turbam in pace dimisit.

Ad dubiorum solutionem est accedendum.

1 DVBITATVR. An istud miraculũ sit idẽ cũ illo, de quinque panibus? Res. qđ non, quia illud fuit de quinq; panibus, & istud de quatuor in illo satiati fuerunt

fuerunt quinque millia hominum. Hic uero quatuor.

2 Dub. Quantum temporis fuit inter utrũque miraculum? Ref. ꝙ illud quinq; panum fuit factum die 15. April. & istud secundum Orige. fuit factum in sequenti mense Ianuarij, die 6. eiusdem mensis.

3 Dub. Cur non continuè faciebat huiusmodi miraculum? ℞. Hieronymus, quòd ne turbæ propter cibum ipsum sequerentur.

4 Du. Cur ergo nunc fecit? ℞. Theop. quia uidebat turbis periculum imminere.

5 Du. Cur tanta turba morabatur cum domino? ℞. quòd ut habetur Matt. 25. ꝙ accesserunt ad eum turbę multę habentes secum infirmos diuersorum languorum, ut curarentur à domino, quos & curauit.

6 Du. An steterũt triduo absque comestione? Ref. Lyra, qđ non, sed cibos, quos secum detulerant prima, & secunda die, consumpserant, & tertia die deficientibus cibarijs fecit miraculum.

7 Dub. Cur primò miseretur, & post satiat? Ref. Beda in homil. qđ ex hoc consideratur in Christo distincta operatio humanitatis, scilicet, in miserẽdo, & diuinitatis, in satiando tantam multitudinem septem panibus, & piscibus paucis.

8 Dub. In quo loco fecit hoc miraculum? ℞. quòd ut habetur Matt. 15. c. fecit in monte quodam, secus mare Galilæę.

9 Dub. Nunquid sine comestione potuisset preseruare ne deficerent in uia? ℞ quòd sic, sed istud miraculum fuit magis clarum, & post vulgatum.

10 Du. Vnde uenerant à longe? Ref. quòd à domibus eorum, quę erant à longe.

11 Dub. Cur tantum steterint cum Christo? Ref. Lyra quod ex deuotione audiendi doctrinam eius, & ad uidẽdum eius miracula.

12 Du. In quo loco dormiebant? Ref. qui supra, quòd sub dio.

13 Du. Cur discipuli uiso alio miraculo quinque panum adhuc dubitabãt, dicentes: quis poterit hos saturare panibus, &c. Ref. Theophi. ꝙ adhuc non intelligebant, nec uirtuti eius propter priora miracula credebant.

14 Du. Cur non redarguit eos dominus de incredulitate? Ref. qui supra, ut instruat nos quòd non debemus ignorantibus, & non intelligentibus grauiter irasci, sed eorum ignorantię compati.

15 Du. Cur hic cũ sint plures panes, & pauciores homines comedẽtes, solum impleuerunt 7. sportas reliquiarum, & in alio miraculo quinque panum impleuerunt duodecim cophinos? Ref. Chr. qđ hoc fuit, aut quia sportę sunt maiores, quàm cophini, aut ut diuersitate rememorentur & illius, & istius miraculi, & propter hoc tunc fecit cophinos reliquiarum ęquales discipulis, nunc autem sportas ęquales panibus.

16 Du. An isti panes fuerint hordeacei, sicut alij quinq; ? ℞ gl. qđ non, sed potius triticei.

17 Du. Quõ intelligitur dictum discipulorũ dicentium, quis poterit istos in solitudine saturare panibus? Ref. Ly. qđ locus est desertus, & uillę multum distant. Et iõ nõ possumus per humanã prouidentiã talia habere.

18 Du. Cur discipuli non dĩt sicut aliàs, sed hęc quid sunt inter tantos? ℞. Chrys. quod iam paulatim profecerant, licèt non totum apprehendatur ab eis.

19 Alia dubia circa hoc euangelium quęre dominica quarta Quadragesimæ, & etiam sensus mysticos, eo addito, qđ hic septem panes designant septem dona Spiritussancti, qui nõ sunt hordeacei, sicut illi, quia lex illa data est seruis & iumentis. i. carnalibus, sed sunt triticei, quia ex adipe frumenti satiat nos Christus in lege gratię [septem sportę] septem ecclesię sunt. hic quatuor millia. i. quatuor uirtutibus perfecti, & ueluti fortiora plura comedentes pauciora reliquerunt. quia quinque millia erant quinque sensibus seruientes, & propter hoc non potuerũt comedere spiritualẽ sensum literę utraque refectio in monte celebrata est, quia utriusque testamenti scriptura altitudinem Christi prędicat; qđ turbam saturatam dimittit, significat saturatos cœlesti gratia confidenter pergere posse.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Cum turba irruerent in Iesum.

DOMINICA SEPTIMA post Penthecosten.

Attendite à falsis prophetis. Matthæi 7.

Hæc uerba locutus fuit dominus anno ætatis suæ 31. die 14. Iulij in die Iouis.

HISTORICE.

Vt à falsis præcauerent prophetis discipulos dominus admonuit, qm̃ ouium tecti uestibus lupum gerũt, qui, & agnosci ab eo-

rum possunt fructibus, non enim vuas ex spinis vindemiant, neque ficus ex tribulis carpunt, quemadmodum, & bona quidē arbor bonos, non autem corruptos producit fructus: econtrario autem, mala, malos non bonos generat, quæ etiam euelletur, ac igni comburetur. Non enim omnis Deum magnificans regna petet cœlorum, sed patris mandatis obtemperans, hic cœlesti donabitur gloria.

Bonum est primò dubia soluere.

1 DVB. Cur dominus predicta verba dixit? Res. Ly. ꝙ sup. dominus demōstrauerat legē Euā gelicā esse obseruādā, & quia ad eam seruandam facit euitatio mali consortij, ideo dicit, attendite, &c.

2 Dub. Quia post Ioannem Baptistam non fuerunt prophetę, vt dicitur Matth 11. c. ergo nō oportet precauere à falsis prophetis? Resp. Chry. super Matt. ꝙ dictum Mathęi intelligitur ꝙ post Ioannem nulla fuit prophetia de Christo venturo, sed benè post fuerunt, & sunt prophetæ, non quidem, qui prophetarent de Christo, sed qui interpretarentur ea, quæ ab al js de Christo fuerunt prophetata. i. doctores ecclesiarum, nec. n. pōt quis propheticos interpretari sensus, nisi per spiritum prophetiæ. Et ideo dñs præuidens futuros esse falsos doctores hæresiū, admonet, vt ab eis caueamus.

3 Dub. Cur dicit, attendite, & non aspicite? Res. Chrys. vbi supra, quia non veniunt manifeste, sed abscondite sub nomine Christiano, vbi n. res certa est, aspicitur, vbi autē incerta, attenditur. i. caute cōsideratur.

4 Dub. Cur dicit, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium? R. qui supra, ꝙ ne aliquis doctor hæreticus dicat, non dicit nos falsos prophetas, sed Gentilium, & Iudęorū doctores, nām oues Christiani dicuntur. Vestimētum autē ouile est species Christianitatis, & simulatæ religionis, nulla autē res sic exterminat bonum, sicut simulatio, nam malum specie boni celatum, dum non cognoscitur, non cauetur.

5 Dubit. Cur dicit intrinsecus autem sunt lupi rapaces? Res. qui supra, ꝙ ne hæreticus dicat, quod de veris doctoribus loquitur, qui tamen peccatores sunt, quoniam catholici doctores etsi fuerint peccatores, serui quidem carnis dicuntur, non tamen lupi rapaces, quia non habent propositum perdere Christianos, sicut hæretici.

6 Dub. Quomodo intelligitur, à fructibus &c. Res. Ly. idest ab operibus.

7 Dubit. Quomodo possunt cognosci, cum multa bona simulatè faciant? Resp. Aug. de sermone domini in monte, quòd ex operibus cognosci potest, vtrum exteriorem cultum ambitione aliqua faciant: cum enim cœperint aliquibus tentationibus, ea ipsa vel subtrahi, vel negari, quæ isto velamine, vel consecuti sunt, vel consequi cupierunt, tunc necesse est vt appareat, vtrum lupus in ouina pelle sit, an ouis in sua.

8 Dub. Cur dominus ponit exemplum de spinis, & uuis, & ficubus, ac tribulis? Resp. Chry. ꝙ spinæ & tribuli sunt hæretici, quia sicut spina, vel tribulus ex quacunque parte habet aculeos, sic & serui diaboli ex quacunque parte consideraueris, iniquitatis pleni sunt. Vua autem & ficus, qui multa grana intus continent inclusa, sunt signa charitatis, quæ multos fideles tenet coniunctos.

9 Du. Cur dicit sic omnis arbor bona, &c. Res. qui supra, ꝙ id, quod particulariter sub similitudine ficus, & vitis, spinæ, & tribuli dixerat, nunc ostendit uniuersaliter esse uerum in omnibus arboribus.

10 Du. Quia ex hoc uideretur, ꝙ arbor bona esset a Deo, cuius natura est bona, & à diabolo mala? R. August. de sermo. domini in mōte, ꝙ cauēdus est hic error Manichęorum, quia istæ duæ arbores adiuuant eos in eorū errore qa de hominibus dominū dicere planum est, si quis pręcedentia, & sequentia legerit, naturæ autem omnes bonæ sunt.

11 Dub. Quia aliquando arbores bonæ, s. nucum, & huiusmodi, producunt fructus corruptos? Respond. quòd licèt sint de genere bonarum arborum fructum bonum producētium, tamen possunt tunc dici malæ, quia intrinsecus in radice, uel medulla, aliquid corruptionis habent.

12 Du. Quia ex dicto Christi uidetur, quòd bonus homo nō possit effici malus, nec malus, bonus? Resp. August. de sermo. domini in monte, quod bonus interim, quòd bonus est, non potest operari mala: nec sic malus

lus, bona, sed si malus, vult operari bona, prius fiat bonus, & ita intelligitur dictum Christi.

13 Dub. Quia non oẽs arbores non facientes fructum bonum exciduntur, sicut sunt aliquæ, quæ nullum fructũ faciunt? Resp. ꝙ illę arbores dicuntur facere fructum bonũ quæ sunt homini vtiles, talesq; præseruant ad trabes, vel postes faciendum, sed intelligitur de illis, q̃ nullũ omnino fructũ vtilem faciunt, q̃ solum sunt bonę ad cõburendũ.

14 Dub. Quia sic omnis arbor esset vtilis, q a saltẽ ad faciendũ ignem? Res. qđ talis utilitas non ꝓcedit ex virtute arboris, sed ignis ipsam combuerentis. Sicut etiam Deus ex malo scit elicere bonum.

15 Du. Cur dicit excidetur, &c. Resp. Chry. in Homil. eo quia punire non iusserat falsos prophetas. Ideo terret eos secundum pœnam quæ est à Deo.

16 Du. Quomodo ergo intelliguntur prędicta verba? Resp. Lyra; excidetur, s. in morte, quando in vita præsenti separabitur, & in ignem mittetur, s. gehennę.

17 Dub. An excidi, & comburi sint duæ pœnæ? Resp. Chryso. vbi supra, quòd sunt duæ qui enim comburitur, & à regno excidetur omnino.

18 Du. Quę est maior pœna, excidi à regno cœlorum, vel comburi? Resp. qui supra, qđ si quis decem mille ponat gehennas, nihil tale dicit, quale est à beata gloria illa excidere, & odio haberi Christo.

19 Dubit. Cur replicat dicens, igitur ex fructibus, &c. Res. Glo. ꝙ ex præmissa similitudine cõcludit, ꝙ iã dixerat quasi manifestũ.

20 Dub. Cur cum tanta instantia dominus vult, ꝙ caueamus a falsis prophetis? Respõ. dominus Cardin. de Turrecrema ꝙ qa occultè veniunt, ut amplius noceant. Item, ꝓpter periculũ, quia intrinsecus sunt lupi rapaces, per corruptam voluntatem, & in tantum nocendi, & seducendi. Item sunt cauẽdi ne inuoluamur pœnis damnationis eorum, quæ sunt plures in iure.

21 Dub. Cur dicit nõ omnis qui dicit mihi, Domine Domine, &c. Respõ. Ly. ꝙ ostendit confessionem fidei Catholicæ, quod notatur dicendo Domine Domine, non valere sine operibus.

22 Dub. Quomodo ergo Apostolus 1. Cor. 12. dicit, nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in Spiritusancto? Respon. Chryso. super Matt. ꝙ posuit Apostolus hoc verbũ dicere, vt significet voluntatẽ, atque intellectũ dicentis, qui mẽtem suam sono uocis enunciat, sed dominus generaliter hic posuit verbũ dicendi, videtur etiam ille dicere, qui nec vult, nec intelligit, quòd dicat.

23 Dub. Cur dicit sed qui facit voluntatẽ patris mei? Respõ. Aug. de sermone Domini in monte, quod ideo dicit, vt non putemus ad illos fructus pertinere, de quibus supra dixerat, si quis domino nostro dicat, dñe domine, & ex eo nobis arbor bona videatur, sed illi sunt fructus, facere voluntatẽ Dei.

24 Dub. Cur non dicit, sed qui facit voluntatem meam? Res. Greg. in Homil. quoniã interim conueniens erat prius hoc suscipi ad imbecillitatem eorum, sed & per hoc illud insinuauit occulte, nõ enim est alia voluntas filij, quam quæ est patris.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Nisi abondaueris &c.

DOMINICA OCTAVA POST Pentecosten.

Homo quidam habebat uillicum. Luc. 16.

Historiã huius Euangelij locutus fuit dominus anno ętatis suæ 32. die 27. Septẽbris in dominica.

HISTORICE.

Quendam diuitẽ dixit dominus villicũ habuisse diffamatũ, ꝙ cuncta domini bona dissipasset, à quo cum administrationis rationem exigeret, nec pari amplius vellet eũ villæ præesse; villicus attendens se nequaquam si villicatione destitueretur, vitam commode transigere posse, animaduertens, ꝙ minime fodere posset, & erubescentia angeretur mendicare, ut in futurum sibi prouideret, oportune, singulis sui domini debitoribus partem eorũ quæ debebant, remisit à domino laudatus, quòd fuisset visus prudentia: cum huius sectatores sæculi diligentiori utantur astutia, quam Dei electi ipsi famulando, utq; ipsi sibi Apostoli ex iniquita-

quitatis mammona amicos diligerent conclusis, vt in æterna post eorum decessum recipi valeant tabernacula.

Aliquorum interseram solutiones dubiorum.

1 DVBITATVR. Cur hãc introducit parabolam? Res. Ly. q ut per hoc intelligatur, q sicut dispensator faciens curialitatem de bonis Domini sui receptus dicitur in domibus illorum, quibus fecit: sic diuites huius mundi, si de bonis sibi traditis ad dispensationem dét pauperibus, recipientur in domo ipsorum, quæ est in cœlo.

2 Dub. Quid significant nomina posita in hac parabola. Require in allegoria.

3 Dub. Quis vocatur villicus? Resp Hier. in Homil. q est villę gubernator, vnde & à villa nomen accepit, sed hic vt dicit Glos. accipitur pro œconomo, qui est dispensator omnium, quæ possidet dominus, scilicet, pecuniæ, frugum, &c.

4 Du Quis est iste diues? Respon. Ly. q est Deus pro nobis homo natus, quia vt dicitur 21. propositione de causis. Primum est diues per seipsum, & non est malus diues.

5 Dub Quis est iste villicus? Resp Glos q est ille, cui Deus aliquas pecunias ad erogandum pauperibus committit, qui si cogitat talem villicationem cum vita ista finiédam, magis de acquirédis amicis, quam de congregandis diuitijs pertractat.

6 Dub An iuxta istam parabolam debeamus fraudulentia vti? Res. Glo. q non, sed ecõtrario similitudines istę dãtur, vt intelligamus si laudari potuit a domino, cui fraudé faciebat, quanto magis placet Deo, qui secundum eius præceptum opera illa facit.

7 Dub. An similitudines dictę per Christũ debeant in omnibus imitari? Resp. Lyra, qđ similitudo non semper currit quatuor pedibus, imo si teneret in omnibus, iam non esset similitudo, sed magis identias.

8 Dub. A quibus fuit iste dispensator diffamatus? Resp. q ex euidentia facti, iniquæ, s. dispensationis, quia nihil latet Deum.

9 Dub Quomodo dissipauerat bona domini? Res. Lyra, q ministri ecclesiæ quib. tradita sunt bona temporalia, vt ea exponant in vsibus pijs, dissipant ea, quãdo consumũt in illicitis & superfluis.

10 Du. An alio modo dissipent bona nobis a Deo data? Resp. Iac. de Vora. q homo dissipat corpus viuendo luxuriose, & animam malas cogitationes nutriendo.

11 Dub. Cur dicitur, quasi? R. quia nondum ex toto dissipauerat.

12 Dubi. Cur vocauit eum dominus? Resp. quòd, quia antequàm quis de infamia dãnetur, debet vocari & audiri.

13 Dub. De quibus exigitur vt reddatur ratio? Res. Lyra, q de omnibus nobis traditis Deus exiget rationem vsque ad minimum quadrantem.

14 Dub. Quomodo non poterit amplius villicare? Resp. qui supra, quia omnia ab ipso auferuntur.

15 Dubit. Cur villicus solum dicit intra se? Res. Lãd. de vita Christi, quia nullum tunc habebat amicum.

16 Dub. Quomodo non valet fodere? Resp. Glo. quoniam proprio labore & pęnitentia non potest satisfacere de peccatis, & ire ad vitam æternam.

17 Dub. Cur erubescit mendicare? Resp. Ly. q verecundum est huius mundi diuitibus petere à pauperibus, & religiosis suffragia spiritualia, & non rependere eis in bonis temporalibus.

18 Dub. Cur timet villicus? Res. Chry. quia non consueuerat affectare labores.

19 Dub. In quibus domibus recipietur post villicationem? Resp. qui sup. q in domibus pauperum, quòd est regnum cœlorum, vt dicitur Mat. 5. c Beati pauperes spiritu, qm ipsorum est regnum cœlorum.

20 Dub. An bene cogitauerit villicus, dicés, scio quid faciam, &c Resp. Chry. q sic quia quoties quis exitum suum percipiens leuat beneficio sarcinam peccatorum, vel relaxãdo debita debitori, vel tribuens inopibus copiã, ea, quæ sunt Dñi largiês, multos amicos conciliat pbituros sibi coram iudice testimonium veritatis non vocibus, sed bonorũ operũ ostẽsione quin etiam paraturos per testimonium refrigerij mansionem.

21 Dub. Cur dicit debitoribus domini sui, & non debitoribus suis? Respon. qui supra, quoniam nihil est nostrum, sed omnia sunt ditionis Dei.

22 Du Cur dicit omnibus debitoribus? Res. Lyr. q oẽs sunt debitores Dei, etiã religiosi & pauperes quantumcunque sint iusti.

23 Dub. Quis fuit primus, cui dixit, quantũ debes dño meo? Res. q ille, qui peccauit in Deum,

Deum,& in proximum,qui maiori indiget misericordia, quòd notatur per oleum.

24 Dub. Quis fuit secundus? ℞.ꝙ ille, qui peccauit in proximũ,ꝙ notatur per triticũ.

25 Dub. Cur plus dimisit de oleo,quàm de tritico? Respon.S.Vinc.in serm.hodierno,ꝙ ad innuendum,quòd maior est eleemosina de bonis spiritualibus,quæ significantur per oleum,quàm de temporalibus,quæ significantur per triticum.

26 Dub.Cur de oleo dimidietatem,& de tritico quintam partem dimittit? Resp.Beda, ꝙ quisquis indigentiam pauperis,vel ex dimidia, vel ex quinta alleuiat parte, misericordiæ suæ mercede donandus est.

27 Dub.Quid est cadus? Resp.glos.Beda,ꝙ cadus Græcè,dicitur amphora Latinè,continens vrnas tres. Vrna autem est mensura, quam quidam quartarium vocant.

28 Dub. Quid est chorus? Resp.qui supra, quòd chorus modijs 30.impletur.

29 Dubit. Cum non credatur literis debitoris,cur vult ut scribat? Resp. quòd scribe,i. scribere fac per publicam personam,quemadmodum non teneris nisi ad tantum.

30 Dub.Cur dominus laudauit villicum de fraude? Resp.glos.quòd non laudauit eum de fraude, sed de prudentia.

31 Dub.Quõ prudenter egit cum prudentia sit virtus,& ipse commiserit fraudem?Resp. Orig.ꝙ prudẽter egit,i.astutè, quia prudentia est æquiuocum ad virtutem,quæ est prudentia,& ad astutiam,qm̃ in Gen. secũdum 70.interpretes,serpens prudentissimus erat, translatio nostra habet, callidissimus erat.

32 Dub. Cur dr̃ villicus iniquitatis? ℞. qm̃ iniquitatem contra dominum operatus est.

33 Dubit. Qui sunt filij lucis & qui filij sæculi? Resp. Beda,ꝙ cuius vnusquisque agit opera, eius cognominatur & filius, sicut filij regni, & filij perditionis.

34 Dubit. Quomodo filij huius sæculi sunt prudentiores filijs lucis, quia illi damnantur,& isti saluantur? Respon.Orig.quòd dicuntur prudentiores non absolute, & simpliciter, sed in genere suo.

35 Dub.Quę ratio est,quòd filij sæculi sunt prudentiores filijs lucis? Resp.Lyra, quòd vna ratio est corruptio naturæ,propter quã homo pronior est ad malum quàm ad bonum. Secunda ratio est quia bona temporalia sunt sensibilia, & spiritualia non, quia sensibilia sunt nota per sensum,& experientiam,sed spiritualia solũ per fidem. Et ideo magis mouent sensibilia quam spiritualia.

36 Dub. Cur dicit,& ego dico vobis? Resp. qui sup.ꝙ ponit parabolæ applicationem.

37 Dub.Quid significat Mãmona?Resp.qui sup.ꝙ est nomen dæmonis tentãtis de diuitijs male acquirendis,& põt declinari mammona mãmonæ, vel mammon mammonis.

38 Dub. Cur debemus nobis facere amicos de dæmone,qui est inimicus noster? Resp. qui supra,quòd nomen dæmonis ad diuitias significandas detinatur, & hic ponitur pro diuitijs,& non pro dæmone,idest facite uobis amicos de diuitijs.

39 Dub. Cur diuitiæ dicuntur iniquitatis? ℞.S.Thom.2.2.q.22.art.7.quòd omnes diuitiæ dicuntur iniquitatis,i. inæqualitatis, quia non æqualiter sunt omnibus distributæ,vno egente,& alio superabundante.

40 Dub.Quia vr̃ rapere aliena esse licitum, & dare pauperibus? ℞ qui sup quòd vt August.dicit in lib.de verbis Dñi, quidam malè intelligendo rapiunt res alienas, & inde aliquid pauperibus largiuntur, & putant se facere quòd præceptum est, intellectus iste corrigendus est,sed omnes diuitiæ iniquitatis dicuntur: quia non sunt diuitiæ iniquæ, nisi in iniquis qui in eis spem constituunt.

41 Dubit. Quia vr̃,quòd diuitiæ sint bonæ, quia Esa.33. dr̃, diuitiæ salutis sapientia, & scientia. Timor domini ipse est thesaurus tuus? ℞.qui sup.primæ ad Thimo.6.lect.4. quòd duplices sunt diuitiæ, s. spirituales, q̃ sunt veræ diuitię. Quædam corporales, & hæ nõ sunt uerę diuitiæ, quia non sufficiũt, & tales dicuntur diuitiæ huius sæculi.

42 Dub.In quibus reb.cõsistunt diuitię corporales?℞.qui sup.12 q.2.ar.1.quòd vt Philos. dicit in 1.Politic. quòd sunt duplices, s. naturales, quibus huiusmodi subuenitur ad defectus naturales tollendos,sicut cibus,potus,vehicula,habitacula, & alia hmõi. Aliæ artificiales, quibus sm̃ se, non iuuat homo, vt denarij,& huiusmodi,sed ars humana eas adinuenit propter facultatem commutationis, vt sint quasi mensura rerum venalium.

43 Dub.Quotuplex est vsus diuitiarũ? ℞.q sup.primæ Tim 6.ꝙ duplex est,vnus s.dare, qui est principalis, & alius tenere, ut custodiant̃,non quidem tm̃ ad utilitatẽ suam,sed ad quoddam cõe,s habere eas sicut cões.

44 Dub. An debeant diuitiæ diligi,vel contemni? Respond qui supra,2.2.q.126.art.1. quòd

quòd debent contemni inquantū nos impediunt ab amore, & timore Dei: non autem inquantum instrumentaliter nos iuuant ad ea, quæ sunt diuini timoris, & amoris.

45 Dub. Cur Deus dat aliquib. superabūdantiam diuitiarum? ℞. qui sup. q. 117. art. 1. ꝙ sicut Ambr. & Basil. dicunt, ꝙ vt meritum bonæ dispēsationis acquirant, pauca autem vni sufficiunt. Et ideò laudabiliter liberalis plura in alios expendit, quàm in seipsum.

46 Dub. An diuites possint saluari? Resp. qui sup. q. 186. art. 3. ꝙ vt Greg. dicit, difficile est charitatē inter diuitias conseruare. Vnde & dñs Matt. 19. dicit, ꝙ diues difficilè intrabit in regnū cęlorum. Et rō est: quia diuitię afferunt solicitudinem, quæ suffocat verbum. Itē amorē ad eas, qui cōtinuè augetur. Itē, inanem gloriam, quæ ex eis nascitur, tñ diuites benè vtentes diuitijs, possunt saluari.

47 Dub Cur dicit vt accipiant vos in æterna tabernacula, & non in suas mansione? Resp. Chrys. ꝙ ipsi non suscipiunt nos, quia addidit de mãmona iniquitatis, ostēdens, ꝙ non simpliciter eorū amicitia nobis patrocinabitur, nisi bona opera nos comitentur, nisi euacuemus iustè diuitias congestas iniustè.

48 Dub. Quomodo intelligitur cum defeceritis? Resp. s. per mortem corporalem.

49 Dub. Cur dicit æterna tabernacula? Respon. qui sup. quòd in hoc ostenditur, quòd ars artium peritissima est eleemosyna, quæ non nobis domos fabricat luteas, sed vitam perennem impendit.

ALLEGORICE.

[Diues] est Deus omnipotēs [habet villicum] s. Adam [qui diffamatus est apud eū] ex peccati euidētia [quòd dissipasset bona] sibi collata à Deo per peccatum inobedientiæ [dñs autem vocauit eum] dicens, Adam vbi es [& vocauit vt redderet rationem] de peccato commisso [nec voluit, quod amplius villicaret] sed expulit eum à paradiso terrestri dono immortalitatis eum exspoliando [qui non valens fodere [vt eam recuperaret [& erubescens mendicare] eam à Deo repetendo, quem offenderat [dixit, scio quid faciam] vt sibi remitteretur peccatum per pœnitentiam, quam & post fecit, & laudatus fuit à domino, quòd prudenter egisset] & tandem per Christum amicum eius susceptus fuit in æterna tabernacula.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

EADEM DOMINICA SECVNDVM ordinem Prædicatorum.

Cum turba multa esset cum Iesu.

DOMINICA NONA POST Pentecosten.

Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem, Luc. 9. c. Matt. 21. Mar. 11. Iohn. 2. cap.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 20. Martij, in Dominica Palmarum.

HISTORICE.

Pias lachrymas dñs Hierosolymis appropinquans effudit, inquiens, ipsam quoque inclytā vrbem, si futura sibi nota forent infortunia, nequaquā à fletib. temperaturam, qm̄ circundanda vallo foret, angustijs præmenda vndique, & ad terrā à Deo prostranda, vt ne vnus quidem super alio lapide lapis relinquendus esset. Hæcq; debere pati, quoniā visitationis suæ tempus agnoscere recusaret; Eam verò ingressus, è templo negotia exercētes effugauit, suam asserens domum fore dedicatam orationi, quam peruertentes latronū speluncam effecissent, docens itaque in templo diętim versabatur.

Dubia quæ occurrunt sunt hæc.

1 DVBITATVR. Ex quo loco ciuitatē vidit? Resp. Luc. 19. c. quòd ad descensum montis oliuarum.

2 Dub. Cur fleuit? Respon. Greg. in Hom. quod propter ruinam perfidæ ciuitatis.

3 Dub. Nunquid compati poterat absque fletu? ℞. Cyrillus, ꝙ sic, sed hoc nobis non potuisset manifestari absq; lachrymis, effusæ siquidem lachrymæ, sunt signa tristitiæ.

4 Dub. Quoties fleuit dñs? ℞. Iaco. de Vorag. in Serm. hodierno, ꝙ fleuit primò ex infantili necessitate, vnde Ecclesia, Vagit infans inter arcta, &c. Secundò, ex nimia compassione, vt hic. Tertiò ex immenso amore, sicut super Lazarū mortuum. Quartò, ex visceros a pietate casus Iudę, qa vt dicit Aug. in Ser. dñs noster pp delictū Iudæ lachrymatus est. Quintò, ex intimo dolore in cruce, vt dr̄ ad Hebr. 5. Sextò, in sanatione surdi, & muti, quando suspexit in cęlum, natu-

ra

ræ misertus humanæ.

5 Dub. Cum mala ventura Hierusalem iuste forent pro suis culpis infligenda, cur dominus fleuit? Resp. qđ Christus inquantum homo, etsi iuste Hierusalem passura esset, ex affectione tamen ad humanam speciem cōpassus fuit: etiam inimicis inimici cōpatiuntur aliquādo in afflictione positis. Nam & Marcus Marcellus dum incenderet Syracusas, lachrymatus est, compatiens afflictæ ciuitati.

6 Dub. Cur illa dies dicitur sua, s. Hierusalem? ℞. Greg. in Hom. qđ cum carnis se voluptatibus daret, in die sua, quæ ad pacem ei esse poterant, habebat. Et ideò sua dicebatur s. ad implendum voluptates suas.

7 Dub. Cur dicit, ad pacem tibi? Res. Greg. quia in suis voluptatibus nullo aduersante gaudebat.

8 Dub. Cur dicit, q erant ab oculis Hierusalem abscondita? Resp. qui sup. si abscondita non essent læti in præsentibus prosperis non fuissent.

9 Dub. Cur dominus loquebatur ciuitati, quæ constat ex muris? ℞. qđ hoc est figura prosopopeia. Nam loquebatur ciuitati, id est hominibus ciuitatis.

10 Du. Cur loquebaṫ hominibus ciuitatis, qui non audiebant, cum non essent pn̄tes? Rn̄. qđ erant ibi multæ turbæ precedentes, & sequentes, ut patet ante istud Euang.

11 Dub. Quando impletum fuit, quòd dominus prædixit? Res. quòd tempore Titi, & Vespasiani.

12 Dub. Qui fuerunt illi inimici, qui circūdederunt eam? Resp. quòd Romani, ut dicit Greg. in Homil.

13 Dub. Quid est circundare vallo? Res. Ly. .i. cum exercitu valde forti, seu ut dicit Catholicon, vallum est concathenatura quædam de vallis super aggerem.

14 Du. Cur replicat & circundabūt te? Res. qđ ad denotandum vehementiam obsidionis circumquaque.

15 Du Quomodo fuerūt angustiati vndiq;? Respon. quia extra erat gladius & intus fames, ut narrat Iosephus de Bello Iudaico, intantum, ut quædam mulieres præ fame proprios comederent filios.

16 Dub Quomodo Hierusalem fuit prostrata ad terram? Respō. quia eius muri dirupti sunt, & ad terram deiecti.

17 Dub. Quomodo etiam eius filij fuerunt prostrati? Res. secundum Iosephum, qđ filij eius. i. ciues quamplures interierunt gladio & fame, reliqui omnes venundati sunt.

18 Dub. Cur dicitur, qđ nō relinquent lapidem super lapidem, cum adhuc Hierusalem stet? ℞. Greg. in hom. qđ verba Christi testatur ipsa eiusdem ciuitatis transmigratio, qa dum nunc in eo loco constructa est, vbi extra portam dn̄s fuerat crucifixus, prior illa vt dicitur Hierusalem funditus est euersa.

19 Dub. De qua visitatione intelligit dominus? Res. Theophilus, uisitationis tuæ, idest mei aduentus.

20 Du. An si cognouisset uisitationem Christi, euasisset ipsa infortunia? Resp. qui sup. si cognouisset, idest in Christum credidisset, fuisset pacata Romanis, & ex omnibus exempta periculis.

21 Dubi. Cum multi Iudæorū crediderint Christū? ℞. qđ ut habetur in historia scholastica, omnes Christiani, qui erant in Hierusalem, imminente destructione eius, transierunt in regnum regis Agrippæ (admoniti per Angelum) qui erat confœderatus Romanis, & ita euaserunt omnes.

22 Du. An Iudæi poterant cognoscere tempus aduentus Christi? Resp. quòd sic, sapientiores & in lege docti. Vide dominica infra octauam Epiphaniæ, dub. 34 & fe. 6. dominicæ 2. Quadr. dub. 10.

Alia dubia requirere fe. 3. primæ dominicæ quadragesimæ, du. 10. & seq. & fe. 2. dominice 4. quadragesimæ, du. 5. & seq. quid autē doceret, vide fe. 3 dominicæ 4 quadragesimæ. dub. 4. An aūt quotidie doceret, uide dominica in ramis palmarum, dub. 429.

ALLEGORICE.

Redemptor noster plangere non cessat, cum quosdam ex bona uita ad mores reprobos peruenisse considerat, qui si damnationem suam, quæ eis imminet agnouissent, semetipsos cum lachrymis electorum plangerent: suam autē diem hic habeṫ anima peruersa, quæ transitorio gaudet in tempore, cui ea, quæ adsunt ad pacem sunt, dum ex rebus temporalibus lætatur, & prouidere futura refugit, quæ præsentem lætitiam perturbant, & maligni spiritus talem animam exeuntem à corpore obsident, quam in carnis amore positam deceptorijs delectationibus fouent, quam uallo circundant, quia ante mentis eius oculos reductis iniqui-

iniquitatibus, quas ꝑpetrauit hãc ad societatẽ suæ dãnationis coarctant, ut in ipsa extremitate vitæ deprehensa, quibus hostibus ci conclusa sit, uideat, & tñ euadendi aditum inuenire non possit. Vndique n. animã coangustant, quando ei non solum operis, uerum etiam locutionis, atque cogitationis iniquitates replicant. vtque quæ prius se per multa dilatauit in scelere, in extremum de omnibus angustetur in retributione, tunc autem anima per conditioné reatus sui ad terram consternitur, cum caro, quam uitam suam credidit redire ad puluerem vrgetur: tunc in morte filij eius cadunt cunctæ cogitationes illicitæ, q̃ modo ex illa prodeũt in extrema uitæ visione dissipanť: q̃ etiam cogitationes per lapides significari valent. peruersa n. mens cum peruersa cogitatione peruersionẽ adijcit, quasi lapidem super lapidé ponit: sed cum ad visioné suã anima ducitur, oĩs cogitationum constructio dissipatur: hanc Deus assidue visitat ꝑcepto, aliqñ flagello, aliqñ autem miraculo, ut uera, quæ nesciebat audiat, & ea contemnens à dolore cõpuncta redeat, aut beneficijs deuicta malum, quod fecit erubescat, quia uisitationis suæ tẽpus non cognoscit, in extremo uitæ traditur suis inimicis.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut prudentiam amplectendo fleamus mala ꝑterita & caueamus a futuris, timentes pœnas, quæ nobis ꝑ peccata imminẽt, ne circundemur in tempore mortis ab inimicis nostris, & ad tartara deducamur propter ingratitudinem ex negligentia cognitionis uisitationis gratiæ Dei.

ANAGOGICE.

Cõtemplemur, qm̃ beati, qui lugẽt quia consolabuntur: nam euntes ibunt, & flebũt mittentes semina sua. Venientes autem uenient cum exultatione portantes manipulos suorũ meritorum, & introducẽtur in tẽplũ à Christo Iesu dño nostro ciuitatis supernæ Hierusalé in sæcula sæculorũ. Amẽ.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Attendite à falsis prophetis, Matthæi 7.

DOMINICA DECIMA post Pentecosten.

Dicebat Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti. Luc. 18. c.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 19. Martij in die Mercurij.

HISTORICE.

Ex iustitia quibusdã in se confidentibus cęterosq; cõtemnentibus hac dñs usus fuit parabola: duos uidelicet, in templum ascendisse hoĩes orandi gratia, phariseus e duobus vnus erat, publicanus alter: orbat siquidẽ erectus primus, Deo gratias agens, q̃ immunis a vitijs hoĩum raptorum iniustorũ adulterantiũ foret, quibus publicanus obnoxius habebatur, quodq; qualibet biduo ieiunaret hebdomada integreq; ciuium suorũ ꝑsolueret decimas. Procul aũt publicanus existens oculis in terrã defixis uiolenter suũ tundebat pectus pugnis, oñ ũ suppliciter orans, ut suis fieret propitius peccatis. Concludens ex his dñs publicanum iustitiæ redditum fuisse, altero nequàm persistente, qm̃ se extollens quicunque deprimetur, humilia uero sentiens sublimis euadet.

Satisfaciendum est dubijs quæ occurrunt.

1 DVB. Cur dominus hanc parabolã induxit? Ref. Aug. de uerbis dñi, ut ostendat fidẽ, nõ esse superborum, sed humilium.

2 Dub. quia uidetur, quod iustitia cum sit uirtus, debeat ab homine appeti? ℞. Theophil. quod quamuis iustitia hominẽ approximet Deo si tamen ex hoc assumat, superbiam ad infimum deijcit.

3 Dub. Quod peccatum est de se cõfidere? Resp. S. Tho. 2. 2 q. 21. ar. 1. ꝗ est peccatum præsumptionis.

4 Dub. Quot modis peccat homo per præsumptionem? Resp. qui sup. ꝗ duobus. Vno uidelicet modo, qñ quis confidens propria uirtute tendit in aliquod bonum, quod suã facultatem excedit, de qua dicitur Iudit 6. de se præsumentes humilias, & opponitur magnanimitati. Alio modo, quando tendit in aliquod bonũ ut possibile per uirtutem, & misericordiam diuinã, quod possibile nõ est, sicut cũ aliquis sperat se ueniã obtinere sine pœnitentia, uel gloriam sine meritis, & talis præsumptio est species peccati in Spiritumsanctum, quia per eam tollitur, uel cõtemnitur adiutorium Spiritussancti, per quod homo reuocatur à peccato.

5 Dub. Quod est grauius pctm̃, pręsumere de se, uel de uirtute diuina? Resp. qui supra, ꝗ peccatum, quod est contra Deum secundum suum genus, est grauius cęteris pctis, vnde

vnde præsumptio, qua quis innititur inordinatè Deo grauius peccatum est, quàm qua quis innititur propriæ virtuti.

6 Dubit. Quod est grauius peccatum, præsumptio, vel desperatio? Resp. qui sup. art. 2. quòd cum vtrûque sit peccatum, præsumptio est minus peccatum, quàm desperatio, quoniã magis proprium est Deo misereri, & parcere, quàm punire, propter eius infinitam bonitatem, quia misereri, & parcere secundum se Deo conuenit: Punire autem ei conuenit secundum nostra peccata.

7 Dub. Quod peccatum est in se confidere & cæteros aspernari? Respon. qui sup. q. 112. art. 1. quòd est iactantia.

8 Dub. Quid est iactantia? ℞. qui sup. quòd importare videtur, quòd homo se extollat. Illa. n. quæ vult homo longe iactare in altũ eleuat, tunc autem propriè aliquis se extollit, quando de supra se dicit aliquid.

9 Dub. An iactantia semper sit cum mendacio? Resp qui supra, quòd aliquando potest esse sine mendacio, quando s. aliquis loquitur de se, non quidem supra id, quod in se est, sed supra id, quod de eo homines opinantur. Sicut dicitur Hester 1. q. Assuerus fecit grande conuiuium vt ostenderet, &c. atque iactantiam potentiæ suæ. Alio modo, aliquis loquitur de se super id, quod in se est, secundum rei veritatem, & isto modo semper est cum mendacio, & opponitur veritati per modum excessus.

10 Dub. Quæ magis propriè dicitur iactãtia ex his duobus modis? Resp. qui supra, quòd quãuis vtroque modo iactantia dici possit, tamen magis propriè dicitur quãdo aliquis extollit se supra id, quod in ipso est, quàm supra id, quod est in opinione aliorum.

11 Dubit. An iactantia semper sit peccatum mortale? Respondet qui supra, art. 2. quod iactantia, prout est cum mendacio, aliquando est peccatum mortale, sicut quando quis iactatur de se, & profert aliquid, qđ est contra gloriam Dei, Ezechielis 28. Eleuatum est cor tuum, & dixisti Deus ego sum. vel etiam contra charitatem proximi, sicut cum aliquis iactando se prorumpit in contumelias aliorum, sicut agebat iste Pharisæus: quando verò se iactat de his, quæ non sunt contra Deum, neque contra proximum, est peccatum veniale. Potest etiam considerari iactantia quantum ad suam causam, scilicet superbiam, aut appetitum lucri, vel inanis gloriæ, & sic si procedat ex superbia, vel inani gloria, quæ sit peccatum mortale, erit etiam iactantia peccatum mortale, alioquin erit veniale. Quando autem procedit ex appetitu lucri, quia potest pertinere ad damnum, & deceptionem proximi. & sic si proximus damnificatur, sicut quando aliquis iactat se esse magnum medicum, vel sapientem, vel diuinum, & huiusmodi, est peccatum mortale. Vnde dicit Philosophus 4. Ethic. quòd turpior est, qui se iactat causa lucri, quàm causa gloriæ, vel honoris: si autem non damnificatur proximus, erit peccatum veniale.

12 Dub. An hoc fuerit in veritate factum? Resp q vt colligitur ex Ambros. super Luc. potius videtur fuisse quædã narratio, quàm parabola, q fortassis, vt dicit Landulphus de vita Christi, Pharisæus, qui orauerat, erat ibi præsens, quia tunc dominus Pharisæis loquebatur.

13 Dub. Cur dicit ascenderunt? Respon. Lyra, quia templum erat in alto situm, scilicet, in monte Moria. 2. Paralip. 3.

14 Dub. Qui fuerunt isti duo homines? Respon. quòd nullibi legi.

15 Dub. Cur dicitur vt orarent? Resp. Aug. in regula, quòd ad orandũ factum est templum, vnde & oratorij nomen habet.

16 Dub. Cur Dominus dicit vnum Pharisæum? Resp. Lyra, quia Pharisæi in actibus exterioribus videbantur iusti.

17 Dub. Cur Pharisæus orans stabat? Resp. Ly. quòd vt ab alijs videretur orare.

18 Dub. Cur dicitur apud se orabat? Resp. Basilius, quia non apud Deum, quia ad seipsum redibat per peccatum superbiæ.

19 Resp. Quia Pharisæus videtur bene orasse agendo gratias Deo? Respon. August. de verbis Domini, quòd non reprehenditur, quia Deo gratias agebat, sed quia nihil sibi addi cupiebat.

20 Dub. Quis modus orandi fuit huius Pharisæi? Resp. Theophilus, quòd primò dixit, quæ ei aberant, non sum sicut cæteri hominum, deinde subiungit, quæ habebat, ieiuno bis in sabbato.

21 Dub Cur dicit, sicut cæteri homines? Respon. August. vbi supra, diceret saltem, sicut multi homines, quid est cæteri homines, nisi omnes præter ipsum: Ego, inquit, iustus sum, cæteri peccatores.

22 Dubit. Qui dicuntur raptores? Respon. S. Vinc.

S. Vinc. in sermone hodierno, quòd domini temporales angariando populum, fures aliena rapientes, vsurarij uocando usuras censum, vel interesse, mercatores fraudatores.

23 Dub. Qui dicuntur iniusti? Resp. qui sup. quòd dantes iniustas sententias, innocentes condemnantes, falsi procuratores dilatantes litigia. Item, detinentes mercedem, vel salarium aliorum.

24 Dub. Cur dicit de publicano? ℞. Chrys. quòd non satiauerat contemptum eius tota humana natura, sed & publicanum aggressus est, moderatius autẽ peccasset, si publicanũ excepisset. Nunc autem vno verbo & absentes inuadit, & vulnera præsentis lacessit.

25 Dub. Quomodo quis posset bis ieiunare in uno die? Resp. Theo. quòd hic sabbatum capitur pro hebdomada.

26 Dub. Quibus diebus ieiunabatur? Resp. Theo. quod Pharisæi ieiunabant secunda & quinta feria diebus Lunæ, & Iouis.

27 Dub. Cur se iactat de ieiunio? ℞. qui sup. quia expedit nõ solum declinare a malo, sed etiam agere bonum, ideo talia dicebat.

28 Dub. Cur dicit decimas do omnium quæ possideo? ℞. Theo. quòd Pharisæus tria mala cæteris imponebat, s. rapinã, adulterium, & iniustitiã, contra rapinam dicebat se dare solutionem decimarum, contra adulteriũ carnis macerationem, quia ieiunabat: cõtra iniustitiam habebat publicanum in aspernationem dicens, velut hic publicanus, &c.

29 Dub. An Pharisæus aliquo istorum triũ peccatorum laborabat? Resp. Iac. de Vorag. in serm. hodierno, quòd erat raptor, quia gloriam, quæ est propria Dei, sibi vsurpabat, & erat adulter, quia Deum, qui erat sponsus animæ relinquebat, & cum mundo amicitiam fecerat, & etiam erat iniustus, quamuis enim sibiipsi redderet, quod debebat, eo quòd ieiunabat, & Deo decimas dando, proximo tamen ius, quod debebat non reddebat, quia ipsum temerè iudicabat.

30 Dub. An Christiani teneantur decimas dare? ℞. S. Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. quòd sic, vt habetur 16. q. 1. & est dictum Aug. qui dicit, quòd decimæ requiruntur ex debito, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt.

31 Dub. Cũ Christus nec Apostoli aliquid dixerint de solutione decimarum, vr quòd non sint soluendæ? ℞ qui sup. quòd præceptũ de solutione decimarum datum fuit a Christo in Euãgelio quantũ ad id, quod est morale. Matt. dicente, Dignus est operarius mercede sua, & ab Apostolo primæ Cor. quis militat suis stipendijs vnquam? & post, qui altari deseruiunt, cum altari participant, &c.

32 Dub. Curante legẽ non fuit aliquod præceptum de decimis? ℞ qui supra, quòd illo tpe non erant determinati ministri diuini cultus, sed dicitur quòd primogeniti erãt sacerdotes, qui duplicẽ portionem accipiebant. Et ideo ẽt nõ erat aliqua pars determinata ministris diuini cultus exhibenda, sed vnusquisque qñ occurrebat, propria sponte dabat, quod sibi videbatur. Et ita Abraham dedit decimas Melchisedech. Gen. 13. & Iacob vouit decimas se daturum, Gen. 28. c.

33 Dub. Quia in veteri lege tenebantur ad tres decimas. Ad unã pro Leuitis, Num. 18. cap. Item ad aliam, quam sacrificabant dño, comedentes coram eo. Deut. 14. c. Item, ad aliam de triennio, in triennium pro pauperibus, vt ibidem habetur, sed ad secundam, & tertiam non tenẽtur Christiani, ergo nec ad primam? Respon. qui sup. quòd secundæ decimæ, quæ reseruabantur ad sacrificia offerenda, non habent locum in noua lege, cessantibus legalibus victimis. Tertiæ verò decimæ, quas cum pauperibus comedere debebant, in noua lege augentur per hoc, quòd dominus non solũ decimam partem, sed omnia superflua pauperibus iubet exhiberi, secundum illud Luc. 11. quòd superest date eleemosynam. ipsæ etiam decimæ quæ ministris Ecclesiæ dantur, per eos debent in vsus pauperum dispensari.

34 Dub. Cur in multis terris non soluuntur decimæ, si sunt de præcepto? Resp. qui sup. quòd laudabiliter ministri Ecclesiæ decimas non requirũt, vbi sine scandalo requiri non possent propter dissuetudinem, vel propter aliquam aliam causam. nec tamen sunt in statu damnationis, qui non soluunt in locis illis, in quibus Ecclesia non petit, nisi forte propter obstinationem animi habentes voluntatem non soluendi, etiam si ab eis peterentur.

35 Dub. De quibus decimæ sunt soluendæ? Resp. qui sup. art. 2. quòd de omnib. possessis ab homine decimæ soluendæ sunt.

36 Dub. An debeãt dari nunc decimæ personales quæ in veteri lege nõ erant de præcepto? Resp. qui sup. quòd in veteri lege habebat quælibet tribus tot possessiones quòd ministris Dei poterant sufficienter prouidere, nec interdi-

ter dicebat Leuitis, quin possint de aliis operibus honestis lucrari: sed populus Christianus vbique diffusus est, & multi non habẽt possessiones, & viuũt de aliquibus negotijs, & nihil conferent ad subsidium ministrorum Dei, si de eorum negotiis decimas nõ soluerent, ministris etiam nouæ legis interdicitur arctius ne ingerant se negotiis sęcularibus 2. ad Thim. 2. Et ita decimæ personales à Christianis sunt soluendæ, vnde 16. q. 1. c. decimæ, & est Aug. qui dicit, quòd decimæ, de militia, de negotio, & artificio reddendæ sunt.

37 Dub. An de male acquisitis sint soluendæ decimæ? Res. qui sup. qđ male acquisita sunt in duplici differentia, videlicet, Primo si ipsa acquisitio iniusta sit, videlicet. si interuenit rapina, furtum, vel vsura, & huiusmodi, & de his non debet dari decima, sed acquisitũ tali modo debet dari decima, fructibus tamen agri empti ex vsura debent dari decimæ. Alio modo, aliqua acquirũtur turpiter, sicut patet de meretricio, histrionatu, & huiusmodi, & de eis debent dari decimæ, sicut de aliis personalibus decimis, tamẽ Ecclesia non dẽt eas recipere, quamdiu sunt in peccato, ne videatur eorum peccatis communicare, sed postquam pœnituerint possunt ab eis, de his recipi decimæ.

38 Du. An de herbis & aliis huiusmodi minutis debeant solui decimæ? Resp. qui sup. quod non, nisi forte propter consuetudinẽ patriæ.

39 Dub. De quibus determinabatur in veteri lege decimas debere dari? Res. qui supra ꝙ Leuit. vlt. c. nõ mãdantur solui decimæ, nisi de frugibus, & pomis arborum, & animalibus, quæ transeunt sub virga pastoris.

40 Dub. Quum aliquis perdidit per furtũ res aliquas vel per rapinam, aut vsurã, an teneatur de illis perditis decimas dare? Resp. qui sup ꝙ non, vsque quo recuperauit, nisi forte propter culpam, vel negligentiam suã damnum incurisset, quia Ecclesia in his non debet damnificari.

41 Du. Si res vendita fuerit non soluta decima, quis soluet decimam? Res. qui supra, ꝙ Ecclesia repetet tam ab emptore, quam vẽditore decimam, quia venditor fraudauit Ecclesiã, & emptor habet penes se rem Ecclesiæ debitam, non tamen soluente, alius non tenetur.

42 Du. An teneaẽ homo obligatus dñis detrahere census, & tributa, & post soluere decimas? Res. qui supr. ꝙ decimæ non cadunt sub tributo. Et ideo tenetur homo dare decimas de fructibus ex credentibus antequã detrahantur tributa, uel census, & ex integris fructibus.

43 Du. An prius debeant detrahi mercedes metentium, & operarium, & de residuo dare decimas? Resp. qui sup. ꝙ nõ, sed debent solui de fructibus terræ integris. Nam dicitur Gen. 28. cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

44 Dub. Quibus debent solui decimæ? Res. qui sup. ar. 3. qđ solis clericis.

45 Du. Quia in ueteri lege dabãtur decimæ Leuitis, qui nullas habebant possessiones, sed nũc ecclesia habet possessiones, ergo decimæ nunc nõ debent dari clericis? Res. qui sup. ꝙ in ueteri lege quædã decimæ deputabantur subuẽtioni pauperũ, ut dictũ est, sed in noua lege decimæ dãtur clericis non solũ propter sui sustentationẽ, seu etiam vt ex eis subueniant pauperibus, sed adhuc necessariæ sunt possessiones Ecclesiæ, & oblationes, & primitiæ simul cum decimis.

46 Dub. Quibus clericis debentur decimæ? Res. qui sup. ꝙ decimæ personales debẽtur ecclesiæ in cuius parochia homo habitat. decimæ uero prædiales rationabiliter magis uidentur pertinere ad ecclesiã, in cuius terminis prædia sita sunt, tamen iura determinant, quod in hoc obseruetur consuetudo diu obtenta.

47 Dub. Quę dicuntur decimę prędiales, & quæ personales? Res. quod ut colligi potest in c. ad Apostolicæ, & in c. pastoralis, de decimis, & in ca. fin. de paroch ȷs. decima prædialis est de his, quæ proueniũt ex prędijs s. frugibus, pomis, nucibus, & de huiusmodi fructibus tam terræ, quam arborum. Personales uero sunt de his, quæ proueniunt ex negotiatione, artificio, scientia, militia, uenatione, & huiusmodi industriis personarũ. Quædam vero decimæ partim sunt prædiales, & partim personales, sicut quæ proueniunt de animalibus, & eorũ fœtibus, quæ prædiales dicuntur à prædiis vnde viuunt, & personales propter custodiam, & eorum curam.

48 Du. Quando vno tempore agni pascunt in una parochia, & alio tẽpore in alia quibus debebuntur decimæ? Respõ. S. Tho. vbi sup. quòd proportionaliter vtrique Eccle-

siæ decimæ debentur.

49 Du. Quid si ouile fuerit in vna parochia, & oues pascantur in alia? Res. qui sup. q̄ magis debetur illi Ecclesiæ, in cuius territorio grex pascitur.

50 Du. Quia multi laici colligunt decimas, ergo non solum clericis debentur? Res. qui sup. qd̄ in decimis accipiẽdis duo sunt, s. ius eas accipiendi, & hoc solum competit clericis, quia est spirituale: aliud autem est res illa, quæ datur pro decima, & hæc est corporalis, unde possunt in vsum quorumlibet cedere, & sicut res nomine decimæ acceptas potest Ecclesia alicui laico tradere, ita potest ei concedere ut dandas decimas ipsi percipiant, iure accipiendi ministris Ecclesiæ reseruato.

51 Dub. Propter quid cõcedit Ecclesia hoc laicis? Res. qui sup. q̄ aliquando quibusdam militibus concedit in feudum, ut possint ex eis protegi, aliquando autem ad subuentionem pauperum.

52 Du. An clerici teneantur decimas soluere? Resp. qui sup. ar. 4. qd̄ habentes ecclesiasticas possessiones, & ministrantes populo spiritualia, & inquantum tales, decimas soluere non tenentur, de alijs prædijs emptis, uel aliter eis prouenientibus tenentur dare decimas, sicut, & alij.

53 Dub. An ecclesia parochialis habens prædia in territorio alterius ecclesiæ parochialis, teneatur illi soluere decimas? Resp. qui sup. quod non.

54 Dub. An religiosi, qui non habent curam animarum, nec dispẽsant populo spiritualia debeãt soluere decimas de suis prædijs? Res. q̄ sup. q̄ sic, de iure cõmuni, habent tamen aliquam immunitatem s̄m diuersas concessiones eis a sede Apostolica factas.

55 Dub. An clerici teneantur dare decimas summo Pontifici? Respon. qui sup. quod sic, si exigit.

56 Dub. An pauperes teneantur ad decimas persoluendas? Resp. qui sup. qd̄ decimæ debent cedere in subuentionem pauperũ per dispensationem clericorum: Et ideo pauperes debent soluere decimas, & non eas retinere, ad substentationem suam.

57 Du. An Papa possit dispensare ne aliquis teneatur soluere decimas? Res. qd̄ sic, ratione necessitatis, uel utilitatis, ut iam habetur in c. nobis. de decimis.

58 Du. An retrahentes homines à solutione decimarũ incurrant aliquam pœnam? Resp. q̄ ut habetur in Cle. cupiẽtes. de pœ. omnes religiosi, qui aliqua proferre præsumũt in sermonibus suis, uel alibi, ita intentione, ut à decimarũ debitarũ ecclesijs solutione retrahant audientes, excommunicantur.

59 Dub. An religiosi prædicantes, & confessiones audientes teneantur facere conscientiam non soluentibus decimas? Resp. qd̄ ut habetur in supradicta Clem. cupiẽtes, quod si fuerint requisiti à clericis, quibus debentur decimæ, uel eorum nomine prædicãtes, tenentur populum informare de decimis soluendis, & eis præcipitur sub interminatione maledictionis æternæ, quod in prima dominica 4 & ultima Quadragesimæ & in festis Ascensionis, Pentecostes, Natiuitatis Ioannis Baptistæ, Assumptionis, & Natiuitatis semper virginis Mariæ prædicando populis eos sic informent, qd̄ si scienter postposuerint, similiter audientes confessiones si fuerint simili modo requisiti, & non fecerint cõscientiam eis, qui eis cõfitentur, sunt suspensi ab officio prædicationis, donec eis talem conscientiam faciant, si de hoc commoditatem habuerint: & hoc non faciendo & prædicando contra dictum interdictum, sunt excommunicati ipso facto.

60 Dub. Quem fructũ consequuntur soluẽtes fideliter decimas? Resp. quod ut habetur in c. decimæ. & in c. reuertimini. 16. q. 1. merentur abundantiam fructuum, sanitatem, euitant multa mala, ut habetur in c. maiores. 16. q. 7. Itẽ bonitatem principatus, quia hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.

61 Du. An quod Pharisæus dicebat esset pra[illegible]? Res. Augu. de uerbis domini, dicens, qd̄ si quæras in uerbis eius nihil inuenies, qd̄ Deum rogauerit: ascendit quidem orare, noluit Deum rogare, sed se laudare, & roganti insultare.

62 Dub. Cur publicanus à longe stabat? Res. Ly. quod propter timorem Dei, quasi non esset dignus appropinquare.

63 Du. Cur etiam publicanus stabat cum vi[deretur] superare pharisæus stans? Resp. Theoph. q̄ quamuis staret, distabat tamen à pharisæo, tam uerbis, quam habitu, nec non & corde contrito.

64 Dub. Cur nolebat oculus ad cælũ leuare? Res. qui supra, q̄ quasi censens indignos uisionis supernæ eos, qui maluerunt bona terrena spectare, & quærere.

Dub.

65 Dub. An esset longe à Deo? Res. Aug. de uerbis domini, quòd licet de longinquo staret, Deo tamen appropinquabat, quia excelsus dominus, & humilia respicit.

66 Du. Cur percutiebat pectus suum? Resp. qui sup. quod pœnas de seipso exigebat.

67 Dub. Cur dicit Deus propitius esto mihi peccatori? R. Chry. quod audiuit, quia non sum velut hic publicanus, nec indignatus est, sed compunctus detexit ille vulnus, quærit hic medicinam.

68 Dub. Cur dicit dominus eum descēdisse iustificatum in domum suam? Resp. Au. ubi supra, quia cum audieris superbum accusatorem, & audieris humilem reum. Ideo nūc audiendus est iudex: dominus ergo tanquā iudex profert sententiam dices. Amen dico uobis &c.

69 Dub. Vnde descendit publicanus? Resp. ꝙ de templo, in quod ascenderat.

70 Dub. Quis est ille, de quo dicit dominus hic? Resp. quod publicanus.

71 Dub. Quomodo fuit iustificatus publicanus? Res. dominus Cardina. de Tur. crema. super hoc Euangelio. ꝙ per humilem uerecundiam, quia non audebat appropinquare, nec oculos leuare. Item, per dolorosam contritionem peccatorum, quam ostendit in percussione pectoris.

72 Dub. Quo intelligitur ab illo? Res. Ly. idest, præ illo. qui remansit in fæcibus suis.

ALLEGORICE.

Geminos aurigas, & duas bigas in stadio positas sermo præsens proponit, in altera quidem iustitiam cum superbia, in altera peccatum, & humilitatem, & uides bigam peccati superare iustitiam non proprijs uiribus, sed humilitati coniunctā. Illam uerò deuictā non fragilitate iustitiæ, sed mole, & tumore superbiæ. nam sicut humilitas p sui eminentiam peccati pondus superat, & saliens attingit Deum, sic superbia, ob sui molem, de facili iustitiam deprimit.

TROPOLOGICE.

Instrueris ex hoc sermone, ꝙ si plura facta strenuè geras, putas autem te posse præsumere, tota caruisti orōne. Si verò mille feras in conscientia facies reatuum, & hoc solum de te credas, quòd es infimus omnium, multam obtinebis ante Deum fiduciam.

ANAGOGICE.

Cōteplemur ex hoc semone ꝙ si nosmet ipsos cognouerimus, & humiliati fuerimus iustificabimur a domino, & introducemur in domum nostrā, nō manu factam in cęlis ubi gratias nostro referemus redemptori.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Homo quidam erat diues, qui habebat uillicū.

DOMINICA XI. POST Pentecosten.

Exiens Iesus de finibus Tyri. Marc. 7.

Historia huius Euangelij, facta est anno Christi 31. die 20. Nouēbris, in die Iouis.

HISTORICE.

Dominus cū iuxta Galil eæ mare perambularet, ut cuidam surdo & muto auditū, ac loquelam redderet, exoratus fuit, qui seorsum à turba hominē deducens, & lachrymatus cęlū prospectās, digitis auribus illius immissis, ac eisdem madentibus, sputo muti tacta lingua, ut uincula disrumperent imperauit, statimq; organa libertati restituta fuere, & quàmquàm eis mandasset ut nemini miraculum panderent, illi amplius diuulgabant factum, admirantesque hunc, aiebant, cuncta recte perfecisse, qui surdis auditum, & loquelam mutis præstitisset.

Quæ occurrunt dubia hæc sunt.

1 DVB. Quid est Tyrus? Res. qđ est insignis ciuitas Syriæ, q̄ ut Eusebius dicit, tertio Gedeonis anno condita fuit, & prius erat insula distans à terra septuaginta millibus passuum, sed industria Alexandri magni, terræ coniuncta est. Et ut dicit Chry. in ea habitabant Chananæi.

2 Du. Quid est Sydō? Res. Chry. quòd est vrbs Chananęorum ædificata, ut dicitur in cronicis, à Sydone primogenito Chanaam.

3 Dub. Quæ est Decapolis? R. Bed. qđ est regio decē urbiū trās Iordanē ad orientē contra Galileā, & dicitur a deca, qđ est decem, & polis, quod est ciuitas, quasi 10. ciuitates.

4 Du. An Christus ingressus fuerit fines decapoleos? Respō. Beda quod non, sed solum vsq; ad mare uenisse dicitur.

5 Dub. Quis, & unde erat iste surdus, & mutus? Resp. quod Euang. de hoc nihil dicunt.

6 Dub. An fuit surdus, & mutus à natiuitate? Res. Theo. quòd non, sed hoc ei accidit à dæmone prædictas potentias impediente.

7 Dubitatur. Cur eum adduxerunt ad Iesum, curandum? Respondet Lyra, quia

erat infirmitas incurabilis humano remedio.

8 Dub. Cur non redarguit pro eo rogantes sicut redarguit Regulum? Res. quia Regulus petebat præsentiam corporalem non credés quòd absens posset sanare filium. sed isti habebant fidem, quòd poterat sanare.

9 Dub. Cur declinauit à turba? Res. Chrys. instituẽs nos vanam gloriam reijcere, & tumorem.

10 Dubit. Cur tetigit eum. Require domin. 2. post oct. Epiph. dub. 14.

11 Dub. Cur vsus fuit sputo, q; est superfluitas? Res. Theo. q; licèt sit superfluitas in nobis, in dño tamen omnia diuina fuerunt.

12 Dub. Cur suspexit in cœlum? Res. Beda, vt inde cunctis infirmitatibus medelam doceret esse quærendam.

13 Dub. Cur ingemuit? R. Chrys. q; nostram causam suspiciés in seipso, & naturę miseratus humanæ videns miseriam in quam humanum genus inciderat.

14 Dub. Quod idioma est, effeta? Resp. q; est dictio Hebraica, & est imperatiuum passiui verbi.

15 Dub. Cur ad aures dicit effeta? Res. Beda q; ad aures propriè pertinet. Aures enim ad audiendum aperiendę. Lingua verò, ut loqui posset à retinaculis erat suæ tarditatis soluenda.

16 Dub. Cur respexit in cęlum & post imperauit? Resp. qui supra, in cęlũ, vt hõ respexit Deũ deprecaturus, sed mox vno sermone, quasi potens, diuina maiestate curauit.

17 Dub. Quæ bona verba loquebatur, quia dicit recte? Resp. q; ly recte, non refertur ad bonitatem verborum, sed ad loquelam, quę expedita erat.

18 Dub. Cur iussit Iesus ne miraculũ diuulgarent? Res. Chrys. q; vt erudiret nos prohibere eos, qui volunt nos propter nos laudare, sed si ad Dei gloriam refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat: sicut illud Matth. 5. Vade in domũ tuã ad tuos, & nuncia eis quanta dominus tibi fecerit. Vel etiam præcepit miraculum occultari, ne ante tempus accenderet Iudæos ad homicidium per inuidiam perpetrandũ.

16 Dub. An illi homines publicando miraculum contra Christi prohibitionem peccauerint? Res. d. Car. de Turrecr. super hoc euangelio, quòd non peccauerunt, quia dominus non intendebat eos per virtuté præcepti obligare ad non publicandum.

20 Dub. Quia aut Christus voluit illud fieri q; pcepit, aut non: si noluit, sequitur q̃d fecerunt contra voluntatem eius, & sic peccauerunt. Aut uoluit quòd publicarent, & sic videt Christus esse mẽdax, vel duplex in verbo, quod est impossibile. R. qui supra. q̃d in Christo ponitur duplex voluntas, s. diuina, & humana. Diuina est duplex, una signi, altera beneplaciti: uoluntas beneplaciti, est, qua aliquid vult simpliciter, & absolute, & sic Christus voluit miraculũ publicari, quia contra voluntatem beneplaciti nihil fit. Alia voluntas dicitur signi, quia Deus dicitur ea aliquid velle metaphorice, ut etiam dicit S. Tho. 1. sent. dist. 45. ar. 4. idest se hẽt ad modum volentis, & contra istam bene fit aliquid. Alia fuit uoluntas humana in Christo, & secundum istam, Christus quodammodo voluit, q; publicaretur, & quodãmodo non: uoluit quidẽ ad diuinam gloriã, sed noluit, ut ostenderet humanam laudem fugiendã, sicut n. sunt aliqua partim uolũtaria, & partim inuoluntaria, ut dicitur 3. Ethi. de eo, qui proijcit merces in mare, vult & nõ vult, diuersis respectibus quia non vult absolute, vult tamen in tali casu positus, ideò, &c.

21 Dub. Cum vnum solum curauerit, cur dicunt in plurali, surdos fecit audire, & mutos loqui? Res. q; ut habetur Matth. 5. c. Multos curauit surdos, mutos, & ex alijs diuersis infirmitatibus.

22 Dub. Cur illi quantum plus pręcipiebat, tanto magis clamabant &c. Res. Au. de consensu euangelistarum, q; per hoc pigris volebat ostendere quanto gaudiosius, quãto feruentius eum prædicare debeant, quibus iubet, ut prædicent, quando illi, qui prohibebantur tacere non poterant.

ALLEGORICE.

[Surdum & mutum] fuit genus humanũ suffocatum à diabolo, ut nec audiret monita salutis nec diuinas laudes promeret. [Iesus aũt exiens de finibus Tyri] .i. angustię q̃ a se nostra angustauit in carne, [& Sydonis] .i. uenationis, ut ipsum uenaretur de manibus diaboli [venit per medios fines Decapoleos] .i. interpretatus est modũ, quo decẽ pcepta decalogi debẽt seruari [ad mare] uolubile huius sęculi, [adducunt aũt ei surdũ, & mutũ] sancti patres. i. ad memoriã reducũt genus humanũ, [& apprehẽdit eũ] i. incarnatus est de eo [& à turba seorsum] q̃a

non

non ẽm cõem propagationem cõceptus est, sed mystico spiramine, [& digitos misit in aures eius]. i. dona Spiritussancti in corda hominũ, qui docuit omnia, & cum saliua.i. sapientia diuinitatis [tetigit linguam eius] vt omnium Gentium linguis loqueretur. [& suspiciens in cœlum] dum ascendit, & Apostolos aspicientes reliquit [& ingemiscens] .i.interpellando pro peccatorib.apud patrem, [dicit effeta, quòd est adaperire.i. corda nostra in mandatis Dei [& soluit vinculũ linguæ nostrę] ad laudandum Deum, & ad confitendum peccata nostra. [& loquitur rectè] in psalmis,hymnis,& canticis spiritualibus.[Prçcipit autem ne cui dicamus] per iactantiam, & per inanem gloriã,ne meritum perdamus[quanto autẽ amplius prçcipit] illi, vt diuinam laudem annuncient [tanto magis prædicant, quod omnia bene fecit] carnem assumendo, & humanum genus surdum, & mutum redimendo.

TROPOLOGICE.

Instruitur peccator à dæmone possessus surdus non audiendo legem, mutus non audendo confiteri tantũ, vt exeat de angustia peccati, & venetur misericordiã Dei,vt obseruet decẽ mandata decalogi, vt ueniat ad salutem per contritionem,& oret sanctos,vt pro eo intercedant, & Iesus imponat illis manum suæ potentiæ eruendo a potestate iniqui tyranni, sed primò declinet a turba impiorum,& tunc merebitur dona Spiritus sancti recipere, & aperientur aures eius, vt audiat præcepta Dei, & soluetur vinculum linguæ, vt puram, & integrã confessionem de peccatis facere possit, & Deo gratias agere,qui in cœlis est, de sua liberatione, ingemiscat, quod tamdiu immoratus sit in luto peccati, & tunc loquetur rectè, quia eius exaudietur orationes de his,quę petet propter salutem, & post prædicet virtutẽ altissimi, qui omnia bene fecit, impium iustificando, & gratiam amissam restituendo.

ANAGOGICE.

Eleuari oportet in contemplationẽ summæ bonitatis diuinæ, quæ propter nos homines vnigenitum Dei filium carnem sumere, & mortem pati voluit, & hominem perditum,qui surditatem incurrerat, cũ antiqui serpentis verbis aures aperuit, & mutus effectus est à laude sui creatoris,ex quo cum ipso serpente colloquium habere incœpit reperiret,& a fecibus mundaret,mundatumq; ad cęlestem patriã ex angustijs præsentis vitæ uenandam per medios choros angelorum deduceret, vbi cum ipsis angelicis spiritibus laudat, & audit laudantes Deum excelsum in sæcula sæculorum.

EADEM DOMINICA SECVNDVM ordinem Prædicatorum.

Cum appropinquaret Iesus Hierusalem, videns ciuitatem fleuit.

DOMINICA DVODECIMA post Pentecosten.

Beati oculi,qui uident,quę nos uidetis.Luc.10.

Hæc verba dixit Dominus anno ætatis suæ 31.die 2.Decembris, in die Martis.

HISTORICE.

Fęlices esse oculos dñs discipulis, qui ea, q̃ ipsi intuebanť prospicerent, ait plures reges, ac prophetas hoc in vacuũ concupiuisse:rogante autẽ eum quodam legis doctore quonam pacto æternam possideret vitã, ei dñs rñdens quemadmodum, quòd lege cauetur perciperet interrogauit, qui Deum super omnia diligendũ esse dixit, proximũ verò ut seipsum. Affirmata eius sententia, vt sic operaretur dñs imperauit, quatenus ea frueretur vita,vt autem doctor se iustum iactaret a dño, quis esset proximus perquisiuit.Cęlum autem dñs prospectans,ac eius quæstioni respõdens, vsus fuit similitudine. Hominem.n.quendam, ab Hierosolymis in Hierico descendisse retulit,ab iniquisq; exspoliatũ, & cæsum latronibus, vt dimidiam vix sibi uitam relinquerent. Hunc quamquam intuiti fuissent sacerdos,ac leuita iter agentes præterierunt, progrediens Samarites quidam,misericordia eo viso motus,medicamina vulneribus exhibuit, & in stabulum super suum impositum iumentum deduxit. Precabatur autem luce sequenti stabulariũ,vt eius intenderet curæ,ære ob hoc sibi relicto, se cuncta redditurum, si plura eius exponerentur curæ promittens, his ita deductis, quem horũ trium proximum vulnerato fuisse arbitraretur, vt ex sentẽtia proferret rogauit, respondit illum se arbitrari, qui misericors illi fuerat: imperauit autem Dominus,vt similiter ageret ipse.

Dubia soluenda sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur dixit Dominus discipulis, beati oculi &c. ℞. Theop. quoniam supra dixerat, nemo nouit quid sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare, per hæc verba uerificat discipulos, quibus pater per eum reuelabatur, dicens, beati oculi, &c.

2 Dub. Cum Io. vltimò dicatur, beati, qui non viderunt: videtur hic contradictio. Vide Dominicam in oct. Paschæ, dub. 34.

3 Dub. Quia Ioan. 8. dr̃, Abrahã vidit diem meũ, & gauisus est. Ergo pari modo alij prophetæ uiderunt, & ẽt reges, q̃uo ergo nunc dñs dicit, & non uiderunt? ℞. dñs Card. de Turrecr. q. duplex est uisio, s. interior spiritualis, & hac Abrahã & alij reges, & prophetæ uiderũt Christum, & de hac non intelligit h c dñs. Alia est uisio exterior, quæ est purè corporalis, & hac uisione nõ uiderunt Christum Abraham, & alij, & de hac intelligit hic dominus. Apostoli autem uiderunt Christum & uisione interiori, & exteriori.

4 Dub. Quia si fuerunt beati uidẽtes Christum, ergo uiderũt Deum per essentiã, quia in hoc consistit uera beatitudo. ℞. qui sup. q. non intelligitur hic de beatitudine patriæ, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed de beatitudine uiæ.

5 Dub. Cum in oculis nõ consistat beatitudo, cur dicit, beati oculi, &c. ℞. q. hic accipitur pars pro toto, per figuram synecdoche, s. beati illi, quorum oculi uident, &c.

6 Dub. Cur dicit, multi reges, & prophetę, & non oẽs? ℞. Orig. q. uisionẽ futuri Christi licet optauerint omnes prophetæ, non tñ omnes consecuti sunt, imò pauci, inter quos dr̃ de Abraham, quod uidit, & gauisus est.

7 Dub. Cur nõ dicit, uoluerunt uidere me, sed quæ uos uidetis? Resp. Chrys. q. ex hoc dicto plures existimat prophetas caruisse Christi notitia, sed si optauerũt uidere, quæ uiderunt Apostoli, nouerunt illum uenturum ad homines, & dispensaturum, quæ dispensauit. Nullus enim habet horum appetitum, quæ mente non conceperit, nouerãt ergo filium Dei. Vnde nõ simpliciter dicit, uoluerunt u dere me, sed, quæ uos uidetis, nec audire me, sed quæ uos auditis: uiderãt enim ipsum, non tamen iam incarnatum, nec sic cum hominibus conuersantem, nec tanta maiestate eis loquentem.

8 Dub. Cum Lucas dicat hic reges, & prophetas, cur Matthæus prophetas, & iustos dicit 13. c. Resp. Beda, quoniam iusti sunt magni reges, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse uoluerunt.

9 Dub. Quis, & unde fuit iste legis peritus? ℞. nullum Euangelistarum hoc dixisse, credendum tamen est fuisse ex Hierosolymis.

10 Dub. Si erat peritus, cur interrogat? ℞. q. vt habetur in tex. interrogabat tentando.

11 Dub. Cur surrexit? Resp. quòd ut audiretur, & uideretur ab alijs.

12 Dub. Quomodo tẽtabat Christum? Resp. Cyrillus, quòd uolens eum seducere, ut aliquid contra Moysem loqueretur.

13 Dub. Cur uocat eũ magistrum? ℞. Chrys. super Matth. q. hypocritarum prima simulatione, quia laudant quos perdere uolunt.

14 Dub. Cur interrogat de uita æterna, cum in lege nihil dicatur de ea? Resp. Beda, quòd quia dominus dixerat, gaudete, & exultate, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Et etiam, vt dicit Cyrillus, solitus erat dominus loqui de uita æterna.

15 Dub. Cur dñs interrogauit, in lege quid scriptum est, &c. Resp. Gl. vt ex suis responsionibus iustificaretur, vel damnaretur.

16 Dubit. Quomodo intelligitur, q̃uo legis? Resp. Ambr. super Luc. quia erat ex his, qui sibi legisperiti uidentur, qui uerba legis tenent, uim legis ignorant, itaque dicit quomodo legis? idest, quomodo intelligis?

17 Dubit. Cur legisperitus potius rñdet de præcepto dilectionis Dei, & proximi, q̃ de aliquo alio præcepto? Resp. Ly. quia est maximũ præceptum, prout dñs dixit Matt. 22.

18 Dub. Quomodo tentauit Christum, cum dixerit ei dominus, non est longe à regno Dei, vt dicitur Marci 12. c. Resp. August. de consensu Euangelist. quòd fieri potuit, ut quamuis tentans accesserit, domini tamen responsione correctus sit.

19 Dubit. Quia si Deus ex toto corde debet diligi nihil debet agi contra eũ, & sic peccãs uenialiter, cũ agat contra Deum, facit contra hoc præceptũ, & sic ueniale peccatũ esset mortale, q. est inconueniens? ℞. S. Tho. 2 2. q. 43. art. 4. q. dilectioni Dei habituali, quæ requiritur in uia non contrariatur peccatum ueniale, quia non tollit habitum charitatis, cum non tendat in oppositum obiectum, sed solum impedit charitatis vsum.

Dub.

20 Dub. Cum diligere sit actus animæ, cur dicitur hic, ex toto corde? Resp. qui supra, ar. 5. q hic non accipitur cor pro membro corporali, sed pro voluntate, quæ hic significatur per cor.

21 Dub. Quo intelliguntur particulæ, ex toto corde, & tota anima, & mente, & fortitudine, ac viribus? Res. qui sup. q præcipitur nobis, vt tota nostra intentio ferat in Deũ, q est ex toto corde: & qđ appetitus noster reguletur secundum Deum quod est ex tota anima, & qđ exterior actus noster obediat Deo, quod est ex tota fortitudine, vel virtute, vel virib. Deum diligere, & ita prædicta omnia reducuntur ad ea, quæ habentur Deuter. 6. Marci. c. 12. & Mat. 22. c.

22 Dub. Quia videtur, q illud præceptum non possit impleri in hac vita, quia Aug. dicit in libro de perfectione iustitiæ, q in plenitudine charitatis patriæ præceptum illud implebitur, Diliges dñm Deum tuum &c. quia hic ex tota anima non diligitur Deus, cum adhuc aliquid carnalis concupiscentiæ pro continendo frenetur? Res. qui sup. ar. 6. q aliquod præceptum dupliciter impletur. Vno modo perfecte, quando s. peruenitur ad finem, quem intendit præcipiens: & quia finis, quem intendit Deus in hoc præcepto, est, vt uniamur sibi, quòd non pōt perfectè fieri in hac vita, ideo non potest hic perfecte impleri. Alio modo, imperfectè, quando scilicet, etsi non pertingat ad finem præcipientis, non tamen receditur ab ordine ad finem, & sic in via tanto vnus alio pfectius implet, quanto magis accedit per quãdam similitudinem ad patriæ perfectionem.

23 Dub. Cum charitas extendatur ad homines omnes, cur præcipitur, q solum diligatur proximus? Resp. qui sup. ar. 7 qđ in hoc, quòd proximus hic nominatur, tangitur rō diligendi, quia omnes homines sunt nobis proximi, & secundum naturalem Dei imaginem, & secũdum capacitatem gloriç, nec refert vtrũm dicatur proximus, vel frater, vt habetur prima Io. 4. c. vel amicus, vt habetur Leuitici 19. quia per omnia hæc eadem affinitas designatur.

24 Dub. Quia cũ homo naturaliter diligat seipsum, videtur, q non possit diligere proximum sicut seipsum? Resp. qui sup. quòd in hoc modus diligendi tangitur, sed non est intelligendum quantũ ad hoc, quòd aliquis proximum sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi, & hoc tripliciter. Primò, ut diligat ex parte finis, s. propter Deũ, sicut seipsum propter Deum debet diligere, vt sit dilectio proximi sancta. Secundò ex parte regulæ dilectionis, vt s. aliquis nō condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bonis, sicut, & suæ voluntati satisfacere debet homo solum in bonis, ut sit dilectio proximi iusta. Tertiò, ex parte rationis dilectionis, ut s. non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem, uel delectationem, sed ea ratione, qđ velit proximo bonum, sicut vult bonum sibijpsi, ut sit dilectio proximi uera, quoniam, qui diligit proximum propter suam utilitatem, uel delectationem, non diligit proximum, sed seipsum.

25 Dub. De qua vita intelligit dominus, cũ dicit, hoc fac, & uiues? Res. Origenes, quòd de uita ęterna.

26 Dub. Quomodo uolebat ille iustificare seipsum? Resp. Ly. qđ, uel secundum ueritatem, & ita primò tētauit Christum, & post conuersus est, & iustificatus. Alio modo, secundum apparentiam tantum, quia nondũ erat contritus, sed persistebat in opinione tentandi Christum.

27 Dub. Cur interrogat quis est meus proximus? Res. Cyrillus, qđ quia laudatus à domino, quòd rectè respondit, in superbiam prorumpit, nullum sibi proximum putans esse, quasi nullus esset ei in iustitia cōparandus.

28 Dub. Cur Christus non statim respondit quis erat eius proximus, sed induxit illam similitudinem? Resp. Theophi. quòd dominus non actibus, & dignitatibus, sed natura determinat proximum, quasi dicat, non putes, quòd quamuis iustus sis, nullus sit tibi proximus, omnes namque, qui eadem natura communicant proximi tui sunt: fias igitur & tu eorum proximus, non loco, sed affectu, & ad hoc Samaritanum in exemplum adducit.

29 Dub. Cur dicit homo quidã, cũ sufficiēs fuisset dicere quidam? Res. Greg. in homil. qđ in hoc est humani generis appellatio, & ideò non dixit quidam, sed quidam homo, quia sermo fit de tota humanitate.

30 Dubitatur. An in ueritate hoc fuerit gestum? Respond. Lyra, quod aliqui dicunt, quòd sic, alij uero dicunt, quod fuit una parabola, nàm inter Hierusalem & Hierico est quædam solitudo, ubi frequenter homines transeuntes, a latronibus

exspoliabantur, & occidebantur, & in ea captus fuit Sedechias fugiens ab exercitu Nabuchodonosor, vt habetur Hiere. vlt. c.

31 Dub. An vere descenderetur ex Hierusalem in Hierico? Resp. Basilius, ꝙ sic, quia si qs loca ꝑspexerit, Hierico tenet loca ęqua lia Palestinæ, Hierusalem vero in cacumine sita est occupans apicem montis.

32 Dub. Cur Iesus suspexit? Resp. ꝙ quasi de rebus magnis locuturus, & ut omnes magis attenderent ad eius verba.

33 Dub. Cur dicit, ꝙ incidit in latrones? Respõ. Chr. ꝙ vt ostendat quàm plurimũ huiusmodi hominis miserandus est casus, qui inermis, atq; destitutus in latrones inciderit, quiq; improuidus, incautusque eam viam elegerit, qua euadere prædonũ manus nequiret. Non. n. posset inermis armatos, improuisus pessimos, incautus nociuos effugere: quippè cum malitia semper armata sit dolis, crudelitate septa, munita fallacia, & ad nocendi sæuitiam præparata.

34 Dub. An primò vulnerauerint eum, vel exspoliauerint? Resp. Basilius ꝙ exspoliauerunt, plagis prius impositis, quoniam præcedunt vulnera nuditatem.

35 Dub. Cuius patriæ fuit iste vulneratus? Res. Aug. ꝙ intelligitur fuisse Israelita, quia transeuntes sacerdos, & leuita, vtique genere proximi, iacentem contempserunt.

36 Dub. Quomodo uinum & oleũ explicantur ad medẽdum vulneribus? Resp. Gre. 20. Moral. quod per uinum unguntur putrida, & per oleum sananda fouentur.

37 Dub. Cur dominus interrogat legis peritum, quis horum trium fuit proximus? Res. ꝙ ut ex responsione sua legis peritus doceretur, de quo interrogauerat, dicens, quis est meus proximus.

38 Dub. Cur dicit, qui fecit misericordiam in illum? Resp. Ly. ꝙ ut ostenderet, ꝙ propinquitas generis non facit proximum, sed opus misericordiæ impensum.

39 Dub. Cur dominus imperauit, ut & faceret similiter? Resp. Ambr. quia nihil est tam ſm naturam, q̃ iuuare consortem naturæ.

ALLEGORICE.

[Homo quidam]. i. Adam [descẽdebat] cum semper natura humana ad inferiora tendat [ab Hierusalem] ciuitate, s. pacis, a cuius beatitudine lapsus est [in Hierico]. i. in defectum nostræ mortalitatis [& incidit in latrones] s. dęmones eis credendo, cõtra præceptum diuinum, edendo de pomo [qui exspoliauerunt eum] immortalitate] & plagis impositis]. i. peccatis humanæ naturæ integritatem uiolantibus [relinquerunt semiuiuum] mortuo ꝑꝑ peccatũ corpore. i. moriendi necessitatem incurrẽte [sacerdos autem] i. Aaron [& leuita] Moyses [uiso eo, præterierunt] quia nullum humano generi remedium adhibere potuerunt, ut mundaretur à peccato [Samaritanus autẽ] dñs noster Iesus Christus iter faciens per carnem assumptam [uenit secus eum]. s. in similitudinem carnis peccati [misericordia motus est] quæ semper apud eum est, & quia in eo nullum meritũ inuenit, quo curari dignus esset [& appropinquans ei] mortalem assumendo [alligauit vulnera] cohibens peccata [fudit oleum] misericordiæ, & humanitatis [cũ uino] diuinitatis, & imposuit super iumentum] peccata hominum super se portando [duxit in stabulum]. i. in ecclesiam, in qua reficiuntur ęcci [& curã illius egit] reconciliando eum per peccatorum confessionem. [Altera uero die]. s. resurrectionis uolẽdo redire unde uenerat [protulit duos denarios] s. duo testamenta, siue duo præcepta charitati [& dedit stabulario]. i. Apostolo Paulo, & collegio Apostolorum committens, [ut curam eius]. s. generis humani haberent] prædicando euangelium omni creaturæ [& quodcũq; superogasset] quia Paulus præceptum de virginib. non habuit, sed supererogauit cõsilium dans: supererogauerunt ẽt multum sancti Apostoli & doctores ecclesiæ, uetus, & nouum testamentum exponendo, quib. dominus cum redierit, ut iudicet mundum, reddet mercedem condignam, s. centuplum unã cum uita æterna.

TROPOLOGICE.

Instruimur, ut qñ aliqua ignoramus, non tentandi gratia, sed addiscendi, & doctorib. perquiramus: quodq; cõpatiamur afflictis infirmis, & vulneratis quibuscunque, etiam inimicis, benefaciendo propter Deum, qm quod uni ex minimis Christi fecerimus propter Deum, ipsi Christo faciemus.

ANAGOGICE.

Tota causa icarnationis & passionis Xpi in hoc euangelio contemplari põt, qñ quidem ꝑꝑ nos passus est, ut nobis ianuam cœlestis regni aperiret, descendendo à Hierusalem

falē superna in Hierico. i. calamitate huius miseri mundi, portando nos in humeris ad gloriam æternam.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant. &c.

DOMINICA TERTIADECIMA post Pentecosten.

Cum iret Iesus in Hierusalem. Luca 17.

Historia huius euangelij facta est anno Christi.33.die 14. Martij in die Lunę.

HISTORICE.

Quoddam domino ingrediente castellū Samariam inter, & Galilæam, Viri quidā lepra respersi numero decē, alta, ut eorum misereretur eū interpellarunt voce: cū ad eius iussū, ut sacerdotibus demonstrarentur pgerent, pristinæ restituti sunt sanitati: è quibus unus genere Samaritanus, mundatū se agnoscens, excelsum Deum magnificans Iesu pedibus prouolutus gratias pro recuperata agebat sanitate, quod cernens dn̄s admiratus aiebat. Decem quidem curatos fuisse, unum uerò, & alienigenā repertum, qui solus optimo Deo gloriam exhiberet. huic itaq; imperauit dominus, ut leuare se, & in pace abiret: quoniam eū sua saluti reddiderit fides.

Operæ pretium est ponere dubia, & soluere.

1 DVBITATVR. Vnde ueniebat dominus? Resp. ꝙ ut habetur Luc. 13.c. ex castellis, & uillis in quibus docuerat, uel prædicauerat.

2 Dub. Ad quid ibat in Hierusalem? ℞. qđ ad passionem, ut omnes dicunt euangelistæ.

3 Dub. Quomodo transibat per mediā Samariam, & Galilęam? Res. Titus, ꝙ transibat per medios confines utriusque patriæ.

4 Dub. In quod castellum ingressus est? Respond. Landulphus de uita Christi, ꝙ erat in Samaria, nō ponitur aūt ab aliquo nomē.

5 Dub. Cuius gentis erant isti leprosi? Res. Theophilus, quòd nouem erant Iudæi, & unus Samaritanus.

6 Dub. Cur non accesserunt in castro? Res. Cyrillus, quia ab urbibus, & uillis excludebantur, ritu legis Moysi.

7 Dub. Quid est lepra? Resp. Constan. ꝙ lepra est passio frigida, & sicca, nascēs ex cholera nigra intensa, & putrefacta apparens in superficie corporis.

8 Dubi. Cur steterunt à longè? Resp. Ly. ꝙ & propter Christi reuerentiam, & etiam quia non debebant appropinquare sanis, ne eos inficerent.

9 Dub. Cur leuauerunt uocem? ℞. qui sup. quòd ex magno desiderio sanitatis.

10 Dub. Cur uocarūt Iesum præceptorem? Res. Theop. quòd non rogant eum ut mortalem, sed uocant præceptorem. i. dominū, quo penè uidentur hunc opinari Deum.

11 Du. Cur dicunt, miserere nostri? Res. Titus, ꝙ propter experientiam uirtutis eius, neq; argentum petentes, neq; aurū, sed ut aspectum corporis sanum obtineant.

12 Du. Cur ipse non sanauit eos? Resp. Theophilus, quòd iubere eis, ut irent ad sacerdotes, nihil aliud innuebat, nisi, quòd debebant curari.

13 Dub. A quo curati sunt? Resp. Cyrillus, à Christo concedente eis salutem.

14 Dub. Cur mittit eos ad sacerdotes? Res. Theophilus, quia ipsi sacerdotes experiebantur si mundati forent.

15 Dubi. Quomodo ille Samaritanus debebat se ostendere sacerdotibus? Res. quòd ex obedientia Christi uoluit humiliari coràm sacerdotibus Iudæis.

16 Dub. An per cerimonias legis leprosi possint mundari? Res. S. Tho. 12. q. 102. ar. 5. qđ nō, sed emundatus ostendebatur p sacerdotes, cōtingebat tn̄ quādoque, ut diuino miraculo p ritū legis corporalis mundaret̄ lepra, quando sacerdos decipiebat̄ in iudicio.

17 Dubi. Quē ritū seruabant sacerdotes in purificatione leprosi? Res. qui sup. qđ in prima purificatione offerebat leprosus duos passeres uiuos, & lignū cedrinū, & uermiculū, & ysopū. Hoc mō, ut filo coccineo ligaretur passer, & ysopus simul cū ligno cedrino, ita, s. qđ lignū cedrinū esset quasi manubriū aspersoriū, ysopus uero & passer erant: id, qđ de aspersorio tingebatur in sanguine alterius passeris immolati in aquis uiuis. In octauo aūt die admittebatur ad cultū diuinū, & restituebatur cōsortio hoīum, primò, tn̄ rasis pilis corporis, & uestimētis, & post modū sacrificium offerebatur pro delicto eius. De sāguine aūt sacrificij tāgebatur extremū auriculę eius, qui erat mundādus, &

 pollices

pollices manus dextræ,& pedis,adhibebantur etiam huic ritui tres liquores .i.sanguis, oleum,& aqua viua.

18 Du.Cur huiusmodi ritus obseruabatur? Rñ.qui sup.qđ contra putredinẽ lepræ offerebatur cedrus,quæ est arbor imputribilis, cõtra fętorem,hysopus, quæ est herba odorifera,contra insensibilitatem,passer viuus, contra turpitudinẽ coloris,uermiculus,qui habet viuũ colorẽ. Passer uero assuetus aduolare dimittebatur in agrũ, quia leprosus restituebatur pristinæ libertati: radebantur pili,& uestimẽta, quia lepra pilos corrodit, & uestimenta coinquinat, & fętida reddit: offerebatur sacrificium pro delicto,quia lepra plerumque inducitur pro peccato, tangebantur de sanguine extremum auriculę & pollices, quia in istis partibus primum lepra dignoscitur, & sentitur,sanguis adhibebatur contra sanguinis corruptionem, oleum ad designãdum sanationem morbi, aqua viua ad emundandum spurcitiam.

19 Du.Cur nunc ecclesia non obseruat prędictos ritus?Res.qui sup.ar. 3. q̄ cessauerũt cerimonialia, quia erãt figura venturi, quo præsente,figuralia cessarunt,& hoc in passione Christi.

20 Dub.Quę erat ratio figuralis huiusmodi ritus? Res qui sup.ar.5.q̄ per duos passeres significatur diuinitas, & humanitas Christi, quorum vnus, s. humanitas immolatur. Alius autem s. diuinitas, viuus permanet. Vndè, & auolabat, quia passione astringi non poterat. Hic autem passer viuus simul cum cedro,& cocco,uel vermiculo,& hysopo.i. fide, spe, & charitate mittitur in aquã ad aspergendum,quia in fide Dei,& hominis baptizamur. Lauat per aquam baptismi, uel lachrymarum vestimenta sua .i.opera, & omnes pillos, idest cogitationes, tangitur extremum auriculę sanguine, & oleo, ut eius auditum muniat contra corrumpentia uerba, Pollices tangunt,ut sit eius actio sancta.

21 Du.An leprosus promoueri possit ad sacerdotium?Res.S Th.in 4.sent.dist.9.art 4. q.3.quòd non.

22 Dub. Cur mundati sunt antequàm peruenirent ad sacerdotes? Resp.q̄ pp eorum obedientiam, & fidem, & ne sacerdotes ex superbia eos despicerẽt, & ut Dei imperio attribueretur,& non virtuti sacerdotum.

23 Du.An Samaritanus accesserit ad sacerdotes? Res. Lyra,q̄ statim vt se sanatũ sensit regressus est ad Christum.

24 Dub.Quid clamabat? Respon.Theoph. quòd uoces emittebat benignas.

25 Dub.Cur appropinquauit Iesu? Resp.Titus,q̄ suscepta purgatio dedit ei appropinquandi fiduciam.

26 Du. Quid præfigurabat illa missio leprosorum ad sacerdotes? Resp.S.Th.4.sen.dist. 17.q.3.ar.1.q.5.q̄ præfigurabat confessionẽ sacramentalem, quæ debet fieri sacerdotibus nouæ legis, quæ etiam præfigurata fuit in hoc,quòd Ioanni Baptistæ confitebantur peccata, & etiam in resuscitatione Lazari, ut dicit ipse,ubi sup.ar.3.q.1.

27 Du.Quid est confessio sacramẽtalis?Res. qui supra,q̄ sic diffinitur ab Augustino Cõfessio est, per quam morbus latens spe veniæ aperitur.

28 Du.Quotuplex est confessio peccatorũ? R̃.qui sup.3.par.q.68.ar.6.qđ duplex, una, scilicet, quæ fit Deo, & est interior,alia exterior,quæ fit sacerdoti.

29 Du. An confessio sit uirtus,uel sacramentum? Resp.qui supra,in 4.dist.17.q.3.ar.1. q.2 quòd est actus uirtutis, secũdum quòd ex libero arbitrio gratia informata procedit, & est sacramentum,uel pars sacramenti, secundum quòd est medicina in remedium peccati ordinata.

30 Dubi. An in ueteri lege fieret confessio peccatorum? Res.qui supra,dist.22.q.2.art. 3.q.2. qđ sic, in generali, quia confitebatur quis peccatum suum oblationem in lege faciens pro peccato statutam.

31 Dubi. An cõfessio sacramentalis sit de iure naturali?Resp.qui supra,17.q.3.art.1. q.2.quòd non,sed de iure diuino.

32 Dub. An confessio sit de necessitate salutis? Res.qui supra,ar.1.q.1.quòd est de necessitate salutis eius, qui in peccatũ actuale mortale cecidit.

33 Dub. An omnes teneantur ad confessionẽ?R̃.qui sup q.3.qđ ex institutione ecclesiæ omnes tenentur, non autem ex vi sacramenti,nisi ille,qui mortale commisit.

34 Dub. An habens sola uenialia teneatur confiteri? Res qui supra,d.16.q.2.ar.2.q.2. q̄ nõ,neq; necessitate absoluta, neq; necessitate,quæ est ex suppositione finis s.remissionis eorum, quia etiam sine confessione, uel actu,uel proposito existente,possent remitti, tamen perfectionis est ea confiteri.

Dub.

35 Dub. Cum teneat ex præcepto ecclesiæ quilibet in anno semel confiteri, & aliquis nõ habeat nisi uenialia, ergo tenet illa confiteri? Resp. qui sup. q. in hoc casu dicũt aliqui, q homo tenetur confiteri venialia. Alij vero dicũt, quòd sufficit se præsentari sacerdoti, vt se immunẽ à peccato mortali ostendat, vt ad communionem admitti possit.

36 Dub. An Papa possit dispẽsare, q aliquis non confiteatur? R. qui supra, dist. 17. q. 4. art. 1. q. 5. quòd non, ne vnquam cõfiteatur, sed bene, quòd possit diutius confessionem differre, quàm ab ecclesia institutum sit.

37 Dub. An statim teneatur homo confiteri post peccatum? Respon. qui sup. q. 4. quòd ad confessionem actualiter faciendam obligatur aliquis dupliciter: Vno modo, per accidens. i. quando ad aliquid tenetur, quod non potest facere nisi confessus. tunc. n. confiteri tenetur, sicut si debeat eucharistiam percipere. Alio modo, per se, & tunc non tenetur nisi in tempore determinato ab ecclesia, nisi in articulo mortis, veruntamen periculosum est differre.

38 Dub. An homo debeat confiteri peccatũ quod non commisit? Resp. qui sup. dist 21. q. 2. art. 3. q non, quia ad hoc, q cõfessio sit idonea, requiritur, q os cordi concordet, vt solũ hoc os accuset, quod conscientia tenet.

39 Dub. An in cõfessione homo debeat exprimere personã, cum qua peccauit? R. qui sup. dist. 16. q. 4. art. 2. q 4. quòd homo in confessione debet famã alterius custodire quantum potest, sed suam conscientiã magis purgare debet; si autem non potest circunstantiam, quæ ducit in aliud genus peccati, confiteri, sine expressione illius personæ, s. fratris, vel sororis, debet eam exprimere, aliàs dimittat, ne peccatum alterius prodat.

40 Dub. Quæ circũstantiæ sunt confitendæ? Resp. qui supra, quòd illæ, quæ ad aliam speciem mortalis peccati trahunt. Aliæ autem de necessitate non sunt confitendæ, tamen eas confiteri perfectionis est.

41 Dub. Quæ peccata debet homo cõfiteri? R. qui sup. dist. 17. art. 4. q. 2. q oĩa peccata, quæ in memoria habet, & si non facit, non est confessio, sed confessionis simulatio.

42 Dubit. Quid si quis ignorat aliquod esse peccatum mortale, quod tamẽ est mortale? Resp. qui sup. dist. 11. q. 2 ar. 2. quòd ignorantia iuris nõ excusat, quia ipsa peccatum est, sed ignorantia facti excusat, vt si cognouit alienam, quam credidit esse suam.

43 Dub. Quia si quis habet aliqua peccata, quæ reseruantur superiori, non vr̃, quòd ea teneat confiteri sacerdoti non potenti eum absoluere? Resp. qui sup. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 2. quòd nihilominus tenetur omnia confiteri sacerdoti, vt quantitatem totius culpæ cognoscat, & de illis, de quibus non potest absoluere, ad superiorem remittat.

44 Dub. An laico possit quis confiteri? Resp. qui supra, art. 3. q. 2. q ex officio, solus sacerdos est, cui facienda est confessio, sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet, vt ei confessio fieri possit. Non obst. q laicus non est iudex eius, qui confitetur absolutè, quia ratione necessitatis accipit iudicium super eum, secundum quòd confitens ex desiderio sacerdotis se ei subdit.

45 Dub. An confessus laico teneatur eadem peccata sacerdoti confiteri si copiam habere potest? Resp. qui sup. q quamuis a Deo ueniam consecutus sit, eo quod propositũ confitendi sm mandatum Dei, quod concepit, sicut potuit, impleuit, non tamen adhuc ecclesiæ reconciliatus est, vt ad sacramenta ecclesiæ admitti debeat, nisi prius a sacerdote absoluatur, si copiam habere potuerit.

46 Dubit. Quid si sacerdos est lasciuus quomodo fiet? Resp. qui supra, dist. 16. q. 3. ar. 2. q. 5. quòd debet petere licentiam confitendi alteri sacerdoti, & si non dederit, ad superiorem recurrere debet.

47 Dub. Quid si confitens timet sibi periculum imminere, si confiteatur proprio sacerdoti, quid aget? Resp. qui sup. distin. 17. q. 3. art. 3. q. 5. quod in casibus istis videlicet, si esset hæreticus sacerdos, vel solicitator ad malum, vel fragilis ad peccatum, quòd sibi quis confitetur, si & pronus, vel si reuelator confessionis probabiliter existimatur, vel si peccatum contra ipsum sit, de quo quis confiteri debet. Debet recurrere ad superiorẽ, vel ab eo petere licentiam alteri confitendi, quòd si eam non possit habere, idem est iudicium, quòd de illo, qui non habet copiam sacerdotis, vnde magis debet eligere laico confiteri, nec in hoc transgreditur aliquis præceptũ ecclesiæ, quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti, s. charitas, secundum Apostolum.

48 Dubit. Quæ conditiones requiruntur, vt confessio sit idonea? Respondet qui supra, art.

art.4 q.4.q.19.quę his versibus continetur. Sit simplex, humilis, confessio pura, fidelis, atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda, integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, fortis, & accusans, & sit parere parata. Quarum conditionũ quędam sunt de bene esse confessionis, s. q; sit frequens, & quod sit accelerata. Aliæ autem sunt de eius necessitate. Et primò, sit simplex, vt nõ habeat multiplicationem verborum. Secundò, humilis, vt homo in abiectionem sui confiteatur se miserum peccatorem. Tertiò, pura, vt recta sit intentio. Quartò, fidelis, ne in ea falsa narrentur. Quintò, nuda, vt non inuoluatur obscuritate verborum. Sextò, discreta, vt maiora peccata cũ maiori pondere confiteantur. Septimò, libens, quia actus virtutum debet esse voluntarij. Octauò, verecunda, vt non se iactet de peccatis. Nonò, integra, vt non subtrahatur aliquid de his, quæ manifestanda sunt. Decimò, secreta, quantum ad conditionem fori, in quo de occultis conscientiæ agitur. Vndecimò, lachrymabilis, vt doleat de peccato commisso. Duodecimò fortis, vt propter verecundiã non dimittat confiteri. Tertiodecimò, accusans, s. ex parte confitentis. Quartodecimò, parere parata, per comparitionem ad sacerdotem.

49 Dub. An in absentia sacerdotis possit qs per scripturam confiteri? Resp. qui sup. q.3. quòd non oportet, quòd per scriptum fiat, cum in absentia sacerdotis possit fieri laico, quia plus pertinet ad necessitatem confessionis actus, quàm ille cui fit confessio.

50 Dub. Quem modum debet tenere sacerdos confessor in interrogando? ℞. qui sup. dist. 19. in literæ expositione, q; debet perscrutari conscientiã peccatoris in confessione, quasi medicus vulnus, & iudex causam, quia frequenter, quæ præ confusione confitens taceret, interrogatus reuelat, sed tamen in interrogationib. faciendis tria sunt attendenda. Primo, vt quilibet peccator interrogetur de peccatis, quæ consueuerunt in hominibus illius cõditionis abundare. Non. n. oportet, q; a milite quæratur de peccato clericorum, aut religiosorum, aut econuerso. Secundo, vt non fiat explicita interrogatio de peccatis, nisi de illis, quæ omnibus manifesta sunt: de alijs autem adinuentionibus peccatorum ita debet a longinquo fieri interrogatio, vt si commisit, dicat, & si non cõmisit, nõ addiscat. Tertio, vt de peccatis pręcipuè carnalibus non descendat nimis ad particulares circunstantias, quia huiusmodi delectabilia, quanto magis in speciali considerantur, magnam concupiscentiam nata sunt mouere, vt dicitur in 3. Æthic. Et ideo, potest contingere, vt confessor talia quærens & sibi, & confitenti noceat, & sic quandoque deficiant in suo scrutinio iniquitates scrutantes.

51 Dub. Quia cum per contritionem peccatum dimittatur, non videtur q; post sit necessarium confiteri? Resp. qui supra, dist. 19. q.1. artic.1. q.2. q; licet peccatum dimittatur ante actualem confessionem, nunquam tamen dimittitur ante confessionem in proposito existentem.

52 Dub. Cum per confessionẽ mortale peccatum mereatur veniam, videtur q; peccatum mortale fiat veniale, & sic econtra? Respon. qui supra, dist.17.q.3. artic.5.q.1. quod mortale dicitur fieri veniale, non quod culpa in culpam conuertatur, sed quia per confessionem hoc euenit de culpa præterita, ut homo veniam consequatur.

53 Dub. Quando quis accedit ad confessionẽ sine contritione an sit absolutus, si absoluatur? Resp. qui sup. art.4.q.1. quod nõ tunc, sed post recedente fictione percipere incipiet fructum absolutionis.

54 Dub. An oporteat, q; talis reiteret confessionem iam factam recedente fictione? Resp. qui sup. q; non, sed solum tenetur postmodum fictionem suam confiteri.

55 Dub. An quando quis obliuiscitur vnius peccati mortalis in confessione, teneatur totam reiterare confessionem? Resp. qui sup. q.2. quod sufficit, q; hoc peccatum confitens dicat explicite, & alia in generali, dicendo, quod cum alia multa confiteretur huius oblitus fuit.

56 Dub. In quibus casibus tenetur quis confessionem reiterare? Respon. Petrus de Palude, in 4. sent. distin.17. quòd in quatuor. Primus, si sacerdos non potuit absoluere. Secundus, si nesciuit discernere inter peccatum mortale, & veniale. Tertius, si confessio non fuit integra, vt quia scienter tacuit peccatum mortale. Quartus, si contempsit, vel neglexit satisfacere, & oblitus est satisfactionem iniunctam, nam si sciret, & vellet eam implere nõ oporteret confessionem reiterare.

57 Dub. An rector Ecclesiæ debeat credere subdi-

subdito suo sibi dicenti se confessum alteri habenti potestatem absoluendi? Res. S. Th. 4. sen. dis. 17. q. 3 ar. 3. q. 5. q in foro conscientiæ creditur homini, & pro se, & contra se, non aũt in foro exterioris iudicij. Et ideò subdito debet credere dicenti se alteri absoluere ualenti confessum fuisse.

58 Dub. An cõfessio dẽat esse secreta? Resp. S. Thom. ubi supra, dist. 21. q. 3. ar. 1. q cum Deus peccatũ illius, qui se sibi subijcit per pœnitentiam tegat, etiam sacerdos, qui tenet locum Dei debet tegere, & hoc est de necessitate sacramenti, & tanquam uiolator sacramenti peccat, qui reuelat.

59 Dub. An si superior præcipiat confessori, q dicat, si scit aliquid de peccato, de quo alio modo nescit, nisi per confessionem sub excommunicationis pœna latæ sententiæ, an teneatur obedire? Res. qui sup. q nõ, quia debet æstimare, quòd intentio præcipientis sit, si sciat, vt homo.

60 Dub. Quid si præcipit sub eadem pœna qđ si scit per confessionem reuelet? Respon. qui sup. qđ non debet propalare, nec incurrit excommunicationem, quia non est subiectus superiori suo, nisi, ut homo. Hoc autem nescit, ut homo, sed vt Deus.

61 Dub. An si deferatur sibi iuramentum, ut dicat si scit? Resp. qui sup. q abq; læsione conscientiæ potest iurare se nescire, quòd scit tantum, ut Deus.

62 Dub. An prælatus habens in confessione peccatum subditi, qđ nullo alio modo scit, possit absque punitione dimittere? Res. qui sup. quòd absque læsione cõscientiæ, potest impunitum peccatũ relinquere, quod scit tantum vt Deus, uel sine aliquo remedio, quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo, quo ad ipsum defertur, quia nihil agendum est, per quod aliqua suspitio haberi possit de confessionis reuelatione.

63 Dub. An laicus, cui fit in casu necessitatis confessio, similiter teneatur ad confessionem celandam? Resp. qui supra, qđ sic, quia etiam aliquo modo participat de actu sigilli confessionis.

64 Dub. An si quis confitetur hæresim debeat etiam celari? Res. qui sup. qđ sic, potest tamen dicere płælato, quòd diligentius inuigilet super gregem suum, ita tamen, qđ non dicat aliquid, per quod uerbo, uel nutu confitentem prodat.

65 Dub. An si aliquis in cõfessione sciat aliquod impedimẽtum in matrimonio inter aliquos contrahendo, possit ilud reuelare? Res. qui sup. qđ non, si nesciat aliunde, quia nescit illud, ut homo, sed ut Deus.

66 Dub. An sacerdos cognoscendo carnaliter illam quam audiuit in confessione grauiter peccet? Res. qui sup. dis. 42. q. 1. ar. 2. q per pœnitentiam contrahitur quoddam fœdus inter sacerdotem, & mulierem confitentem simile cognationi spirituali, ut tantum peccet eam sic cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia. Et ideò, quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & confitentem, & ex hoc illa prohibitio est inducta, ut tollatur peccandi occasio.

67 Dub. An filius sacerdotis possit cõtrahere cum ea, quam sacerdos audiuit in cõfessione? Resp. qui sup. q sic, quia propriè loquendo per sacramentum pœnitentiæ non contrahitur spiritualis cognatio. Aliàs aũt filius sacerdotis non inueniret in tota vna parochia mulierem, cum qua contraheret.

68 Dub. An cuilibet sacerdoti indifferenter possit quis confiteri? Res. qui sup. dist. 17. q. 5. ar. 4. q. 4. q non, nisi in ar. necessitatis, sed tantum illi, qui habet iurisdictionem ordinariam, uel delegatam in eum.

69 Dub. A quo fuit instituta confessio sacramentalis? Res. qui sup. ar. 1. q. 5. q a Deo institutionem habuit, quãmuis expressa institutio ipsius non legatur.

70 Dub. Qñ fuit instituta confessio sacramentalis? Resp. qui sup. ar. 3. q. 1. qđ quando Apostolis potestatem remittendi peccata dedit. vt patet Io. 20. Sed Iacobus Apostolus eam promulgauit, uel sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

71 Dub. Quia uidetur qđ iste leprosus non fuerit perfectè curatus, quia cecidit ad pedes Iesu? R. qđ non cecidit ex infirmitate, sed uoluntariè se prostrauit.

72 Dub. Cur sic se prostrauit? Res. Titus, vt ex uerbis, & gestibus suum recognosceret saluatorem.

73 Dub. Cur dicitur, qđ erat Samaritanus? Resp. Theoph. ut quisq; possit conijcere, qđ nihil impedit quemquam placere Deo, etsi de genere profano processerit, dummodo bonum gerat propositum. Nullus etiam natus ex sanctis superbiat: nouem. n. qui Israelitæ erant, ingrati fuerunt.

74 Dub. Cur alij nouem nõ redierũt ad referẽdas gratias? Res. Ly. qđ decepti fuerunt

à sacer-

à sacerdotibus, quibus se præsentauerant, q Christo detrahebant, & sic informati ab eis suam sanationem attribuerunt obseruātiæ legis, & nō virtuti Christi, licet à principio fideliter, & deuotè petiuissent ab eo sanari.

75 Dub. Cur quærit, ubi sunt noué, cum hoc sciret? Res. qđ non ex ignorantia quærit, sed ex primò, quod erat notum omnibus, inducit secundum, ut redarguat ingratitudinem illorum.

76 Dub. A quo dictū fuit, non est inuentus qui rediret, &c. Res. qđ uel à Christo lamentante de eorum ingratitudine, uel ab Euangelista in confusionem mundatorum.

77 Dub. Cur dominus leproso imperauit, vt surgeret? Res. quia iacebat prostratus.

78 Dub. Quia si fides sua eum sanauit, ergo non Christus? Res. quod fides meruit, ut sanaretur, sed Christus effectiuè eū sanauit.

79 Dub. Cur volebat ut iret? Res. q proficiēdo de virtute in uirtutem.

ALLEGORICE.

[Leprosi] intelligi possunt, qui scientiam ueræ fidei non habentes, uarias doctrinas profitent erroris. Hi hæretici sunt, & tā vitā di sunt Ecclesiæ, ut si fieri potest longius remoti magno clamore Christū interpellēt, [qđ præceptorem eum uocant] significat, quòd bonus perceptor abstergere debet falsam doctrinam, q lepra est [qđ nullū alium sanatū dominus misit ad sacerdotes nisi leprosos] designat, qđ sacerdotium Iudęorum figura fuit sacerdotij Ecclesiæ, quia cætera uitia dominus p seipsum sanat interius, doctrina verò, uel imbuendi per sacramenta, uel cathechizandi per sermonem potestati Ecclesiæ tributa est, [qui dum irent mūdati sunt] q a Gētiles ad quos uenerat Petrus nondū accepto baptismatis sacramento, per qđ spiritualiter ad sacerdotes perueniūt infusione Spūsancti mundati declarantur, [q nouē mundati non egerūt gratias] significat illos, qui cū cognouissent Deū non tanquàm Deum magnificauerunt. Et iō nouē sunt imperfecti, quia indigēt uno, ut quadā vnitatis forma coagulentur ut decē sint [q Samaritanus ad dñm redit] designat Gentiles deuotè uenturos ad Christū Iudæis in eorū errore permanentibus [quòd cecidit in faciē] designat, q Gētilis populus ex malis, quæ se pperrasse meminit erubescit [q surgere & ire pcipitur] demōstrat, quod q infirmitatem suam cognoscens humiliter iacet per diuini uerbi cōsolationem ad fortia opera proficere iubetur [quod fides Gentilem populū saluum fecit] arguit, quod infidelitas Iudæorum eos damnabit.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt dum uarijs peccatorū generibus deprimimur extra castra. i. malas societates, ad dominū pro misericordia recurramus ad pręceptorē, & licet mūdemur in mēte, nihilominus accedamus ad sacerdotes, & confiteamur delicta nostra, ac demum gratias, prostrati ex humilitate, Deo agamus, ut fides nostra charitate formata, nos saluari faciat.

ANAGOGICE.

Contēplemur diuinā gloriā, in qua oēs beati gratias reddunt Xpo, qui eos sua passione sanauit à lepra peccatorū, & in illam introduxit, in quo nihil coinquinatū ingredi pōt, ingratis exclusis, quorū iusti pœnas vidētes, quas ipsi Dei pietate euaserunt, cadētes in facies suas in cōspectu throni Deū sine fine laudāt dicentes: benedictus Deus.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Exiens Iesus de finibus Tyri, &c.

DOMINICA XIIII. POST Pentecosten.

Nemo potest duobus dominis seruire. Mat. 6.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 31. die 15. Iulij, in die Iouis.

HISTORICE.

Neminem discipulis dominus esse ait, qui duobus potest dominis famulari, quoniam, uel uni debita præbebit obsequia, alteri verò minime, aut ecōtra. Ideòq; ut Deo ipsi simulque māmonę obtemperet impossibile esse. Inhibuit autē ne uictus indumentorumq; superflua angerentur solicitudine, cū escis anima, corpus uerò pualeat uestibus, neq; inferioris eos existere dignitatis cœli uolatilib. q sibi nequaquā prouidētes pascunt à Deo. Eorū uero neminē reperiri, qui suæ addere personę unū posset cubitū, amictus quoque cogitatum ut deponerent suasit, illorum comparatione minimè ad hoc intēdentium, cum nec gloriosus Salomon eis potuerit uestiū candore æquiparari.

rari. Si Deus igitur sua vniuersali ꝓuidétia hæc uelocius arescentia ita cooperit, cur nó sic ipsi talia eis ab eo potius exhiberi confidant, superfluam igitur, ut abijcerent horũ solicitudinem præmonuit, ne gétibus talib. insudantibus similes fierét, cum cęlestis eorũ genitor hæc eis necessaria fore nó ignoret: præcepit vero, vt in primis Dei perquirerent consequi regnum, atq; iustitiam, quoniã eis cũcta uitæ exhiberétur opportuna.

Nunc oportet quædam soluere dubia.

1 DVBITATVR. Vt quid dominus dixit prædicta uerba? Resp. Lyr. ꝙ uolens discipulos ad Dei seruitiũ inducere, docuit illa esse fugiendum, quæ ad hoc eis impedimentum præstarent. q. d. illud est fugiẽdum, per quod impeditur homo à seruitijs Dei, sed per temporalia bona inordinate thesaurizata impeditur homo à seruitijs Dei, quod probat, quia nemo potest duob. dominis seruire scilicet, Deo, & diuitijs.

2 Du. Quia uidetur, quòd unus possit duobus dominis seruire, quia multi subijciuntur uni magno domino, sicut Duci Sabaudiæ & seruiunt, & etiam subijciuntur vasallis dicti Ducis, q̃ sunt ẽt eorũ domini, ergo possunt duob. dominis seruire? Resp. Chrysostomus in homil. q̃d duos dicit dominos, qui contraria iniungunt, concordia enim multos vnum facit. & ut dicit Lyra, non intelligit subalternatim positis.

3 Du. An Deus possit odio haberi ab aliquibus? Res. S. Tho. 2. 2. q. 34. ar. 1. ꝙ quantum ad suam essentiã, quia est ipsa sua bonitas, & de ratione boni est ut ametur. quantum uerò ad affectus, qui nullo modo possunt esse contrarij uoluntati humanæ, sicut sunt uiuere, intelligere, esse & huiusmodi, etiam non potest odio haberi, sed bene, quo ad eius effectus, qui repugnant uoluntati humanæ deprauatæ per peccatum, prout est peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor, ab aliquibus odio habetur.

4 Dub. An sit graue peccatum odire Deũ? Resp. qui sup ar. 2 ꝙ inter alia peccata, odiũ Dei est grauius, cum homo Deum odiendo ex uoluntate per se auertatur à Deo.

5 Dub. Quid est odium? Respõ. qui supra, 1 2 q. 29. ar. 1. ꝙ est dissonantia quædam appetitus ad id, quod apprehenditur, ut repugnans, & nociuum.

6 Dub. Quod est obiectum odij? Respon. qui supra, quod est malum.

7 Du. An semper odium mali sit bonum? Resp. qui supra, quod contingit aliquando nec odium mali, nec amorem boni esse bonum, quia sicut apprehenditur aliquid, ut bonum, quod non est vere bonum, ita aliquid apprehenditur, ut malum, quod non est vere malum.

8 Dub. Vnde causatur odium? Resp. qui supra, ar. 2. q̃d ex amore, quoniam eiusdem rationis est, quòd ametur aliquid, & odiatur eius contrarium, & sic amor unius rei est causa, quòd eius contrarium odiatur.

9 Dub. Quia cum amor, & odium sint contraria, non uidetur q̃d unum possit causari ab alio? Resp. qui supra, quòd sunt contraria quando accipiuntur circa idem, quia eadem res respectu eiusdem non potest simul amari, & odiri, sed sic non capiuntur in proposito.

10 Dub. Quod est fortius amor, vel odium? Res. qui sup. ar. 3. q̃d amor est fortior odio, tũ quia bonũ est fortius malo, & amor habet rationem boni, odium uero mali. tum etiam, quia odium procedit ex amore tanquam ex causa; uidetur tamen aliquando fortius amore, quia est magis sensibile.

11 Du. An unquam odium vincat amorem? Res. qui supra, ꝙ non, nisi propter maiorem amorem, cui odium correspondet, sicut homo magis diligit se, quàm amicum, & propter hoc, quod diligit se, habet odio etiam amicum, si sibi contrarietur.

12 Dubit. An aliquis possit odire seipsum? Res. qui sup. ar. 4. ꝙ ꝑ se loquẽdo nemo potest seipsum odire. Vnde & ad Ephe. 5. dicitur nemo vnquã carnẽ suã odio habuit. Per accidens autẽ contingit, q̃d aliquis odiat seipsum, quia, qui diligit iniquitatem non solum odit animam suam, sed etiã seipsum.

13 Dub. Quia illi, qui se interimunt, uidentur se odire? Res. qui supra, q̃d tales illud, ꝙ est malum apprehendunt sub ratione boni, inquantum est terminatiuum alicuius miseriæ uel doloris, & ita per accidens odiunt seipsos.

14 Du. An aliquis possit odire veritatem? R. qui sup. ar. 5. ꝙ nõ in uniuersali, prout ens, & uerum conuertuntur, & in quibus omnia côueniũt, cũ côueniẽtia sit causa amoris, in particulari aũt vno mô aliqs ueritatẽ

odit

dit quando non vellet esse verum, quod est verum. Alio modo, inquantum ueritas impedit eum à persecutione amati, sicut aliqui nollent cognoscere veritatem fidei vt liberius peccarent. Tertio modo, quando aliquis vult iacere in peccato, odio quod aliquis veritatem circa peccatum suum cognoscat, ne redarguatur.

15 Dub. An odium proximi sit grauius quocumque alio peccato, quod committitur in proximum? Resp. qui sup. 2.2.q.24 art.4. q; sic, quantum ad deordinationem volũtatis, quæ est radix peccati, quia exteriores actus contra proximum non essent peccata, nisi voluntas esset deordinata, puta, cum aliquis ignoranter, vel zelo iustitiæ interficit hominem: quantum verò ad nocumentum, quod proximo infertur, exteriora peccata sunt grauiora odio interiori.

16 Dub. Cur dicit, vnũ diliget & post sustinebit. Item, vnũ odio habebit, & post contemnet? R. Glos. q; duo tangere vr seruientium genera. Quidam.n. seruiunt liberaliter ex amore, quidam verò seruiliter ex timore: si ergo aliquis ex amore seruiat uni contrariorum dñorum, necesse est ut alterũ odio habeat: si verò ex timore seruiat, necesse est vt dum vnum sustinet, alterum contemnat.

17 Dub. Cur non possumus seruire Deo, & mãmonæ? R. Glos. q; res terrena, vel Deus si in corde hominis dominetur, ad cõtraria ex vtroque trahitur homo. Nam Deus trahit ad superiora sibi seruientem, res uerò terrena ad inferiora.

18 Dub. Cur dicit, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, cum anima non manducet? Resp. Aug. q; anima in hoc loco pro animali vita potest intelligi.

19 Dub. Quid est peccare ex contemptu? R. S. Thom. 2.2.q.186. art 9. quòd quãdo quis non vult subijci legi, vel regulæ.

20 Dub. An semper faciens contra legẽ peccet ex contemptu? Resp. qui sup. quod non, videlicet, quando quis propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiã, vel iram agit contra legem, etiam si frequenter ex eadem causa, vel alia simili peccatum iteret, frequentia tamen peccati dispositionem inducit ad contemptum.

21 Dub. Quis grauius peccat, ille qui ex cõtemptu, vel ille, qui pp aliã causam? R. qui sup. in 4. sent. dis. 9. art. 3. q. 3. q; illa peccata, quæ in actuali contemptu consistunt sunt grauiora illis, in quibus nõ est contemptus, nisi ex consequenti, & quasi interpretatiuè, sicut accidit in fruitione creaturæ, per quã aliquis delectationi intendit, ex cuius intentione a præceptis Dei discedit, & sic, per cõsequens præcipientem contemnit.

22 Dub. Quomodo attenditur grauitas peccatorum in contemptu? R. qui sup. q; contemptus ex duplici parte mensurari potest. vno modo ex parte cõtemnentis, & sic non potest fieri comparatio vnius generis peccati ad aliud genus, sed vnius particularis peccati ad aliud, quia contingit in vno veniali peccato ex genere esse maiorem contemptũ actualem, quàm in vno grauissimo peccato mortali ex genere. Alio modo, ex parte eius quod contemnitur, & sic est talis ordo peccatorum, q; illud in quo ipse Deus ex seipso etiam contemnitur est peccatum grauissimum, sicut est peccatum infidelitatis & blasphemiæ, & post illud peccatum, in quo contemnitur Deus in sacramento, & inter alia præcipuè in sacramento eucharistię, in quo essentialiter Christus Deus & homo continetur, non tamen contẽptus est circa Christum, vt est Deus, & homo, sed prout est in sacramento: & post peccatum illud in quo contemnitur Deus in mẽbris suis, & post peccatum in quo contemnitur Deus in præceptis suis, quod est commune omni peccato mortali.

23 Dub. An contemptus, qui est in peccato veniali semper sit peccatũ mortale? Res. qui sup in 2. sent. dist. 24. q. 3 art. 5. quòd deliberatus cõsensus in veniale, non semper procedit ex tali contemptu, vt mortale peccatũ faciat: quando enim hoc modo in veniale consentitur, vt si esset contra legẽ Dei, nullo modo fieret, manet intra limites venialis peccati, etiam si aduertatur esse veniale peccatum: si autem hoc modo in ipsum consentiatur, vt etiam si prohibitũ esset præcepto, nihilominus fieret, talis consensus in veniale, ex genere, etiam mortalis esset.

24 Dub. Quid est solicitudo? Resp. qui sup. 2.2.q.5. art. 6. quòd solicitudo importat studium quoddam adhibitum ad aliquid consequendum.

25 Dub. Quis dicitur solicitus? Resp. qui supra, q. 18. ar. 9. quòd dicitur quasi solers intus, vel solers totus, inquantum s. aliquis ex quadam solertia animi velox est ad prosequendum ea, quæ sunt agenda.

Dub.

26 Dub. Ad quam virtutem pertinet solicitudo? Resp. qui sup q. pertinet ad prudétiã, cuius præcipuus actus est circa agenda præcipere de consiliatis & iudicatis.

27 Dub. Quæ dicitur solicitudo bona, uel mala? Res. qui sup. 1. ad Cor. lect. 7. q. solicitudo prælationis est bona, prædicationis, discretionis, passionis, deuotionis, circumspectionis, actionis, & prouisionis: sed solicitudo circa mulierem, circa ventrem, & circa bursam, est mala.

28 Dub An homo solicité quærendo, quod sibi deest, peccet? Res. qui sup. 3. contra Genti. c. 135. q. dominus præcipit nos non debere esse solicitos de eo, quod non pertinet ad nos, s. de euentibus nostrarum actionum, prohibuit aũt nos esse solicitos de eo, quòd ad nos pertinet s. de nostro opere. Non ergo contra præceptum domini agit, qui de his, quæ ab ipso agenda sunt solicitudinem habet, sed ille, qui solicitus est de his, quæ possunt emergere, etiam si ipse proprias actiones exequatur, ita q. debitas actiones prætermittat ad obuiandum huiusmodi euentib. contra quos debemus in Dei prouidentia sperare, per quam etiam aues, & herbæ sustentantur.

29 Dub. An solicitudo rerũ temporaliũ sit illicita? R. S. Tho. 2. 2. q. 55. ar. 5. q. sic tripliciter. Primò, si temporalia tanquàm finem quæramus. Secũdò, propter superfluum studium, quod apponitur ad temporalia procuranda, propter quod, homo à spũalib. quib. principaliter iseruire debet, retrahitur. Tertiò, ex parte timoris superflui, quando s. aliquis timet ne faciendo quod debet, necessaria sibi deficiant.

30 Dub. An aliquis debeat esse solicitus futurorum? Res. qui sup. ar. 7. q. vnicuiq; tempori competit propria solicitudo, sicut tépori ęstatis solicitudo metẽdi, & autumni vindemiæ. Si quis ergo tempore æstatis de vindemia iam esset solicitus superfluè præoccuparet futuri temporis solicitudinem, & hæc prohibetur à domino: & similiter si quis tẽporalia in quibus dicitur præteritum, & futurum tanquàm fines quæreret, uel si superflua quæreret vltra præsentis uitæ necessitatem, uel si tempus solicitudinis præoccuparet, peccaret.

31 Dub. Cur quando dicit, contẽnet; non dicit, odit? Resp. Aug. de Sermone domini in monte, quia nullus uera conscientia Deum potest odisse, contemnit aũt. i. non timet cũ, cum quasi de eius bonitate securus est.

32 Dub. Cur natura nõ prouidit homini de necessarijs victus, uestitus, & defensionis sicut alijs animalibus? Res. Ly. q. quia in alijs animalib. non est nisi natura sensitiua, quæ est ad unum determinata, & oportuit, vt eis à natura sufficienter prouideret, sed homo habet intellectum, per quem potest cogitare diuersas artes, & modos faciendi sibi uestes, & arma, & habet manus ad operandum talia. Et ideo oportet hominem de talib. solicitare, moderatè tamen, secundum regulam rationis.

33 Du. Quia uidetur, q. dominus hortetur nos ad negligentiam per similitudiné auiũ, quæ non serunt, neq; metunt? Resp. Aug. de operib. monachorum, q. intelligitur, quod si per aliquam infirmitatem, uel occupationem non possumus operari, ille nos pascet sicut aues, quæ nihil operantur: cum autem possumus nõ debemus tentare Deum, quia hæc quæ possumus, eius munere possumus.

34 Dub. Cum volatilia sibi cibum quærant, quomodo pater celestis pascit ea? Resp. Ly. quòd ea pascit cum solicitudine suæ naturæ, quia si semper starent in uno loco postquam sunt adulta, non pascerentur, nisi ubi natura deficeret, sicut pascit pullos coruorum, quos parentes quamdiu albi sunt non pascunt, & natura supplet in alio, qui rore celi eos pascit.

35 Dub. Nunquid tota Trinitas pascit? Res. quòd sic, quoniam & nos Deum trinum, & vnum oramus, dicendo eidem: Pater noster, qui es in cœlis.

36 Dub. Qũo intelligit pluris estis illis? Res. Aug. de sermone domini in monte. i. carius uos ualetis, quia rationale animal, sicut est homo, sublimius ordinatur in rerum natura, quàm irrationalia, sicut aues.

37 Dub. Quia uenditur carius vnus equus, imò una gemma, quàm vnus seruus, uel ancilla? Res. Aug. 11. de ciui. Dei q. hoc non fit ratione considerantis, sed necessitate indigentis, seu voluptate cupientis.

38 Dub. An hoc possit exponi de Angelis s. quòd sint uolatilia celi, & qui pascuntur di una prouidentia? Res. Hier. qđ non, quia si ita esset, quomodo sequeretur quòd dicitur ad homines, nonne uos magis pluris estis illis.

39 Dub. Quomodo magis sunt pluris homines animalibus irrationabilibus? Resp. Ly. i

sunt

sunt maioris ponderis, & dignitatis apud Deum, quia animalia facta sunt propter hominem, finis autem est nobilior his, quæ sunt ad finem.

40 Dub. Cur dicit, quis aūt uestrū cogitans pōt adijcere &c. Rñ. Ly. qđ ad remouēdum solicitudinem uestimenti ex eo, quod est in tra hominem s. magnitudo corporum, quā Deus dat homini sine sua solicitudine, quod patet, quia quantumcunq; aliquis de hoc so licitet, non potest addere ad staturam suam cubitum vnum: cum ergo vestimentum cōpetat maius, uel minus homini, secundum quantitatem corporalem, & quantitas ipsa detur sibi sine solicitudine sua, per consequens, & vestimentum conueniens absque solicitudine superflua.

41 Dub. Cur primò dicit de cibo, & post de vestimentis? R. Chry. in Hom. qđ prius tractauit de grauiori s. de cibo, post transit ad id, quod leuius est s. de vestimento, neque enim ita necessarium est indumentum, sicut cibus.

42 Dub. Cur potius ponit exemplū, quo ad vestimentum de lilijs agri, & non potius de pauone, uel alijs animalib puchre vestitis? R. Chry. in Hom. qđ dominus vult ex duobus monstrare superabundantiam s. à munificentia pulchritudinis, & ab utilitate participantium tali decore.

43 Dub. Cur dicit non laborāt, neque nent? R. Chry. super Matt. qđ dicendo non laborant, confortat uiros, dicendo uero neque nent. i. filana, confortat mulieres.

44 Dubitatur. Quid est, quòd non laborant ad orrant &c. Resp. Ly. qđ non laborant ad ornandum se, neque filant ad faciendum sibi vestimentum.

45 Dub. Quia ex hoc videtur qđ viri nō deberent laborare, neq; mulieres filare? Resp. Chrys. in Hom. qđ hęc dicens, nō opus prohibuit, sed solicitudinem, sicut & supra, cū de seminatione loqueretur.

46 Du. An uerum sit qđ Salomon nō fuerit tali colore vestitus? Resp. Hier. dicens, re vera quod sericum, quæ regum purpura, quæ pictura potest florib. comparari, quod ita rubet ut rosa? quid ita candet ut lilium? Viole vero purpurā nullo superari murice oculorum magis quàm sermonum iudiciū est. Et Chrys. in Hom. inquit, quantum. n. ueritatis ad mēdacium, tantum uestimentorū & florum differentia est.

47 Du. Cur dicit, in omni gloria sua? Resp. qui sup. quia Salomon est superatus à florū decore non semel tantum, neque bis, sed p totum tempus sui regni, qui nec in uno die ita decoratus est, ut flores.

48 Dub. Cur inducit exemplum de Salomone? Res. qui sup. q. d. Si ergo Salomon à floribus superatus est, qui omnibus regib. fuit præclarior, quanto tu vestimentis poteris vincere florum decorem.

49 Dub. Quia uidetur quòd Salomon cōueniebat cum lilijs, cum etiam ipse non laboraret, cum esset rex? Respon. qui sup. super Matt. quòd & si non laborabat, tamen iubebat, vbi autem iussio, illic & ministrātium ostensa, & iubentis ita frequenter inueniuntur. Hæc autem quando nesciunt sic ornantur.

50 Dub. Cum plures alij reges fuerunt Salomone potentiores, sicut Nabuchodonosor Cirus, Darius, Alexander &c. cur nō posuit exēplum de eis? Res. q. loquebatur Iudæis, & ideo posuit exemplum de excellentiori rege ipsorum.

51 Du. Cur nunc appellat fœnum, quod ante appellauerat lilia? Resp. Chrys. in Hom. quòd ut eorum vilitatem ostendat.

52 Dub. Quomodo intelligitur, si autem fœnū agri, &c. Res. Chrys. super Mat. q. d. si floribus terrenis sic occurrit Deus, q. nati sunt vt tantummodo uideātur, & pereant, homines negliget, quos sic creauit, ut non pro tēpore uideantur, sed ut perpetuo sint.

53 Du. Cum aliquando flores permaneant pluribus diebus, quomodo dicit cras &c. Res. Hier. q. cras in scripturis futurum tēpus intelligitur, dicēte Iacob. Exaudiat me cras iustitia mea. Gen. 30 c.

54 Du. Cur non dicit hodie sunt & cras nō erunt? Res. Chry. in Hom. q. opponit aliam uilitatem, quia est multo deficiētius, quòd in clibanum mittitur.

55 Dub. Quomodo fœnum dicitur mitti in clibanū? Resp. Ly i. in furno, quia in aliquibus terris loco lignorum vtuntur stipulis, & consimilibus ad calefaciendum furnum. Vel hic accip tur clibanus pro aceruo, in quo congregatur fœnum desiccatum, quia ad modum furni, seu monticuli deriuatur, vnde clibanus à cliuo dicitur.

56 Dub. Cur dicit, quanto magis vos? Resp. Chrys. in Hom. l. qđ hic occultè insinuatur humani generis honor ac si dicat: vos quibus animā dedit, corpus plasmauit, prophetas misit, & unigenitum filium tradidit.

Dub.

57 Dub. Cur vocat eos modicę fidei? Resp. Gl. quia modica fides est, quæ nec de minimis certa est.

58 Dub. An fides possit esse maior in uno, quam in alio. Vide feria 5. post 1. dominicam Quadragesimæ dub. 3.

59 Du. Cur dominus replicat dicens, nolite ergo soliciti, &c Resp. Rabanus, ut ostendat hanc rem esse per necessariam, & ut arctius eam in cordibus nostris inculcaret.

60 Dub. Cur dicit, quid manducetis, aut q̃d bibetis, &c. Resp. qui supra, ꝙ hic videntur argui, qui sumpto victu, uel vestimento cõi lautiora sibi uel austeriora his, cũ quibus ui tã ducunt alimẽta vel indumẽta requirunt.

61 Dub. Quomodo gentes aliter ista inquirũt, q̃ Christiani? Resp Chrys. in hom. quia Gentes in rebus humanis fortunã esse credunt, nõ prouidentia, neq; iudicio Dei suas uitas gubernari extstimant, sed incerto duci euẽtu. Et ideò, meritò timẽt, & desperãt, quasi, qui neminẽ habent gubernantem. Qui aũt credit se Dei iudicio gubernari, escam quidem suam in manu Dei committit.

62 Dub. Cur non dicit Deus, sed pater? Res. qui supra, ꝙ ut eos in maiorẽ spẽ inducat. Si enim pater est, non poterit despicere filios, cum nec omnes patres hoc sustineant.

63 Du. Q̃uo Deus potest scientia sua cõprehẽdere omnia, & prouidere omnibus, quæ sunt, & erũt, cum sint infinita, & infinitorũ nõ põt fieri disciplina, ut dicit Porphirius? Res. Aug 12. de ciuitate Dei. Dei intelligẽtiæ nõ est numerus, & omnis infinitas, quodãmodo ineffabili Deo finita est, quia eius scientia inco nprehensibilis non est.

64 Dub. Quid est iustitia regni Dei? Resp. qui supra, super Matt. ꝙ est uia pietatis, per quam itur ad regnum.

65 Dub. Quæ sunt illa, quæ adijcientur nobis? Resp. Aug. quòd temporalia.

66 Dub. Cur dicit primum? Resp. qui supra, ꝙ per hoc significat, quia hoc posterius quęrendum est, scilicet, bonum temporale.

67 Dub. Quia cum peruenerimus ad regnũ Dei, non indigebimus temporalibus, ergo prius sunt quærenda tẽporalia? Resp. qui supra, ꝙ bona temporalia sunt querẽda posterius nõ tẽpore, sed dignitate. quærere. n. primum regnum, & iustitiam eius, est illud præponere cæteris rebus.

68 Du. Cur dicit, adijcientur, & non dabuntur? Res. Chry. in homi. q̃d ut discas, quia ꝑsentia nihil sunt ad magnitudinẽ futurorũ.

ALLEGORICE.

Per [volatilia] sancti viri designantur, q aqua sacri baptismatis renascunt & deuotione terrena despiciũt, & cęlestia petũt, qbus [pluris] dicũtur esse apostoli, quia principes sunt omniũ sanctorũ, & etiã sancti [ꝑ lilia] intelliguntur, qui absque labore legalium ceremoniarũ sola fide Deo placuerũt, de quib. dicit. Dilectus meus mihi pascitur inter lilia. Sãcta etiã ecclesia [ꝑ liliũ] intelligĩt, ꝑꝑ candorẽ fidei, & odorẽ bonę cõuersationis, de qua dicitur, sicut liliũ inter spinas sic amica mea inter filias, [ꝑ fęnũ] designant infideles, de quib. dicit aruit fęnũ, & cecidit flos [ꝑ clibanũ] æterna damnatio.

Tropologice non exponitur.

ANAGOGICE.

Ex considera ione liliorũ, cęterarumq; creaturarum, quas Dei prouidentia nutrit, & pascit, ac vestit, deducimur ĩ contẽplationẽ cęlestiũ delectationũ, quas sãcti interius pascẽdo diuinitatẽ, & exterius Christi diuinitatẽ, inueniũt dulciora super mel, & fauũ, quib. saturabunt, & induent stola immortalitatis, quę Salomonis omniumq; temporalium regum ornatum, & gloriam superabit.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Beati oculi qui vident, quæ uos uidetis.

DOMINICA QVINTADECIMA post Pentecosten euangelium.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ uocatur Naym. Require feria dominica 4. Quadragesimæ.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Dum iret in Hierusalem, &c.

DOMINICA SEXTADECIMA post Pentecosten.

Cùm intrasset Iesus in domũ cuiusdam principis Pharisæorum Lucæ 14. cap.

Historia huius euãgelij facta est anno Christi. 32. die 3. Octobris, in die sabbati.

HISTORICE

In unius ex Iudæorũ pricipib. domo sabbato discũbente dño, anteq; eius cõspectum hydropici q̃dã morbo grauatus consisteret, obseruareturque à circunstantibus, rogauit

dñs an curare sabbato ægrotos liceret, obmutescentibus autem eis, pristinę infirmũ restituit sanitati, eumq; dimisit. interrogauit auté eos, si eorum cuiuspiam in puteum iumentum cecidisset, an sabbati die non statim extraxisset, huic vllo modo satisfacere nequiuerunt rõni, quibusdam verò inuitatis loca honorabiliora quærentibus quandã opposuit parabolam: persuadens vt nouissimam semper amplecterentur sedem, ne si primam adepti essent, digniore superueniẽte, in infimam deijcerentur, à nouissima verò ad digniorem non nisi gloriosè euocarentur, cum omnis deprimatur superbiens & humilior sublimis euadat.

Hæc quæ occurrunt dubia sunt soluenda.

1 DVBITATVR. Cur dominus ingrediebatur domos eum obseruantium? Res. Cyril. q. hoc faciebat, ut prodesset præsentib. per verba, & miracula.

2 Dub. Quis inuitauit Iesum ut illuc accederet? R. quod ut habetur in hoc capit. ille princeps inuitauerat eum.

3 Dub. Quomodo vocabatur, & unde erat iste princeps? Res. Nullibi hoc reperiri.

4 Dub. Cur inuitauit Iesum? Res. Lyra, q. malitiosè.

5 Du. Nũquid ille princeps dedit sibi aliud ad comedendum, quàm panem? Res. S. Vin. in sermone huius dñicæ, q. in sacra scriptura panis accipitur pro omni prouisione, & esca, 4. Reg. 6. pone panem, & comedant. & post sequitur, appositaq; eis ciborum magna præparatio.

6 Dub. In quibus obseruabant dñm? Resp. Ly. attendentes si inter epulas aliquid facerct, uel diceret, de qbus possent eũ accusare.

7 Du. Qui erant illi, qui obseruabant eum? Res. quòd Pharisæi, & legis periti.

8 Dub. Quid est hydropisis? R. Beda in homil. q. est morbus ab aquoso humore vocabulum trahens; quia hydor Grçce, aqua dicitur latine, & est humor subcutaneus de uitio vesicæ natus cum inflatione turgente, & anhelitu fętido propriumque hydropici est quanto magis abundat humore inordinato tãto amplius sitire, & hũc morbũ Latini veternũ vocant, ut dicit Henricus in homilia.

9 Dub. Cur ille hydropicus illùc aduenerat? Resp. quòd ut sanitatem reciperet.

10 Dub. Cur non rogauit Iesum ut eum sanaret? Res. qui supra, q. metu Pharisæorum remedia non postulabat propter sabbatum.

11 Du. Cur ergo stabat ante illũ? Res. q. sup. q. ut ex aspectu misertus eius sanaret eum.

12 Dub. Cum nullus Christum interrogauerit, cur respondit? Res. Lyra, quòd respondit ad cogitationes eorum.

13 Dub. Quid cogitabant? Resp. qui supra, quòd curatio in die sabbati erat illicita.

14 Dub. Cur cum de hoc eos interrogauerit non responderunt? Res. Beda, in Homil. quoniam si dixissent hoc licere, cur ergo obseruabant eum: si respondissent, quòd non, quare ergo sabbato pecora curant. & ideò tacuerunt, quia contra se dictum quicquid responderent uiderunt.

15 Dub. Cum Christus sederet in mensa, quomodo apprehendit hydropicum? Res. S. Vinc. in sermone hodierno, quòd surrexit à mensa, & apprehendit, ac sanauit, & demum reuersus est ad sedendum.

16 Dub. Cur dominus non interrogauit hydropicum si uolebat sanari? R. q. satis dominus cognoscebat, quid volebat. Et ideò sanauit eum.

17 Dub. Cur dicit, cuius vestrum bos aut asinus, &c. Resp. Lyra q. ut ostendat factũ esse licitũ per exemplũ animalis bruti, cuius periculo licitum erat succurrere in Sabbato.

18 Du. Cur nõ poterãt respõdere? Res. q. supra, quoniam erant tanquam confusi euidenti ratione.

19 Dub. Cui redarguit inuitatos? Resp qui supra, q. in hoc confutat eos de superbia, & ambitione indebita honorum.

20 Dub. Qui dicuntur primi accubitus? Respond. qui supra, q. primæ sedes in conuiuijs solemnibus.

21 Dub. Cur dicit parabolam? Resp. qui sup. quia per primum locum non solum intelligebat honorabilem sessionem in conuiuijs, sed etiã quãlibet electionem, uel postulationem, uel promotioné ad aliquam dignitaté, quia parabola est alterius rei significatiua.

22 Dub. Quid est ambitio? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 13 ar. 1. q. importat inordinatum appetitum honoris, seu cupiditatem.

23 Dub. An ambitio sit semper peccatum? Resp. qui supra, quòd sic.

24 Dub. Quot modis potest esse inordinatus appetitus? Resp. qui sup. quòd tribus modis. Primò, quãdo quis appetit testimonium de excellentia, quã non habet, quod est appetere honorem supra suam proportionem.

Alio

Alio modo, per hoc, qđ honorem sibi cupit non referendo in Deum. Tertiò modo, per hoc, qđ appetitus eius in ipso honore quiescit, non referens eum ad utilitatem aliorũ.

25 Dub. An appetitus dignitatum dicatur ambitio, uel præsumptio? Resp. qui sup. ar. 2. ꝙ si quis appetat dignitatem pp honorem, ꝑtinet ad ambitionem, sed si appeteret dignitatem non rõne honoris, sed pp debitũ dignitatis vsum, suã facultatẽ excedentẽ, non esset ambitiosus, sed magis præsumptuosus.

26 Dub. Quia cum honor sit pręmium virtutis, vr, quòd possit appeti à virtuoso absq; pctõ? Res. qui sup. ar. 1. quòd honor non est pręmiũ virtutis, quo ad ipsum virtuosum, vt s. hoc pro pręmio expetere debeat, sed ꝓ præmio expetit beatitudinem, quæ est finis virtutis, sed honor dr præmium virtutis ex parte aliorum, qui non habent aliquod maius, quod uirtuoso retribuant, q̃ honorem.

27 Dub. An sedere in primo loco sit pctm? Resp. Chrys. quòd dominus non uituperat eos, qui in primo loco discumbunt, sed qui amant primos discubitus, ad voluntatem referens, non ad factum.

28 Dub. Quia etiam eligentes ultimum locũ vnr peccare ex hypochrisi? Resp. Basilius dicens, occupare vltimum locum in conuiuijs, iuxta mandatum dñicum, conueniens est, sed rursus in hunc cõtentiose irruere, reprobum tanquam interemptorium ordinis & causatiuum tumultus.

29 Dub. Quia nõ uidet, quòd quis cum rubore cedat locum alteri quem cognoscit se digniorem? Res. quòd non põt esse, quin aliquis rubor accidat ei, qui pręsumptuosè elegit primum locum, cum postea oporteat coram tota multitudine cedere.

30 Dub. Quia uidetur, ꝙ ille, q habebat primum locum, cedendo alteri, quod tenebit sm, & non nouissimum? Resp. quòd cũ omnes ordinatim post primum sedeant. Confusio magna esset quòd oẽs surgerent a conuiuio, sed abeunte primo, alij stant in ordine suo, & ipse post oẽs ad sedendum uadit.

31 Dub. Quia uidetur, qđ Christus doceat quærere gloriam vanã, cum dicit, tunc erit tibi gloria, &c. Res. Ly. quòd hæc est vna parabola, ut dictũ est superius, & intelligitur ꝙ, q nouissimũ locũ tenebit, q̃tũ ad humilitatem exaltabitur à Deo ad gloriã cęlestẽ.

32 Dub. Qũo intelligitur omnis, qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat &c. Rñ. Beda in Hom. quòd, qui se de meritis eleuat, humiliabitur à Deo, & qui se de beneficijs humiliat, exaltabitur ab eo.

ALLEGORICE.

[Hydropicum] rectè comparamus diuiti auaro, sicut. n. illo quãto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit, sic & iste, quãto est copiosior in diuitijs, quib. nõ bene utitur, tanto ardentius talia concupiscit [& rectè hydropicus añ pharisæum curatur] quia per alterius ęgritudinem corporis in altero exprimitur languor mentis. [Benè aũt in exemplo bouẽ, & asinũ nominat] vt uel sapientes & hebetes, vel utrũq; populum significet. s. Iudæum, iugo legis, & Gentilem nulla ratione domitum: oẽs. n. à puteo concupiscẽtiæ demersos dominus abstrahit: quotidie quoq; dñs nos ad nuptias suas inuitat, & cum intrat superbos despicit, & humilib. sępe sui spiritus tanta munera præstans ut discumbentium. i. fidelium cętus, eos admirando glorificet.

TROPOLOGICE.

Instruimur sic nos habere, ne ab obseruatorib. aliquid in nobis deprehẽdi possit, qđ eos iuste scandalizet, & nec omittere opera virtutum, & misericordiæ, et si tales ex his scandalum sumant, aduersariosq; vincere rõnibus & non clamoribus, ac semper, & in oĩb. humilitatem amplecti, ut per eã ad altiora cœlestis uitæ peruenire ualeamus.

ANAGOGICE.

Eligimur vt contemplemur domũ principis mũdi, in quã Christus introiuit, & electos secum duxit, Sabbato. i. festo perpetuo manducare panẽ Angelorum, & satiari ab vberibus æternæ fœlicitatis, in quo nullus aliũ obseruabit, sed oẽs suis pmijs contenta bũtur, in nuptijs agni vnusquisq; iuxtà merita locum obtinebit digniorem, ad quem electi per viam humilitatis peruenerunt.

EADEM DOMINICAE SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Nemo potest duobus dominis seruire.

FERIA DOMINICAE QVATVOR Temporum Septembris.

Respondens vnus de turba dixit ad Iesum. Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum. Mar. 9. Matt. 17. Lu. 9.

Historia huius Euang. facta est anno ætatis Christi 32. die 6 Augusti in die Iouis.

HISTORICE.

Quid inter se agitarent dño discipulos percũctanti, de turba quidam respondit se ad eum suum attulisse natum spiritu vexatum immũdo, à quo crudelissime alliditur, suosq; discipulos frustra inuocasse, cum nequaquã expellere eum valuerint. graue autẽ sibi esse, ait dominus, incredulæ conuersari generationi, & ipsam sinere. verũ eius oblatus iussu vexatus, adeo fuit a dæmone allisus, vt spumans in terra volutaretur, à genitore itaque percepto, quod a pueritibus sic affligeretur annis, quodq; etiam in ignẽ quatenus vita priuaretur pluries iniecisset, oraret etiam per dñm, vt si remedij quicquam præstare posset, eorũ misertus id efficeret; retulit Iesus credenti cuncta fore possibilia. diceretq; ille an fidem his præstaret, qui cum fletibus se affirmaret credere, supplicaret etiã vt suæ dñs incredulitati succurreret: hæc cernens dñs, & dæmonem expulit, & hominem discerptum, quasi vita functum, incolumen eleuauit, immundo comminatus spiritui, ne vlterius hominem ingrederetur. cũ vero a dño causam discipuli perquisiuissent, cur & ipsi hoc nequiuissent peragere, nullum huius generis dæmonium respõdit eijci, nisi orationibus, & ieiunijs valere.

Licet nunc dissoluere dubia quæ occurrunt.

1 DVBITATVR. Cur rñdit iste de turba dño non eum interroganti? Resp. q̃ vt patet ex textu immediatè ante hoc Euangelium, dñs videns magnam turbam, & scribas conquerentes cum discipulis suis, interrogauit, quid inter eos conquererent, & tunc iste de turba respondit, quòd ideo conquerebant, quia a vexato dæmonem nequiuerant expellere eius discipuli.

2 Dub. Quis fuit iste de turba, & quis eius filius? Resp. quòd nullibi reperitur.

3 Dub. Cur non pñtauit primò filium Iesu, sed discipulis eius? Resp. q̃ vt hr̃ ex textu ante hoc Euangelium, Christus ascenderat in montẽ, in quo transfiguratus fuit, & interim venit iste cum filio, & non reperto Iesu, illũ obtulit Apostolis, qui remanserant Iesum expectantes deorsum, vt eum sanarent.

4 Dub. Qũo ille spiritus dicebatur mutus? R. quia hoĩem possessum mutum reddebat.

5 Dubit. An semper obsideretur ille filius à dæmone? R. q̃ sic, sed non semper vexabatur nisi in loquela, vt ex textu deducitur.

6 Dub. Quid est allidere? Resp. q̃ idẽ, quòd nocere, quia componitur ex ad & lædo, vel vt dicit Ly. allidit. i. in terram proijcit.

7 Dub. Quid est spumare? Resp. quòd spuma dicitur a spuo, vt dicit Catholicon, & ita spumabat. i. saliuam emittebat.

8 Dub. Cur stridebat dentibus? R. q̃ propter vehementẽ dolorem illatum a spiritu.

9 Dub. Quomodo arescebat? Respon. i. desiccabatur.

10 Dub. Cur dñs respondet, ô generatio incredula, &c. R. Chrys. q̃ cum iste in medio turbarum discipulos incusaret, dñs corã plebe, multo magis hoc ei imputat, non solum in personam eius accusationem intendens, sed in personam omnium Iudæorum.

11 Dub. Cur dominus loquitur omnib. cum iste solus respondisset? Res. qui sup. q̃. probabile est multos præsentium scandalizatos, ea quæ non conueniebant de discipulis cogitasse, ideo dominus turbæ loquitur.

12 Dub. Cur dicit, quamdiu patiar uos, &c. Resp. qui supra, quod in hoc ostendit, & ad mortem se desiderari, & graue esse cum illis conuersari.

13 Dub. Cum dñs videretur iratus, cur sanauit eum, iubens ad se afferri? Resp. Beda in Hom. q̃ non erat iratus homini, sed vitio.

14 Dub. Cur permisit dominus in pręsentia sua grauius vexari obsessum? Resp. Chrys. quòd propter patrem pueri, vt cum vexantem dęmonem uideret, ad fidem futuro miraculo traheretur.

15 Dub. Cur diabolus tunc uexabat eum fortius? Res. Ly. quia uidens se citò eijciendum faciebat peius, quòd poterat.

16 Dub. Cur dominus interrogat de tẽpore vexationis, cum illud sciret? Resp. Ly. quòd non ex ignorantia interrogat, sed ut ex responsione patris appareret omnibus diuturnitas passionis, & difficultas curationis, vt ex his miraculum esset euidens.

17 Dub. Cur ab infantia permisit Deus eum vexari? Resp. Beda, quòd propter peccatum originale.

18 Dubit. Cur potius mittebat in ignem, & aquam, q̃ alibi? Resp. q̃ etiã allidebat eum in terra, sed pater hoc dixit, ostendens, q̃ quærebat diabolus eum occidere, & in igne est maius periculum pp combustionem, & in

in aqua propter submersionem, ideò potius de his dixit.

19 Dub. Cur diabolus non interfecit eum? Res. quia non fuit a Deo hoc permissum.

20 Dub. Cur dicit, sed si quid potes? Res. gl. q manifestat se de eius potentia dubitare.

21 Dub. Cur dicit pater, misertus nostri, cũ solus filius vexaretur? Res. gl. q pp miseriã filij patientis, & patris, qui compatiebatur.

22 Dub. An assentiri his, quæ sunt fidei, sit à nobis uel à Deo? Resp. S. Tho. 2. 2. q. 6. ar. 1. q est à Deo interius mouente per gratiam.

23 Dub. Quo omnia possibilia sunt credenti? Res. Hier. q ea, quæ in nomine Iesu. i. salutis postulant, oĩa possibilia sunt credenti.

24 Dub. Quomodo credere est causa impetrationis beneficij? Resp. Ly. quia fides credentis meretur de congruo, ut ei detur beneficium per potentiam Dei.

25 Dubita. Cur dominus huic dicit, si potes credere &c. Et leproso dixit, uolo, mundare? Resp. Beda, q quilibet accepit congruum suæ petitionis responsum, quia iste ait, si quid potes adiuua nos, & dominus, si potes inquit credere. Leprosus vero fideliter clamabat, domine si vis, potes me mundare, & secundum suam fidem dominus respondit, uolo, mundare.

26 Dub. Quid intelligebat Iesus dicẽs. Si potes credere, &c. Res. Chry. qđ dicit, tale est, tantę est uirtutis apud me superabundãtia, ut non solũ hoc possim, sed & alios hoc faciã operari, quare si credideris, ut oportet, & huc ipse curare poteris, & alios multos.

27 Dub. Cur dominus ista sibi dicebat? Respon. qui supra, ut eum ad fidem reduceret.

28 Du. Quia vr contradictio in eius uerbis, dum dicit, credo, & post adiuua incredulitatem meã? Resp. Ly. q hic non erat omninò incredulus, quia dicit, credo. Sed dixit incredulitatem suam. i. fidei suę imperfectionem, quam petebat à Christo suppleri, & perfici.

29 Dub. Cur lachrymatus est dicens, credo, &c. Res. Hier. q fides cum lachrymis optata uota capit.

30 Dub. Cur Iesus uocat syrsum spiritum, cũ supra pater dixerit, q erat solum mutus? Resp. Ly q erat spũs surdus, & mutus non formaliter, sed effectiuè, quia in puero obsesso auditum impediebat, & loquelam.

31 Dub. Cur dñs dixit ei, ergo pcipio tibi? Res. Chrys. q hoc attribuitur diuinæ ptãti.

32 Dub. Cur præcipit ne amplius ingrediat in eum? Res. qui sup. quod in hoc ostẽditur, quia ad reintrandum promptus erat, quia ille nondum erat in fide perfectus.

33 Dub. Cur permisit dominus coram se eum discerpere ita acriter? Resp. Ly. ut per hoc magis declaretur Christi uirtus, quia ad tactum Christi surrexit perfectè curatus.

34 Dub. Cur discipuli interrogarunt dominum, cur ipsi non poterant dęmonium eijcere? Resp. Chrys. quia timebant ne fortè collatam sibi gratiam amisissent, cum iam ab alijs dæmonia e ecissent.

35 Dub. Cur expectauerunt eum interrogare usque quo ingressus fuit domum? Resp. Ly. q secretò accesserunt timentes ne culpa eorum hoc accidisset.

36 Dub. Cum Mat. 17. c. dicatur, q propter incredulitatem Apostolorum ipsi Apostoli non potuerant eijcere dęmonem, cur hic dicit q non potest eijci, nisi in ieiunio, & oratione? Resp. Ly. q vtraque causa tenendum est, eos non potuisse expellere, ambabus simul in discipulis concurrentibus.

37 Dub. Nunquid Apostoli erant increduli? Resp. qui sup. q postquàm incurrerunt motum turbationis, & inuidię contra alios Apostolos, consequenter incurrerunt quendam torporem in fide, quia vnum peccatum attrahit aliud, ex quo secutum est, quòd non potuerunt dæmoniacum curare.

38 Dub. Cur nõ nisi per orationem, & ieiunium poterat expelli? Res. qui sup. q in expulsione illius dęmonis requirebatur subiectio carnis ad spiritum, quæ fit per ieiuniũ, & magna eleuatio spiritus in Deum, quæ fit per orationem.

39 Dub. Quod genus dęmoniorũ erat illud? Resp. Theop. q lunaticorum, uel intelligit simpliciter omne genus dęmoniorum.

40 Dub. Quis debet ieiunare in expulsione dęmonum? Resp. Theoph. q oportet ieiunare eum, qui curari debet, & illum qui curat: sic enim uera oratio perficitur cum coniungitur orationi ieiunium, quando non grauatur, qui orat, sed sobrius est.

41 Dub. Cur Christus non ieiunauit, neque orauit in hac expulsione? Res. q absque his poterat eijcere, cum esset Deus, & inquantum homo habebat carnem subiectam spiritui, & mentem eleuatam in Deum.

ALLEGORICE.

[Iste vexatus] est populus Gẽtilis [q surdus

dus fuit,& mutus] non audiendo Dei monita,nec ipsum laudando[allisus] a dæmone pertrahendo in peccatum,spumans in voluptatib.carnalib. [stridens] dentibus contra Christianos [arescens] nullam humiditatẽ charitatis habens] qui non potuit liberari] à nuncijs Dei missis ante aduentũ Christi, qui ab infantia obsessus fuit , quia in idolatria nutritus[& in ignem,ac aquam missus] cum quidã ignem , quidam verò aquã adorarent;[ꝙ dñs comminatur spiritui ; & non vexato] significat , qđ vitia redargui dẽt, & homo amari , & refoueri dẽt [ꝙ omnia dicit dñs possibilia credenti]significat,multos Gentilium multa post cõuersionem , & magna ex fide operatos fuisse , dęmonq; sibi videns exitium imminere,quicquid mali potuit contra Christi fideles ꝑpetrare fecit, & tunc factus est sicut mortuus , qm̃ dr̃ eis, mortui estis , & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo , & eleuatus à dño ab immunditia idolorũ , & à cęteris vitijs,quibus tenebatur astrictus, saluti est restitutus.

TROPOLOGICE.

Docemur in aduersitatibus recurrere ad dñm, & patienter eas sufferre , & quatenus expediat transire per ignẽ,& aquã , instruimur etiam , ut abiecta incredulitate fideles simus,& si ignorantes simus,in pertinent.b. ad salutem interrogare maiores, ut nos doceant viam dñi, vtiq; contra inimicum humanę salutis armemur ieiunio , & orõne.

ANAGOGICE.

Contemplari consentaneum est dexterã Christi,quæ nos à manib.inimici eleuat , & ad ęterna gaudia perducit , inspirando , ut opera uirtutũ amplectamur , quib.mediantibus ad ipsa gaudia peruenire valeamus.

FERIA SEXTA QVATVOR Temporum Septembris.

Rogabat Iesum quidam pharisæus. Vide feria 5.de passione.

SABBATO QVATVOR TEMporum Septembris.

Arborem fici habebat quidam.Luc. 13.

Hæc uerba locutus est dominus anno ætatis suæ 32.die 1.Aprilis, die Mercurij.

HISTORICE.

Ficulneam quãdam sua in vinea dñs vineę cultori mandauit vt succideret , cũ iam annis trib.in ea fructuũ nihil reperisset : rogatu aũt vinitoris,ut per annũ adhuc unum eã permitteret, quatenus si in ea fructus excresceret conseruaret,aliã abscinderet , annuit dñs. Hanc dñs cum dixisset parabolã, qm̃ à decem , & octo annis mulierẽ inclinatam,quæ nec respicere cęlum poterat ob infirmitatẽ , vocatã ad se sanitati restituisset, illaq; altissimũ glorificaret, indignatus fuit Archisynagogus, turbamq; admonebat, ut sex pro infirmitatib. curandis dieb. liberè accederent , & non sabbato, in quo nihil ex lege agere licebat. Dñs aũt eos hypocritas cõpellans , ait : cur hanc Abrahę filiam tot annis ęgritudine detentam nõ licuit sabbato liberari,cũ iumenta ipsa sabbatho à prępesepio soluant, vt eorum auferatur sitis. His aduersarij dictis rubore perfusi sunt , omni gaudente populo de eius gloriosis operib.

Insistendum est dubiorum declarationi.

1 DVBITATVR. Cur dñs introduxit hanc parabolam? Res.Ly.ꝙ ut induceret Iudæos ad pęnitentiam ratione sumpta ex similitudine arboris, quæ pręscinditur , nisi faciat fructum , & ita ipsi à uita pręscindendi forent, nisi fructum pœnitentiæ facerent.

2 Dub. Quę est interpretatio parabolę? Rñ.Ly. ꝙ literaliter sic põt exponi [arborẽ fici].i.gentẽ Iudaicã. [habebat quidã].i.ipse Deus [plantatam in vinea sua].i.Iudæa. [Dixit aũt ad cultorẽ vineę] i ad Angelũ custodẽ,& præpositũ illi Genti. [Ecce anni tres sunt].i.tria tempora,s.legis,prophetarum,& prædicationis Christi,in quib.Deus quærens fructũ bonorum operũ in Iudæis, non inuenit, nisi in paucis ualde , qui quasi nihil computantur respectu tantæ multitudinis,ut patet prædicta tempora cõsiderantí. [Succide ergo illam] quia merebantur succidi , & de terra illa eijci. & Angelus custos dixit [dñe dimitte illam] quia Angeli custodes rogant dñm pro custoditis : & ita dilata est per 40.annos post passionẽ Christi,[vsq; dum fodiam circa illam] comminando terrorem diuinorum iudiciorum[& mittam stercora ostendendo ei fęditatẽ & abominationẽ peccatorũ suorum , per quæ solent homines pœnitere de peccatis suis, [& si quidem fecerit fructum] quia multã

ad

de Iudæis in illis quadraginta annis pœnituerunt, & conuersi sunt ad fidem fructum bonorum operum facientes, vt patet Act. 2. & in plurib. alijs locis. Sin autem in futurũ, succides eam quia impœnitentes in sua perfidia permanentes fuerunt occisi, & captiuati per Titum, & Vespasianum.

3 Dub. Cur Deus intelligitur per quidã? Respon. qui sup. quòd perfectio Dei, & proprietas non potest à nobis exprimi aliquo determinato nomine, secundum quòd dicitur sexta propositione de causis, causa prima superior est omni narratione, ideo dicitur, quidam, indeterminate.

4 Dub. Quis Angelus erat custos gentis Iudaicæ? Resp. qui sup. ꝙ Michael, vt habetur Daniel 10. c.

5 Dub. Quomodo occupat terrã ficulnea? Resp. quia in illo loco, in quo erat, terra nullum fructum producebat, quem produxisset, si non fuisset ibi ficulnea.

6 Dub. Cur potius Synagoga assimilatur ficulneæ, quàm alteri arbori? Resp. Ambr. quoniam hæc sola arbor ab initio germinat poma pro florib. & poma decidunt, vt poma succedant, manent tamen aliqua priorum parata, nec decidunt. Etenim primum Synagogæ populus velut inutilis decidit fructus, vt de pinguedine religionis antiquæ nouus ecclesiæ populus emergeret, primi tamen ex Israel grossi maturescentes exemplo pulcherrimorum gratia fructuum cæteris præstiterunt, quibus dicitur sedebitis super duodecim thronos.

7 Dub. Cur dominus quærit fructũ sciens nullum esse? Resp qui sup ꝙ quærebat, non quia fructum ficulneæ deesse nesciret, sed vt ostenderet in figura, quia fructum Synagoga iam habere deberet.

8 Dub. Cur potius docebat in Synagoga, ꝙ alibi? Resp. Chrys. quia in nullo dubitabat, nec aliquid contra legem Moysi statuens.

9 Dubitat. Cur potius in sabbato docebat, quàm alijs diebus? Resp. qui sup. quia tunc Iudæi legi vacabant.

10 Dub. Quis spiritus erat huius mulieris? Resp. Cyrillus, ꝙ ideo dicit spiritum, quia mulier hæc patiebatur atrocitate diaboli.

11 Dub. Cur tot annis eam Deus permisit affligi? Resp. qui sup ꝙ aut propter propria eius crimina, aut propter transgressionem Adæ, ob quã humana corpora infirmitatem, & mortem incurrerunt.

12 Dubit. Cur talem potestatem dat Deus dæmoni? Respondet qui supra, vt homines mole aduersitatis depressi, velint ad meliora transire.

13 Dub. Cur Euangelista ita omnia sigillatim narrat de hac muliere? Resp. Ly. quòd vt miraculum sequens maius, & euidentius ostendatur.

14 Dub. Cur fecit eam venire ad se? Resp. ꝙ vt omnes intuerentur eam, & miraculum manifestius ostenderetur.

15 Dub. Cur dicit sibi, dimissa es ab infirmitate tua? Resp. Cyrillus, quòd hæc vox fuit aptissima Deo plena maiestate superna: fugat enim morbum imperatorio nutu.

16 Dub. Cur statim erecta est? Res. Ly. quia licet per naturam possint aliquæ infirmitates curari, non tamen in instanti.

17 Dubit. Cur indignabatur Archisynagogus? ℞. Cyrillus, quòd ingratæ synagogæ præsul postquàm vidit fœminam humi repentem solo tactu erectam, & diuina referentem magnalia, ardens domini gloria irretitur inuidia, arguitque miraculum, quasi videretur solicitari pro sabbato.

18 Dub. Quis dicitur archisynagogus? Respon quòd dicitur ab archos, quod est princeps, & synagoga, quasi princeps, vel quĩ præest synagogæ.

19 Dub. Si erat de præcepto, vt sex dies operarentur, quia dicit oportet? Resp. quòd ly oportet, exponitur i. licet.

20 Dub. Cur dicitur hypocritæ in plurali, cum soli archisynagogo loqueretur? Respond. quòd huic loquendo, omnibus alijs archisynagogis in eius persona loquebatur, qui omnes erant hypocritæ, quia alia gerebant in corde, & alia superficialiter ostendebant hominibus.

21 Dub. Cur archisynagogus non cõpatiebatur illi mulieri? Res. qui sup. quòd malebat muliere tãquàm quadrupeda cernere terram, quam hominum staturam recipere, dummodo Christus non magnificaretur.

22 Dubit. An Christus semper confunderet aduersarios rationibus? ℞. Ly. ꝙ aliqñ confundebat eos exemplis, sicut hic; aliquando miraculis, sicut Luc. 5. dicens, Vt autẽ sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, surge; aliqñ scripturis, sicut Matt. 21. Nũquam legistis, quia ex ore infantium & lactẽtium perfecisti laudem: aliqñ rationibus certis,

ficat Matth. 2. c. Cuius est imago hæc, & superscriptio, aliquãdo testimonijs, vt Io. 5. c. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati.

23 Dub. Cur non dicit paralytico, surge, tolle grabatum, non conuincit eos exemplo sicut nunc? Resp. Chrys. quod nunc conuincit eos per dignitatem patris, dicens, Pater meus vsque modo operatur, &c.

24 Dub. Cur eius aduersarij erubescebant? Resp. Cyrillus, quod eo, quia non erat eis quid responderent, sed ipsi sibiipsis erant irrefragabilis reprehensio.

25 Dub. Cur populus gaudebat? Resp. Cyrillus, quod gaudebat quasi commoda ex miraculis consequens.

26 Dub. Quomodo omnis populus gaudebat, si aliqui erant aduersarij eius? Resp. qui sup. quod hic accipitur omnis populus pro maiori parte populi per figuram synecdoche.

ALLEGORICE.

Vide dub. 2. Item.

[Quod dominus docebat sabbatis in Synagoga] significat doctores in festis prædicantes [mulier curua] est humana natura ad peccatum corruens, quæ quia fructu in obedientiæ ferre noluit, statum rectitudinis amisit. [quod 18. annis infirma fuit] quia senarius numerus in trigonum ductus 18. facit, homo qui sexto die factus est perfecta opera habere noluit, sed ante legem, sub lege, atque in exordio inchoantis gratiæ infirmus extitit 18. annis mulier curua fuit, quod ergo signauit triennium in ficulnea hoc 18. anni in illa muliere. [sursum aspicere non poterat] quia sursum corda sine causa audiebat. [Vocauit eam dñs & erexit] quia illuminauit & audiuit, [opus autẽ sabbati] signum futuri est, quòd vnusquisque perfunctus lege, & gratia per misericordiam Dei corpore fragilitatis molestijs eruetur: [quod bos, & asinus ad adaquandũ ducuntur] significat quod Iudaicus & Gentilis populus sitim corporis, æstusq; mundi huius dominici fontis vbertate deponet, & sic per euocationem duorum populorum ecclesiã salcationem duorum populorum ecclesiã salutem futuram. [Filia autem Abrahæ] est anima quæcumque fidelis. Idem ergo mysticè est bouem vel asinum solutum a præsepio, ad potum duci, quòd est filiã Abrahæ à vinculo nostræ inclinationis erigi.

TROPOLOGICE.

Instruimur fructũ boni operis semper producere. Item, ne proximũ subito feriamus, sed sustineamus, vt videre possimus si valeret adhuc fructũ facere, sed arguẽdo, & cõmonendo eũ adhuc prouocemus, vtq; in ecclesijs libenter diebus festis vacemus, prædicationes audiendo, inuidiam quoq; vitemus, & indignationẽ. [Irẽ, sex diebus operari] i. in sudore vultus nostri vescamur pane nostro, vt in Sabbato cęlestis gloriæ requiescere valeamus [soluamus quoque bouem, & asinum. i. carnem & sensualitatem [à præsepio] i. à terrenis voluptatib. [& ducamus ad adaquandum] ad fontẽ gratiæ quæ filias facit veri Abrahæ animas, & soluit à ligaminibus sathanæ, & sic dæmones inimici nostri erubescent, & omnes Angeli lætabuntur, qui gaudent super peccatoribus pœnitentiam agentibus.

ANAGOGICE.

Contemplemur diuinam bonitatẽ, quæ ficum. i. humanam naturã plantauit. i. plasmauit in vinea sua, vt æternã consequeret beatitudinem, & inebriaretur ab vbertate vuarũ. i. delectationũ, qui, & pro nobis passus est, ne ipsa nostra natura succideretur, sed fodit in ea ipse torcular sanguinem fundendo, & stercora posuit. i. iniquitates nostras portauit, sanãs nos ab infirmitatib. nostris, quibus in limbo detenti nequibamus sursum respicere, erigens nos sua valida manu, & ad cęlestem gloriã pducens, vbi ille, qui dignatus est inter bouem, & asinum nasci, sedet à dextris Dei in excelsis, adaquando beatos aqua egrediente de templo à latere dextro, gaudentibus omnibus cœlestibus ciuibus, in his quæ gloriose & triumphanter egit, erubescentibus omnibus dæmonibus infernalibus suis aduersarijs, & omni populo sanctorum eum glorificante.

DOMINICA DECIMASEPTIMA post Pentecosten.

Accesserunt ad Iesum Scribæ & Pharisæi, & interrogauit eum vnus legis doctor. Mat. 22.

Historia huius Euãgelij facta est anno Domini 33. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Saduceis à dño separatis, Pharisæi id intelligentes aduersus dñm conuenerunt, & vni ex eis in lege docto interrogãti quodnã legis præceptum erat magnum, cum rñdisset,

ſet, ꝙ maximũ eſſet diligere Deum toto conatu, & huic ſcḿ ſimile exiſtere, ꝙ proximus diligať, & in his duob. legẽ uniuerſam comprehẽdi ac pẽdere. Cunctos aũt interrogauit dñs, quid de Chriſto ſentirent, & cuius eſſe filiũ autumarẽt, qui cũ Dauid eũ filium dixiſſent, rogauit dñs, quonam igitur pacto ſuum Dauid diceret dominũ ex Pſal 109. Huic autem ſatis obiectioni facere eorum nemo ſciuit, nec ex illa hora ipſorum quiſpiam eum præſumpſit vlterius interrogare.

Nunc ad ſolutionem dubiorum accedendum.

1 DVBITATVR. Quomodo Chriſtus impoſuit ſilentium Saduceis? ℞. quòd vt habetur ante hoc Euangelium, cum Saducei interrogaſſent dominum, cuius in reſurrectione mulier, quæ habuerat ſeptem viros eorum eſſet, dominus demonſtrauit, quod in reſurrectione non nubent, neque nubentur, & ſic eos confudit.

2 Dub. Cum quibus cõuenerunt Phariſęi? Reſp. Hieron. quòd cum Saduceis.

3 Dub. Quomodo potuerunt cum eis conuenire, cum eſſent contrariarũ opinionum? Reſp. Hieron. quòd hoc non obſtante conuenerunt ſimul in perſecutione Chriſti.

4 Dub. Cur tot uenerunt ad eum? Reſpon. Chryſ. in Homil. vt multitudine uincerent, quem ratione ſuperare non poterant.

5 Dub. Cur ſolum unus interrogat? Reſp. qui ſup. quòd ut ſi uiciſſet, qui loquebatur, omnes fuiſſent viſi victores. Si autem uictus fuiſſet, ſolus uideretur confuſus.

6 Dubit. Cur quærit de magno mandato? Reſp. Hieron. ꝙ ut cum omnia quæ Deus mandauit magna ſint, quicquid reſpondeat habeat occaſionem calumniandi.

7 Dub An legiſperitus conuenienter interrogauerit dñm de magno mandato? Reſp. Chryſ. ſuper Matt. ꝙ nõ, quia ille debet interrogare de maiore iuſtitia, q iam minorẽ impleuit: ſed Phariſęus interrogabat de magno mandato, qui nec minimũ obſeruabat.

8 Dub. Cur præceptum de dilectione Dei dicitur maximum? Reſp. ꝙ ideo, quia omnes uirtutes in ſe continet.

9 Dub. An inter mandata legis aliqua ſint maiora alijs? Reſp. Orig. ꝙ ſic. ex ſententia domini etiam vſque ad minima unum eſt inferius altero.

10 Dub. Cur dicit primũ, cũ in lege ſint alia priora? ℞. qui ſup. ꝙ dicitur primum nõ pro ordine ſcripturæ, ſed pro dignitate uirtutis.

11 Dub. Cum dicatur, & ſcḿ ſimile eſt huic, vř ꝙ ſit maximũ mandatum diligere proximum? ℞. Magiſter hiſt. ſcho. ꝙ dicit ſimile, quia eſt de re ſimili Deo, ꝙ homo eſt imago Dei: non igiť eſt æquale primo, ſed ſimile quantũ ad rẽ, quia eſt de re ſimili, & quãtum ad actum, quia eſt de actu dilectionis.

12 Dub. Quia cum charitas ſit una uirtus, videtur ꝙ non debuerint dari duo præcepta de charitate? Reſp S. Tho. 2. 2. q. 44. artic. 2. ꝙ licèt charitas ſit una uirtus, habet tamen duos actus, quorum unus ordinatur ad alium, ſicut ad finem, & cum præcepta dentur de actibus virtutum, oportuit eſſe duo præcepta charitatis.

13 Dub. Quia cum quatuor diligere debeamus, ſ. Deum, nos. proximũ, & corpus proprium, vř ꝙ quatuor præcepta debuerint dari de charitate? Reſp. qui ſup. quòd ſufficiũt duo præcepta, vt patet ex textu Euangelij, & licèt quatuor ſint ex charitate diligenda, tamen ut dicit Auguſt. in 1. de doct. Chriſtiana, de dilectione ſui & corporis proprij nulla præcepta danda erant, quia quantumcũque homo excitatur à charitate remanet illi dilectio ſui, & corporis proprij.

14 Dub. Quomodo lex pendet? Reſp. Aug. de quæſt. Euang. pendet. i. illi refert, ubi habet fidem.

15 Dub. Quõ uniuerſa lex ad hæc duo præcepta refertur? ℞. Rab. ꝙ ad hæc duo præcepta pertinet totus decalogus. Præcepta quidem primæ tabulæ ad dilectionẽ Dei. Præcepta ſecundæ ad dilectionem proximi.

16 Dub. Quomodo prophetæ pendẽt? Reſp. Orig. quòd qui omnia impleuit, quæ ſcripta ſunt de electione Dei, & proximi, dignus eſt magnas gratias à Deo percipere, vt intelligat omnem legem, & prophetas.

17 Dubit. Cur interrogauit eos dominus de Chriſto cuius filius eſſet? Reſp. Chryſ. quod vt ipſa interrogatio oſtenderet eis quis eſſet, ſ. quòd eſſet Deus & homo.

18 Dub. Cur reſponderunt, ꝙ eſſet filius Dauid? Reſp. qui ſupra, quia ipſi exiſtimabant Chriſtum debere eſſe purum hominem.

19 Dub. Cur potius dixerunt Dauid, quàm Abrahæ, vel aliorum? Reſp. quia Dauid fuit primus Rex, ex quo Chriſtus deſcẽdere debebat, & cui fuerat facta promiſſio, ꝙ de ventris ſui fructu poneret ſuper ſedẽ ſua

Dub

m.

20 Dub. Cur adhuc dicit. Quomodo ergo Dauid vocat eum dominum &c. Resp. ꝙ ut ex hoc conuinceret eos Christum non solũ hominem esse, sed etiam Deum.

21 Dub Quõ dicit filius, & dominus Dauid? Res. Hier. ꝙ est filius secundum carnem, & dominus secundum diuinitatem.

22 Dub. Cur Dauid dicit vocare dominum in spiritu? Resp. qui supra, ꝙ cum sic uocat, non propria voluntate, sed Spiritusancto.

23 Dub. Cur dicit, donec ponam inimicos tuos? Resp. Chrys. in Hom. ꝙ ut timeant & saltem ita eos inducat.

24 Dub. Quando ponet inimicos suos, &c. Resp Ly. ꝙ in iudicio quando omnia subijcient perfectè homini Christo, sicut scabellum subijcitur pedibus.

25 Dub Quis est iste Dominus qui dixit domino, &c. Res. Gl. dñs. i. pater dixit domino meo. i. filio, ꝙ dicere est gñare: Sede à dextris meis: ut sit æqualis in diuinitate ẽm ꝙ Deus, uel in potiorib. bonis ẽm qđ homo.

26 Dub. Quia videt ꝙ postquã inimici Xpi fuerint subiecti, ꝙ post nõ sedebit à dextris Dei? Res. Remig. ꝙ donec, ponit pro infinito, ut sit sensus, sedebit semper, & inimici tui in sempiternũ subijcerẽtur pedibus tuis.

27 Dub. Nunquid filius potest inimicos sibi subijcere? Resp. Gl. ꝙ a patre inimici subijciunt filio, non infirmitatẽ filij, sed vnitatem naturæ significat: nã & filius subijcit inimicos patri, quia patrẽ clarificat super terram.

28 Dub. Quid vult concludere dominus, cũ dicit. Si ergo Dauid uocat eũ &c. Resp. Ly. q. d. cum ẽm naturam humanã sit filius Dauid, & per consequens, eo inferior, oportet ponere in eo aliam naturã, per quã sit dominus eius, & eo superior: & hæc est diuina.

29 Dub. An hæc rõ etiã nunc ualeat contra Iudæos? Res. Hier. ꝙ vsq; hodie proficit contra eos, quia ipsi, qui confitentur Christum esse uenturum hominem simplicem, & sanctum uirum asserunt de genere Dauid.

30 Dub. An effecti fuerint muti, quia dicit, ꝙ non poterant respondere? Res. Ly. ꝙ non poterant negare scripturam.

31 Dub. Cur non ausi fuerunt eum amplius interrogare? Res. Chry. ꝙ siluerunt tunc nõ volentes, sed non habendo aliqd dicere.

¶ Alijs sensibus mysticis non expositis, ratione dicta in prologo.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ uocatur Naym.

DOMINICA XVIII. POST Pentecosten.

Ascendens Iesu in nauiculam transfretauit. Mat. 9.

Historia huius Euang. ac dubia, & eius sensus habentur feria 6. post Pentecosten saluis aliquibus, quæ hic inserentur.

Dubia hæc sunt.

1 DVBITATVR. Cur dominus ascendit in nauiculã, cũ potuisset ambulare supra mare? Res. Chrys. in Hom. ꝙ non semper miracula volebat facere, ne incarnationis noceret rationi.

2 Dub. Quæ est ciuitas Xpi? Res qui sup. ꝙ Capharnaũ, qa eũ cõtinue habuit habitãtẽ.

3 Dub. An hic Paralyticus sit ille, de quo habet Io. 5. c. Res. qui sup. ꝙ nõ qa ille in natatorijs iacebat. Hic autẽ in Capharnaũ, & ille famulis carebat. Hic aũt hẽbat eos, q sui curã habebant, q & portãtes eũ attulerunt.

4 Dub. Cur vocat eum filium? Resp. Hier. quoniam dimittit ei peccata.

ALLEGORICE.

A Iudæa repudiatus dñs i ciuitatẽ suã reuertit. Dei n ciuitas, fidelũ plebs est: in hãc ergo introiuit p nauim. i. p ecclesiã, non aũt Xps indiget naui, sed nauis Xpo, q sine cœlesti gubernatore nauis ecclesiæ p mũdanũ pelagus ad cęlestẽ portũ nõ ualet puenire.

TROPOLOGICE.

Instruimur, ut p nauim pniæ transfreremus, si volumus peruenire ad ciuitatẽ cęlestem, in qua ascripti sumus, & ciues decreti.

ANAGOGICE.

Cõtemplemur, ꝙ cum erimus in ciuitate futura, deposito onere carnis, securi erimus à periculis maris, per quod transfretauimus ut ad eam ueniremus, ubi cum Christo conregnabimus, si tamen compatiamur.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Cum intraret Iesus in domum cuiusdam.

DOMINICA XIX. POST Pentecosten.

Simile est regnum cęlorum homini regi, qui fecit

cit nuptias filio suo. Matth. 22.ca.
Historia huius Euang. facta est anno Christi 43. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Iudæis dñs parabolice loquẽs aiebat, cœlorum regnũ cuidã regi, qui suo nuptias parauerat nato simile esse, qui cũ bina inuitatos uice asciri iussisset. quoniam in prõptu pro conuiuio cuncta essent, non acquiescẽtes, pro suis quidã negotijs perrexerunt: seruos uerò ad eos missos reliqui comprehensos trucidarũt, qui & iniquissimi sui sceleris pœnas dederũt ab exercitibus irati regis deleti, eorumq; igni datis ciuitatibus; ĩ mãdatis itaq; suis dedit seruis [indignos inuitatos asserens suis ĩteresse cõuiuiis] ut quoscunque eis, dũ pergerẽt ad exitus viarũ occurrentes ad nuptias uocarẽt, qui illicò iussa perficientes, nuptias bonorũ, & malorum numerositate repleuerunt, ut verò conuiuas intueretur ingressus rex, quendam nuptiali carẽtem amictu offendit, quẽ acriter redargutũ, & obmutescẽtẽ, ut vinctis pedibus, ac manibus in exteriores proiceretur tenebras, in quibus, & lachrymis perfunderetur, & strideret dẽtibus imperauit, qm̃ ex pluribus vocatis pauci inuenirentur electi.

Ad dubiorum solutionem est accedendum.

1 DVBITATVR. Quibus dominus dixit hanc parabolam? Resp. qđ ut habetur Matthæi 21. quod principibus sacerdotum, & pharisæis, ac senioribus populi.

2 Dub. Vbi erat? Resp. quòd ut supra habetur erat in templo. Et dixit eã sequenti die cum redisset ex Bethania, quo ementes, & uendentes eiecerat de templo.

3 Dubi. Cur vsus fuit hac parabola? Resp. Lyra, quia refutabant diuinam ueritatem, quia ipsis uocatis ad fidem Christi, & ipsi eam repellẽtes iustè à Deo reprobati sunt, & Gentiles loco eorũ meritò sunt uocati.

4 Du. An hæc parabola sit eadem cum illa, quæ habetur Luc. 14. c. Res. August. de consensu euangelistarum, quòd non.

5 Du. Quæ est interpretatio huius parabolæ? Respõ Ly. [ꝙ simile est regnum cœlorum] idest status ecclesiæ militanit [homini regi]. i. Deo patri [qui facit nuptias filio suo] qñ naturam humanã copulauit naturæ diuinæ ĩ utero uirginali [& misit seruos suos] idest prophetas [uocare inuitatos]. i. Iudæos [& nolebant uenire] quia nolebant uerbis prophetarum obedire. [iterum misit alios seruos] s. Ioannẽ Baptistã & discipulos Christi [dicere inuitatis, ecce prandium meũ paraui] .i. sacramẽta ecclesiæ, quibus reficit anima [thauri mei]. i. pcepta moralia [& altilia. i. cõsilia superaddita.] Illi aũt neglexerũt quia Iudæi prædicationẽ Christi, & Apostolorũ contẽpserunt [& abierũt alius in uillam suã] occupando se corporaliter circa terrena. [Alius verò in negotiationẽ suam] mentaliter circa talia se occupantes [Reliqui verò seruos eius occiderunt] s. Ioannẽ. Baptistã, Iacobũ fratrẽ Ioannis, Sthephanum, & alios discipulos Christi, & etiã Prophetas vet. test. [Rex autẽ] scilicet Deus [iratus est] quia m eritò a Deo pro talibus sunt puniti [& missis exercitibus suis] scilicet, Romanorũ, sub principibus Tito, & Vespasiano, 42 anno post Christi passionẽ, [perdidit homicidas illos] quia ut dicit Iosephus ex Iudæis decies centum millia trucidati, & captiuati sunt [& ciuitatẽ illorum succedit] quia tunc Hierusalem succensa est, & tẽplũ in ea. [tunc ait seruis suis]. i discipulis, & fidelibus suis [nuptiæ quidẽ paratæ sunt] .i. mysteria Christi impleta sunt [sed qui inuitati erãt] s. Iudæi, non fuerũt digni, pp suã incredulitatẽ [ite ergo ad exitus uiarum] i. ad dispersionẽ Gentium, [& quosc ũque inueneritis uocate ad nuptias] quia nullus uolens fidẽ catholicam recipere repellẽdus est, & egressi serui eius in uias, congregauerunt oẽs, quos inuenerunt bonos, & malos [& impletę sunt nuptiæ discũbentium [quia fides catholica diffusa est per vniuersum mundũ.] Intrauit autẽ rex [idest Deus ut uideret discũbentes] specialiter in morte cuiuslibet. Generaliter uero in futuro iudicio [& uidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali] idest non habentem charitatem [& dixit ei, Amice] per naturã [quo modo huc intrasti, non habens uestem nuptialem]. i. charitatẽ, [at ille obmutuit] quia nullus potest respondere Deo arguente, & conuincente propria conscientia. [Tunc dixit rex ministris] idest executoribus diuinæ iustitiæ [ligatis manibus & pedibus] quia post mortem peccator non põt operari [mittite eum in tenebras exteriores,] idest corporales, scilicet, in infernum

num [ibi erit fletus [ſ pœna mentis] & ſtridor dentium] ſcilicet, corporalis [Multi autem ſunt uocati] ſcilicet, ad fidem catholicam [pauci vero electi] ſcilicet, ad gloriam.

6 Dub. Cur dicitur, homini regi? Reſpon. Orig. vt hominibus, quaſi homo loquatur.

7 Dub. Quo tépore Iudæi fuerunt uocati? Reſpon. Chryſoſt. ſuper Matth. quòd à tempore Abrahæ, cui Chriſti incarnatio promittebatur.

8 Dub. Cur in ſecunda uocatione dicitur, Ecce prandium meum paraui? Reſpon. Grego. in homi. q. quia noluerunt venire in prima inuitatione, ideò hoc additur in ſecunda, quia omnipotens Deus cum uerba eius audire nolumus, adiungit exempla.

9 Dubi. Quid ſunt altilia? Reſp. qui ſupra, quòd ab eo, quòd eſt alere altilia, uel quaſi alita vocamus, hoc eſt ſaginata.

10 Dub. Quomodo parata erant omnia? Reſpond. Chryſoſto. ſuper Matt. quòd omnia quæ pertinent ad miſterium dominicę paſſionis, & noſtræ redemptionis.

11 Dub. Cur dicit imperatiuè, venite ad nuptias? Reſ. quòd Deus uellet omnes homines ſaluos fieri.

12 Dub. Quæ dicuntur nuptiæ? Reſ. S. Tho. in 4. ſent. diſt. 27. q. 1. ar. 1 q. 2. quòd dicuntur à nubendo, quia in ſolennitate earum qua perficitur matrimonium, capita nubentium olim velabantur.

13 Dub. Quid operatur benedictio nuptialis facta per ſacerdotes? Reſpond. qui ſupra, diſtinct. 26. q. 2. art. 1. quod eſt quoddã ſacramentale talis benedictio, ſed non eſt forma matrimonij.

14 Dub. An in ſecundo matrimonio debeat benedictio nuptialis celebrari? Reſpond. qui ſupra diſt. 42. q. 3. art. 2. quod non, ſi ſint ſecundæ ex parte vtriuſque coniugum, uel ex parte mulieris tantum. Si tamen uirgo contrahit cum illo, qui habuit aliam vxorẽ, nihilominus nuptiæ benedicuntur, quia etſi Chriſtus vnã ſponſam habeat, tamen habet plures perſonas deſponſatas in vna eccleſia, & ita habet aliquã ſignificationem ad matrimonium Chriſti, & Eccleſiæ.

15 Dubi. Cur interdicuntur nuptiæ certis temporibus anni? Reſp. qui ſup. diſtinctio. 32. arti. 5. q. 4. quia in nuptijs conſueuerunt ſigna multa lætitiæ diſſolutè oſtendi. Et iõ prohibitum eſt certis temporibus, quibus homines debẽt ſe deuotè præparare ad cõmunionem, quæ ſecũdum canones ſolebat fieri primo in natiuitate Domini, & ideò prohibentur ab aduentu vſque ad Epiphaniam. Item in feſto Paſchæ, ideo prohibẽtur à Septuageſima vſque ad Octauas Paſchæ. Item in die Pentecoſtes, & ideò prohibentur a rogationibus vſque ad octauas Pentecoſtes.

16 Dub. An liceat aliquid accipere pro benedictione nuptiali? Reſpõ. qui ſupra. diſt. 25. q. 3. ar. 2. q. 1. quòd non, ſed exigens pecuniã ſecundum canones committit ſimoniã pro tali benedictione.

17 Dub. An pro matrimonio contrahendo liceat aliquid accipere? Reſpond. qui ſupra, quòd ex ea parte, qua eſt in officium naturæ, nihil prohibet pro matrimonio precium accipere, uel conditionem de re tempotali interponere, ſicut nec in alijs officijs ciuilibus, & corporalibus.

18 Dub. Cur nuptiæ habent diuerſa nomina? Reſp. qui ſupra, diſtinct. 27. quæſt. prima articul. 1. q. 2. quòd in matrimonio eſt tria conſiderare. Primò, eſſentiam eius, quæ eſt coniunctio, & ſic dicitur coniugium. Secundò, cauſam eius, quæ eſt deſponſatio, & ſecundum hoc uocantur nuptiæ. Tertio, effectum, quæ eſt proles, & ſic dicitur matrimonium.

19 Dub. Cur vocatur matrimonium? Reſp. qui ſupra, q. ut Auguſt. dicit contra Fauſtum, ob hoc ut mulier non debeat ad aliud nubere, niſi ut ſit mater: uel dicitur, quaſi matris muniũ i. officiũ, quia fęminis maxime incumbit officium educãdæ prolis: uel quaſi matrem muniens, quia iã habet, quo defendatur, & muniatur i. virum: uel quaſi matrẽ monẽs, ne virũ relinquat alteri adhęrens, uel quaſi materia vnius, quia in eo fit coniunctio ad vnã prolem materialiter inducendam, ut dicatur matrimonium à monos & materia, uel ut Iſidorus dicit, à matre & nato, quia per matrimonium efficiẽ aliqua mater nati.

20 Du. Cur non ita dicitur patrimonium ſicut matrimonium? Reſp. qui ſupra, q. quia mater eſt magis officioſa circa prolem quã pater licet pater ſit dignior. Vel ideò, quia mulier ad hoc principaliter facta eſt ut ſit homini in adiutorium prolis, non autem uir propter hoc factus eſt.

21 Dub. An uir, & vxor poſſint dici affines, cũ ex matrimonio cauſet affinitas? Reſ. qui ſup.

sup.dist.40.1.q.1.art.1.q.1. coniunctio viri & mulieris est potior quàm coniunctio ad consanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium, quòd est vnitas quædam, sicut homo sibiipsi est idem non consanguineus, & licèt affinitas causetur ex matrimonio: tamen non oportet q; dicatur affinitas matrimonium, sed q; habeat aliquid dignius, s. vnitatem.

22 Dub. Quia videtur, q; inter virũ & vxorem sint duo matrimonia, quia sunt maritus & vxor? Resp. qui sup. dist. 27. q.1. art.1. q.1. quod matrimonium ex parte causæ habet vnitatẽ in vtroque extremorum, & ad eandem generationem numero ordinantur: & sic est vna relatio, & dicitur matrimonium: sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum, vt sit multiplex relatio, & sic significatur his nominib. vxor, & maritus.

23 Dub. An matrimonium sit naturale? Respon. qui sup. dist. 26. q.1. art.1. quòd aliquid dicitur naturale dupliciter. Vno modo, sicut causatum ex necessitate, vt moueri sursum est naturale igni, & sic matrimonium non est naturale. Alio modo, dicitur naturale illud, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, & hoc modo matrimonium est naturale.

24 Dub. An matrimonium sit sacramentum ecclesiæ? Resp. qui sup. dist. 26. q.2 art.1. q; sic: quia cum sacramentum importet aliquod remedium sanctitatis exhibitum homini contra peccatum per sensibilia signa, & ista inueniantur in matrimonio, ideo est sacramentum.

25 Dub. Quomodo talia inueniuntur in matrimonio? Resp. qui sup. dist. 2. q.1. art. 2. q; matrimonium ordinatur ne culpa perpetretur, similiter purgat causam culpæ, quæ est concupiscentia, quia eam reprimit, & ordinat: datur etiam in remedium totius ecclesiæ, scilicet quantum ad multiplicationem materialẽ fidelium: adaptatur quoque virtuti temperantiæ.

26 Dubit. An matrimonium sit primum inter sacramenta? Resp. qui sup. in expositione literæ, q; est primum in via generationis, tamen in via sanctitatis, & perfectionis est posterius.

27 Dub. An consensus mutuus sit matrimonium? Resp. qui supra, dist. 7. quæst. 1. art. 1. quòd non: sed matrimonium est quædam vnio ordinatorum ad inuicem, quam consensus facit.

28 Dubit. An ad matrimonium semper requiratur expressus consensus per verba de præsenti? Respon qui supra, eodem art. q. 2. quòd sic.

29 Dubit. Quid operantur verba in matrimonio? Respon. qui supra, quia sine verbis non possent inuicem voluntatem suam demonstrare.

30 Dub. Quid si vnus, vel ambo essent muti? Resp. qui sup. quòd possunt exprimere consensum nutibus, & tales nutus pro verbis computantur.

31 Dub. Quid si per alios verba dicantur? Resp. qui sup. q; si non contradicant, spontaneè videntur consentire.

32 Dub. An per verba de futuro contrahatur matrimonium? Resp. qui sup. q 3. quòd non: quia talis non significat se facere matrimonium: sed promittit se facturum. Ideo talia verba non faciunt matrimonium, sed dispositionem eius, quæ sponsalia nominantur.

33 Dubitatur. An carnalis copula post consensum per verba de futuro faciat matrimonium? Respondet qui supra, distinctio. 28. quæst. 1. artic. 2. quòd quantum ad forum conscientiæ non, si consensus interior desit, sed bene quantum ad iudicium ecclesiæ, quæ iudicat de his, quæ foris sunt, nisi forte aliqua signa expressa doli, vel fraudis appareant.

34 Dub. An semper verba exprimentia consensum de præsenti faciant matrimonium? Resp. qui sup q; non, quo ad forum conscientiæ, si consensus intrinsecus desit, sed benè quo ad forum Ecclesiæ.

35 Dub. Quid si quis cõtrahit cum vna per verba de præsenti sine consensu mentali, & cum alia similiter, sed cum consensu mentali, quæ erit eius vxor? Resp. qui sup dist. 28. q. 1. art. 2 q 4. quòd secunda quantum ad forum conscientiæ, sed quo ad ecclesiam iudicabitur prima.

36 Dub. Quia sic videtur, quòd ecclesia decipiatur in iudicando? Respon. qui sup. quòd non decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto.

37 Dub. Quid debet agere talis si cogat per ecclesiã stare cum prima? Resp. qui sup. quia potius debet sustinere excõmunicationem, vel debet in alias regiones remotas fugere.

Dub.

38 Dub. An matrimonium clandestinũ inter solos duos contractum per verba de præsenti cum consensu teneat? Resp qui supra, dist.28.q.1.art.3.quòd sic, vbicumque fiat, siue in publico, siue in occulto.

39 Dub. Cur prohibetur matrimoniũ clandestinum ab ecclesia? Resp.qui sup.q; propter pericula, quæ inde euenire solent, s.vt plurimum fraus ex altera parte, & frequenter dum pœnitent transeunt ad alia coniugia, & plura alia mala eueniunt, & præter hoc speciem turpitudinis habet.

40 Dub. An consensus per verba de futuro cum iuramento faciat matrimonium?Resp. qui sup.art.1.quòd non: quia quòd futurũ promittitur nondum fit, etiam si iuramentum adueniat.

41 Dub. An parentes contrahentes sponsalia pro filijs cũ iuramento possint eos compellere ad contrahendũ? Resp.qui sup.dist. 29 art.4 quòd non, sed bene inducere bona fide vt contrahant.

42 Dub. An coactus iurare aliquam ducere in vxorem, teneatur eam capere? Respõ.qui sup.in 3.sent.dist.39.art.3.q.2. quòd secundum Aug. qui respondet cuidam ex cõsilio beati Ambr. tenetur eam ducere.

43 Dub. An parẽtes possint cogere filios ad matrimonium? ℞.qui sup.in 4.sent dist.25. art.4.q; non, cum in matrimonio sit quędã seruitus perpetua, sed bene potest eum inducere ex rationali causa, & tunc sicut se habet filius ad causam illam: ita se habet ad præceptum patris, vt si illa causa cogat de necessitate, vel de honestate, & præceptum similiter cogat, aliàs non.

44 Dub. An filia posset contrahere matrimonium absque consensu patris?Resp.qui sup. dist.28. art.4 quòd sic, cum non sit ancilla patris, sicut etiam posset ingredi religionem inuito patre.

45 Dub. An matrimonium factũ per internuncios teneat?Resp qui sup.dist.29 in expositione literæ, quòd sic, si constituit procuratorem ad consentiendum, nec reuocauerit eum antequàm consenserit.

46 Dub. Quando fuit institutum matrimonium? Resp.qui sup.dist.26.q.2.art 2.q; inquantũ ordinatur ad procreationem prolis institutum fuit ante peccatum. Secundum autem, quòd remediũ præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ. Secundum autem determinationem personarum institutionem habuit in lege Moysi, sed secundum q; repræsentat mysterium coniunctionis Christi, & Ecclesiæ institutionem habuit in noua lege, & secundum hoc est sacramentum nouæ legis: quantum verò ad vtilitates, quæ consequũtur, sicut est amicitia, & mutuum obsequium sibi à coniug bus impensum habet institutionem in lege ciuili: quantum ergo ad primã institutionem competit ei, quod sit officium naturæ, quantum ad vltimam quòd sit officium ciuilitatis, quantum autem ad intermedias institutiones, competit ei ratio sacramenti.

47 Dub. An statim post contractum matrimonium teneantur sibi inuicem coniuges reddere debitum? Resp.qui sup.dist.28.q.1. artic.3.q.2. quòd non, sed datur eis tempus duorum mensium.

48 Dubitatur. Propter quid datur eis dictũ tempus? Respondet qui supra, quòd propter tria. Primò, vt interim possint deliberare de transeundo ad religionem. Secundò, vt præparentur, quæ sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertiò, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit dilatam.

49 Dub. An actus matrimonij semper excusetur a peccato? Resp qui sup. dist.31. q.2. art.2. q; non, sed solum quando conueniunt causa prolis procreandæ, & debiti reddendi, aliàs autem semper est ibi peccatum ad minus veniale.

50 Dub. An actus matrimonij cũ prægnante semper sit peccatum mortale? Respond. qui suprà in expositione literæ, quòd non, nisi quando probabiliter timetur de periculo aborsus.

51 Dub. An actus matrimonij contra naturam semper sit peccatum mortale? Respon. qui sup. quòd vsus contra naturam potest esse dupliciter, quando s. debitum vas prætermittitur, & sic semper est peccatum mortale. Alio modo, quando debitus modus à natura institutus quantum ad situm prętermittitur, & sic non semper est peccatũ mortale, vt quidã dicunt, sed potest esse signum mortalis concupiscentiæ: quandoque etiam sine peccato esse potest, quando dispositio corporis alium modum non patitur, aliàs tanto est grauius, quanto magis à naturali modo recedit.

52 Dubitatur. An actus matrimonij ad conseruan-

seruandam, uel acquirendam sanitatem sit peccatum? Resp. qui supra, q. 2. ar. 2. q̄ sic, quia intentio efficitur mala si ex aliquo sanitas intendatur, quod non est ad hoc de se ordinatum.

53 Dub. An coniuges per uerba de futuro peccent se inuicem admittentes ad carnalem copulam? Resp. qui supra, dist. 18. ar. 2. quòd si se inuicem admittunt credentes velle matrimonium cõsummare, excusantur à peccato nisi signa fraudis expressa appareãt, & ille, qui committit fraudem peccat fornicando, & quod plus est fraude quam facit.

54 Dub. An in sacramento matrimonij imprimatur character? Res. qui sup. dis. 31. q. 1. ar. 3. q̄ non, licet rõne potestatis, quam in se inuicem coniuges accipiunt, cõueniat cum sacramentis, in quib. character imprimitur, & ex hoc habet inseparabilitatem, sed differt ab eis inquantum potestas illa est ad actus corporales.

55 Dub. An in matrimonio conferatur aliqua gratia? Res. qui sup. dist. 26. q. 2. ar. 3 q̄ sic, si consideretur sub statu gratiæ, idest post aduentum Christi s. ad concupiscentiã remouendam:

56 Dub. An si quis coactus contrahat matrimonium altero consentiente, & post coactus consentiat liberè, sit verum matrimonium? Res. qui supra, dist. 29. ar. 3. q. 2. quòd ex consensu libero illius, qui prius coactus est non fit matrimonium, nisi inquantum consensus præcedens in altero adhuc manet in suo uigore. Vnde si dissentiret non fieret matrimonium.

57 Dub. Cur plura impedimenta assignantur in matrimonio quàm in alijs sacramentis? Resp. qui sup. dist. 34. ar. 1. q̄ pp tres rationes. Primò quia consistit in duob. Et iõ pluribus modis potest impediri, quàm alia sacramenta, quæ vni personæ competunt singulariter. Secundò, quia habet causam in nobis aliquo modo. Sed alia quædam sacramenta solum in Deo Vnde, & pñiç, quæ habet causam in nobis aliquo modo, Magister Sententiarum dist. 16. quædam impedimenta assignauit, ut hypocrisim Iudos, & huiusmodi. Tertiò, quia de alijs sacramentis est præceptum, uel consilium, sicut de bonis perfectiorib. sed de matrimonio est indulgentia, sicut de bono minus perfecto, & ideò ut detur occasio proficiendi in melius plura impedimenta, assignantur matrimonio, quàm alijs sacramentis.

58 Dub. An quicquid impedit matrimoniũ in vno, impediat & in alio? Res. qui sup. dist. 29. ar. 3. q. 2. q̄ cum matrimonium sit quædam relatio, & non possit innasci relatio in vno extremorũ, sine hoc quod fiat in alio, ideò quicquid impedit matrimonium in vno, impedit etiam in altero, quia non potest esse quod aliquis sit maritus non vxoris, nec econtra.

59 Dub. An omnia impedimenta matrimonij contrahendi dirimant contractum? Res. qui sup. dist. 34. ar. 1. q̄ prohibitio ecclesiæ. & tempus feriarum impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum. Vnde versus. Ecclesiæ vetitum nec non tempus feriarum, Impediunt fieri permittunt facta teneri. Quia ista non sunt de essentia matrimonij, sed solum de solennitate. Impedimẽta uero quę sunt contra essentiam matrimonij, faciunt, q̄ non sit verum matrimoniũ, quia etiam dirimunt contractum, & continẽtur in his versibus. Error, conditio, votũ, cognatio, crimen. Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas. Si sis affinis, si forte coire nequibis. Hæc socianda uetant, connubia facta retractant.

60 Dub. Quia non uidetur, qđ omnis error impediat matrimonium, quia inter Iacob & Lyam fuit verum matrimonium, & tamen fuit ibi error? Resp. qui supra, dist 30. ar. 1. quod illud matrimonium, ut dicit Magister Sententiarum, non fuit perfectum ex ipso concubitu, qui ex errore contigit, sed ex consensu, qui post matrimonium accessit.

61 Dub. Quomodo error nobilitatis impediat matrimonium? Respondet qui supra, articulo secundo, quòd quando error nobilitatis uel dignitatis redundat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium. Nam si mulier directe intendit consentire in filium regis, quicunque sit ille, tunc si alius præsentetur ei quam filius regis, est error personæ, & sic impeditur matrimonium.

62 Dub. Quis error impedit matrimoniũ? Res. qui supra, quòd cum duo includat matrimonium s. personas quæ coniunguntur, & mutuam potestatem in inuicem. Primũ tollitur per errorem personæ Secundum p̃ errorem conditionis: quia seruus non põt

pote-

potestatem sui corporis tradere alteri sine consensu sui domini. Et ideò hi duo errores impediunt matrimonium.

63 Du. An furiosus possit contrahere matrimonium? Resp. qui sup. dis. 34. ar. 4. q. furia aut præcedit matrimoniũ, aut sequitur, si sequit̃ non dirimit. Si autẽ præcedit aut habet lucida interualla, & tunc licet nõ sit tutum, quod contrahat, quia nescit prolẽ educare, tamen si contrahit, matrimonium erit. si autem non habet, aut si contrahat quando non habet, non est matrimonium, quia deficit consensus.

64 Du. An omnis conditio impediat matrimonium si non seruetur? Resp. qui sup. dis. 27. q. 2. ar. 1. & dis. 29. q. 1. ar. 3. q. 3. qđ aut est apposita uerbis de præsenti, & nõ est cõtraria bonis matrimonij, siue sit honesta, siue inhonesta stat matrimoniũ, stante cõditione, & ea non stante nõ stat: sed si sit contraria bonis matrimonij, non efficit matrimoniũ. Si aũt sit conditio de futuro, aut est necessaria, sicut solẽ oriri cras, & tũc est matrimoniũ, quia talia futura iã sunt præsentia in suis causis. Aut est contingens ut datio pecuniæ, uel acceptio parentum, non facit matrimonium nisi conditio impleatur. Aut conditio est apposita uerbis de futuro, s. quando contrahuntur sponsalia, & tunc aut talis conditio est honesta, ut cum dicitur accipiam te si parẽtibus placeat, & tunc stante conditione stat promissio, & non stãte non stat. Aut est inhonesta, & hoc dupliciter, quia aut est contraria bonis matrimonij, ut si dicam, accipiã te si venena sterilitatis procures, & tunc nõ contrahunt̃ sponsalia: aut non est contraria bonis matrimonij, ut si dicã accipiam te, si furtis meis consentias, & tunc stat promissio, sed tollenda est conditio.

65 Dub. Quia cũ matrimonia debeant esse libera, nõ deberent fieri sub cõditione maximè accipiendæ pecuniæ? Resp S. Tho. q. cõditio apposita matrimonio nõ tollit matrimonij libertatẽ, quia si est inhonesta, debet abijci, si autem honesta, aut est de bonis simpliciter, ut si dicatur, accipiã te si placet parentibus meis, & hæc conditio non tollit libertatẽ sponsalium, sed auget ei honestatẽ. Aut est de vtilibus, vt si dicã, contraham tecum si dabis mihi centũ, & tunc hoc non ponitur quasi ad uendendũ bonũ matrimonij, sed intelligitur, ut promissio dotis. Vñ matrimonium libertatẽ nõ perdit: quandoque autem apponitur conditio pecuniæ p modũ pœnæ, & tunc quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi pœna illa ab eo, qui non vult matrimonium complere.

66 Du. An votum simplex impediat matrimonium, & quomodo? Res. qui sup. dis. 38. q. 1. art. 3. q. 2. q. impedit cõtrahendum, sed non dirimit contractum.

67 Dubi. An sponsalia post votum simplex teneantur? Resp. qui sup. q. non, sed sunt dirimenda.

68 Du. Cur potius dirimuntur sponsalia, q̃ matrimonium? Res. qui sup. quia p hoc aliqua res desinit esse in potestate alicuius, p qđ transit in dominium alterius. Promissio autem alicuius rei nõ transfert eam in dominium eius, cui promittitur, & iõ non ex hoc ipso quod aliquis rẽ promittit aliquã, desinit res illa esse in potestate sua: cum ergo in uoto simplici non sit nisi simplex proprij corporis promissio ad cõntinẽtiã Deo seruãdam, post votum simplex adhuc remanet homo dominus corporis sui. Et ideò potest ipsum dare alteri s. vxori, in qua datione matrimonij sacramentũ consistit, quod indissolubile est, & pp hoc votum simplex quamuis impediat cõtrahendũ, quia peccat matrimoniũ contrahens post votũ simplex continentiæ, tamen quia uerus contractus est, non põt matrimoniũ per hoc dirimi, & quia simili modo obligat votum simplex, sicut sponsalia, ideò propter votũ simplex sunt sponsalia dirimenda.

69 Du. An cõtrahens post votũ simplex possit exigere, & reddere debitũ? Resp. qui supra quolibe. 13. q. 7. art. 1. qđ si cõtrahens in facie sanctæ matris ecclesiæ non accipit ab ecclesia auctoritatẽ, ut carnali copula vtatur, si tamen dispensatur auctoritate Apostolica, non peccat, neq; exigendo, neq; reddendo debitum, tñ non potest cognoscere uxorẽ carnaliter, ut dicit idẽ S. Th. in 4. dis. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. sed postquã iam matrimonium consummatũ est, est sibi factũ illicitũ non reddere debitũ uxori exigenti, nec potest tamen petere debitũ sine peccato. Licet quidã dicãt, quòd potest petere, & reddere, ne nimis onerosum reddat̃ matrimonium uxori semper exigenti, sed si recte inspiciatur, hoc est exigere interpretatiuè, qđ potest homo facere.

Dub.

70 Dub. An alter coniugum post contractũ matrimoniũ possit uouere religionem? Resp. qui sup. dist. 39. q. 1. ar. 4. ꝙ non, si matrimonium est consummatum, siue consensu alterius, sed bene ante copulam carnalem.

71 Dub. An vno intrante religioné ante copulam, alter possit, cui vult nubere? Resp. qui sup. di. 27. 1. ar. 3. q. 3. ꝙ sic, postquã alter fuerit ꝓfessus in religione, sed non ante.

72 Du. An si ante copulã carnalẽ ambo voueant continentiã, dissoluatur matrimoniũ? Res. ꝙ in tali casu neuter ipsorũ abrenũciat. Et ideo adhuc manet vinculũ matrimonij.

73 Dub. Cur qñ vnus solus vouet, soluitur matrimonium? Resp. qui supra, quoniam ille, quantũ est in se, abrenũciat vinculo cõiugali, & ideo alter absoluitur à vinculo illo.

74 Dub. An si alter post copulã carnalẽ profitetur religioné teneat professio? Resp. qui sup. in expositione literæ, ꝙ aut fecit hoc altero consentiente expresse, & sic valebit professio, nec poterit alter eũ reuocare. Aut cõtradicente, & sic non erit vera professio, sed alter poterit reuocare a religione: aut altero nõ contradicente, sed altero in sæculo remanẽte, & non contradicente qui profiteatur, quãuis fuerit verũ votũ, tñ suspenditur ad tẽpus viuente vxore, inquãtũ fuit in præiudiciũ eius. Vnde post mortem tenetur ad religionem redire, nec potest aliam ducere.

75 Dub. An in tali casu possit, & debeat ille sic professus habitũ religionis deferre? Resp. qui supra, ꝙ non, nec etiam tonsuram, tùm propter vituperium vxoris, tum etiam propter scandalum vitandum.

76 Dub. An lata sententia super diuortio per ecclesiam deceptam per falsos testes si alter coniugum profitetur religionem, & compertum fuerit post ecclesiam fuisse deceptam, & ecclesiæ constet, an talis sic professus possit reuocari per alterum? Resp. qui supra dist. 35. & distin. 41. in expositione literę, ꝙ debet restitui non obstante voto professionis, & tenetur debitum reddere, sed non exigere.

77 Dub. An post consummatum matrimonium uouens sine consensu alterius continentiã, teneatur ad eam conseruandã? Resp. qui sup. dist. 32. ar. 4. ꝙ talis sic vouens, sine cõsensu alterius, peccat, nec dẽt seruare votũ, sed agere pœnitentiã de malo voto facto.

78 Dub. An alter coniugum nolens dare assensum alteri volẽti uouere continentiam peccet? Res. qui supra ꝙ non, quia non dissentit, ut bonum eius impediat, sed nẽ sibi præiudicium generetur.

79 Dub. Quomodo consanguinitas impedit matrimonium? ℞. quòd ut habetur Gene. 2. propter hoc relinquet homo patrẽ, & matrẽ suã, & adhærebit uxori suæ, & ita in lege naturę prohibebãt solũ matrimonium filij cũ matre, & filiæ cum patre. In lege uero Moysi prohibentur Leui. 16. frater & soror, & filia filij, & consanguinei, & affines in primo, & secundo gradu, in linea inęquali: in statutis ecclesiæ prohibentur consanguinei, & affines usque ad quartum gradũ inclusiuè; & hodie solum in primo genere, licet olim impediret in secundo, & tertio genere, ut cap. Non debet, de consanguinit. & affini. & si unus esset in quinto uel sexto gradu, & aliu in primo, uel secundo, non impediretur matrimonium.

80 Dub. Quæ crimina impediunt matrimonium? ℞. S. Tho. super 4. sen. dist. 35. in expositione, quòd crimina impedientia matrimonium sunt in dupl ci differentia Quædam n impediunt contrahendum, sed non dirimunt contractum, & sunt sex, s. incestus, vxoricidium, rapina alienæ sponsæ, suscipiens filiũ de sacro fonte, insidiando matrimonio, interficiens presbyterum, & agens pœnitentiã solennem. Quædam vero impediunt contrahendum, & dirimũt contractũ, & sunt ista, s. quando aliquis concubuit cum aliqua coniugata, & ex hoc machinatur in mortem uiri cum effectu. Item, qñ quis ꝓstat fidẽ adulterę, quòd ducet eam in uxorem, ex hoc est intelligendum, quando tam adulter, quam adultera sciebat impedimentum, aliàs matrimonium non dirimeretur postquã m contractum esset. Tertiũ, quando contrahit cum ea de facto, & etiam intelligitur in casu secundo, & tertio, quòd nisi fuerit ibi pollutio carnalis non propter hoc dirimitur matrimonium sequens post mortem viri de nouo contractum.

81 Dub. An cõtrahens cum hæretica, uel excommunicata teneat matrimonium? ℞. qui supra, dist. 39. art. 1. quòd sic, licet peccet sic contrahens.

82 Dub. An non baptizatus contrahens cũ baptizata teneat matrimonium? ℞. qui supra, ꝙ non, quia ibi est disparitas cultus.

83 Du. An inter infideles sit uerum matrimonium? ℞. qui sup. ar. 2. ꝙ sic, licet imperfe-

 ctum

ctū materiale respectu matrimonij fideliū

84 Dub. An teneat matrimoniū infidelium contractum in gradibus prohibitis? Res. qui sup. ar. 3. q. si contrahant in gradibus prohibitis, lege diuina. Leui. 18. & conuertantur ad fidē, non possunt in tali matrimonio cōmanere: si verò contrahant in gradibus prohibitis ex statuto ecclesiæ, & conuertantur ambo, uel unus, & sit spes de alio, quòd conuertetur, poterunt in eodem remanere.

85 Du. Quando alter infideliū baptizatur, altero ī infidelitate permanente, possit nubere alicui catholico? Res. qui sup. ar. 5. q. si infidelis vult cohabitare sine contumelia creatoris, & absque quòd ad infidelitatem inducat, non poterit alteri nubere: si autem noluerit sic cohabitare, fidelis poterit alteri per matrimonium copulari.

86 Dub. An infideles disparis cultus inter se possint contrahere matrimonium ad inuicem? Respond. qui sup. ar. 2. q. sic, nisi forte inter eos sit ꝓhibitio ex iure posit iuo consti.

87 Dub. Cum in veteri lege non prohiberetur matrimonium cōtrahi, nisi cum Chananeis, cur ecclesia indifferenter prohibet cōtrahi cū quolibet infideli? Res. qui sup. ar. 1. q. in veteri lege prohibebatur solū cū Chananęis, ne perducerent Iudæos ad idololatriam, inter quos habitabant: nunc autem cum ecclesia sit per totum orbem diffusa eadem ratio est prohibitionis ad omnes infideles, sicut tunc cum Chananæis.

88 Du. An altero coniugum infidelium conuerso ad fidem, alter licite possit commorari cum infideli, qui non vult conuerti? Resp. qui sup. ar. p. quòd non.

89 Dub. Si infidelis habens plures vxores, & conuertatur ad fidem, cum qua earum stabit? Res. qui sup. q. cum prima, cum qua contraxit, alijs abiectis.

90 Dubia. An infidelis conuersus ad fidem altero infideli existente, possit ingredi religionem? Respond. qui sup. ar. 5 quòd sic, nisi sit spes conuersionis alterius, quo casu non posset.

91 Dub. Quid si alter conuersus alio nolente conuerti, nec de hoc existens spes quòd conuertatur, ꝓfessus fuerit in aliqua religione, & post eius ꝓfessionem alter conuertatur, si poterit professum reuocare? Res. qui sup. q. si requisierit eā ante ingressum monasterij, seu professionem, ut conuerteretur, & ipsa noluerit, iō nō poterit eū reuocare, sed sibi imputabitur in pęnam, quod priuetur viro suo propter tardam conuersionem.

92 Dub. Quomodo seruitus impedit matrimonium? Resp. qui sup. dis. 30. q. 1. ar. 3. q. in contractu matrimonij obligatur vnus cōiugū alteri ad debitum reddendum. Et iō si ille, qui se obligat est impotens ad soluendum, ignorantia huius impotentię in eo, cui fit obligatio tollit contractum, & sic seruitus ignorata impedit matrimonium. Non autem seruitus scita.

93 Dubit. An seruus contrahens cū ancilla, quā credit liberā, contrahat verum matrimoniū? Resp. qui sup. q. sic, quia non potest aliquis requirere maiorem obligationem ex parte alterius, quàm ipse possit facere.

94 Dub. An seruus possit contrahere matrimonium nesciente domino? Res. qui sup. dis. 26 ar. 2. quòd sic.

95 Dub. An seruus possit contrahere matrimonium domino contradicente? Resp. q supra, q. sic, quia quemadmodū non subditur domino quin libere possit comedere, & dormire, & alia facere, quę ad necessitatem corporis pertinent, sine quibus natura conseruari non pōt, ita non subditur ei, quantū ad hoc, quod non libere possit matrimoniū contrahere, etiam domino contradicente.

96 Dub. Cui magis tenetur obedire seruus, qui contrahit matrimonium, domino imperanti aliquid, uel vxori debitum petenti? Respō. qui sup. q. si seruus, volente domino, matrimonium contraxit, tunc prætermittere debet seruitium domini imperantis, & reddere debitum vxori, quia per hoc, quod dominus concessit, quòd seruus matrimonium contraheret, intelligitur ei concessisse omnia, quæ matrimoniū requirit. Si autem contraxit ignorante, uel contradicente domino, non tenetur reddere debitum, sed potius domino obedire, si vtrumque simul esse non possit: sed tamen in his multa particularia considerari debent, sicut etiā in omnibus humanis actibus, s. periculum castitatis imminens vxori, & impedimentum, quod ex redditione debiti seruitio imperato generatur. Et alia huiusmodi, quibus omnibus rite pensatis, iudicari poterit, cui magis seruus obedire teneatur domino, uel vxori.

97 Dub. An dominus possit uendere seruū postquā matrimonium contraxit? Resp. qui sup. q. sic, dummodo nō vendat cū infidelibus,

bus, neq; ad longinquas partes, taliter, quod sic uédens nó faciat onera matrimonij grauiora, cum vxor fortassis non posset eum se qui & timeret ne ad infidelitatem traheretur, pcipue cũ non desit facultas vbicumq; seruum suum vendendi iusto precio.

98 Dub. Quid est vis vel uiolentia? Res. qui sup. dist. 29. q. 1. ar. 1. quod est duplex violẽtia. Vna q̃ fecit necessitaté absolutam, & talis dicit à Philosopho violentum simplr, vt cum quis aliũ corporaliter impellit ad metum. Alia est, quæ facit conditionatam necessitatem, & hanc vocat Philosophus violentũ mixtum, sicut cum quis proiicit merces in mari ne pericliteť, & iniusto violento, quãuis hoc qđ fit, non sit per se voluntarium, tñ consideratis circunstantiis, hic & nunc volũtarium est, & quia actus in particularib. sunt, ideo simpliciter voluntarium est sed ẽm quid inuoluntarium. Vnde hæc violentia, vel coactio potest esse in consensu, qui est actus voluntatis, non auté prima violentia, & quia hæc coactio fit ex hoc, qđ timeť aliqđ periculum immines, ideo ista vis idé est, quod metus, qui voluntaté cogit quodãmodo, sed prima vis cadit ẽt in corporalibus actibus, & quia legislator nõ considerat solũ interiores actus, sed magis exteriores, ideo per vim intelligit coactionem simpliciter, pp quod vim contra metum diuidit: sed nũc agitur de consensu interiori, in quem nõ cadit coactio seu vis, qui à metu distinguitur. Et ideo quãtum ad propositũ pertinet, idé est coactio quod metus. Est aũt metus ẽm iurisperitos instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio.

99 Dub. Quis metus impedit matrimoniũ? Resp. qui supra, art. 2. quod ille qui cadit in constantem virum.

100 Dub. Quis dicitur constans vir? Resp. qui supra, quod ille iudicatur uirtuosus, qui est mensura in omnib. operib. humanis, ut dicit Phil. 2. Eth.

101 Dub. An consentiens per metum contrahat uerũ matrimoniũ? Resp. qui sup. q; quidam dicunt, q; si adsit consensus quãuis coactus interius, est matrimoniũ quantum ad Deũ, sed nõ quantũ ad statutũ ecclesiæ, quæ psupponit ibi nõ fuisse cõsensum interiorẽ pp metũ, sed hoc nihil est, quia ecclesia nõ debet presumere de aliquo petm quousq; pbetur. Peccauit aũt si dixit se consentire, & non consensit: vnde ecclesia psumit eũ cõsensisse, sed iudicat illũ cõsensum extortũ nõ esse sufficiété ad faciédũ mrimoniũ.

102 Dub. Quia uidetur quod coactio metus non cadat in constantem uirum, qui nõ trepidat in periculis, & metus sit quædam trepidatio mentis ratione periculi imminentis? Resp. qui sup. ar. 2. q; cadere metum in aliquẽ, est aliquem metu cogi. Cogitur aũt metu, qñ aliquid facit quod aliás non uellet ad euitandũ aliquid, qđ timet, & Abraham, & Isaac quamuis constantes fuerint, in eos tñ cecidit metus, q; rõne metus dixerũt uxores suas esse sibi sorores. Cõstãs aũt sicut de forti dicit Philosophus, intrepidus, est nõ q; oĩno nõ timeat, sed q; nõ timet, q̃ non oportet, uel ubi, uel qñ non oportet.

103 Dub. Quomodo cognoscitur constans ab inconstãti, & pertinaci? Res. qui sup. q; quantũ ad duo. Primo, quãtũ ad qualitaté periculi, qđ timetur, quia constans sequitur rõnem rectam, per quam scit aliquid, pro quo sit faciendum, uel dimittendum: sẽper aũt minus malum, uel maius bonum eligẽdum est. Et iõ constans ad minus malum sustinẽdum cogitur metu maioris mali, non autẽ cogitur ad maius malũ, ut uitet minus malum: sed inconstans cogitur ad maius malũ pp metũ minoris mali, sicut ad pctm pp metũ corporalis pœnæ: pertinax aũt ecõtrario non põt cogi, ẽt ad minus malũ sustinẽdũ uel faciendum, ut euitet maius malum. Vnde constans est medius inter inconstantem, & pertinacẽ. Secũdo, differunt, quo ad æstimationem periculi imminentis, quia constans non nisi ex forti æstimatione, & probabili cogitur, sed inconstans ex leui. Prou. 27. Fugit impius nemine persequente.

104 Dub. Propter q̃ dãna metus cadit in constanté uirũ? Res. qui sup. q; pctã sunt maxima malorũ Et iõ ad hæc nullo mõ põt cõstans cogi, imo magis debet mori, q̃ talia sustinere, sed quædã dãna corporalia sunt minora quibusdam aliis, q̃ sunt inter præcipua, q̃ ad psonã ptinẽt, sicut mors, uerbera, dehonestatio per stuprũ, & seruitus. Et ideo ex istis constans cogitur ad alia dãna corporalia sustinẽda, & hæc cõtinetur in hoc uersu. Stupri, siue status uerberis atq; necis, nec differt utrũ hæc pertineãt ad psonã ppriã, uel uxoris, uel filiorũ & aliorũ huius modi.

105 Dub. An metus infamiæ cadat in cõstanté uirũ? Resp. qui sup. q; infamia, quãuis sit magnũ dãnũ, tñ ei de facili occurri potest;

& ideo non reputat cadens in constantem virum metus infamiæ secundum iura.

106 Dub. Quis ordo impedit matrimonium? Resp. qui sup. dist. 37. q. 1. ar. 1. q. ordo sacer. s. subdiaconatus: & superiores: in minoribus vero ordinib. constituti non prohibentur, ex vi ordinis, matrimonium cõtrahere.

107 Dub. Quia cũ quilibet ordo sit sacramentum, & per consequens sacer: videt. q. quilibet impediat matrimoniũ? Resp. qui supra, di. 24. q. 2. ar. 1. q. 3. q. ordo dicit. sacer dupliciter. Uno modo ĩ̃ra se, & sic quilibet ordo est sacer, cum sit sacramentum quoddam: alio modo, quia versat. circa rem sacram s. consecratam, & sic sunt tm̃ tres ordines sacri, s. Sacerdotiũ, & Diaconatus qui versant. circa corpus, & sanguinẽ Christi cõsecrata, & Subdiaconatus, q. habet actum circa vasa consecrata. Et iõ eis ẽt continentia indicit., vt sancti, & mundi sint q. sancta tractant.

108 Dub. An in Græcis sacer ordo impediat matrimoniũ? Resp. qui sup. dis. 37. q. 1. ar. 1. q. sic, solum ex vi ordinis, non aũt ex voto continentiæ, sicut apud Latinos, quæ est annexa ẽm Latinos cuilibet ordini sacro.

109 Dub. An Græci possint suscipere ordines sacros post matrimonium contractum? Res. qui supra, quod sic.

110 Dub. An possint eos suscipere sine cõsensu vxoris? Resp. qui sup. q. non, quia ad minus tempore ministerij sui fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non possunt, secundum ordinem iuris si vxorib. contradicẽtibus, aut ignorantibus, viri sacros ordines susciperent.

111 Dub. An Græci coniugati in sacris cõstituti possint vti matrimonio prius cõtracto? Resp. qui supra, quod sic.

112 Dub. An vxores sacerdotum Græcorum possint viris defunctis alijs nubere? Resp. q. sup. ar. 2. q. non, si sint ordinati cũ consensu ipsarum. Si aũt ordinati essent sine earum consensu, non videntur ad hoc teneri.

113 Dub. An existens in minorib. ordinibus post contractum matrimonium possit executionem, & usum ipsorum habere? Resp. q. sup. ar. 1. q. non, secundum statutum occidentalis ecclesiæ, s. Latinæ.

114 Dub. An Latini existentes in matrimonio possint suscipere ordines sacros? Res. qui supra, ar. 2. quod sic quia characterem ordinis suscipiunt.

115 Dub. An habeat post executionẽ ipsorũ? R. qui sup. q. non, si susceperũt ordines ignorantib. vel reclamãtib. vxorib. Si aũt eis consentiẽtib. vel ipsis defunctũ recipit ordinem, & executionem.

116 Dub. An ordinatus in matrimonio existẽs, possit petere, & reddere debitũ? Res. qui sup. quod non petere potest, sed bene tenet. reddere. Si ordinatus est sine consensu vxoris, alias non tenetur reddere.

117 Dub. An vxor sic ordinati, ipsa nõ cõsentiente, teneatur ei debitum reddere si ipse exigit? Resp. qui sup. quod nõ, si non vult.

118 Dub. An vxor consentiens viro ut suscipiat sacros ordines, teneatur religionem ingredi? Res. q. sup. quod non, nisi sibi timeat de periculo castitatis, tamen tenetur continentiam perpetuam vouere.

119 Dub. Quo ligamẽ impediat matrimoniũ? Res. q. sup. dis. 34. ar. 1. quod quãdo unus est alligatus uni matrimonialiter, nõ põt contrahere matrimoniũ cũ alia, uiuẽte prima.

120 Dub. An alligatus solum per spõsalia possit cum alia cõtrahere matrimonium? Res. qui sup. dis. 27. q. 2. ar. 3. quod non debet, & sic cõtrahens peccat, tamen matrimonium contractum tenet.

121 Dub. An si quis contractis spõsalib. q̃rat: an possit cũ alia cõtrahere de facto, & matrimoniũ, sic contractũ teneat, quid est sibi respondendũ? Res. quod est sibi dicẽdũ, qđ non põt sine pctõ, & quod est impedimentũ, & ulterius non dẽt rñdere, an matrimonium sic contractũ teneat, ne det sibi occasionẽ peccãdi. Similiter de eo, q q̃rit post uotũ simplex, an possit cõtrahere, & an contrahẽdo teneat matrimoniũ, eodẽ mõ est rñdẽdũ, nec rñdere utrũ teneat, ut dicit Hostiẽ.

122 Dub. An cõtrahẽs spõsalia per uerba de futuro debeat cogi ab ecclesia ad matrimonium cõtrahẽdum? Res. S. Th. in 4. dist. 37. q. 2. ar. 1. quod in foro cõtẽtioso nõ cõpellitur, quia matrimonia coacta cõsueuerunt malos exitus habere, nisi forte iuramẽtũ interuenerit, quia tũc cogendus est ut quidã dicũt, quis alij non uideatur pp cãm ꝑdictam, propter ꝑ̃iculũ si de uxoricidio timeretur.

123 Dub. Quo tempore possunt contrahi spõsalia? Res. qui sup. dist. 27. q. 2. ar. 2. quod in septennio, ut iura uolunt.

124 Dub. Cur etiam non est idem tempus determinatum ad matrimonium contrahendum utrisque quia fœmina in 12. potest contrahere & uir in 14. Respon. qui supra,

pra, q in sponsalib. requiritur solũ vsus discretionis: & ideo vnum tps vtriusq; determinatur, sed in matrimonio ẽt requiritur dispositio ex parte corporis, ut sit tẽpus generationi aptum, quòd in puella est in 12. anno, & in masculo in fine secundi septennij, vt Phil. dicit in 11. de animalibus.

125 Dub. An ante primum septennium possint contrahi sponsalia? Resp. qui sup. q sic, & à quibusdam terminatur tempus sex mẽsium, sed melius est quòd determinetur secundum conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis acceleratur rationis vsus, quàm in alijs.

126 Dub. An sponsalia possint dirimi? Resp. qui sup. ar. 3. q sic multipliciter per sententiam ecclesiæ, s. si alter non cõparet, vel fiat infirmus longa infirmitate, vel fornicator, vel deficiat ætate, uel mutuo se absoluant.

127 Dub. An possint de facto dirimi sine sententia? Resp. qui supra, q sic, quia ipso iure dirimuntur, si alter ingrediatur religionem, vel contrahat cum alia matrimonium.

128 Dub. An cum infideli possint contrahi sponsalia? Resp. qui sup. dis. 39. ar. 1. q sic, si promittat conuerti ad fidem, aliter non.

129 Dub. Cur cum sponsalia possint contrahi cum infideli, matrimonium non potest cum eis contrahi? Resp. qui sup. quia eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurum: & quia in matrimonio requiritur de psenti vnitas cultus, ita in sponsalibus sufficit conditio apposita de futura vnitate cultus.

130 Dub. An mulier credẽs virum defunctum possit matrimonium contrahere cum alio? Resp. q ut hr de spon. c. in præsentia, & de secund. nupt. in c. dñs. q sic. si habeat certũ nunciũ de viri morte, & sufficit unus testis.

131 Dub. An Papa possit dispensare, ut post matrimonium contractum alter coniugum possit cum alio contrahere? Resp. q vt no. in c. ex publico. de conuer. coniug. & ut tenet Host. & recitat dñs Panor. in d. c ex publico. q si matrimonium non est consummatum Papa potest dispensare de potestate absoluta, de consensu utriusq; sponsi, sine aliqua causa, sed de potestate ordinaria non potest dispensare sine causa. Sed si matrimonium est consummatum inter fideles, sic Papa non potest dispensare.

132 Dub. Quæ dicitur publicæ honestatis iustitia? Res. S. Tho. ubi sup. dist. 41. q. 1. ar. 1. q. 4. q est propinquitas ex sponsalib. proueniens, robur trahens ab ecclesiæ institutione, pp eius honestatem, ex quo patet ratio nominis, & causa: quia s. talis propinquitas ab ecclesia instituta est pp honestatem.

133 Dub. An publicè honestatis iustitia sit affinitas? Resp. qui sup. q sicut sponsalia non habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium: Ita ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio, sed aliquid affinitati simile, quòd dicitur publicę honestatis iustitia, quæ impedit matrimonium, sicut affinitas, & consanguinitas, & secundum eosdem gradus.

134 Dub. Quomodo causant illud impedimentum sponsalia? Resp. qui sup. q ut habet in c. ex sponsalibus, de spon. l. b. 6. q quinq; requiruntur: Primò, q sponsalia sint contracta à maiorib. septennio, & non sub conditione, & q sint certa, & q non defecerit consensus, & q non sint contracta post matrimonium, uel sponsalia prius facta.

135 Dub. Cum sponsalia aliquando dirimãtur, quomodo possunt causare perpetuũ impedimentum in matrimonio? Resp. S. Tho. ubi supra, q sponsalia non ratione sui, sed ratione eius, ad quod ordinantur, causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicæ honestatis iustitia. Et sicut matrimonium est perpetuum uinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

136 Dub. Quid est affinitas? Res. qui sup. q. 1. & 4. q est uinculum causatum ex matrimonio, uel carnali copula consanguineorũ.

137 Dub. An ex matrimonio sine copula carnali causetur ista affinitas? Respon. qui supra, quòd sic.

138 Dub. An ex omni copula carnali extra matrimonium causetur affinitas? Resp. qui sup. q sic, si commixtio seminum sequatur vnde quantumcunq; aliquis claustra pudoris inuadat, uel frangat nisi cõmixtio seminum sequatur, non contrahitur affinitas.

139 Dub. An concubitus contra natura causet affinitatem? Res. qui sup. q. 3 q non, quia non habet commixtionem seminum, quæ possit esse causa generationis.

140 Dub. An altero coniugum mortuo remaneat affinitas? Resp. qui sup. q. 2. qđ sic.

141 Dub. Cum in lege diuina frater defuncti duceret vxorem eius: cur nunc impeditur? Res qui sup. q. 3. qđ poterat eam ducere, qñ

frater moriebatur sine prole, sed non aliter, & hoc vt suscitaret semen fratri suo. q tunc requirebatur, vt cultus religionis per propagationem multiplicaretur, quòd nunc nō habet locum.

142 Dub. Quid est cognatio spiritualis? Resp. qui sup. dist. 42. ar. 1. quòd est vinculum contractum ex statuto ecclesiæ per susceptionē sacramentorum dirimens matrimonium iā contractum.

143 Dub. Quotuplex est cognatio spiritualis? Resp. qui supra ar. 3. q. 3. q est triplex. Vna, quæ dicitur spiritualis paternitas, quæ est inter patrē, & filium spiritualem. Alia compaternitas, quæ est inter patrem spiritualē, & carnalem eiusdem. Tertia spiritualis fraternitas, quæ est inter filium spiritualem, & filios carnales eiusdem patris.

144 Dub. An omnes illæ tres species impediant matrimonium? Resp. qui supra, q sic, & dirimunt contractum.

145 Dub. In quibus sacramentis contrahitur cognatio spiritualis? Resp. qui sup. art. 2. q per baptismum, & confirmationem.

146 Dub. An etiam contrahatur per catechismum? Resp. qui sup. q catechismus non est sacramentum, sed sacramentale. Quidam tamen dicunt, quòd impedit contrahendū, sed non dirimit contractum.

147 Dub. Per quos contrahitur cognatio spiritualis? Resp. qui sup. art. 3. q. 1. quòd per baptizantem, vel confirmantem, & tenētem, vel tenentes.

148 Dub. An non baptizatus possit tenere ad baptismum? Rñ. qui sup. q. 2. ar. 3. q. 1. quod non, cum non sit membrum ecclesiæ, licet possit baptizare, quia est creatura, de cuius typum gerit.

149 Dubit. An infidelis baptizans contrahat cognationem spiritualem? Resp. qui supra, quod non.

150 Dub. An interleuantes aliquem de sacro fonte contrahatur cognatio spiritualis? Rñ. qui sup. q. 2. q non, quin possint simul contrahere. Vnde versus. Vnus semper erit cōpatrum spiritualis. Alter carnalis, nec fallit regula talis.

151 Dub. An cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem? Rñ. qui sup. q aliquis pōt fieri compater dupliciter. Vno modo, per actum alterius, qui baptizat, vel leuat filiū, & sic non transit cognatio spiritualis à viro in vxorē, nisi fortè ille sit filius vxoris, quia tunc vxor directè contrahit cognationem spiritualem sicut vir. Alio modo, per actum proprium, sicut cū leuat filium alterius de sacro fonte. & sic cognatio spiritualiter transit ad vxorem carnaliter cognitam, non autem si nondum esset cognita, & hoc est per modum cuiusdam affinitatis. Vnde pari ratione videtur transire ad mulierem carnaliter cognitam, quamuis non sit vxor. Vnde versus. Quis mihi, vel cuius mea natum fonte leuauit. Hæc mea commater fieri mea non valet vxor. Si qua meæ natum non ex me fonte leuauit. Hanc post fata meæ, non inde vetabor habere.

152 Dub. An talis cognatio transeat de viro fideli ad vxorem non baptizatam? Resp. qui supra, quòd non, quia non est capax.

153 Dub. An vir & vxor possint aliquē simul de sacro fonte leuare? ℞. qui supra, quod sic.

154 Dub. An cognatio spiritualis transeat à filio in patrem? ℞. qui supra, q. 3. quòd filius est aliquid patris, & non econuerso, vt dicitur in 8. Ethi. Et ideo talis cognatio transit à patre in filium, sed non econuerso.

155 Dub. An spiritualis cognatio transeat à fratre in fratrem? Resp. qui sup. q non, quia frater non est aliquid fratris.

156 Dub. Quomodo cognatio spiritualis impedit matrimonium? ℞. qui sup. q. 2. art. 1. quod est distinguendum, quia aut præcessit matrimonium, & tunc impedit contrahendum, & dirimit contractum. Aut sequitur, & tunc non dirimit vinculum matrimonij.

157 Dub. An cognatio spiritualis sequens matrimonium, impediat actum eius? ℞. qui supra, q est distinguendum, aut inducitur causa necessitatis, sicut cū pater baptizat filiū in articulo mortis, & tunc non impedit. Aut extra causam necessitatis ex ignorantia tñ, & tunc si ille ex cuius actu inducitur adhibuit debitam diligentiam, et non impedit. Aut ex industria extra cām necessitatis, & tūc ille ex cuius actu inducitur, impedit ne possit petere debitū, licet teneatur reddere.

158 Dub. Quæ impotentia coeundi impedit matrimonium? ℞. qui sup dist 34. art. 2. q illa, quæ est perpetua, non autem si sit ad tempus, cui possit subueniri.

159 Dub. Si separabuntur propter talem impotētiam, an possint post nubere? Resp. qui sup. q ille, qui habet talem impotentiam perpetuo maneat absque spe coniugij, & alter nubat in domino.

Dub.

160 Dub. Quo cognoscitur an sit impedimentum ad tempus, vel perpetuum? R. qui sup. quod ecclesia tempus determinatum adhibuit, in quo hujus rei posset esse experimentum, s. triennium, ita quod si post trienniu, in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam carnali copulæ implendæ, inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio ecclesiæ dissoluitur.

161 Dub. An in hoc tpe ecclesia possit errare? Res. qui sup. art. 2. q. sic, qm forsassis in triennio non potest persecte cognosci.

162 Dub. Quid si ecclesia errauit in dissoluendo matrimonium, & post reperiatur non fuisse perpetuum impedimentum? R. qui supra, quod ecclesia reintegrabit illud matrimonium dissolutum.

163 Dub. Quid si iam contraxerat cum alia? Resp. qui sup. quod ecclesia dirimet secundum, & reintegrabit primum.

164 Dubit. An sterilitas in muliere dirimat matrimonium? Resp. qui sup. in expositione literæ, quod non, quia matrimonium habet intentum suum, inquantum est in remediu per carnalem copulam.

165 Dub. Quem modum tenebit ecclesia si sit impedimentum perpetuum in eos separando? R. qui sup. quod si vterq; confitetur impotentiam coeundi. Tunc si est euidens impedimentum, sicut in eunuchis, possunt statim separari. Si autē non est euidens, præcipiendum est eis, ut adhuc cohabitent bona fide carnali copulæ opera dantes, quæ si vsque ad triennium fieri nequit, tunc iurabit vterq;, quod bona fide operam dantes carnaliter coniungi nō potuerant. Et ut diuortium nō de facili celebretur, requiritur, quod septem de propinquis, qui melius de hoc pñt per signa probabilia scire veritatem iurent quod credant eos verum dixisse.

166 Dub. Quid si vnus confitetur impotentiam, & alter negat, cuius dicto standum erit? R. qui sup quod si vir asserat copulam carnalem præcessisse, & mulier neget, standu erit iuramento viri, nisi velit probare contrarium, per aspectum corporis sui. Si autem vir neget carnalem copulam præcessisse, non est standum iuramento viri, quamuis sit caput mulieris, si mulier affirmet, quia sic daretur facultas multis viris dimittendi vxores suas.

167 Dub Quid si vir iurat falsum, scilicet, qd præcessit copula carnalis, quid aget mulier si non possit probare cōtrarium? R. qui supqued potest sibi prouidere de seorsum iacē do, ne ex impetitione viri ad libidinem prouocet, & periculum incōtinētiæ immineat.

168 Dub. An omnis frigiditas in viro impediat matrimonium? R. qui supra art. 2. quod non, sed solum illa, quæ impedit perpetuo carnalem copulam.

169 Dubita. An caliditas superflua impediat matrimonium sicut frigiditas? Res. qui sup. quod vix ex superflua caliditate potest esse perpetuum impedimētum, si tñ impediret per triennium, ut dictum est supra, eadem ratio esset, & sic iudicaretur.

170 Du. cur ecclesia permittit nubere senes, qui naturaliter sunt frigidi? Resp. qui supra quod concedit eis matrimonium, sm quod est in remedium percarnalē copulam, cum habeant caliditatem sufficientem ad eam, quamuis non ad generandum, & sic non cō petit eis sm quod est in officium naturæ.

171 Dub. Cur non impediuntur mulieres à matrimonio, cum sint semper frigidiores viris? Res. quod frigiditas, quæ facit virum impotētē, qui est agens, non faceret mulierem impotentē, quæ est patiens, cum nō requiratur tanta caliditas in patiētē, sicut in agētē.

172 Dub. An in muliere possit esse impedimē tū perpetuum ad matrimonium? Resp. qui sup. q. sic, s. ex arctatione: tunc idem est iudicium, ut supra de frigiditate viri.

173 Dub. An in aliquo viro possit esse perpetuum impedimentum respectu vnius mulieris & non respectu alterius? Res. qui sup. quod non.

174 Dub. Quid si vir potest habere copulam carnalē cum corrupta, & non cum virgine, qd fiēdum erit? Res. qui sup. quod tunc medicinaliter aliquo instrumento posset claustra pudoris frangere & ei coniungi nec hoc esset contra matrimonium, quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentum.

175 Dub. An si aliquis contracto matrimonio castratur, dirimetur ne matrimonium? Rñ. qui supra, quolibet. 11. ar. 10. quod talis castratio, & omne aliud impedimentum copulæ carnalis perpetuum, uel sequitur matrimonium iam consummatum, & sic non dirimetur, vel matrimonium nondum consummatum, & sic dissoluetur.

176 Du. An virtute dæmonis per aliquid maleficium possit impediri actus matrimonij? Resp. qui supra, ar. 3. quod sic.

177 Dub. Quomodo maleficium causans impotentiam coeundi impedit matrimonium? Resp. qui sup. dis. 34. ar. 3. q. si illa impotentia est perpetua, dirimit matrimonium, si autem non sit perpetua, non dirimit.

178 Dub. Quomodo poterit hoc cognosci? R. qui sup. quod eo modo, quo supra de frigiditate dictum est.

179 Dub. Quia per maleficium vnus potest esse impotens ad vnam, & non ad aliam, quomodo ergo separato matrimonio manebunt? Resp. qui sup. qd si iudicio ecclesiæ matrimoniũ dirimitur, datur licentia vtrique quod alteram copulam quærat.

180 Dub. Quia aliquando vnus homo habebit maiorem caliditatem, uel sufficientem ad vnam pulchram, q̃ ad vnam turpem, cũ qua non poterit habere carnalem copulã, quid erit tunc faciendũ? Res. qui sup. qd ista causa est accidentalis, & extrinseca. Et ideò idem est iudicium sicut de maleficio.

181 Dub. Quando maleficiati separantur per ecclesiam, & post reperiuntur potentes ad copulam carnalem, an debeant redire ad primum matrimonium? Resp. qui sup. in expositione literæ, qd si maleficium sit generale respectu cuiuslibet personæ faciens impotentiam coeundi, tunc si alteri nupserit ostenditur impedimentum non fuisse perpetuũ, & debet redire ad prius cõiugium: si autem fuerit personale, idest respectu specialis personæ, cum vtrique detur licentia alteri nubendi, non potest reddita potentia coeundi ad pristinum matrimonium redire, quia nullum fuit, & secundum fuit uerum matrimonium.

182 Dub. An lepra superueniẽs matrimonio consummato dirimat illud? Resp. qui supra, dist. 36. ar. 1. quòd non.

183 Dub. An si vnus cõiugum post mortem resuscitetur sit adhuc inter eos verum matrimonium? Res. qui supra, dist. 29. art. 4 q. mortuo marito, vxor soluta est à lege viri.

184 Dub. Cur resuscitatus non redit ad vxorẽ sua, sicut redit ad possessiones suas? Resp. qui sup. dis. 38 in expositione literæ, qd possessiones redduntur simpliciter dño possidenti. Vnde etiã moriens testari potest, sed vxor non subditur uiri dominio, quasi ancilla sed est quædam societas inter virum, & vxorẽ, quæ morte alterius terminatur. Vnde vir moriens non põt in testõ vxorẽ suã alteri relinquere, quare non est eadem ratio de possessionibus, & vxoribus.

185 Dub. An secundum, & tertium matrimoniũ sint uera matrimonia? Res. qui sup. dist. 42. q. 3. ar. 2. qd secundum matrimoniũ est sacramentum sicut primum.

186 Dub. Cur solum facit mentionẽ de villa, & negotiatione? Res. Chry. in hom qd cum labore manum nostrarum aliquid facimus, villam colere uidemur: cum autem non labore manuum nostrarum alia lucra sequantur, totum hoc negotiatio appellatur.

187 Dub. Cum nedum seruos, sed etiam ipsum dominũ occiderint, cur dominus non facit mentionem nisi de seruis occisis? Res. qui sup. super Matthæum, q. ideò dominus de sua morte tacet; quia in priori parabola iam mentionem fecerat, sed facit mentionẽ de discipulis suis, quos occiderunt, ut dictũ est dubio 5.

188 Dub. Cum supra dixerit, homini regi, nunc solum dixit, rex autem &c. Res. Hier. q. qñ inuitabat ad nuptias, & agebat opera clementiæ, hominis nomen appositum est: nunc autem quando ad vltionem uenit, homo siletur, & rex tantum dicitur.

189 Dub. Qui sunt exercitus Dei? Res. Chry. super Matthæum, q. Romani, qui non venissent Hierusalẽ nisi eos dominus excitasset.

190 Dub. Quomodo ciuitas homicidarum fuit succensa? Respon. Origenes, qd quia illorum non solum animæ, sed caro quoque in qua habitauerunt æterna gehennæ flamma cruciantur.

191 Dub. Cur dixit, in exitus viarum? Resp. Remigius quòd exitus uiarum sunt errores Gentium.

192 Dub. Cur congregauerunt bonos, & malos? Resp. Greg. in hom. quia in hac ecclesia nec mali sine bonis, nec boni sine malis esse possunt.

193 Dub. Quia uocare malos ad nuptias videtur eos in malitia confirmare? Res. Orig. qd vocantur mali, non ut mali permaneant, sed ut deponant vestimenta contraria nuptijs, & induant nuptialia indumenta.

194 Dub. Quia uidetur, qd Deus nõ vbique sit, quia dicitur intrauit aũt. &c. Res. Chrys. super Matth. qd ibi Deus vult per iudiciũ aspicere, ubi dicitur præsens: ubi autem nõ vult, absens videtur.

195 Dub. Quis erat non vestitus veste nuptiali? Resp. Orig. quòd quidam, qui non mutauerat mores.

Dub.

196 Dub. Cũ multi sint in hac ecclesia mali, cur solum dicit de vno? R. qui sup. q vnius sunt generis omnes, qui seruant malitiam post fidem, quam habuerunt ante fidem.

197 Dub. Cur vocat eum amicum, & post eũ arguit? Resp. Hier. q quasi sit amicus per fidem, & arguit impudentiæ, quod veste sordida munditias polluerit nuptiarum.

198 Dub. Cur obmutuit? R. qui sup. quoniã in tempore illo non erit impudentiæ, nec negandi facultas, cum omnes Angeli, & mũdus ipse, testes sint peccatorum.

199 Dub. Cur dicit ligatis manibus, &c Resp. Greg. in Hom. qui tunc ligat pena quos modo a bonis operibus ligauit culpa.

200 Dubit. Quę dicuntur tenebræ interiores & exteriores? R qui sup. q interiores dicimus cęcitatem cordis, exteriores verò, æternam noctem damnationis.

201 Dub. Cur dr ibi erit fletus, & stridor dentiũ? R. Hier. q in fletu oculorum, & stridore dentium p metaphorã mẽbrorum corporalium magnitudo ostenditur tormentorum.

202 Dub. An damnatis erit verus fletus. Vide dñica 2. post octauam Epiphaniæ. dub. 54.

203 Dub. Cur solum facit mẽtionẽ de oculis & dentibus? R. Grego. in Hom. vt illi dentes strideant, qui edacitate gaudebant, illi oculi defleant, qui hic per illicitas concupiscentias versabantur, quatenus singula membra supplicio subiaceant, q̃ hic singulis quibusque vitijs subiecta seruiebant, & ita p oculos, & dentes oia alia intelligit membra.

204 Dub. Cur concludit, q multi sunt vocati sed pauci electi? R. Hiero. quia in conuiuio nuptiali non initium, sed finis quæritur.

205 Dub. Cur multos vocat, si pauci eliguntur? Respon. Hila. quia in inuitante sine exceptione publicæ bonitatis humanitas est, inuitatis vero vocatis de iudicio meritorũ probitatis electis. Et dicit Greg. in Hom. nõ nulli bona nec incipiunt, nonnulli verò in bonis, quæ inceperunt minimè persistunt. Allegoricè expositum est.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt cum inuitamur à domino gloriam largiente, ne obstinati simus nolentes accedere, nec propter temporalia negligamus æterna præmia nobis præparata, & cum vocamur a prædicatorib. nuncijs Dei, non excusemus nos ne fortè irascatur dominus, & pereamus in æternum, indui etiam docemur charitatem, quæ est forma fidei, & sine qua fides mortua est, quia sine ea proijciemur in tenebras æternæ damnationis: quæramusque fieri de numero paucorũ electorum, vt viuamus in æternum.

ANAGOGICE.

Ad cœnam agni prouidi, & eius cęlestes nuptias contemplandas eleuamur, in quib. [Tauri.] i. duces populi Dei [& Altilia.] i. Sancti martyres pro Christo occisi sunt, & præparati nobis in escam, vt eorum desiderio illuc peruenire satagamus: Vbi sunt omnes Sancti à Deo vocati, & electi expulsis dęmonibus, ac impijs eis adhærentib. in tenebris obscurissimis detrusis, à quib. iusti liberati altissimum Deum cum cœlestib. spiritibus laudant in æternum.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Pharisæi audientes quòd Iesus silentium. Vide dominica 17.

DOMINICA XX. POST Pentecosten.

Erat quidam regulus. Io. 4. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 29. Octobris, in die Lunæ.

HISTORICE.

Regulo cuidã, cuius filium febris inuaserat, adeò, vt iam vitæ appropinquaret termino, Iesu pro filio preces porrigenti ex Iudæa in Galilæam aduenienti, & vt pristinæ adueniens restitueret sanitati enixe roganti, Respondit dominus, incredulos existere ipsos nisi ex visis arceantur signis, atq; prodigijs, cumq; persisteret Regulus, vt antequã eius natus vltimum efflaret vitæ spiritum descẽderet, & curaret, iussit dominus vt retro abiret, quoniam fruebatur vita eius filius: ipsi itaque pergenti (Nam domini verbis, indubiam dederat fidem) obuiantes serui eius asseruerunt natum viuere. Roganti verò eo, qua conualuisset hora: cum respõdissent quod septima ante acti diei hora febris abscessisset, expertus fuit verba Domini sanitatem concomitasse, ob qđ, & in Iesum ipse, & eius vniuersa credidit domus.

Quæ

Quæ occurrunt dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Quis erat Regulus? Resp. Ly. quod officialis Imperatoris deputatus ad custodiendam Galilæam, & manebat in Capharnaũ, quæ erat Metropolis Galileæ, quia nullus tunc erat Rex in regno Iudæorum, ablata regia dignitate per Romanos.

2 Dub. A quo audierat Regulus Iesum aduenire? Resp. ꝙ potuit audire, quia vt dicitur paulò ante istud Euangelium, Galilæi exceperãt Iesum cum omnia vidissent, quæ fecerat Hierosolymis in die festo.

3 Dubitat. Vbi reperit Iesum Regulus? ℞. Ly. ꝙ in Chana Galileæ, in qua, vt habetur paulò ante istud Euangelium, conuerterat aquam in vinum, vt habetur Io. 2.

4 Dub. Vnde credebat Regulus quòd Iesus posset sanare eius filium? Resp. Theo. quòd interfuerat miraculo facto in nuptiis, & etiam audierat, ut dicit Lyr. miracula multa eum fecisse.

5 Dub. Cur rogat, vt descendat? Res. Greg. in Hom. quia nõ credebat eum posse subuenire filio, nisi præsentialiter.

6 Dub. Ex quo loco debebat descendere? ℞. Lyr. quòd ex Chana in Capharnaum, quæ erat in valle sita respectu Chanæ.

7 Dubi. Quomodo filius incipiebat mori? Resp. quia erat in extremis vitæ, & propinquus morti.

8 Dub. Cur Christus redarguit Regulum? ℞. Greg. in Hom. quia non credebat Iesum posse dare saluté filio, nisi præsens fuisset corpore, & sic non credebat eũ Deum esse.

9 Dubi. Quia vř ꝙ fuerit fidelis, quia nisi crederet eum posse sanare filium, de hoc nõ requireret eum? ℞. do. Card. de Turrecrem. quod in Regulo erat etiam alius defectus fidei, quia secundum Chrysostomum dubitabat an Christus posset filium sanare, quia si perfectè credidisset, non expectasset aduentum domini in Galilæam, sed potius misisset in Iudæam, sed modo quasi desperans de salute filij, nolens negligere quicquam, qđ circa hoc facere posset, adiit eum more parentum, qui desperantes de salute filiorum etiam imperitos medicos consulunt.

10 Dubit. Cur dicit priusquam moriatur? ℞. Chrys. quòd etiam in hoc defectum fidei patiebatur, quasi nõ posset filium post mortem suscitare.

11 Dub. Cur noluit ire ad Regulum vocantem, & ad Centurionem non vocantem accedere volebat. Vide dominica 2 post octauam Epiphaniæ. dub. 35.

12 Dub. Cur dicit. filius tuus viuit, quasi ante non viueret? Resp. Ly. viuit. i. perfectè sanitati restitutus est de ianuis mortis, quia incipiebat mori.

13 Dubit. Quomodo credidit sermoni Iesu, cũ post interrogauerit seruos, qua hora melius habuisset? ℞. Chryso. quod non credidit integrè, neque sane.

14 Dubi. Cur tot serui venerunt obuiam Regulo, cum vnus suffecisset? Resp. Orig. quod in hoc ostenditur eius dignitas, & officium ex hoc, quod seruientes illi occurrunt.

15 Dub. Cur venerunt ad eum serui? Respõ. Chry. ꝙ non venerunt, vt annunciarent solum salutem filij, sed quasi æstimantes de reliquo superfluam esse Christi præsentiam, ad quem credebant accedere.

16 Dub. Cur Regulus interrogauit de hora? ℞. qui supra, quasi volens scire vtrum casu, vel ex præcepto Christi hoc factum esset. Et ideo non integre credidit.

17 Dub. Quæ fuit illa hora septima? ℞. quod erat hora 7. diei artificialis, qui dies incipit ab ortu solis, & finit ad occasum solis.

18 Du. Cur illa hora septima illius diei reliquit eum febris? Respon. Chris. ꝙ in hoc apparuit manifestum miraculum, quia repente, & simul liberatus est, vt appareat non esse ex naturæ consequentia, quod fiebat sed actione Christi.

19 Dubi. Quam febrem patiebatur? ℞. ꝙ vt colligitur ex dictis Reguli, & suorum, erat continua, quæ ducebat ad mortem.

20 Dub. Quomodo cognouit pater, &c. Res. Aug. ꝙ comparauit horam nunciantiũ, horæ prænunciantis: & ex hoc concluditur ꝙ non perfectè ante credebat.

21 Dubitat. Cum supra dixerit Euangelista, quod credidit homo sermoni Iesu, quomodo nunc replicat, & credidit ipse? Respond. Beda, quod per hoc datur intelligi in fide gradus esse, sicut in aliis virtutibus, quibus est initium, incrementum, atque perfectio: Huius ergo fides initium habuit cum filii salutem petiit, incrementum dum credidit sermoni domini dicentis: vade filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit nunciantibus seruis.

22 Du. Cur credidit ipse, & ei⁹ domus tota? Resp.

Resp. Ly. q ideo factum est istud miraculū vt iste Gētilis, cū tota sua familia crederet.

23 Dub. Quomodo domus ex lapidibus, & lignis cōstans credidit? Res. q hic ponit cōtinēs pro cōtento, idest pro hominib. habitantibus in domo per figurā methonomiā.

24 Dub. An iste regulus fuit ille Centurio, cuius sanauit seruū, de quo habet Mat. 8. Et an sit idem miraculum. ℞. Ly post S. Th. q ex quatuor patet: q non fuit idem miraculum. Primo, ex infirmo. qui hic dr̄ filius, & ibi seruus. Secundo, ex infirmitate, quæ hic dr̄ febris, & ibi paralysis. Tertiò, ex modo rogādi, quia regulus petit, vt vadat ad filiū, & Centurio dicit se indignum, vt accedat ad seruum. Quartò, ex loco, quia Christus fuit rogatus à Centurione in Capharnaum. & hic à regulo in Chana Galileæ.

25 Dub. Quomodo credidit tota familia reguli, quæ nō audiuit verba domini? ℞. q ad narrationem reguli, qui retulit verba domini, & horam, crediderunt omnes de domo.

ALLEGORICE.

Rex regū magnus est Christus, arbitramur aūt regulum fore Abraham, ægrotum vero filium eius Israeliticum populum debilitatum erga cultum diuinum Et ideò incaluit ignis spiculis inimici, vt proinde febrire censeatur. Abraham igitur obsecrat adiuuari à Saluatore populum infirmum. Illud autem, nisi signa, & prodigia viderit, dictum illi refertur ad multitudinem filiorū suorū. Habebat aūt hic regulus, non solum filium, sed ēt seruos, per quos significantur Gentiles. Nec à casu hora septima deserit filium febris, quia per septiformen spirituum est omnis remissio peccatorū, septenarius.n. in tria & quatuor diuisus significat sanctā Trinitatem in quatuor anni tēporibus, in quatuor mundi partibus, in quatuor elemētis. Credidit autē ipse iam sicut prius regulus credidit, credet autem eius domus in fine mundi, cum plenitudo Gētium intrauerit, quia tunc omnis Israel saluus erit. Et si fuerit numerus filiorum Israel velut arena maris, reliquiæ saluæ fient.

TROPOLOGICE.

Instruimur exēplo huius reguli, vt in necessitatibus recurramus ad dn̄m accedētes non passibus corporis, sed affectibus mētis, & eum rogare etiam pro proximis nostris cum recta fide, & credulitate impetrādi, ne si increduli sumus, grauemur sicut regulus, & vt febris peccati relinquat nos in septima hora, oportet vt Prima hora habeamus cognitionem peccati. Secunda cordis contritionem. Tertia oris confessionem. Quarta morum emendationem. Quinta ablatorū, & debitorum restitutionem Sexta iniuriarum remissionē. Et tūc in septima dimittet nos in eucharistiæ perceptionē, & pro qualibet horarum illarum habebimus vnā hebdomadam in quadragesima antequā veniamus ad sacrum Pascha, in quo cōmunicantes viuimus cū Christo. Cuius tūc domus, i. ecclesia impletur fidelibus credentibus.

ANAGOGICE.

Ad contemplandum eleuamur ea, quæ nunc fide tenemus, quæ quandoque clarè videbimus. & tūc nulla occurret dubitatio, & ibi exclusa febre, omniq; languoris genere viuemus perenniter in verbo domini, qui vitam nobis largietur ęternam.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem prędicatorum.

Ascendens Iesus in nauiculam. &c.

DOMINICA XXI. POST Pentecosten.

Simile est regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere. Matt. 18.

Hanc similitudinem dixit dominus anno ętatis suę 32. die 26. Augusti. in die Iouis.

HISTORICE.

Cęlorum regnum parabolicè loquens dominus simile esse dixit cuidam homini regi, qui suorum seruorum rationes discutere voluit. Oblato itaque vno, qui decem millibus regi tenebatur talentis, nec vnde satisdaret suis in facultatib. haberet. Dominus vt venundaretur ipse, suaque omnia quatenus vniuersum persolueret debitum iussit. Oranti autem seruo, procidentiq; vt patienter tantisper dominus prestolaretur, & vniuersum sibi redderet debitum, assensit rex. Quinetiam misericordia motus totum sibi dimisit debitum: cum vero ex suis, ille quēdam offendisset conseruis, centum sibi debenti nummos, vt illos statim redderet angariabat, cum vero miser ille suam imploraret clementiam, quatenus sui misereri paululum expectando vellet, in breui cuncta se

per

persoluturum promittens audire recusauit. quinimò duris eum mancipauit carceribus suffocando, donec debitum persolueret vniuersum. Talia vero alij cernentes conserui ægre ferentes, dño nota fecerũt, quem, quòd quam habuerat misericordiã in alium vti noluisset, arguens tradidit tortoribus, vt debitum exigeret vniuersum. Talia asserés dominus nobis suum genitorem acturum nisi ex corde in nos peccantibus fratribus libere condonemus.

Dubia soluenda sunt hæc.

1 DVBITATVR igitur, cur dominus introduxit hanc parabolam? Res. Lyra, ꝙ quia ante istud Euangelium dixerat Petro, quoties peccauerit in te frater tuus, dimitte ei qđ nedũ vsq; septies, sed etiã vsq; septuagesies septies. Iõ vt quòd verbis dixerat p exemplũ probaret, hanc introduxit parabolam.

2 Du. Quæ est iterpretatio parabolæ? Res. Ly. ꝙ [regnũ cęlorum] i. status ecclesiæ militantis [simile est homini regi] .i. Christo [qui voluit rõnem ponere cum seruis suis] i. rõnem exigẽdi de factis humanis, [& oblatus est ei vnus, qui debebat 10. millia talẽta] .i. erat obligatus ad magna pœnam pp multa peccata, [cum autem nõ haberet unde redderet] quia peccator nõ habet, unde satisfaciat Deo pro peccato [iussit eum uenundari, & omnia, quæ habebat] quia oĩa sua pp pctm̃ sunt pœnæ æternæ obligata: [procidens autem seruus] .i. peccator per pœnitentiã [rogabat dicens patientiam habe in me, & omnia reddam tibi] opera meritoria faciẽdo [Misertus aũt dominus dimisit eum, & debitum dimisit illi [quia dominus paratus est misereri pęnitentibus uere. [Egressus autẽ seruus ille] s. per recidiuum peccati [inuenit unũ de cõseruis suis] .i. de hominibus, qui sunt serui Dei cũ ipso [qui debebat ei centum denarios] .i. modicũ eum offenderat, [& tenẽs suffocabat eũ] i. st angulabat [dicẽs redde, qđ debes] in quo ostẽditur austeritas in repetendo uindictam à proximo, [& procidens conseruus] per pœnitentiã [rogabat eum dicens, patientiã habe in me, & oĩa reddam tibi] .q d. paratus sum secundum possibilitatem meã satisfacere [Ille autem noluit] ex magna crudelitate. [Videntes autẽ conserui eius, quæ fiebant] .i. tantam crudelitatem hominũ contra proximos [contristati sunt, & uenerunt & narrauerunt dño suo] quia in orõne petunt à dño talia uindicari nõ liuore uindictę, sed ad declarationem iustitię, [tunc uocauit eum dñs eius] s. in morte, & ait illi [serue nequam, nonne omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me] .i. offensam magnã in me commissam [nonne ergo oportuit, & te misereri cõserui tui] paruã remittendo [& iratus dominus tradidit eũ tortoribus] i. dæmonibus, qui in hoc sunt executores diuinę iustitiæ [quo adusque redderet uniuersum debitum] .i. æternaliter, qa in inferno semper est redditio, absq; quietatione, cum pœna semper remaneat æterna à parte finis.

3 Qui sunt serui huius regis? Respon. Remigius, ꝙ omnes homines, quos ad laudandum se creauit.

4 Du. Quomodo ponit rationẽ cũ eis? Res. qui sup. ꝙ tunc rationẽ ponit, quando uitã, & mores, & actus singulorum discutit, & unicuique, secundum quod gessit, tribuit.

5 Du. Quis debebat decem millia talenta? Res. Aug. de uerbis domini, ꝙ quia lex in decẽ præceptis commendatur, ille debebat decem millia talentorum, per quòd significantur omnia peccata, quæ secundum legem fiunt.

6 Du. Quid est talentũ? Res. Magister hist. scho. ꝙ est pondus, & minus talentum erat quinquaginta librarum. Medium septuaginta, ꝙ erat ciuium. Maximum cẽtum uiginti librarum, quod erat sanctuarij, licet alij dicant medium fuisse librarum 72.

7 Du. De qua re erat talentum? Res. quòd auri, argenti, æris, ferri, & plumbi, ut dicit Catholicon.

8 Du. Quot genera ponderum erant apud antiquos? Respõ Tortelius, ꝙ apud Romanos hęc pondera habebant in usu. Primum dicebatur siliqua, à grano siliquę, quã nos fabam Græcã dicimus, quod erat minimum pondus. Secundũ erat obolus qui secundum Græcos dicebatur scrupulus, qui cõtinebat sex siliquas. Tertiũ erat drachma, ꝗ cõtinebat tres scrupulus, i. decem octo siliquas. Quartũ erat nũmus argẽteus, q apud Romanos dicebatur denarius. Hic cõstabat ex drachma, & 3. parte drachmę, i. quatuor scrupulis, seu obolis, i. 24 siliquis. Quintum erat

erat uncia hæc constabat ex sex denarijs, siue octo dragmis.i.24. scrupulis siue obolis.i.144.siliquis. Sextum erat libra,quæ apud Italos,& apud Græcos mnã,quã nos mnã dicimus, ut dicit Beda, quæ constabat ex duodecim vncijs, hoc est denarijs, 72. seu dragmis nonaginta sex,seu scrupulis & obolis 288. seu siliquis 1728. aliud pondus erat dipondiũ à duob. ponderib.compositum,ut dicit Beda, ex duobus assibus.i. duabus libris,nam vt dicit Glo.super Luc,12.quòd in numeris est vnum,hoc in ponderibus est assis,quod 12.hoc est dispondiũ. Aliud põdus vocabatur sextertium, quod constabat ex duabus libris cum dimidia.

9 Dub. An homo debens aliquid alicui,teneat statim restituere? Resp.S.Th.2.2.q.62. ar.8.q. sic,uel petere dilationem ab eo, qui hét usum rei cócedere, aliàs peccaret faciédo illi iniuriam, rem suã inuito detinendo.

10 Dub. An illi, qui acceperunt rem aliquã, teneantur eam restituere? Resp. qui sup.art. 7.q. sic in aliquib. casibus, qui his versibus comprehenduntur. Iussio, consilium, consensus,palpo,recursus. Participans, mutus, non obstans,non manifestans.

11 Sciendum tñ qđ quinq; præmissorũ semper obligant ad restitutioné. Primo,iussio, quia ille, qui iubet est principaliter moués. Vnde ipse principaliter tenetur ad restituédum. Secundò,consensus,in eo sine quo rapina fieri non pôt. Tertiò recursus,qñ aliqs est receptator latronũ, & eis patrociniũ præstat. Quarto,participatio,qñ s.aliquis participat in crimine latrocinij, & in præda. Quintò,tenetur ille,qui nõ obstat,cum obstare teneatur, sicut principes,qui tenentur custodire iustitiã in terra sua,si per eorũ defectum latrones increscunt, tenentur ad restitutioné.In alijs aũt casib.enumeratis non semper obligatur aliquis ad restituendum: non.n.semper consiliũ, uel adulatio,vel aliquid huiusmodi est efficax causa rapinæ,vnde tunc solũ tenetur consiliator, aut palpo, .i. adulator ad restitutioné, qñ probabiliter æstimari potest, quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio subsecuta.

12 Dub. An accipiens aliquã rem semper teneatur eam restituere? Resp.qui sup.ar.6.q. sic,tàm in furto accepto, pro quo etiam tenetur recompensare damnũ datum, quàm ét in mutuo accepto, quod tenetur reddere, etiam si sibi ablatum fuerit, & ét in deposito qđ tenetur restituere ét si amisisset, cum tñ sua magna culpa, quia si sine culpa amisisset,non teneretur restituere.

13 Dub. Quia non uidetur vniuersaliter verũ,qđ res accepta debeat restitui,quia si furiosus, qui deposuit gladium, illum repetat ut aliquẽ offendat, non debet sibi restitui? Res.qui sup.ar.5 qđ in tali casu nõ debet restitui ei,cum sit sibi nociuus,& oĩa quæ possident,possident sub rõne vtilis, non tamen debet ille,qui retinet eam sibi appropriare, sed uel reseruare, ut congruo tpe restituat, uel etiã alibi tradere tutius conseruandam.

14 Dub. An quis teneatur plus restituere,q̃ acceperit? Res.qui sup.ar.4 qđ quandoque damnificans aliquem,videtur ei auferre id, in quo eum damnificat, & ita homo tenet ad restõnem eius, in quo aliquem damnificauit. Vt ideò si quis accipiendo rem aliquã inferat damnum domino illius rei,non solũ quo ad ipsam rem,sed etiã, quo ad aliquod aliud, tenetur ei & rem restituere,quam accepit,& damnum quod intulit.

15 Dub. Quõ recompensabitur damnũ illatum? Res.qui sup.qđ vel damnificat aliquis auferendo rem quã habet actu, & tale damnũ est semp restituendum sm recompensationem æqualis puta si quis diruit domum alicuius,tenet ei ad tm,quãtum ualet. Alio modo damnificat quis, impediendo ne adipiscatur illud, qđ erat in uia habendi,& tale damnum non oportet recompensare ex æquo, quia minus est habere aliquid virtute, q̃ habere actu. Et ideo tenetur aliquam recompensationem facere sm condõné personarum,& negotiorum.nã qui semẽ sparsit in agro nondum habet messem in actu, sed solum in virtute: & sic ille, qui habet pecuniam, nondum habet lucrum in actu, sed solum in uirtute,& vtrumq; potest multipliciter impediri.

16 Dub. Quia iudices plus auferunt à furib. uel alijs rapientib. res alienas,quàm acceperint: ergo videtur quòd debeant plus restituere,quàm acceperint? Resp.qui supra, ar. 3.quòd in capiendo rem alienam potest esse iniustitiæ culpa,quæ culpa punitur p pœnam cuius inflictio pertinet ad iudicem. Et ideò antequàm sit condemnatus per iudicé, non tenetur restituere plusquàm accepit, sed postquàm condemnatus est, tenetur pœnam soluere.

17 Dubit. Cum impossibile sit aliquando resti-

restituere ablatum f. unam manũ præcisam, quomodo fiet restitutio? Resp. qui sup. ar. 2. q. quando non potest recompensari æquiualens, sufficit quod recompensetur quod possibile est, & ita in tali casu debet ei recompensari, vel in pecunia, vel in aliquo honore, considerata conditione vtriusque personæ secundum arbitrium boni viri.

18 Dub. Quid si quis furatus fuerit aliquid, & teneatur restituere, nec possit, nisi crimẽ detegatur, quomodo fiet? Res. qui sup. ar. 6. q. per sacerdotem, cui confitebitur potest restitutionem facere fieri.

19 Dub. Quid si quis sit omnino impotens ad restituendum statim, quid faciet? R. qui sup. ar. 8. qđ cum quis non potest statim restituere, ipsa impotentia absoluit eum ab instanti restitutione fienda, sicut etiam totaliter à restitutione absoluitur, si omnino sit impotens, debet tamen remissionem, uel dilationem petere ab eo, cui debet, aut per se aut per alium.

20 Dub. Quid est qđ dominus iubet vxorẽ & filios vendi, cũ ipsi nihil debeant? R. Aug. de quæst. Euang. quòd per hoc significatur transgressorem decalogi pro cupiditate tanquam vxore & prauis operibus, tanquam filijs, pœnas soluere debuisse, quod est precium eius: precium enim venditi est supplicium damnari.

21 Dub. Quia videtur hunc regem fuisse crudelem, qui debitorem, vxorem, & filios iussit vendi? R. Chry. quòd hoc non iussit ex crudelitate, sed ex ineffabili affectione, ut patet dubio sequenti.

22 Dub. Cur non omnia fuerunt post vendita? R. qui sup. quòd solum dominus volebat debitorem terrere per has minas, vt supplicet, & non vendatur, quod & factum est, ut patet in textu.

23 Dub. Cur procidit &c. Res. Remigius, qđ his verbis humiliatio, & saluatio peccatoris demonstratur.

24 Dub. Cur dicit, patientiam habe in me? Res. qui sup. qđ in hoc exprimitur vox peccatoris poscentis tempus viuendi, & spatium corrigendi.

25 Dub. Cur dominus non liberaliter remisit debitum a principio? Resp. Chrys. qđ dominus uolebat, & à principio dare, sed nolebat suum solum esse donum, sed & supplicationis illius, ut non incoronatus ascendat. Ideo autẽ antequam rationem poneret debitũ non dimisit, quia docere voluit à quantis debitis eũ liberat, ut saltem ita ad conseruos mansuetior fieret.

26 Dub. Cum solum seruus petat dilationẽ, cur dimittit ei & debitum? Res. qui sup. qđ fuit ex superabundantia diuini amoris.

27 Dub. Cur dicitur, q. egressus inuenit vnũ de conseruis &c. Resp. qui sup. qđ quantum ad ea, quæ præmissa sunt acceptabilis fuit: seruus etenim confessus est, & promisit se reddere debitum, & procidens rogauit, & debiti magnitudinẽ cognouit, sed ista, quæ postea fecit, indigna fuere prioribus.

28 Du. Cur non suffocabat conseruũ antequàm egrederetur? Res. Orig. q. non suffocasset seruum si non exisset a rege.

29 Dub. Quid significat decẽ millia talenta & centum denarij? Resp. Aug. de verbis Domini, q. vterq; numerus ab eodem numero, s. decem sumitur, qui est numerus legis, nàm & centum centies fiunt decẽ millia, & decies deni, sunt centum, & illa decem millia talentorum, & illi decies deni denarij & à legitimo numero non recedunt, in quorum vtroque inuenies peccata: vterque ergo est debitor, vterque veniæ deprecator. Omnis. n. homo, & debitor est Dei, & debitorem habet fratrem suum.

30 Dub. Cur unus est debitor decem milliũ talentorum, & alius solum centum denariorum? Res. Chry. q. tanta est differentia peccatorum, quę committuntur in homine, & quæ committuntur in Deũ, quanta est differentia decem milliũ talentorum, & centũ denariorũ: magis aũt & multo plus, quã patet ex differentia personarum, & a paucitate peccantium. Homine. n. vidente desistimus peccare, Deo autem vidente secundum vnumquemq; diem non obsistimus, sed agimus informidabiliter omnia, & loquimur.

31 Dub. Quomodo suffocabat conseruum? Resp. Remig. q. acriter insistebat, ut uindictam ab eo exigeret.

32 Dub. Cur noluit dare dilationem? Resp. Chrys. q. quia beneficium acceptum à domino in malitiam abuti noluit.

33 Dub. Quo abijt? Resp. qui sup. abijt. i. magis ira exarsit, ut ab eo vindictam exigeret, quòd patet, quia misit eum in carcerem.

34 Dub. Qui sunt conserui? Resp. qui sup. q. Angeli, uel prædicatores sanctæ Ecclesiæ, siue quicunque fideles.

35 Dub. Cur tales contristantur? Resp. qui supra,

supra, quòd de eius perditione conserui nolentis misereri.

36 Dub. Quomodo veniunt ad dominũ, qui vbique est? ℞. qui sup. quòd veniunt non corpore, sed corde.

37 Dub. Quid est narrare domino facta? Respon. qui sup. ꝙ est dolores, & contritationes cordis in suo affectu demonstrare.

38 Dub. Cur dominus dicit nunc seruum nequam, & non in principio? Res. Chrys. ꝙ đ tunc misertus est ei, nec conuitiatus, sed post, quia contra conseruum agens ingratus est effectus.

39 Dub. Cur tunc non respondit ei seruus? ℞. Remig. quod in hoc demonstratur ꝙ in die iudicij, & statim post hanc uitam omne argumentum excusationis cessabit.

40 Dub. Cur nunc dicit iratum dominũ, & non ante, quando iussit eum venundari? ℞. Chrys. ꝙ illud non erat irę, sed magis amoris ad correctionem: nunc autem hæc sententia est supplicij, & pœnæ.

41 Dub. Cur repetit debitũ, quod dimisit? ℞. qđ propter ingratitudinem, quia uideutur peccata dimissa redire.

42 Dub. Cur oportebat misereri conserui? Res. quia si sibi maius dimissum fuerat, ipse minus debebat dimittere.

43 Dub. Cum pater omne iudicium dederit filio, cur non dicit de se, quod sic faciet eis si non dimiserint &c. Res. quia discipuli adhuc non habebant perfectam cognitionem, qđ pater, & filius vnum essent.

44 Dub. Cur dicit, de cordibus uestris? Resp. Hier. vt omnem simulationem fictæ pacis auerteret.

ALLEGORICE.

Seruus debitor decem millium talentorum est populus Iudaicus, Decalogo legis astrictus, cui dominus debita dimisit, quando in angustia constitutus illum deprecabatur, sed liberatus alios sibi, quos ęstimabat debitores s. prophetas, & Apostolos crudeliter trucidarunt. Vnde iratus dominus tradidit eos in manus Romanorum, & dispersit per mundum, & post tradet in manus malignorum spirituum, qui æternis cruciatibus eos punient.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias.

DOMINICA XXII. POST Pentecosten.

Abeũtes pharisæi consilium inierunt, Mat. 22.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Inito consilio contra dñm pharisæi? ut loquenti insidiarentur conati sunt. Herodianos igitur cum discipulis eorũ, mittunt, qui adulantes, quod ueritatis gratia nulli condescenderet se scire profitebantur, quæsierunt itaq; an Cæsari soluendus foret cẽsus. Dñs autem eorum perfidia agnita, eos hypocritas appellans, ut census demonstrarent nummũ imperauit, quo oblato, cuius imago, & superscriptio nũmi esset sciscitatus est: cum autem quod Cæsaris esset respondissent, ut Cæsari quæ sua sunt, Deoque, quod ipsi debetur, redderent, iussit.

Visa Euangelij historia soluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Quo abierunt pharisæi? Resp. Chr. in hom. ꝙ ad Herodianos, & cum eis consiliati sunt.

2 Dub. Cur uolebant eum capere in sermone? Resp. Ly. quia non poterant eum capere in aliquo malo opere, & quia facilius capitur homo in uerbis, quàm in factis.

3 Dub. Cur consiliati sunt? Res. qui sup. ꝙ ut ex collocutione cõmuni melius perpenderent qualiter possent eum decipere.

4 Dub. Quid post egissent si eum cępissent in sermone? Res. Chry. ubi sup ꝙ si respondisset non esse dandum tributum, fuisset in periculo mortis, tanquam contradicens Cęsari, & si dixisset esse dandum, dixissent eũ docere contra legem Dei.

5 Dub. Cur pharisæi non interrogauerunt ipsi, sed miserunt discipulos? ℞. Gloss. quod eorũ discipuli, ut ęstimabant erant Christo incogniti. Et ideò coram eis audacius loqueretur, & laxaret linguam ad dicendum vnde posset capi: & etiam quia per se non præsumebant facere timentes turbam.

6 Dub. Qui dicebãtur Herodiani? Res. Ly. quod

quòd erāt milites Herodis, qui in dieb. illis erant in Hierusalem, & dicit hanc qōnem factā fuisse feria 4. s. in die Mercurij. Licet alij contrarium teneant, s. quòd fuit facta in die Martis, & Hier. dicit appellatos Herodianos illusores Iudæos, qui adhærebant Herodi, ut tributum solueretur.

7 Dub. Cur discipuli Pharisæorū dixerunt Iesu, Magister scimus q a verax es, &c. Resp. quòd quia sic instructi fuerunt à Pharisæis.

8 Dub. Cur dīxit, scimus, quia verax es, &c. Resp. Gl. quia contingit aliquem veritatem nō docere. Primò, ex parte ipsius docētis, qa veritatē nō nouit, uel non amat. & ideò cōtra hoc dicunt [Scimus quia uerax es.] Secūdò, ex parte Dei, cuius timore postposito q̄dā ueritatē de eo, qđ nouerunt non purè annunciant, & cōtra hoc dicunt [& uiā Dei in veritate doces.] Tertiò, ex parte ꝓximi, ex cuius amore, uel timore aliquis ueritatem tacet, & ad hoc excludēdum dicunt [& non est tibi cura de aliquo.] s. homine, & ideò subdūt] non. n. respicis personā hominum.

9 Dub. De quib. hominibus intelligebant? Res. Chry. in Hom. quòd de Herode & Cæsare occulte insinuabant.

10 Dub. Quid pertinebat ad Herodē de tributis dandis Cæsari? Res. Hier. q. Cæsar Augustus Herodē filiū Antipatris aliengienā & proselitū regem constituerat, ut & tributis præesset, & Romano pareret Imperio.

11 Dub. Cur vocauit eum Magistrum? Res. Chry. super Mat. ut quasi honoratus, & laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat, tāquā uolens eos habere discipulos.

12 Dub. Cur potius proposuerunt qōnē de tributo quàm de aliqua alia? Resp. Chry. in Hom. quia sciebant, qđ hanc discordiā quidam meditati occisi fuerant. Et maximè q̄dam Iudas Galilæus, ut habetur Actuum 5. & ex 20. lib. antiquitatum Iosephi. Ideò ipsum uolebant per hos sermones in talem suspitionem mittere.

13 Dub. An esset controuersia inter Iudæos de soluendo hmōi tributo? Res. Hier. quòd fuit facta in populo magna seditio a tempore Cæsaris Augusti, quādo facta fuit descriptio stipendiaria totius orbis, aliquibus dicētibus pro securitate, & quiete, quia Romani pro omnib. militarent, debere eis tributa persolui. Pharisæis verò, qui sibi applaudebant in iustitia econtrario nitentib. non debere populum Dei, qui decimas solueret & primitias daret, & cętera, q̄ in lege scripta sunt, humanis legibus subiacere.

14 Dub. Quid est census? Resp. S. Tho. super Mat. 17. c. qđ est illud, quòd soluebatur de capite in signum subiectionis, sicut tributum soluebatur de agris, & uineis.

15 Dub. Quæ differentia est inter tributum & uectigal? Res. S. Th. super epistolā ad Ro. 13. lec. 1. qđ tributum est, quod principi tribuit pro regimine generali. Vectigal uero est, quod redditur principi in aliquib. certis locis de mercimonijs, quæ deferūtur pro reparatione & custodia: uel uectigal dicitur quod datur principi, quando per patriam deuehitur, sicut sunt procurationes, & alia huiusmodi.

16 Dub. Quam nequitiam cognouit Iesus? Resp. quòd eam, quam blandis uerbis tegebant ut deciperent.

17 Dub. Cur asperè eis respondit cum eum laudarent? Res. Chry. super Mat. qđ non s̄m sermones eorum pacificos blande respōdit, sed s̄m cōscientiam eorum crudelem aspera dixit, quia Deus uoluntatib. respondet non verbis.

18 Dub. Cur respōdet menti, & non uerbis? Resp. Hier. qđ prima respondētis uirtus est interrogantium mentes cognoscere.

19 Dub. Cur vocat eos hypocritas? R. qui sup. quia aliud erant, & aliud simulabant.

20 Dub. Quomodo tentabant eum? R. Lyr. quia non quærebant veritatem addiscere, sed eum verbis capere.

21 Dub. Cum in omnib. veritatem diceret, quia uerax erat, & uiā Dei in veritate doceret, & non erat ei cura de aliquo, cur redarguit eos? Res. dñs Car. de Tur. cre. super hoc Euāg. qđ non reprehendit eos quia vera dicerēt, sed quia per uerba illa aliud prætendebant s. eum in uerbis capere.

22 Dub. Quia ipsi ostēdebāt ꝓprias ꝑsonas, ergo non simulabant se esse alios, & per cōsequens non erāt hypocritæ? Res. q. sup. qđ isti simulabāt personas uolentium addiscere ueritatem, cū tā ipsi essent personæ, non quæ quærerent veritatem, sed quæ vellent decipere, & verbis capere hominem.

23 Dub. Quia hypocrisis non est de suo genere pctm̄ mortale, ergo nō debebat eos arguere? R. qui supra, qđ illa hypocrisis, q̄ est perniciosa, & cędit in nocumentū proximi, sicut erat ista contra personā Xpi, erat pctm̄ mortale. Ideò eos redarguit publice.

Dub.

24 Dub. Cur voluit vt ostenderent nummisma? Res. Hie. quia sapientia semper sapienter egit, vt suis potissimum tentatores sermonibus confutentur.

25 Dub. Quid est nummisma? R. quòd idem est, quòd nummus, & dicitur nummi percussura, figura & imago, quæ in nummis fit.

26 Dub. Quę superscriptio erat in nummo? Res. Lyra. ꝙ erant literæ circunscriptę exprimentes nomen Cęsaris, & imago etiam erat Cæsaris.

27 Du. Quia Cęsar iam fuerat occisus ante aduentũ Christi? Res. Hiero. ꝙ iste erat Tiberius Imperator, sub quo passus est dominus, sed omnes reges Romanorum dicebantur Cæsares à primo Caio Cæsare, qui Imperium arripuerat.

28 Du. Cum sciret, cuius erat illa imago, cur de hoc interrogat? Res. ꝙ sup. ꝙ nõ ex ignorantia, sed ex dispensatione hoc quęrit, quia vtiq; poterat scire Iesus, cuius imago esset.

29 Du. Quæ sunt Cæsaris, quæ dominus iubet Cæsari reddi? Resp. Ly. ꝙ erat tributũ, quòd iurauerãt soluere a tépore Pompeij, qui Iudęam tributariã fecerat Romanis.

30 Dub. Quæ erant Dei, & quę debebãt sibi reddi? Res. Hie. ꝙ decimę, primitię, oblationes, & victimę.

31 Du. Cum populus Dei esset soli Deo subditus, non uidetur ꝙ deberent recognoscere Cęsarem, tanquam dominum? R. Ly. ꝙ non est inconueniens quod homo sit subditus homini in temporalibus, & Deo immediatè in spiritualibus, & ita reddere debitum omnib. est bonum, & iustum.

ALLEGORICE.

Hæresiarchas significant [pharisæi, & eorũ discipuli] qui sub verbis blandis, & veracibus in principio ꝗrunt peruertere simplices Christianos, q̃ nulla est adeo falsa doctrina, q̃ nõ aliqua vera intermisceat, sed eis exéplo Xpi obstamus, eorũ nequitia cognita, cũ mẽtẽ, q̃ Dei ẽ, domino offerimus, relinquẽtes iniq̃tatẽ eis, & dño ipsorum diabolo.

TROPOLOGICE.

Instruimur ex hoc Euangelio ut simus simplices sicut colũbæ, & prudẽtes sicut serpẽtes, nec oĩbus verbis adulatorijs aures accomodemus, nec cito ad talia respondeamus, sed mentẽ dicentis inuestigemus, ne capiamur in sermone.

ANAGOGICE.

Animam ad imaginem & similitudinem Dei formatã, & baptismatis charactere circunscriptam, Deo, cuius est, reddere edocemur, quatenus deposito onere carnis, suũ cõtẽpletur creatorẽ, & eo in sẽpiternũ fruatur.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Erat quidã Regulus, cuius filius infirmabatur.

DOMINICA XXIII. POST Pentecosten.

Loquente Iesus ad turbas. Ecce princeps unus. Mat. 9. Marci. 5. Luc. 8. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31. die 14. Nouẽb. in die Martis.

HISTORICE.

Ad turbas dño sermonẽ faciẽte. Princeps quidã, vt eius natæ nuperrimè defunctę ad vitæ auras reuocaret animam eum supplex precabatur, qui acquiescẽs, cũ subsequeretur hemoroissa quædã mulier, quæ duodecim in infirmitate annos consumpserat, ex fimbriarum Christi tactu salutem se posse consequi sperãs, eas retrorsũ tetigit, ad quã conuersus dominus, vt confideret iussit sua eã fide saluti reddẽte, illicoq; pristinæ restituta fuit sanitati. Tumultuãtẽ uerò in principis domo turbã, tibicinesq; ob filiæ mortem cum offendisset, ut recederent iussit, cũ nequaquam mortis nexib. puella astricta esset, sed sopore depressa. Eis autẽ irridẽtibus expulsis, filię apprehensa manu, vt surgere imperauit, quę statim reddita vitę surrexit, patrati vero fama miraculi omnem illam per regionem dispersa est.

Sunt autem nunc soluenda dubia.

1 DVBITATVR. Primò, quid loquebatur dominus turbis? Resp. Magister hist. sco. ꝙ redarguebat pharisæos de signo quæsito ab eis, dicens; quòd aliud non daretur eis signum, nisi signum Ionę prophetæ, & excusabat etiam discipulos de ieiunio, quòd interim quòd haberent sponsum non poterant lugere.

2 Du. Quõ vocabat iste princeps? Res. ꝙ ut dicunt Marcus 5. c. & Luc. 8. vocabatur Iayrus, ꝙ ut dicit Ly. vocabatur Iayr, sed nomina Hebræa translata in Latinum assumunt hanc syllabam, us, ut Iacob Iacobus.

3 Dub. Quomodo erat princeps? Respon. quòd ut dicunt suprascripti, erat princeps,

synagogæ, & erat archisynagogus.

4 Dub. Quomodo adorabat Iesum? Resp. Lyra, quod faciendo sibi reuerentiam debitam.

5 Du. Cuius ætatis erat filia principis? Res. Marcus & Lucas ubi sup. q. erat duodenis.

6 Du. An alias haberet filias princeps? Res. Luc. 8. q. erat unica. Chry. in Homil. dicit eam fuisse unigenitam.

7 Du. Quia Matthęus dicit filiam mortuā, & alij dicunt, s. Marcus & Lucas, & erat in extremis, & moriebatur? Resp. Ly. q. nulla subest falsitas, quia Matthæus omissis alijs recitat dicta principis ab illa hora, qua serui dixerunt ei, quòd mortua erat.

8 Du. Cur petijt ut ueniret, & imponeret ei manū? Res. Chry. in hom. q. ex eius grossitia credens, q. non posset eam suscitare, nisi per impositionem manus.

9 Dub Cur non redarguit hūc dominus, sicut redarguit regulum, Io. 4. Resp. S. Vinc. in sermone hodierno, quia iste princeps habebat magnam fidem, quia credidit filiam posse suscitari. Item, & ardentem deuotionem adorando Christum, quæ nō habebat Regulus.

10 Du Cur Iesus secutus est eū? Res. Remigius, q. ex admiranda mansuetudine, & ut dicit Ly. propter principis fidei meritum.

11 Dub. An dominus iaceret, quia dicit surgens Iesus Res. q. sedebat docens, loquendo ad turbas, quia doctoris est sedere.

12 Dub. Cur hæc mulier sanguinem fluens non uenit ad Iesum in domo? Respon. Hier. quia iuxta legem vrbibus excludebantur consimiles.

13 Dub. Cur venit ad dominum, cum ambularet? ℞. qui sup. q. ut dum pergit ad aliam, alia curaretur.

14 Dub. Cur ponit Euangelista, q. patiebatur duodecim annis? ℞. Ly. q. ut ostenderet infirmitatis prolixitaté, & curationis difficultatem.

15 Dub. Cur eundo dominus sanauit mulierem hanc? Resp. qui sup. vt per hoc miraculum archisynagogus certificaretur hæc uidens, de suscitatione filiæ suæ.

16 Du. Cur hæc mulier non accessit manifeste, sed retro? Resp. Chry. q. verecundabat̄ passioné, immundā se ęstimans, etenim pp passioné, immundā se ęstimans, etenim apud legé multa immunditia ęstimabatur esse hæc passio, pp hoc latet, & occultatur.

17 Dub. Cur non tetigit nisi fimbriam? Res. Remigius, q. ex humilitate laudanda, quia non ad faciem domini accessit, sed retro, & indignam se iudicauit pedes domini tangere, & non plenitudinem vestimenti tetigit, sed tantum fimbriam.

18 Dub. Cur Christus portabat fimbrias? Respond. Ly. q. induebatur more Iudeorum quibus precipitur Numeri 17. ut portent fimbrias. Vide fer. 3. dominicę 2. Quadragesimæ dub. 17 & 18.

19 Du. Cur dicebat, si tetigero &c. ℞. Grego q. p huius mulieris infirmitatem corporis, mediam substantiam consumpserat. ipsa uero ut intelligit cœlestē adesse medicum, totam intentionem suam in eo collocauit.

20 Du. An fimbrię haberent aliquam virtutem sanandi? Res. Ly. quòd non, ut fimbriæ erant, sed per hoc declaratur virtus illius, cuius erant fimbriæ.

21 Dub. Cur ergo illa mulier habebat spem in illis fimbrijs? Resp. qui sup. q. non in fimbrijs habebat spem, sed in illo, cuius erant fimbriæ, qui potens erat ad sanandū, & per tactum fimbriarum, & sine tali tactu.

22 Du. Cur dicit sibi dominus, confide. Res. Chry. quia formidolosa erat.

23 Dub. Cur vocat eam filiam? ℞. qui sup. quia fides eam filiam fecerat.

24 Dub. Cur non dixit, fides tua te saluā faciet? ℞. Hic q. d. in eo, quòd credidisti, iam salua facta es.

25 Dub An crederet hæc mulier Christum ignorare, q. eum tangebat? Respon. Chry in Homil. quòd æstimabat Christum latere, quia nondum de Christo perfectam opinionem habebat.

26 Dub. Cur Christus hoc, qđ erat occultū voluit manifestare? Res. qui sup. qđ propter quatuor. Primò, soluit timoré mulieris, ne conscientia pungatur, quasi donum furata. Secūdo emēdat de hoc q. estimat se latere. Tertio, ut omnibus eius fidé ostendat, vt eā ęmulentur. Quarto, ut ostenderet se nosse omnia, & ēt ut Archisynagogus consideret.

27 Dub. Qua hora sanata fuit? ℞. Glo. qđ statim, vt tetigit fimbriam.

28 Dub. Cur non accessit citò dominus ad domum principis? ℞. Chry. in Homil. quòd ut permittat mori puellam, & sic manifesta fiat resurrectionis demonstratio.

29 Dub. Quid ibi agebant tibicines? ℞. Amb. super Lucam, quòd more veteri ad excitādos luctus in mortuis ferebantur adhiberi.

Dub.

30 Dub. Cum tibicines magis excitent lætitiã, quõ poterãt excitare fletum? Resp. Ly. qđ diuersæ melodiæ excitant diuersas passiones in homine. Quædam audaciam, vt patet in bellicis tubis, q̃dam deuotionem, sicut patet in ecclesiasticis canticis. Aliæ lætitiam, vt patet in instrumentis musicis. Et quædam fletum, vt hic.

31 Dub. Quomodo turba tumultuabat? R. Ly. i. lachrimabatur, & eiulabat, & dicebatur tumultuari, q̃ causabat confusã sonũ.

32 Dub. An Christus omnes discipulos secũ duxerit, vbi iacebat filia defuncta? Res. Marcus, & Lucas, quod solum duxit Petrum, Iacobum, & Ioannem.

33 Dub. Cur non omnes conduxit? Respon. Theop. quia nolebat ad ostentationem aliquid operari.

34 Dub. Cur præcepit turbæ vt recederet? Resp. Chrys. quia non erant digni, vt viderent mysterium resurgentis, quoniam resuscitantem deridebant.

35 Dub. Cur dñs dicit puellam nõ esse mortuam? Res. Rabanus, quòd quia Deo erat viua tam in anima, quam in corpore.

36 Dub. Cur eum deridebant? Res. Ly. quia credebant, quòd loqueretur ex ignorantia, cum ipsi scirent eam esse mortuam.

37 Dub. Cur nõ redarguit deridẽtes se? Rñ. Chry. in hom. q. vt ipsa derisio, & tibicinæ, & alia vniuersa demonstratio fiant mortis, quia .n. multoties postquàm facta sunt miracula non credunt homines, antea eos conuincit proprijs rationibus.

38 Dub. Cur dimisit in resuscitatione tres discipulos, & parẽtes puellæ? Res. qui supra, q. vt eos testes postmodum haberet diuinæ virtutis. Patrem autem, & matrẽ puellæ tã quam præ omnib. magis necessarios, & ne q̃s diceret, fallax esse resurrectionis iudiciũ.

39 Dub. Quid est derisio? Res. S. Tho. 2. 2 q. 75. ar. 1. q. ut dicit gl. super Ps. 2. Ibi qui habitat in cœlis irridebit eos irrisio fit ore, i. uerbo & cachinnis, & ad hoc turpia dicit derisor, ut aliquis apud seipsum perdat conscientiæ gloriam per quandam confusionẽ, & erubescentiam.

40 Dub. Quę differentia est inter derisionẽ, contumeliam, detractionem, & susurrationem? Resp. qui sup. quòd conuitium est ad deprimendum honorem, detractio, qua diminuitur fama, susurratio, ad tollendũ amicitiam, & irrisio fit, ut irrisus erubescat.

41 Dub. Quomodo fit subsannatio? Res. qui sup. quod secundum gl. supra allegatam fit naso rugato.

42 Dub. Quæ differentia est inter contumeliam, conuitium, & improperium? Res. qui sup. q. 72. ar. 1. quòd defectus culpæ est ille, qui repręsentatur per verba contumeliosa: & defectus generaliter culpæ & pœnæ repræsentatur per cõuitium, quia conuitium consueuit dici non solum animæ, sed et corporis. Vnde si aliquis iniuriando dicit alicui quòd est cæcus, conuitium dicit, sed nõ contumeliam: improperium uero dicit aliquis, quando alteri ad memoriam reducit iniuriosè, quod contulit ei auxilium necessitatem patienti.

43 Dub. An contumelia consistat unquã in factis? Resp. qui sup. q. sic, inquantum facta habent uim uerborum in significando.

44 Dub. An cõtumelia uel cõuitiũ sit pctm̃ mortale? Res. qui supra, ar. 2. quòd si aliquis profert uerba contumeliosa, uel cõuitiosa, ut auferat honorem proximi peccat mortaliter. Aliqñ tñ aliquis dicit causa correctionis illud, quòd põt esse conuitium, uel contumelia, & sic aliquando potest esse pctm̃ ueniale. Aliquando absque omni pctõ, in quo tamen necessaria est discretio, ut moderatè quis talib. uerbis utatur, qm̃ pp incautelam posset esse ita graue conuitium prolatum, quòd auferret honorem eius, cõtra quem pfertur, & sic posset peccare mortaliter, etiam si non intenderet dehonorationem alterius, sicut etiam si aliquis incautè alium ex ludo percutiens grauiter lędat, culpa non caret.

45 Dub. An patiẽter sufferre debeamus cõtumelias nobis illatas? Resp. qui supra, ar. 3. quod tenemur habere animum paratum ad cõtumelias tolerandas si expediens fuerit, quandoq; tamen oportet ut contumeliã illatam repellamus, & audaciam inferentis deprimamus, ut de cætero talia non attentet, sed tamen moderate. Item ne impediatur bonum multorum, qui audientes nos contumelias pati, cogitent nos esse malos, & à nostris prædicationibus auertantur. & ita in primis moribus remanentes, bene uiuere contemnant.

46 Dub. Vnde nascitur contumelia? Resp. q. sup. ar. 4. q. ex ira, quia magis habet propinquitatẽ ad finẽ iræ, qui est uindicta: nõ .n. uindicta est irato magis in prõptu, q̃ infer-

re contumeliam alteri. Et ideo contumelia maxime nascitur ex ira.

47 Dub. Quid est detractio? Resp. qui sup. q. 73. ar. 1. q; est denigratio alienæ famæ per occulta verba.

48 Dub. Quæ differentia est inter contumeliam & detractionem? Resp. qui sup. quòd contumelia est quando aliquis manifeste contra aliquem loquitur, sed detractor loquitur occulte. Item quo ad finem, quia contumeliosus derogat honori, & detractor famæ.

49 Dub. Quomodo detractor per verba occulta derogat famæ, quæ est publica notitia cum laude? Res. qui sup. q; verba detractoris dicuntur occulta, quantum ad eum, de quod dicuntur: quia eo absente, & ignorante dicuntur, sed contumeliosus in faciem contra hominem loquitur.

50 Dub. An dicens vni soli malum de aliquo corrumpat eius famam? Resp. qui sup. q; sic, non in toto, sed in parte.

51 Dub. Quia ille dr̃ detrahere, qui aliquid subtrahit, vel diminuit, sed aliqñ quis nihil diminuet de veritate dicendo vera crimina alterius, & tñ denigrabitur eius fama? Res. q. sup. q; & detractor nõ dicitur quod diminuat de veritate, sed q̃a diminuit de fama.

52 Dub. Quot modis quis potest diminuere famam alterius? Res qui sup. q; quandoque diminuit de fama alterius directè, qñ falsum imponit alteri. Secundo qñ peccatum adauget suis verbis. Tertio, quando occultum reuelat. Quarto quando id, quòd est bonum, dicit mala intentione factum. indirecte vero negando bonum alterius, vel malitiose reticendo, vel minuendo.

53 Dub. An detractio sit semper pctm̃ mortale? Res qui sup. ar. 2. q; per se loquẽdo est peccatum mortale, cum secũdum suam rationem ordinatur ad denigrandam famam alterius, quæ est pretiosior inter res temporales. Aliquando autem cõtingit q; aliquis dicit aliqua verba per quæ diminuitur alterius fama non hoc intendens, sed aliquid aliud, & hoc non est detrahere per se, & formaliter loquendo, sed solum materialiter, & quasi per accidens: & si hoc fiat propter aliquod bonum necessarium, debitis circunstantijs obseruatis, non est peccatum, nec potest dici detractio: si autem proferat ex animi leuitate, vel propter causam aliquam non necessariam, non est peccatum mortale, nisi forte notabiliter famam alicuius lædat, & præcipuè in his, quæ pertinent ad honestatem, quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis.

54 Dub. An detractor teneatur ad restitutionem famæ? Resp. qui sup. q; sic, sicut ad restitutionem cuiuslibet rei subtractæ.

55 Dub. An semper reuelans peccatum occultum alicuius, detrahat ei? Resp. qui supra, quòd nõ, si reuelat ex charitate, vt corrigatur, nec talis peccat, sed meretur: similiter si accusaret propter bonum iustitiæ publicæ, seruato semper ordine fraternæ correctionis.

56 Dub. An detractio sit graue peccatum? Res. qui sup. ar. 3. q; post homicidium, quod tollit vitam proximi iam actu existente, & post adulterium, quod est contra debitũ ordinem generationis humanæ, per quam est introitus ad vitam, detractio secundum suũ genus est grauius, quàm furtũ: posset tamen esse alius ordo propter circunstantias aggrauantes, vel diminuentes, per accidens tamẽ grauitas peccati attenditur ex parte peccantis, qui grauius peccat, si ex deliberatione peccet, quam si peccat ex infirmitate, vel in cautela, & secundum hoc peccata locutionis habent aliquam leuitatem, inquantum de facili ex lapsu linguæ proueniunt absque magna præmeditatione.

57 Dub. Quia cum in epistola Clementis detractores dicantur homicidiæ. Videtur, q; sit ita graue sicut homicidium peccatum detractionis? Respond. qui supra, quòd detractor dicitur occasionaliter homicida inquantum per sua verba dat alteri occasionem, vt proximum odiat, vel contemnat, & qui odit fratrem suum homicida est. 1. Ioannis 3.

58 Dub. An odientes detractores peccent? Resp. qui sup. ar. 4. qđ si quis inducit alium ad detrahendum, vel saltem placet ei detractio propter odium eius cui detrahitur, nõ minus peccat quam detrahens, imò quandoq; magis. Si autem non placet ei, sed ex timore, vel negligentia, vel etiam verecundia quadam omittat repellere detrahentem peccat quidẽ, sed multo minus quàm detrahens, & plerumque venialiter: quandoque etiam mortaliter, si cui ex officio incumbit detrahentem corrigere, vel propter aliquod periculum, quòd audiens nouit consequens, vel propter radicem, qua timor

mor humanus quandoque potest esse peccatum mortale.

59 Dub. Si quis veritatem dicat detrahendo, quomodo potest eum audiens redarguere? Res. qui sup. ꝙ non debet arguere de falsitate, sed de hoc, quod peccat fratri detrahendo, uel saltē ostendere ꝙ ei detractio displiceat, per tristitiā faciei, quia ut dicitur Prouer. 25. ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahentem.

60 Du. Quæ differentia est inter detractionem, & susurrationem? Resp. qui sup. q. 74. ar. 1. ꝙ detractor, & susurro conueniunt in hoc, quod vterq; occulte malum de proximo dicit, propter quā similitudinem interdū vnū ponitur pro alio. Vnde Eccl. 5. non appelleris susurro dicit glo. idest detractor. Differunt tamen in fine, quia detractor intendit denigrare famam proximi, sed susurro intendit amicitiam separare.

61 Dub. Quis dicitur criminator? Resp. qui supra, quod ille, qui publice crimina alijs imponit, uel accusando, uel conuitiando.

62 Dub. Quis dicitur bilinguis? Resp. qui supra, ꝙ propriè dicitur susurro, qui nititur ex utraque parte amicitiam rumpere. Et ideò duabus linguis vtitur ad duos, vni dicens malum de alio.

63 Dub. Quod est maius peccatum detractio, vel susurratio? Resp. qui supra, ar. 2. ꝙ susurratio, quia amicus est melior, quàm homo, & amari, quàm honorari, ut dicitur in 8. Ethic.

64 Dub. An resuscitando puellam immiserit ei aliam animam? Resp. Chrys. ꝙ non aliam superinduxit, sed eam, quæ exierat reduxit uelut è somno erigens.

65 Dub. Quomodo vocabatur hæc puella? Resp. ꝙ ut habetur Marci 5. & ut exponit Lyra, uocabatur Tabita.

66 Dub. Cur euangelista dicit, ꝙ exijt fama hæc in uniuersam terram illam? Res. glo. ꝙ hoc ad magnitudinem, & nouitatem miraculi pertinet, & ad manifestam ueritatem ipsius, ne fictum putaretur.

67 Dub. Quod signū vitæ ostendit illa puella? Res. ꝙ surrexit ut dictum est supra. Et ut dicunt Marcus, & Lucas, & exponit Chry. iussit illi dare manducare ne putaret̄ phantasma esse, quod factum fuerat.

ALLEGORICE.

[Archisynagogus] significat Moysen [filia eius] est synagoga, uelut duodecimo ætatis anno. i. tpe pubertatis, post quā spūalē sobolē Deo generare debebat, erroris languore consternata est, ad hanc principis filiam dum properat Dei verbum, ut saluos faceret filios Israel, Sancta ecclesia ex Gentib. congregata, quæ interior lapsu criminū deperibat, paratam alijs fide percepit sanitatem. Notandum autem ꝙ dum archisynagogi filia sit duodenis, & mulier hæc ab annis 12. sanguine fluxit, eo tempore, quo hæc nata est, illa cępit infirmari. Vna. n. pene sæculi ętate & Synagoga ex Patriarchis cępit nasci, & gentium exterarū natio idololatriæ sanie fędari. [Nam fluxus sanguinis] bifariam pōt intelligi, hoc est super idololatriæ pollutione, & super his, q̄ carnis delectatione geruntur: & sicut quamdiu synagoga viguit laborauit ecclesia, sed eorū delicto salus Gentib. facta est. Accedit aūt & tangit dn̄m ecclesia cum per fidē appropinquat, credidit, tetigit [dixit si tetigero tm̄ fimbriam, &c.] quia his trib. fide, verbo & opere, omnis salus acquiritur. [Accedit aūt retro] siue iuxta hoc, quod ipse ait: si q̄s mihi ministrat me sequatur, siue quare p̄ntem dn̄m in carne non uidens, peractis iam sacramētis incarnationis illius, ad agnitionis eius gratiam peruenit. [Vnde & fimbriam vestimenti tangit] quia cū Christum in carne Gētilis populus nō vidisset, verba incarnationis recepit. [Vestimentū. n. Christi] dicitur mysteriū incarnationis eius, quo diuinitas induta est [fimbrię vestimēti] uerba sunt de incarnatione eius dependentia [non aūt uestem, sed fimbriam tangit] quia non vidit in carne dn̄m. sed suscepit per Apostolos incarnationis verbum. [Non aūt in vrbe, sed in itinere pergēte domino sanatur.] Vnde Apostoli, quia indignos uos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad Gentes. Gentilitas aūt ex hora dn̄ica aduentus cœpit habere salutem. [Dn̄s aūt domum principis, s. synagogā ingreditur] quæ vsq; hodie [iacet in domo principis mortua] & q. vn̄r magistri] tibicines sunt] carmen lugubre canentes [turba quoq;] iudæorum non est credentium, sed tumultuantium : cū aūt intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus fiet. Vt aūt rarus ex lege credētiū numerus posset intelligi [turba omnis expulsa est] quam vtiq; saluari dn̄s optasset, sed irridendo dicta gestaq; eius, resurrectionis non fuit digna consortio. [Te-

tuit autem manũ eius, & surrexit puella] quia nisi mundatę prius fuerint manus Iudæorũ, quæ sanguine plenæ sunt, synagoga eorũ mortua non resurget. [Exiũt aũt fama in uniuersam terrã illam] electionis salus, domus Christi, atque opera prædicãtur.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut in necessitatibus ad Xpm accedamus, & eius auxiliũ quæramus etiam in itinere, & vbique eum inuocare, qm̃ prope est omnibus inuocantibus eum. Et si per 12. annos. i. per magnum tempus grauemur fluxu sanguinis. i. multitudine continuatorum peccatorum, propter quæ ante eum uenire verecundamur. [retrò] .i. in secreto, s. per secretam confessionem [tangamus fimbriam vestimenti eius] i. gustemus, qm̃ cõpatitur nobis ex humanitate induta, & habeamus interiorem fidem, & spẽ posse saluari. Et ipse statim iubebit nos cõfidere, & sic ex illa hora compunctionis salui erimus. Et nõ taceamus in domo mortui, ut puella, sed dormiamus, quia licèt per pc̃m moriamur, tñ per pęnitẽtiam excitari possumus, nec adhęreamus tibicinibus. i. adulatoribus, qui fouent mortuam: & eijciamus turbam, .i. expellamus multitudinem sęcularium curarum, quæ interim, quòd intus manet puella. i. anima non resurget.

ANAGOGICE.

Dei unigenitum contemplemur, qui in mundum humiliter veniens, se à quibuscunque orari patitur, & in vijs huius mundi nostram salutem operatur, & nos à uetustis peccatis liberans, iubet confidere, quòd in illa æterna gloria cum ipso regnare poterimus. Porrigens nobis peccatis mortuis suæ misericordiæ manum, & nos trahet ex huius mundi miserijs ad gloriã Dei patris, ubi nullus erit ægritudinis metus, sed omnia sana, & iucunda, & huius beatitudinis nostræ fama in die iudicij a toto cognoscetur mundo.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Simile est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem, &c.

DOMINICA XXIIII. POST Pentecosten.

Cum uideritis abominationem. Matth. 22. Lucæ 21. cap.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Futurorum dn̄s vaticinator egregius, discipulos, ut eam, quæ a Daniele prædicta fuerat sancto in templo desolationis abominationem, qñ cernerent legentes, tunc intellectu caperent, quòd eo s. adueniente tempore, ciuitatum incolæ ad mõtes confugerent, qui vero in agris, aut tectis casu degerent, nequaquã etiã ob rerum indigentiã oportunarum proprios repetere auderent lares. Prægnantibus verò atq; natis vbera præbẽtibus angustias imminere prædixit, vt quæ nequaquam eorum sabbato fieret fuga, aut hyeme orare debere præmonuit, qm̃ tunc talia eius aduersa, qualia nec ante præteriisse, nec post futura esse, euenirent, & nisi electorũ intuitu illud abbreuiatũ fuisset tẽpus, omnis minimè caro salutem nacta fuisset. nam falsi tunc aderunt prophetæ signis coruscãtes varijs, quibus electos ipsos, si tñ possibile erit, erroribus implicabunt, quibus, vt nullã Christũ demonstrantibus fidẽ darent iussit, qm̃ ad fulguris instar dum in oriente exurgit ab occiduo conspicitur, filij hominis aduentus prospectabitur. Vbi verò iacebit cadauer, ibi coadunandas dixit aquilas, in cœlorũq; statim luminaribus adesse signa, vt eorũ ẽt cõmoueanẽ virtutes, & dñi in cœlo signũ demonstrandũ esse, terræ vero generationes cunctas lachrymari, cũ tam excellentem hominis filij celsitudinẽ in nubibus aduenientẽ, & suos à quatuor sæculi extremitatibus electos turbę voce suorũ ministerio exercituũ conuocaturos cernerent fici similitudine eos, ut in ianuis Dei regnũ esse agnoscerẽt edocens, cuius cum folia ac tenellus ramus appareret, ęstas nõ lõgè abest, ita nec omniũ finis rerũ procul cũ præmissa euenerint erit, illam uerò minimè præterire debere generationẽ, quoadusque cõplerentur omnia, & cœlũ quidem, ac terrã, sed non uerba pertransire debere sua promisit.

Quærenda nunc, & soluenda sunt dubia.

1 DVBITATVR. Qñ, cur, & ubi dn̄s prædixit prædicta uerba? Respondet quòd ut habetur ante hoc euangelium sedebat in monte Olíueti, die Martis eius passionẽ præcedente, & hæc dixit disci-

ſcipulis ſecretò eum interrogantibus, quando deſtructio templi, quam eis prædixerat, futura eſſet.

2 Dub. Quæ fuit illa abominatio? Reſpon. Hier. quòd fuit ſtatua Cęſaris à Pilato poſita in templo, quia abominatio ſm veterem ſcripturam idolum nuncupatur.

3 Dub. Cur dicitur deſolationis? Reſp. Ly. quia in templo deſolato poſita fuit.

4 Dub. Vbi habetur a Daniele de iſta abominatione? Reſ. Hier. quòd 9. c. ſic habetur, qđ in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium, & libamina, & in templo deſolationum abominatio erit vſque ad conſumationem temporis, & conſumatio dabitur ſuper ſolitudinem.

5 Dub. Cur dicit, videritis? Reſp. Chryſ. in Hom. ut diſcant, quoniam viuentibus quibuſdam eorum, hæc erunt.

6 Dub. Cur dicit, tunc, qui legit intelligat? Reſ. Ly. i. ut qui legit prophetiam Danielis intelligat eam de hoc facto.

7 Dub. Qui debent fugere ad montes &c. Reſ. Remig. qđ imminente deſolatione Hieruſalem oēs Chriſtiani, qui in Iudæa erant diuino miraculo moniti, ut habetur in eccleſiaſtica hiſtoria tranſierunt Iordanem, & iuerunt in Pellam ciuitatem, & ibi ſteterũt ſub tutela Agrippę Regis, qui ſubditus erat Romano Imperio.

8 Dub. Cur dicit, qui in tecto, &c. Reſpon. Chryſ. in Hom. quòd ut oſtendat ineuitabilia mala futura eſſe in Iudæis, quoniam eligibilius erat nudo corpore ſaluari, quàm reuerti domum pro tollendo veſtimento, quoniam ſi illi, qui in ciuitate ſunt fugiunt, multo magis, qui foris ſunt non oportet ad ciuitatem refugere.

9 Dub. Cur potius dicit vę prægnãtib. &c. quàm alijs? Reſp. qui ſup. quòd ea, q̃ à natura ſunt qualiter aliquis fugiet, qualiter. n. pregnans fiet leuis ad fuga, aut lactans poterit eum, quem peperit deſerere, & vt Orig. dicit, qm̃ non erit tunc tempus miſerendi, neq; ſuper prægnantes, neq; ſuper lactẽtes, neque ſuper infantes eorum.

10 Dub. Cur dicit, orate aũt ne fuga veſtra fiat hyeme, uel ſabbato? Reſpon. Hier. ſuper Mat. quia ſ. de altero duritia frigoris prohibet ad ſolitudines, & in montib. deſertisq; latitare. In altero autem tranſgreſſio legis eſt ſi fugere voluerint, aut mors imminens, ſi remanſerint.

11 Dub. Quomodo faciunt contra legem fugiẽdo in ſabbato? Reſp. Ly. Qm̃ iter ſabbati dicitur mille paſſus, nec plus licebat ambulare, quia talis ambulatio magis erat ad recreationem, quàm ad laborem, nec erat contra ſabbati quietem.

12 Dub. Quæ fuit illa tribulatio magna, &c. Reſp. Ioſephus, qui Iudaicam ſcripſit hiſtoriam, talia mala dicit illi populo tpe Titi & Veſpaſiani accidiſſe, ut uix credibilia eſſent, quæ ēt prædicit Lucas 21. c. Vnde non immeritò dictum eſt talem tribulationem nec fuiſſe à naturæ initio, nec futuram.

13 Dub. Nunquid pſecutio Antichriſti erit maior? Reſp. Aug. ad Heſichium, qđ ſic, & tpe Antichriſti talis, aut maior fortaſſis erit, intelligẽdum eſt de illo populo dictũ quòd eis amplius talis futura non erit: ſi. n. Antichriſtum illi primitus & præcipuè recepturi ſunt, facturus eſt tunc ille populus tribulationem potius, quam paſſurus.

14 Dub. Quomodo breuiati ſunt dies illi? ℞. Hier. quod non menſura, ſed numero breuiati ſunt.

15 Dub. De qua carne intelligit, cum dicit, omnis caro? Reſ. Ly. quòd hic caro accipitur pro homine. Sicut Gen. 7. non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quià caro eſt.

16 Dub. Quomodo intelligitur, quòd non fieret ſalua omnis caro? Reſ. qui ſup. qđ nullus homo fieret ſaluus, ſi eſſet longũ prædictę tribulationis tempus: negatio. n. poſtpoſita huic ſigno vniuerſali, omnis, facit ipſum æquipollere ſigno uniuerſali negatiuo, qa omnis non, ualet tantum ut nullus.

17 Dub. Quomodo pp electos breuiati ſũt dies illi? Reſ. Aug. ad Heſichium, quòd tpe euerſionis Hieruſalem fuerunt aliqui electi, qui ex circunciſione crediderant, ꝑpter quos breuiata ſunt mala.

18 Dub. Si breuiati ſunt dies numero ergo prophetia Daniel non fuit cõpleta de hebdomadibus? Reſ. qui ſup. qđ Lucas apertiſſimè teſtatur ipſam tunc fuiſſe completam, quando euerſa eſt Hieruſalem.

19 Dub. Cur Ioannes Euãgeliſta nõ ſcripſit de hac euerſione? ℞. Chry. in Hom. qđ fuit ex diſpenſatione Spiritusſancti, ut non uideretur ex ipſa eorũ, quæ facta ſunt, hiſtoria ſcribere, etenim poſt captiuitatẽ Hieruſalẽ vixit multo tempore. Sed alij Euangeliſtæ qui ante mortui ſunt, & nihil horũ viderũt

ipsi scribunt, ut vndiq; fulgeat prænunciationis veritas.

20 Dub. Quando erit tempus de quo dicit, tūc si aliquis vobis dixerit &c. Res. qui sup. quod dominus conuertit hic sermonem ad tempus aduentus sui ad iudicium, & ita intelligitur illud tunc.

21 Dub. Quia dicit tunc, s. in tempore euersionis Hierusalem, si quis uobis dixerit &c. & tñ tūc non venit ad iudiciū? Res. qui sup. q sicut cum supra dixit Euangelista c. 3. in dieb. illis venit Ioannes Baptista, non tempus, quod immediatè est consequens ostendit, cum 30 anni in medio essent, & ita hic cum dicit, tunc, totum medium tēpus prætermisit, quòd futurū erat à captione Hierusalem vsq; ab initio consumationis mundi.

22 Dub. Cur non debebant credere dicentibus, hic est Christus &c. Res. Ly. quia multi discipuli Antichristi uenient ad seducendū populum, dicendo, q ipse sit uere Christus in lege promissus, & in pphetis. Et ideò dicit, q eis non credant, quia nō solum habebunt verba ad decipiendum, sed etiam signa, quòd est difficilius ad euadendum.

33 Dub. Qui erunt pseudochristi &c. Resp. q sup. q pseudochristi erit falsus Christus, s. Antichristus, & pseudoprophetæ. i. falsi prophetæ erunt ministri eius.

24 Dub. An sit possibile quod electi in errorē inducant? Resp. Gre 33. Moral dicēs q electorum cor, & trepida cogitatione cōcutit, & tñ eorum constantia non mouet, una snia dominus vtrumque complexus est, qua si enim iam errare est in cogitatione titubare, sed si fieri potest, subiungitur, quia fieri non potest, ut in errorem electi rapiātur.

25 Dub. Cur dicit, ecce prædixi uobis? Resp. qui sup. in Hom. quoniam iacula præuisa minus feriunt. Dominus enim noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat, ut eo minus perturbent venientia, quo fuerunt præscita.

26 Dub. Cur non debēt exire si dixerint, Ecce in deserto est? Resp. Ly. quòd dicēt Christum tanquàm religiosum in loco deserto existere, ut homines errore deprauent.

27 Dub. Cur dicent eū esse in penetralibus? Res. qui sup. ut homines dominantes Antichristi potestate concludant.

28 Dub. Quæ dñr penetralia? Res. Ly. quòd sunt loca occulta, & vocabulistæ dicunt ea esse secreta loca interiora, sicut secretā cameram. Et ēt in tēplo, vbi dabātur oracula.

29 Dub. Quæ similitudo est fulguris ad aduentū Xpi? Resp. Chry. in Hom. q sicut fulgur non indiget annunciante aūt præcone, sed in momento tpis monstratur per uniuersum orbem terrarum, ēt his, q in thalamis sedent, ita & aduētus Christi simul apparebit vbique propter glorię fulgorem.

30 Dub. Cur dicit vbicunque fuerit corpus, ibi cōgregabūtur, & aquilæ? Res. qui supra. quòd in hoc dixit ſm signum sui aduētus.

31 Dub. Qūo hoc intelligitur? Resp. Ly. qđ corpus. i. Christus in humanitate, quia ueniet ad iudicandum in forma humana: aquilæ illuc congregabuntur. i. sancti occurrentes Christo venienti ad iudicium.

32 Dub. Cur sancti nominātur aquilę? Resp. Hilarius, quòd pp volatū spūalis corporis.

33 Dub. Si aquilæ congregantur, ubi sunt corpora? Resp. Hiero. quòd ad corpus, idest, Ioathon, quòd Latine conuenientius cadauer dicitur, congregantur ad escam.

34 Dub. Cur potius dicit de aquilis, quàm de vulturibus? Resp. Orig. quòd in hoc uoluit ostendere magnificos, & regales omnes, qui in passione dñi crediderunt. Et etiam, ut dicit Hiero. qm quib. iuuentus renouata est, ut aquilæ, & qui assumunt pennas, ut ad Christi ueniant passionem rectè aquilis comparantur.

35 Dub. De qua tribulatione intelligit, cum dicit. Statim aūt post tribulationem? Resp. Chry. in Hom. quò de ea, quæ erit dierum Antichristi, quæ erit magna tot existentibus deceptoribus.

36 Dub. Cur dicit statim? Res. qui sup. qm illa tribulatio non extendetur per tpis longitudinem, quia Christus confestim aderit.

37 Dub. Qūo signum filij hominis apparebit in cœlo? Res. Ly. i. in aere, qui aliquando vocatur cœlum in scriptura.

38 Dub. Ad quid apparebit illud signum? Res. Chr. in Hom. quòd ut uerecundiam Iudæorum confutet.

39 Dub. Qūo plangent omnes tribus terræ, cum sancti tūc non fleant? Res. Ly. i. aliqui, de omnib. tribubus, & nationib. in quibus erunt aliqui mali, quib. aduentus iudicis erit tristabilis.

40 Dub. Cur plangent? Res. Chrys. in Hom. quia visa cruce, considerabunt q mortuo eo nihil profecerunt, & quoniam crucifixerunt eum, quem adorari oportebat.

Dub.

Dub. Cur dicit trib. terræ? Res. Hier. quoniam hi plangent, qui municipatum non habent in cœlis, sed scripti sunt in terra.

Dub. Ad quid mittet Angelos suos? Res. Ly. quod ad colligendum cineres mortuorum, quia eorum ministerio colligentur.

Dub. Quę turba erat illa? Res. Ly. quod sicut in datione legis auditus est sonitus terribilis, vt habetur Exod 16. ita audietur tunc sonitus consimilis virtute Angelorum factus in elementis.

Dub. Quæ erit illa vox magna? Resp qui sup. quod erit vox Christi vocantis mortuos ad iudicium.

Dub. An solum electos cōgregabunt ad iudicium? Res qui sup. quod licet omnes adducantur ad iudicium, tamen electi specialiter adducentur ministerio Angelorum sanctorum, quia erunt conciues eorum.

46 Dub. Qui erunt illi quatuor venti? Resp. Remig. a quatuor ventis, i. a quatuor climatib. mundi, s. Oriente Occidente, Aquilone, & Austro. Vnde oriuntur quatuor principales venti vt dicit Lyra.

47 Dub. Vnde oriuntur venti? Res S. Th. super Ioan. quod in generali scitur, quod Auster fit à meridie in Aquilonem, & Boreas ecōuerso, in speciali vero sciri non potest.

48 Dub. Quibus horis diei magis stant venti? Res. qui sup. super Iob, quod venti orientales stant mane, deinde meridionales, sed versus vespere venti occidentales.

49 Dub. Qui venit causant pluuias, frigus, & tempestates? Res. qui sup. quod venti meridionales causant pluuias, & tēpestates. Septentrionales autem causant frigus.

50 Dub. Cur dicit à summis cœlorum, &c. R. Remig quòd ne forte aliquis putaret, quod solummodo à quatuor partibus mundi, & non a mediteraneis regionibus, & locis.

51 Dub. Qui sunt summi cęlorum, & termini eorum? R. Ly. quòd iste est modus loquēdi secundum apparentiam, quia secundum veritatem æqualiter distant cœli à terra vndique, est ergo sensus à summis cœlorū, i. ab omni loco qui sub cœlo est.

52 Dub. Cur dicit, quod est in ianuis? R. quia ille, qui est in ianuis cito erit in ciuitate, vel in domo, ita erit aduentus Christi.

53 Dub. Quam parabolam docet ficus? R. Lyr. discite parabolam, i. similitudinem, quam post dixit.

54 Dubia alia circa hoc Euang. require dominica 1. Aduentus, & etiam expositiones sensuum mysticorum.

EADEM DOMINICA SECVNdum ordinem Prædicatorum.

Abeuntes pharisei. &c.

DOMINICA XXV. POST Pent. secundum ordinem Præd.

Loquente Iesu ad turbas, &c.

DOMINICA XXVI. POST Pentecosten secundum ordinem Prædicatorum.

Cum subleuasset oculos. Vide dominica 4. Quadragesimæ.

IN DEDICATIONE Ecclesiæ.

Ingressus Iesus perambulabat Hierico. Luc. 19. cap.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die 17 Martij, in die Iouis.

HISTORICE.

Dño per Hierico iter agente, publicanorū princeps Zachæus nomine diuitijs abūdans, cum summo Iesum optaret videre desiderio, nec prę turba plurima valeret, in sycomorum arborem ascendit, quoniam cæterorū altitudinē minimè æquabat, vt inde prospiceret transeuntem, quem cum intuitus dñs fuisset, vt festinanter descenderet iussit, quoniam ad eius diuertere intēdebat domū, qui magna perfusus lætitia statim imperata perfecit, eumque cum discipulis in suam recepit domum. Murmurantib. contra dominum astātibus, quod publicani habitaculū petijsset. Aiebat aūt dño Zachæus, se cunctorū, quæ possideret bonorum dimidium pauperibus elargiri: & si qua fraude acquisisset bona se quadruplū restituere decreuisse. Dñs aūt illi ipsa die domui salutē aduenisse rñdit, eo quod ex stirpe ipse Zachæus esset Abrahæ. Filiumq; aduenisse hominis, & ut quod perierat requireret, & indigentib. salutē afferret.

Proponenda sunt dubia, & soluenda.

1 DVBITATVR. Igitur quo ibat Iesus, quando transibat per Hierico? Res. quòd habetur ante istud euangelium, ibat in Hierusalem.

2 Dub. Cur ponitur hic nomen proprium Zachæi? R. Ly. quoniā dignus erat nominari propter cōuersionis facilitatem, & conuersi perfectionem.

3 Dub. Qui dñr publicani, & de uectigalib. ac

ac pedagijs. Vide domin.3.post Pentec. a primo dub. vsque ad 12.

4 Dub. Quomodo erat diues? Res. Ambr. super Lucam, quia ei erat census ex fraude.

5 Dub. Cur cupiebat videre Iesũ? Res. Titus, quia iã pullulauerat in eo semẽ salutis.

6 Dub. Cur volebat videre quis esset? Res. qui sup. vtpote, qui nunquam eum viderat.

7 Dub. Quæ dicitur arbor sychomorum? Resp. Beda, q̃ est arbor moro folijs similis, sed altitudine præstans. Vnde à Latinis celsa nuncupatur, & ficus fatua dicitur.

8 Dub. Cur dominus suspexit? Res. Ly. q̃d vt approbaret deuotionem illius.

9 Dub. Cur Euangelista dixit, & vidit eũ? Resp. Cyrillus, q̃d vidit hominis animam promptissime nitentem ad sancte viuendum, & eum ad pietatem conuertit.

10 Dub. Cur vult dominus, vt Zacheus festinans descendat? Resp. vt adimpleret desiderium eius volentis eum videre.

11 Dub. Cur dominus non inuitatus dixit, q̃d oportebat eũ manere in domo Zachæi? Respõ. Ambr. vbi supra, quoniam dominus sciebat hospitis sui vberem esse mercedem, etsi non vocem inuitantis audierat sed tantum affectum.

12 Dub. De qua domo intelligit dominus? Res. Ly. q̃ de materiali pp refectionẽ Christi, & discipulorum, & etiã de doctrina spirituali conscientiæ, in qua uoluit Christus manere per gratiæ infusionem.

13 Dub. Cur dicit oportet, cum nullus constringeret eum ad ibi manendum? Resp. q̃d est sensus contentor, volo, & eligo tecũ manere, & etiam oportet respectu finis, ut salutem tuæ domui tribuam.

14 Dub. Cur gaudebat? Resp. quia complebatur eius affectio uidendi dominum.

15 Dub. An licite alij murmurarent uidentes Iesum conuersari cum malis? Resp. q̃d non, quia nõ conuersabatur cum eis, ut malus fieret, uel ut eos confirmaret in malo, sed ut sanaret eos, sicut medicus uisitat infirmum, ut eum sanet, ut dicit Lyra.

16 Dub. Qui erant murmurantes? Resp. qui sup. q̃d pharisæi, & alij malignantes.

17 Dub. Cum Paulus dicat 1. Cor. 5. Si quis frater fuerit rapax, aut auarus, cũ huiusmodi nec cibũ esse cũ eo sumendũ. Ergo Christus non debebat comedere cũ Zachæo auaro? Resp. Chry. q̃ tunc uitare præcepit Paulus fratres, cum persistũt in malo. Hic uero Zachæus erat mutatus.

18 Dub. Cur Christus non redarguit murmurantes? Res. qui sup q̃d medicus, nisi patiatur sanitem ægrotorũ, non liberat à morbo, & tamen in fine Euangelij respondet eorum murmurationi.

19 Dub. Cur stabat Zachæus? Res. Ly. q̃d ad obediendum domino promptus.

20 Dub. Cur Zachæus dat dimidium bonorũ suorũ pauperib. &c. Res. Chry. q̃d sol iustitiæ nequitiæ fugauit caliginẽ, nondũ nuoce didicerat, & obedit intus illustratus.

21 Du. Cur Zachæus dicit, Ecce? Res. Theophi. quia statim paratus erat. Ideo non dicit dabo, & restituam, sed do, & restituo.

22 Dub. Cur dat medietatem pauperib., & reddit quadruplum? Res. Theo. q̃d si uelimus subtilius indagare, nihil sibi de proprijs restabat facultatibus: data enim medietate bonorũ pauperibus, ex residuo reddebat læsis in quadruplo.

23 Dub. Quomodo poterat reddere quadruplum defraudatis, & post ad huc dare medietatẽ pauperibus? Res. Chry. q̃d opes Zachæi non solum erant iniustæ, sed etiam ex patrimonio fuerunt congregatæ.

24 Dub. Nũquid sufficiebat reddere quantum defraudauereat? Resp. qui sup. q̃ non, quia sciebat legem sic iubentem. Exo. 22.

25 Dub. Cum ibi in aliquib. lex præcipiat reddere duplum, & in aliquibus quadruplum, & etiam in aliquibus quintuplum, cur ipse solum dicit se reddere quadruplũ? Resp. Ly. q̃ per hoc, quod hic exprimitur restitutio media, intelliguntur aliæ duæ extremæ.

26 Dub. Cũ nullus iudex eũ condemnauerit ad soluendũ, q̃ dicit lex, cur ipse soluit? Res. Chry. q̃ non expectauit Zachæus loci censuram, ipse sibi iudex effectus.

27 Dub. Quæ salus poterat esse domui Zachæi? Res. Theop. q̃ in hoc ipsum Zachæũ significat assecutum fuisse salutem per domũ habitatorẽ significans, quia dñs nõ uocasset filiũ Abrahę inanimatam fabricam.

28 Dub. Cum fuisset malus, cur dicit ipsum esse filium Abrahæ? Resp. Beda, q̃ ut non solum eos, qui iuste uixerũt, sed & eos, qui ab iniustitia resipiscunt ad filios promissionis pertinere declaret.

29 Dub. Cur dr̃ filius Abrahæ, quia omnes Iudæi erant filij Abrahę? Res. Beda, q̃ non dicitur filius Abrahæ, quia de eius stirpe natus

natus sit, sed quia eius fidem imitatus est.

30 Dub. Cur dicit, sit filius Abrahæ, non dicit erat filius Abrahæ? Resp. Theo. q̃ prius quãdo erat publicanorum princeps nullam similitudinem habens ad Abraham iustũ, non erat Abrahæ filius.

31 Dub. An Zachæus fuerit Iudæus, uel Gẽtilis? ℞. Ly. q̃d erat Iudæus, quia illa res de reddendo quadruplum non erat data Gentilibus, sed Iudæis.

32 Dub. Quia supra dub. 19. ex auctoritate Bedæ dicitur, quòd non erat de stirpe Abrahæ, & sic uidetur q̃ nõ fuerit Iudæus? Res. qui sup. q̃d Bedæ dictum, & etiam est quod dã dictum Ambrosij dicentis esse filium p̃ fidem, quæ dicta sunt intelligenda, quòd licèt fuerit ex stirpe Abrahæ, tamen magis p̃ fidem fuerit filius, quàm per carnis propagationem.

33 Du. Cur dicit, venit.n. filius hominis &c. Res. Theo. q̃d vt compescat murmurantes. & ut dicit Chry. q. d. quid me criminamini si rectifico peccatores: tam.n. procul est à me odium peccatorum, quòd eorum causa aduenerim, nam medicus ueni, non iudex, ob hoc conuiua fio languentium, patiorq; fętorem, ut præstem remedia.

34 Dub. Quid est illud, quod perierat? Res. q̃d primum genus humanũ, demũ particulares peccatores, qui contra legem agebant.

35 Dub. Cur ergo non saluauit oẽs peccatores? Resp. quia ipsi noluerunt saluari, nec fuit culpa medici, si ægrotus perierit, cum non vult præcepta custodire medici.

ALLEGORICE.

[Zachæus] qui interpretatur iustificatus credẽtem ex gentibus populum significat, qui per occupationẽ temporalium depressus erat [qui intrantem in Hierico Saluatorem videre voluit] dum fidem, quã mundo attulit participare quæsiuit [turba] est imperitæ confusio multitudinis, quæ verticem nequiuit videre sapientiæ, ergo Zachæus, quãdiu in turba est, non uidit Christũ, sed plebeiã trãsgressus inscitiam meruit quem desiderabat aspicere, terrena s. relinquendo, & arborem crucis ascendendo, [quia inde dominus erat transiturus] quia sic venerat per Iudæos, ut transiret ad Gentes, quas suspiciens vidit, quia per gratiam elegit [q̃d autem descendere de sicomoro, & sic in domo mansionem parare iubetur] significat gentes idololatriã, quæ est ficus fatua, derelicturos, & domos mentium Christo paraturos esse [ac festinanter] & gaudẽter postquam ueritatem agnouerunt ipsum recepturos, quanquàm Iudæi murmurarẽt contra Gẽtes, quasi cõtra idololatras [Zachæus autẽ]. i. populus Gentilis stans in fide. [Dimidium] Imperiũ s. Occidẽtale [dedit pauperibus] s. Ecclesiæ Christi, quæ tunc paup erat rebus. [ac quadruplum reddit] s. animam, corpus, bona, & religionem Christo dedicans, per quem salutem consecutus est, quia per fidem filij ueri Abrahæ facti sunt, quos Christus per se, & Apostolos ac prędicatores venit quærere, & saluos facere.

TROPOLOGICE.

Admonemur, ne quamuis grauemur sceleribus immanissimis in desperationis laqueũ incurramus, sed [Zachæi] exemplo iustificemur ascendentes in arborem pœnitẽtiæ, quæ fatua æstimatur ab impijs, & tamẽ dominus per eam transiens in arborem crucis nobis exemplum reliquit, ut capiamus crucem nostram, & eum sequamur, quia in domo nostra spirituali manebit, & nos gaudio replebit, nec curemus de murmurantibus contra nos, asserentib. nos fatuos esse, quib. vita nostra pœnitentiæ dedita insania putatur, quinimò peccata nostra abundantissimis eleemosynis redimamus, & cuilibet debita persoluamus in quadruplum, & tunc salus in nobis erit à Deo, ut imitatores Abrahæ dici mereamur, eo quod à nostra exierimus cognatione s. ab antiqua nequitia, & iter Christi non patiemur vacuũ, & inane, qui uenit quærere, & saluum facere quod perierat.

ANAGOGICE.

Relicta terrena substantia ascendamus in arborem contemplationis, ut uideamus Iesum quis sit, quia implicati cõi errore turbæ uacantis circa tẽporalia, pusilli erimus, nec poterimus planè Deũ contemplari, sed ascendamus, quo Christus ascendit, & eum videbimus, & ab eo aspiciemur, & festinanter descendet in mentem nostram, & gaudebimus reiectis murmurationib. terrenè viuentiũ, & tunc dimidium bonorũ nostrorũ .i. animam Dei imagine insignitam subijciemus creatori, qui pauperem uitam elẽgit in hoc mundo, cum esset dñs omnium, reddemusq; quadruplum de talentis nobis datis. i. gratiam Dei non in vacuũ recipientes operabimur de uirtute in uirtutẽ, & laudabi-

dabimur à domino, quòd in paucis fideles fuerimus, & sic super magna nos cōstituet, salutem æternā contribuendo, eo quòd, sic veri simus Abrahæ filij, qui cum erraremus nos quæsitos æterno patri humeris suis baiulans in ligno crucis saluos reddidit in illa æterna tabernacula, in quibus cum patre & Spiritu sancto viuit in sæcula sæculorum, Amen.

IN VIGILIA SANCTI ANdrææ Apostoli.

Stabat Ioannes & ex discipulis eius duo. Io. 1. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 33. die 8. Ianuarij, die s. Iouis.

HISTORICE.

Ioannes quadam die cum duobus ex suis staret discipulis, Iesum intuitus de ambulātem hunc agnum esse Dei ait, quo prædicti audio discipuli Dominum insequentes, ubi habitaret sciscitati sunt, & eius conspecto diuerticulo ea hora, cum esset quasi decima die, penes eum cōmorati sunt. Andræas autē ex his discipulis vnus suum ad dominum adduxit germanū Symonem, eique, qđ hic Christus esset affirmauit, quē prospiciēs Iesus, Cephas, ut deinceps cognominaretē imperauit. in crastinū igitur in Galilæā tendes Philippū ex Bethsayda dictorū fratrū ciuitate uocauit dominus, qui statim Iesum à Nazareth Nathanaeli ꝑdicauit, huncq; esse quē Moyses, ceteriq; vates prænūciassent, quærente itaque Nathanaele an quicquam ex Nazareth boni euenire posset, respondit Philippus, ut ipse veniens cotēplaretē, quem ut ueniētem aspexit Dominus, hunc Israelitam uerū, in quo nullus lateret dolus testatus est: rogatus autem à Nathanaele quemadmodū sui notitiā haberet: Respondit dominus, eū sub ficu intuitū antequā Philippus ei loqueretur fuisse ilicò au:ē his perceptis, hūc Dei filium, ac Israel regē Nathanael cōfessus est, cui dominus quod ex eius dicto s. quòd eū sub ficu viderat fidem esset amplexus, dixit, se his in futurum maiora visurū quòd cœlos etiā apertos, Angelosq; ascendentes, & super hominis filium descendentes prospecturus esset.

Recto tramite ad dubia soluenda accedamus.

1 DVBITATVR Vbi stabat Ioannes? Resp. Chrys. quod circa

2 flumen Iordanis.

Du. Quis fuit ille alius discipulus? Resp. quòd Chrys. & Ly. opinantur, quòd fuerit Ioannes Euangelista, qui hæc scripsit.

3 Du. Cur Ioannes uoluit potius expectādo Christū ibi ei testimoniū perhibere, quā eundo hinc inde eū prædicare? Resp. Chrys. super Ioan. quòd hæc maioris ædificationis fuit, quia n parnam immisit scintillā, repente flamma in altum eleuata est. Aliter autē & si circueūs hoc dixisset, uideretur ex studio quodam humano fieri, quæ fiebant, & suspitione plenum esset eius præconium.

4 Du. Cur Ioannes ita respiciebat Christū ambulantem? Resp. Theo. qđ quasi oculis innuens gratiam, & admirationem, quam habebat in Christo.

5 Dub. Per quæ loca ambulabat Iesus? Res. Ly. quòd prope locum vbi stabat Ioannes.

6 Dub. In quo loco morabatur Iesus? Res. qui sup. ꝙ post baptismum moratus est ad tempus propè locum Io. & factus est Ioāni familiaris, ut sic frequēter Ioannes diceret testimonium de eo in sua præsentia, quatenus ab alijs cognosceretur.

7 Du. Cur Ioā. non fecit suis discipulis magnum sermonē de Christo? Resp. Chry. ubi sup. quoniam unum solum in studio habebat adducere eos, & cōiūgere Christo, sciebat enim quod de reliquo non indigerent, eo testante.

8 Dub. An Ioannes solum dixerit illis discipulis de Christo, Ecce Agnus Dei? Res. qui supra, quod non singulariter discipulis loquutur.

9 Dub. Cur Ioannes non rogauit eos, ut sequerentur Christum? Res. qui supra, ꝙ non facit eis sermonem deprecatiuum, sed admiratur solum præsentē, & demonstrat eis præparationem, propter quam venit, & modum præparationis, Agnus enim vtrumque insinuat.

10 Dub. Cur dicitur agnus Dei? Respō. qui sup. ꝙ propter excellentiā, & ut Aug. dicit singulariter hic est agnus Dei, quia singulariter huius agni sanguine solum homines redimi potuerunt, hic agnus, quem lupi timent, qui leonem occisus occ dit.

Dub.

11 Dub. Cur potius nunc isti discipuli secuti sunt Christum, quàm quando Ioannes dixit, qui post me uenit, ante me factus est, & cuius non sum dignus soluere corrigiā calciamenti eius. Res. Chryſ. vbi sup. qđ multi non ita adducuntur cum aliquid excelsum de Deo dicitur, sicut cum benignum, & amicum hominem audiunt, & aliqu d ad salutem hominum pertinens.

12 Dub. Cur alij discipuli Ioannis non secuti sunt Christum, sicut isti duo? Res. qui sup. quod qui meliores erant eum secuti sunt.

13 Dub. Quia videntur ingrati relinquentes magistrum proprium? Resp. qui sup. qđ non contemnentes, sed ab eo persuasi, promittente, q̃ Christus baptizaret in spiritu, secuti fuerunt Christum.

14 Dub. Cur Christus interrogat eos, quid quærerent? Resp. qui sup. q̃ non interrogat, ut addiscat, sed vt per interrogationem magis eos familiares faciat, & ampliorem fiduciam det, & ostendit eos auditione dignos.

15 Dub. Cur uocant Iesum magistrum? ℞. qui sup. quòd quasi ad discipulatum se impellentes, & causas ostendentes propter q d sequebantur.

16 Dub. Cur quærūt, ubi habitas? ℞. Alcuinus, q̃ nolebāt transitoriè uti eius magisterio, sed sic inquirunt, ut & tunc in secretò uerbis illius imbui, & exindè possent sępius eum uisitare, & plenius instrui.

17 Dub. Cur Christus dicit eis, uenite, & videte? ℞ qui sup. q.d. habitaculum meum explicari non potest sermone, sed opere demonstratur. Venite ergo credendo, & operādo, & uidere intell gendo.

18 Dub. Cur non dixit eis, cur quæritis mansionem meam? ℞. Chryſ. ubi sup. quòd quia familiariter, sicut cum amicis loqui eis volebat.

19 Dub. Cū Mat. 8. dicatur. Filius hominis nō habet, ubi caput reclinet, quomodo vult ostendere eis domum suam? ℞. qui sup. qđ etsi non habuerit proprium domicil um, non tamen negatur, quin haberet, sicut hospes, domum accomodatam ad manēdum.

20 Dub. Cur dicit Euang. quòd hora erat quasi decima? ℞. Theophi. ut erudiret, quòd doctrina propter tempus non est prætermittenda.

21 Dub. Cur manserunt die illo apud eum? Resp. Ly. ut audirent uerba uitæ ab eo.

22 Dub. Cur Euangelista non ponit nomē alterius discipuli? ℞. Chryſ. ubi supra, quò l etiam si dixisset nulla vtilitas eueniret, neque enim 72 discipulorum nomina Euangelista posuit.

23 Dub. Quid didicerunt à Christo illa die? ℞. qui sup. quòd ab eo edocti fuerunt, quòd ipse erat Saluator mundi.

24 Dub. Quis dicitur Messias? ℞. Aug super Io. quòd Messias Hebraicè, Christus Græcè, & Latinè vnctus dicitur.

25 Dub. Quando Christus fuit vnctus? Res. Ly. qđ ipse fuit Rex, & sacerdos vnctus in humana natura plenitudine gratiæ, sicut reges, & sacerdotes in ueteri testamento ungebantur corporali unctione. Et ideo dicitur in Ps. 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitię, præ participibus tuis.

26 Dub. Cur Andręas duxit Petrum ad Iesum? ℞. Chryſ. qđ ut omnia ab illo discat.

27 Dub. Cur ipse Andræas nō instruxit Petrum? ℞ Ly. quia non confidebat de se, qđ posset eum sufficienter instruere.

28 Dubitat. Qualiter Iesus intuitus est Petrum? Resp. Beda, quòd non solum exterius, sed etiam interius, uidens eius deuotionem.

29 Dub. Cur dicit Iesus Petro. Tu es Symon, &c. Respon. Ly. q. d. tu es uerè obediens, quia nomen tuum est proprietati tuæ consonum.

30 Dub. Cū Mat. 6. dicatur Bariona. Qūo hic dicitur filius Iohanna? ℞. Ly. qđ idem est nomen Iohanna, & Iona, qui erat pater Petri, sed aliqualiter diuersificatum sicut in Latino Nicolaus, & Colinus.

31 Dub. Quid interpretatur Cephas? Resp. Beda, qd Syriacè Cephas dicitur, & idem est Græce, & Latinè Petrus, & in vtraq; lingua nomen à petra deriuatur.

32 Dub. Cur uoluit, ut Symon diceretur Petrus? Res. qui sup. q̃ propter firmitatem fidei, quia illi petrę adhæsit, de qua Apostolus ait. Petra autem erat Christus.

33 Dub Cur mutauit sibi nomen? ℞. Chry. ut ostendat, q̃ ipse est, qui vetus testamentum dedit, & nomina transmutauit, qui Abram Abraham vocauit, & Sarai Saram, & Iacob Israel.

34 Dub. Cur Deus non imponit nomina à principio Natiuitatis, sed post imposita mutat? ℞ qui sup q̃ & multis quidem & a Natiuitate nomina imposuit, ut Isaac, & Sampson. Alij aūt post eam, quæ à progenitoribus

bus est nuncupationem, ut Petro, & filijs Zebedæi.

35 Dub. Quæ est ratio sic in diuersis ætatibus imponendi nomina? Resp. qui sup. ꝙ quibus à prima ætate debebat virtus clarescere, ex tunc nomina susceperunt. Quibus autem postea debebat augeri, postea nuncupatio posita est.

36 Dub. An nomina diuinitus imposita habeant aliquod priuilegium? Resp. S.Th. 3. par. q. 37 ar. 2. ꝙ semper talia nomina significant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum, sicut Gen. 27. dictum est, appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium te constitui: & Mat. 16. dictum est Petro, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.

37 Dub. An nomina, quæ imponuntur singulis hominibus imponantur à casu, uel a causa? Resp. qui sup. ꝙ talia nomina semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel à tempore, sicut in festis Sanctorum natis imponuntur nomina illorum Sanctorum, uel à cognatione, quando nato imponitur nomen patris, uel alicuius de cognatione: vel ab euentu, sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manassem, dicens obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum. Gen. 41. uel ab aliqua qualitate nati, sicut Genes. 25. impositū est nomē Esau, ꝙ interpretatur rubeus, qui primo egressus est de vtero, q̄a erat ruffus.

38 Dub. Quando imponuntur nomina hominibus? Resp qui supra, ꝙ apud Christianos in baptismo.

39 Dub. Quando fuit impositum Symoni hoc nomen Petrus? Resp. Aug. de consensu Euangelistarum, ꝙ nunc, quando sibi dicitur, tu vocaberis Cephas.

40 Dub. Cur in crastinum Iesus voluit ire in Galilæam? Resp. Alcuinus, ꝙ ut deferret Ioanni Baptistę, ne uideretur magisterium eius diminuere, quia si ibi mansisset, omnes cucurrissent ad eum, & dimisissent Ioannem, qui adhuc statum habebat.

41 Dub. Vbi dominus inuenit Philippum? Res. quòd in Galilæa.

42 Dub. Quomodo sic inuenit eum? Resp. Ly. ꝙ non à casu, sed ex diuina præordinatione, ut ad fidem vocaret, & illuminaret.

43 Dub. Cur vocat Philippum, & non Andræam, neque Petrum? Resp. Chrys. super Ioan. quia erat sibi magis notus.

44 Dub. An statim Philippus secutus fuerit dominum? Res. qui supra, quod sic.

45 Dub. Cur ad vnam vocem statim secutus fuit Christum? Resp. Ly. quia vox Christi habebat vim mouendi, & auditum, & animum.

46 Du. Quia vī ꝙ Andræas, & Petrus essent nobiles, cum dominarentur ciuitati Bethsaydę? Resp. ꝙ Bethsaida dicitur esse Andræ & Petri, non quia ei dominarentur, sed quia in ea & nati, & nutriti fuerant.

47 Dub. Cuius conditionis erat Nathanael? Resp. Ly. quòd erat frater Philippi, & doctus in lege.

48 Dub. An Philippus eum inuenerit casu? Res. qui sup. ꝙ non, sed perquisiuit eum diligenter, & volens eum habere fratrem in fide, sicut habebat in carne.

49 Dub. Vnde sciebat Philippus quod iste erat de quo scripserant Moyses, & prophetæ? Resp. Lyra, quòd de hoc instructus fuerat à Christo.

50 Dubit. Cur dicit, inuenimus in plurali? ℞. quia edoctus fuerat à Petro, & Andræa, & ita ipsi tres inuenerant.

51 Dub. Cur vocat Iesum filium Ioseph? ℞. Chrys. quia eius filius æstimabatur.

52 Dub. Cum Christus natus sit in Bethleem, cur dicit à Nazareth? ℞. Theoph. quia nutritus fuerat in Nazareth, vt erat omnibus manifestum.

53 Dub. Quia videtur, ꝙ Nathanael dubitauerit, cum dicit, a Nazareth potest aliquid boni esse? Resp. Aug. ꝙ suum dictum intelligitur affirmatiuè, & non dubitatiuè, quia scrutatus fuerat illud Esa. 11. c. Egredietur uirga de radice Iesse, & Nazaræus de radice eius ascendet.

54 Dub. Cur Philippus duxit eum ad Christum? Respon. Chrys. ut audiret doctrinam Christi.

55 Dub. Cur Nathanael uenit ad Christū? Resp. qui sup. ex magno desiderio quod habebat circa Christi præsentiam.

56 Dub. Cur dicit Euangelista quod uidit Iesus Nathanael? Resp. Ly. ꝙ non solum ab extra, sed uidit etiam cor eius interius.

57 Dub. Cur dominus dicit, quòd erat verè Israelita, in quo dolus non erat? Respond. Lyra, quia sine intentione doli, & falsitatis ueniebat.

58 Du. Quia ex hoc videt̄, ꝙ non esset peccator si in ipso non erat dolus? Resp. Aug. quòd

quòd dolus est cū aliud agit, & aliud fingit, ꝗ nō erat in Nathanaele, qui nō fingebat.

59 Dubita. Cur oportebat, ut hoc Xp̄s sibi diceret? ℞. Ly. ut sic manifestādo intētionē Nathanaelis, ostēderet se esse ueū Messiā.

60 Du. Cur q̄rit Nathanael, vñ eū agnoscebat? Resp. qui sup. quia viderat ꝗ Xp̄s cōdō nem suæ mentis expresserat, ideo motus fuit ad quærendum, vnde eum sciebat.

61 Dub. Cur dominus dixit sibi cū esses sub ficu, &c. Resp. qui sup. quòd in hoc dedit sibi f̄m signū, qđ sit Messias per reuelationē occulti ꝑteriti, q̄a erāt Philippus & ipse in tanta distantia, qđ oculo corporali non potuissent videri à Christo, nec etiā alius eos vidit, qui potuerit referre Christo.

62 Dub. Quia fortassis Philippus potuisset Christo reuelare? Res. Chry. quòd antequā Philippus aduenisset, hoc sibi dixit.

63 Dub. Cur dixit Nathanael, tu es filius Dei? Resp. Aug. de uerbis dñi. quòd recordatus fuit Nathanael se fuisse sub ficu, vbi nō erat Christus p̄ntia corporali, & sic agnouit in illo diuinitatem, & eam confessus est.

64 Dub. Cur addidit, tu es rex Israel? Resp. Chrys. quoniam secundum legem expectabatur Messias rex, & ideò sic dixit.

65 Dub. Cur dñs nō dixit beatū Nathanaelem, qui confessus fuit diuinitatē, sicut post dixit beatū Petrū, qui eandē confessus fuit? Res. qui sup. quia Nathanael confessus fuit hoīem nudū, q̄a dixit tu es rex Israel. Deus enim nō solus Israel rex est, & ideò dñs, vt adduceret eū ad fidem diuinitatis dixit ei, maiora his videbis, sed Petrus confessus est eū filiū Dei, & Deum uerū. Et iō nihil addidit, quasi eius ꝑfecta existēte fide, sed quòd in eius confessione ædificaret ecclesiam.

66 Dub. Cur dicit sibi, videbis his maiora? Resp. qui sup. quòd in hoc dedit tertiū signū suæ diuinitatis de Angelis sibi obsequium exhibituris, tanq̄ superiori, cum supra naturam Angelicam non sit nisi natura diuina.

67 Dub. Cur nunc dicit in plurali, dico uobis? Resp Ly quia nunc loquebatur Philippo, & Nathanaeli.

68 Dub. Qñ uiderint Angelos. &c. Resp. qui su. ꝗ pōt dici, ꝗ in Ascēsione Xp̄i uider nt, q̄ñduo uiri astiterunt iuxta illos, Act. ū. i.

69 Dub. An sufficienter Christus induxerit Nathanaelem ad credendum? Respond. Chrys. quòd sic, quia futurum à præcepto probauit.

ALLEGORICE.

[Ioannes, & discipuli eius stāt] quia lex vetus, & eius sequaces non proficiunt post Christum [& respiciens.] i. ꝓnūcians [Christum ambulantem] per incarnationem [dicit. Ecce agnus Dei.] Esa. 54. Tanq̄ agnus ad occisionem ducetur, [& audierunt eum] omnes electi ab ipso Christo [& sequuti sūt Iesum] relictis omnibus [conuersus Iesus] quia in diuinitate nō poterat videri [interrogat, ut doceat] ubi habitat in cœlesti regno [ut maneant secum die illa] qua resurgent vsq; in æternum [hora erat quasi decima] s. mundi, q̄a hora nona incepit à Moyse, & durauit vsque ad Christum. [Erat aūt Andræas, & cętera quæ sequūtur] significāt quæcunque egit Iesus Apostolos uocando, prædicando, disputando, arguendo vsq; ad Ascensionem quando uisi fuerunt Angeli dicentes, hic Iesus veniet quemadmodum vidistis eum euntem.

TROPOLOGICE.

Monemur, vt statim cum vocamur à dño per gratiam, ipsum vt sequamur, & alios, quantū possumus, ad eius fidē attrahamus.

ANAGOGICE.

Contemplemur stabilitatem cœlestis patriæ, & intueamur Iesum aīt nos ambulantem, ut nobis demonstret pergere ad cœnā illius agni Dei immaculati, qui nos suo sanguine redemit, ubi intuebimur his temporalib. maiora, ubi millia millium ministrāt Angelorum, & decies centena millia assistunt omnipotenti Deo.

IN FESTO SANCTI ANDRAEAE Apostoli.

Ambulans Iesus iuxtà mare Galilææ. Matt. 4.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 10. Iulij, in die dominica.

HISTORICE.

A dño Iesu secus Galilææ mare iter faciēte, Petrus eiusq; germanus Andræas cōspecti sunt dum piscarentur, cū eius essent artis professores. Vocatiq; ad hominum pisca-

scationem retib. reiectis dñi statim prælegerũt sequelã, cumq; Iacobũ ac Ioannẽ,cũ eorũ genitore Zebedæo paululũ procedens sua ũ scissuram retium resarcientes prospexisset, eosq; vocasset,illico retib.ac parente posthabitis, dominum secuti sunt.

Nunc ad dubiorũ solutionem accedendum est.

1 DVBITATVR. Cur Christus vocat Apostolos anteq̃ predicet,uel aliqua miracula faciat? Res.Chrys.ut nihil eos lateat, nec verborum Christi,nec operum.

2 Dub.Cur ambulat iuxta mare Galilææ? Resp. Gl. quòd decenter per piscatoria uadit loca,piscatores piscaturus.

3 Dub.Cur uocauit eos dum mitterent rete in mare? Res.Chry.in Hom.quòd ut demonstraret, quòd omnib.occupationib.sequelam suam præponere oportet.

4 Dub.Cur elegit piscatores? Res.qui sup. super Matt. quia futuræ dignitatis gratiam artificij opere prophetabant, nam sicut qui retia iactat in aqua, nescit quos pisces comprehensurus est, sic & doctor quando diuini sermonis retia super populum iactat,nescit, qui sint accessuri ad Deũ,sed quoscunque Deus acceptauerit, illi adhærent eius doctrinæ.

5 Dub. Q̃uo vult,quòd vadant post eum? Resp. Gl.quòd eum sequantur non tam pedibus,quàm affectu.

6 Dub. Quia nõ vñr magna reliquisse,qui penè nihil habuerunt? Resp.Greg.in Hom. quòd in hoc affectũ potius debemus pensare,quàm sensum,q a satis reliquerũt,qui sibi nihil retinuerunt, & qui cum re possessa etiam concupiscentijs renunciarunt.

7 Dub. Quib.reliquerunt retia? Res.quòd vt ex textu colligi põt ea reliquerunt suis, quia filij Zebedæi reliquerunt retia cum patre,qui ea debuit accipere.

8 Dub. Quomodo debebant piscari homines? Res.Chrys.super Mat. I.docere cum rete verbi Dei homines de mundo tempestuoso comprehendentes.

9 Dub.Cur vocauit binos,& binos? Resp. Iac.de Vorag.in Ser. q̃ pp eorũ plenã consolationem, quia si fuissent diuisi non fuissent plene consolati.Secundò,pp commendandã uitã socialẽ,ad quam 4 requirũtur s. agnitio propriæ infirmitatis,& notatur per Petrum,qui interpretatur agnoscens. Item cõformitas volũtatis mutuæ,per Andræã.i. virilem, quia ad domãdã propriam voluntatem requiritur magna virtus.Item supplantatio iræ per Iacobũ, qui dicit̃ supplãtator. Item, 4.præsentia diuinæ gratiæ, sine qua nulla societas bona esse põt, per Ioannem, qui interpretatur gratia. Tertiò, vocauit binos pp fidei firmitatem, quia in statu naturæ fides fuit fundata solũ sup vna colũna s. Abel, & ita debiliter: tempore legis Moysi in duab.s.Moyse,& Aaron, & fuit aliqualiter fortior:sed in statu Euangelij fuit fortissimè fundata super quatuor columnis.i.istis quatuor Apostolis.

10 Dub.Cur non vocauit Zebedęũ ad Apostolatum? Respon.quoniam erat senex, nec laborem ferre potuisset.

11 Dub.Cur ergo ducebant eum filij,si erat impotẽs ad opera? Res.Chry.sup Mat.quòd non,ut ille eos adiuuaret in opere,sed ut isti illum consolarentur sua præsentia.

12 Dub.Cur reficiebant retia? Resp.qui sup. quòd uetera reficiebãt,qui noua unde emerent non habebant.

13 Dub.Quare reliquerunt Zebedæũ patrẽ senem, & inopem? Res.S.Th.2.2.q.101.ar. 1. quòd quia aliter æstimabant uitã ipsum posse transire,eis Christum sequentibus.

14 Dub. Quia Lu.5.dicit̃ soli Petro,ex hoc iam homines eris capiens, & hic Mar.dicit, quòd ambobus dictum est, faciam uos fieri piscatores hominum? Resp.Aug.de consensu Euãg.quòd primò potest esse dictum Petro soli,& post ambobus.

15 Dub. Quia hic dominus seorsum vocat istos quatuor, & Lucas vbi sup. dicit simul vocatos. Res.qui sup.quòd primò factũ est, quòd Lucas insinuat, & iterũ post ad capturã piscium remeasse,& post uocati sunt seorsum,ut Matthæus,& Marcus narrant.

ALLEGORICE.

[Ambulat Iesus iuxtà mare] qa p incarnationẽ non carnem peccati,sed similitudinem ex virgine suscepit. [Vidit duos fratres.] i. Iudaicum,& Gentilem populum, q ab uno patre Noe, descenderunt,& ab vno Deo creati sunt,quos uidit quando eos misericorditer vocauit [Petrum.] i.Iudaicum qui Deum agnouit [& Andræam.] i. Gentilem, qui utiliter fidem, quam accepit de

Christo

Christo retinuit,& in ea permansit.[Venite post me] derelinquentes mundum deceptorem & sequimini creatorem[faciam vos fieri piscatores hominum] quia de vtroque populo facti sunt prædicatores [at illi relictis nauibus] i.carnalib.desiderijs, quæ deferunt homines per mare huius mundi [& retibus] .i.mundi cupiditatibus , quæ illaqueant homines[secuti sunt eum]verbis, & doctrinæ Christi fidem adhibendo. [Et procedens inde cōtinuo pergens pro salute hominum [vidit alios duos fratres] significantes eosdem populos[Iacobum] .s.Iudaicum per cognitionem Dei diabolum supplātantem,(& Ioanne,) i. Gentilem, sola Dei gratia,saluatū(relinquentes Zebedæum).s. fugitiuum,i.mundum,qui fugit.(Et isti reficiunt retia)pniam agētes de peccatis præteritis per eos commissis , vocati tūc à dño. (Alij aūt mittentes retia in mare)significāt vocatos in prima etate,qn incipiunt mittere animū ad carnales concupiscentias (duę naues)duas ecclesias ex circuncisione,& ex preputio significant(quatuor vocati)numerum quatuor Euangelistarum designantes.

TROPOLOGICE.

(Ambulare)debemus de virtute in virtutem(iuxtà mare)& non intra,vt sic transeamus per bona tpalia ne amittamus æterna, & cum vocamur à dño (sumus quatuor).i. amplectamur quatuor virtutes cardinales. Prudentiam(per Petrum,)significatam p p diuinam agnitionem : iustitiam (per Andræam) p p operum virilitatem. Fortitudinem(per Iacobum)supplantātem diabolū. Et temperantiam(per Ioannem) p p diuinę gratiæ effectum(relinquamus retia,naues, patrem)& cunctā nos impedientia à consecutione regni Christi(& resarciamus, quæ per peccata dirupta sunt,vt digni simus cōiungi Christo, & comites itineris eius fieri.

ANAGOGICE.

Contemplemur amęnissimū portū paradisi ad quē Christus nos erutos de procellis huius miseri maris fluctuantis deduxit mediantib. piscatorib. sanctis,s.Apostolis ac doctoribus,vbi relictis caducis, & diruptis mūdi honoribus,diuitijs, & vanitatibus perpetua vestiemur gloria , & honore immarcessibili coronabimur, ac diuitijs sapientiæ , & sciæ Dei abūdabimus in sæcula sæculorum.

IN FESTO SANCTI SIXTI Episcopi,& confessoris.

Sicut fuit in diebus Noe. Matth. 24.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33.die 22.Martij,in die Martis.

HISTORICE.

Inopinatum dñs suum aduentum,quemadmodum Noe tempore actum extitit , futurum prædixit,nam delitijs nuptiarum ac epulis intendentes homines vsq; ad ipsum, quo archam Noe ingressus est diē , diluuio exterminati sunt cuncti. Nam ex existētib. in agro duob. ac in mola, & lecto. Assumetur vnus,reliquo deserto,hortaturq; fuit vt patrisfam. exemplo,qui furem si superuenturum agnosceret,insomnem deduceret noctem ipsi quoq; vigilijs intenderent horam sui aduentus, penitus ignotam habētes, vix fidelem asserens seruum reperiri,vt familię cibum debitis tribuat tpib.si constituatur à domino, fęlicem verò talem fore,qui fideliter familiæ præesset, nam à domino super cunctis quæ possidet bonis constituetur.

Visa historia nunc dubia sunt soluenda.

1 DVBITATVR. Cur dominus inducit exemplum Noe? Respond. Chrys. in Hom vt discas,quòd non ignorantiæ suæ est, quòd de die,& hora iudicij tacet. Ideo hoc signum inducit , quòd erit sicut tempore Noe.

2 Dub. Quomodo erit sicut in dieb. Noe? Resp. qui sup. hoc est,quòd repente,& inopinate veniet plurib. lasciuientib. sicut nūc accidit comedentibus,& bibentibus.

3 Dub. Quia videt, quòd matrimonia non deberent damnari? ℞. Rabanus quòd immoderatus licitorum vsus arguitur solus hic.

4 Dub. Si gens contra gentem,& terremotus,& pœnitentiæ erunt, vt supra dominus dixit,quomodo poterunt comedere,& nuptijs vacare lętātes? Resp. Hier. super Matt. quòd post dictas præssuras breuis subsecutura est pax,quę quieta omnia repromittit, vt fides credentium comprobetur.

5 Dub. Quia Helyas , & Enoch pdicaturi venient , ergo non inopinatus erit aduentus ad iudicium? ℞. Chrys. in Hom. quòd tūc et

mali non credent eorũ prædicationibus, sicut nec tunc credebant mali non ꝓdicanti.

6 Dub. Cur ergo dominus ista prædicit, si non tunc credent? ℞. qui sup. q. quia futura apud multos non creduntur, ex præteritis credibilia facit, quæ prædixit.

7 Dub. Qui erũt in agro, in mola, & lecto? ℞. Ly. q. per existentes in agro intelliguntur prælati, qui debent laborare in agro dominico: per molentes intelliguntur actiui: & per quiescentes in lecto contemplatiui.

8 Dub. Quomodo vnus assumetur, & alius relinquetur? ℞. qui sup. quòd istorum trium statuum in persecutionib. Antichristi aliqui perstabunt in fide, & aliqui cadent: & similiter in iudicio, aliqui assumentur ad gloriam, & alij relinquentur in pœnis.

9 Dub. Cur solum de istis trib. statibus facit mentionem? ℞. Remigius, quia non sunt plures ordines in ecclesia, nisi prædicatorũ, coniugatorum, & continentium.

10 Dub. Cur dicit, vigilate? Respõ. quia vult eos semper in solicitudine esse, vt dicit Chrysostomus.

11 Dub. Quia si semper oportet vigilare nũquàm dormire liceret? ℞. Greg. quòd non accipitur hic vigilare pro non dormire, sed ille vigilat, qui ad aspectũ veri luminis oculos apertos tenet, qui seruat operando, qđ credit, qui à se corporis, & negligentiæ tenebras repellit.

12 Dub. An possumus scire annum in quo fiet iudicium? ℞. S. Tho. 4. sent. dist. 47. ar. 1. q. 3. quòd vt dicit Aug. Ad Esichium, quòd nullo modo hora, dies, mensis, annus, decades aut centenarius sciri possunt.

13 Dub. Cum iam defuncti sint illi, quib dicebat vt vigilarent, videtur, quòd nos non debeamus amplius vigilare? Resp. Aug. vbi sup. quòd ad omnes, qui erunt vsque ad finem mundi dicit vigilate.

14 Dub. Cur induxit exemplum de patrefamil.? ℞. Ly. quòd si ille est solicitus de custodiendo domum, & nos debemus esse soliciti, ne perdamus vitam æternam.

15 Dub. Cur dominus voluit vltimam horam esse ignotam? ℞. Greg. vt semper possit esse suspecta, vt dum illam prævidere minimè possumus, ad illam sine intermissione properemus.

16 Dub. Cur interrogat, quis putas est fidelis seruus, &c. ℞. Chrys. in hom. quòd hoc non est ignorãtis, inuenietur enim & pater interrogando loquens, Adam vbi es.

17 Dub. Quia ex verbis domini videtur impossibile talem seruum reperiri? ℞. Remigius, quòd non dicit impossibilitatem, sed difficultatem.

18 Dub. De quo seruo intelligit dominus? Resp. Hilarius, quòd de episcopis, & populi principibus.

19 Dub. In quo debet esse fidelis? ℞. Chrys. in hom. vt nihil, quòd domini sui est sibi ꝓprium faciat, nihil etiam de rebus eius vanè, & inaniter consumat.

20 Dub. Cur vult vt sit prudens? Resp. qui sup. vt cognoscat quemadmodum oporteat dispensare quæ data sunt.

21 Dub. Cur debet esse seruus? Resp. Glo. vt oues Christi non ad lucrum, sed pro amore Christi pascat.

22 Dub. cur dicit, quem constituit? ℞. glo. vt, s. sit vocatus à Deo, & non se ingerat.

23 Dub. Ad quam virtutem pertinet seruire Deo? ℞. S. Tho. in 3. sent. dist. 9. q. 1. art. 1. q. 2. quòd aliud est seruire Deo, & aliud exhibere aliquid in recognitione seruitutis. Primum commune est omnis virtutis. Secundum autem proprium est latriæ.

24 Dub. Quæ est familia? Resp. quòd sunt fideles catholici.

25 Dub. Quem cibum debet eis dare? Resp. Lyra, cibum, idest auxilium.

26 Dub. In quo tempore debet dari? Resp. Ly. in tempore necessitatis.

27 Dub. Quomodo est beatus ille seruus? Resp. quia dominus dabit sibi beatitudinẽ.

28 Dub. Quomodo intelligitur sic facientem? Respon. Lyra, in actibus charitatis se exercentem.

29 Dub. Super quæ bona constituet eum? Resp. Orig. vt particeps, & conregnet cum Christo, cui omnia sua bona tradidit pater: vel sit in beatitudine, quæ dicit Boetius 3. de consola. est statu omnium bonorum aggregatione perfectus.

ALIIS SENSIBVS MYSTICIS non exponitur ratione dicta in prologo.

IN FESTO SANCTI THOMÆ Apostoli.

Thomas autem vnus, qui dicitur, Didimus. Require in octaua Paschæ.

IN FESTO SANCTI STEPHANI Prothomartyris.

Ecce ego mitto ad vos prophetas. Matt. 23.

Histor. huius Euangelij facta est, & hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 31. Martij in die Martis.

HISTORICE.

Phariseos dñs, scribasq; redarguês aiebat ad eo, se mitteret prophetas, ac legis peritos ex quibus nonnullos variis desiderent tormentis, reliquos aut verberib. cederent, aut aliis psequerent viis, quatenus vindictâ ôis super humum effusi sanguini iusti à primo Abel, vsq; ad Barachiæ filiû Zachariâ, sterm plû inter, & altare interemptû nô euaderet, q in veritate aduersaria illâ apprehéderêt generationê, sub inferês pluries se Hierusalê interimêtis ad se missos, fouere filios adunãdo, eo, quo gallina mô suos sub alas congregat pullos voluisse, nec ipsis repugnãtib. vallurisse, ipsorumq; domos inhabitabiles desertasq; habendas, ex tuncq; cum minime intuitur os fore, quousq; benedictû eû qui in nomine aduenirer domini, appellarent.

Reliquum est, vt soluantur dubia.

1 DVbitatur. Quis dicitur sapiens? Res. quòd ille, qui habet cognitionem Dei.

2 Dub. Quos dñs misit ad Iudeos prophetas, sapientes, & scribas? R. Hila. quod Apostolos, qui de futurorum reuelatione Prophetæ fuerunt, de Xpi agnitione sapientes, & de legis intelligentia scribæ.

3 Dub. Qui fuerunt occisi &c. Resp. Hieron. in hom. q Stephanus fuit lapidatus, Paulus occisus. Petrus crucifixus, flagellati in actib. Apostolorum discipuli, & psecuti sunt eos de ciuitate in ciuitatê expellentes à Iudea, vt ad Gentium populos transmigrarent.

4 Dub. An dñs crudeliter egerit mittendo discipulos, vt interficerentur? Res. dñs Car. de Turrecrem. super hoc Euangelio, quòd non, q nô ea intentione misit vt interimerêtur, sed vt Iudæos, & reliquos instruerêt. Dedit tñ eis bonâ volûtatê, vt si côtingeret eos morti tradi, patiêter mortê susciperêt.

5 Dub. Quia, ex quo Xps misit eos, & sciuit occidendos, videtur quòd Iudæi non peccauerunt eos interficiendo, côformãdo voluntatem eorum voluntati diuinæ? R. qui sup. q nô valet istud motiuum, q nô côformauerunt eorû voluntatê voluntati Dei, q talis conformitas nô stat simplr in volendo, q Deus vult, sed eo modo, quo Deus vult, s. ex charitate, & ipsi interfecerunt ex nequitia.

6 Dub. Quomodo omnis sanguis effusus, cû sit corruptus, potest venire super Iudæos? Resp. Rabanus, i. omnis debita vltio pro effusso sanguine iustorum.

7 Dub. Quia omnis sanguis hominum est eiusdem naturæ, ergo omnis est iustus? Res. quòd sanguis, iustus dicitur, non rône sui, sed hominis iusti, a quo effusus est.

8 Dub. An quis innocens, sicut aliqui erant inter Iudæos, poterat puniri pro pctô aliorum, require feria 4. dominicæ 4. Quadragesimæ, dub. 11.

9 Dub. Quis fuit iste Abel interfectus? Res. Hier. in hom. quòd fuit Abel filius Adæ interfectus à Cayn fratre suo.

10 Dub. Cur dicitur iustus? Resp. quia debitum reddebat Deo, & accepta à Deo eius narrantur munera, vt dicit, qui supra.

11 Dub. Quis fuit ille Zacharias? Res. qui supra, quòd ille, qui fuit occisus a Ioas rege Iudæ inter templum, & altare, i. in atrio têpli, vt habetur 2. Paralipo. 24.

12 Dubit. quia ille Zacharias non fuit filius Barachiæ, sed Ioiadæ sacerdotis, vt habetur vbi supra? Resp. qui sup. quod Barachias interpretatur benedicens Deum, & sic sacerdotis Ioiadæ iustitia hebræo nomine demôstratur, & in Euangelio, quo vtuntur Nazarei, ponitur Zacharias filius Ioiadæ.

13 Dubit. Cum post Zachariam multus sanguis iustorum effusus sit, cur dominus solû dicit, vsque ad sanguinem Zachariæ? Resp. Remi. quòd dominus hos duos commemorat: qa per hos omnes sancti martyres designantur. s. laicalis ordinis per Abel occisum in agro, & sacerdotalis per Zachariam occisum in templo.

14 Dub. Cum Esaias, Hieremias, & plures alii sancti fuerint interfecti, cur dominus eos non nominat? Res. Chry. in Homi. quòd Abel occisus fuit ex inuidia, & ita Iudæi Christû, & eius discipulos ex inuidia erant occisuri. Zachariâ autê dñs nominauit, quia duplex præsumptio fuit in eius occisione. non. n. solum in sanctum hominem facta est,

ſed, & in loco ſancto.

15 Dub. Cum non ſit vna generatio eorum, qui occiderunt Cayn, & Zachariam, ac Apoſtolos cur vna generatio dicitur? Reſ. Hier. ꝙ quia iſti ſimilia Cayn & Ioas contra Apoſtolos geſſerunt de vna generatione eſſe referuntur.

16 Du. Cur omnia mala ꝑ priores perpetrata debent puniri in hac generatione? Reſ. Chryſ. ſuper Mat ꝙ ſicut omnia bona quę in ſingulis generationibus à conſtitutione mundi omnes ſancti merebant, illis nouiſſimis ſunt donata, qui receperunt Chriſtum: ſic omnia mala, quæ in ſingulis generationib. à cõſtitutione mundi pati meruerunt, omnes iniqui ſemper nouiſſimos Iudæos venerunt, qui Chriſtum repulerunt.

17 Dub. Quomodo intelligitur, ꝙ hæc omnia mala venerunt ſuper generationẽ iſtã? Reſp. qui ſup. ꝙ omnis gens, vel ciuitas nõ ſtatim cũ peccauerit punit eam Deus, ſed expectat per multas generationes: quando autem placuerit Deo perdere ciuitatem illam, aut gẽtem, videtur omnium generationum peccata reddere illis, quoniã quæ omnes merebantur, hæc ſola paſſa eſt, ſic & generatio Iudæorum pro patrib. ſuis videtur punita, verè autem non pro illis, ſed pro ſe condemnati ſunt.

18 Dub. Cum dominus alloquatur ciuitatẽ dicendo, Hieruſalem, Hieruſalem, quę ciuitas nullum iterficit, ſi muri, nec habet filios. ergo non videtur benedictum? ℞. Hier. qđ dominus alloquitur populum, quia illud dicitur ciuitas facere, quod populus facit, & eſt figura Methonomia, quando continens ponitur pro contento.

19 Dub. Cur replicat Hieruſalem? Reſpon. Chryſ. in hom. ꝙ hæc duplicatio miſerentis eſt, & valde diligentis.

20 Dub. Quia cum tunc non occideret, cur dicit, quæ occidis? Reſp. qui ſup. ſuper Mat. quod dominus præuidens ruinam ciuitatis illius, & plagam, quæ a Romanis ſuper vẽtura erat, recordabatur quidem ſanguis ſanctorum ſuorum, qui effuſus erat ab illis, & poſtmodum effundendus, ideo dicit, quæ occidis.

21 Dub. Cur non dicit, quæ occidiſti? Reſp. qui ſupra, quod quaſi hoc proprium & naturalem, cõſuetudinem habens, ut occidas, & lapides ſanctos.

22 Dub. An aliquos alios Iudęi ſanctos occiderant? ℞. Ly. quod ſic, quia dicit. 4. Reg. 21. quod tempore Manaſſe effuſus eſt ſanguis innoxius in Hieruſalem, donec repleretur vſque ad os.

23 Dub. Cur dicit, quotiens volui congregare? ℞. Chryſ. in hom. q.d. neque prędictis occiſionibus me a tua beneuolentia auertiſti, ſed volui te mihi adiungere non ſemel, aut bis, ſed multotiens.

24 Dub. Qui ſunt filij Hieruſalem? Reſpon. Origenes, quòd ciuium pręcedentium ſucceſſores.

25 Dub. Cur ponit exemplum de gallina? ℞. Auguſt. de q. Euang. quia hoc genus animãtis magnum affectum in filios habet, ita, ut eorum infirmitate affecta infirmetur & ipſa, & quod difficile in cęteris animantib. inuenies alis ſuis filios protegens contra miluum pugnat.

26 Dub. Quomodo noluerunt congregari ad Chriſtum? ℞. Ly. quia primo prophetas à Deo miſſos, poſtea Ioannem Baptiſtam. Et ultimo, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum contempſerunt.

27 Dub. Quia videtur Chriſtus impotens, ſi voluit colligere, & non potuit? Reſ. Aug. in Enchiridion dicens. An non potius illa quidem filios ſuos ab ipſo colligi noluit, ſed ea quoque nolente filios eius: colligit ipſe, quos vult.

28 Dub. Quę fuit domus eorum deſerta? ℞. Lyr. id eſt ipſum templum deſtructum per Romanos, nec rędificabitur amplius; quia ſecundum quod dicitur Daniel. 9. vſque ad finem mundi perſeuerabit deſolatio.

29 Dub A quo tempore non erant eum uiſuri, quia dicit ammodo? reſpond. qui ſupra, quod a tempore ſuæ paſſionis tunc imminentis.

30 Dub Quando dicent, benedictus, qui venit in nomine domini? ℞. Chryſ. in homil. quod in eius ſecundo aduentu, quia omnes tunc eum adorabunt.

31 Dub. Nunquid in primo aduentu non venit in nomine domini? ℞. quod ſic, ſed noluerunt hoc confiteri, quod tamen confitebuntur in ſecundo aduentu.

32 Dub. Quia iam dixerant ſibi in die palmarum. Benedictus qui uenit in nomine domini, ergo &c. ℞. quod vt habetur Mat. 21. turbæ hoc ſibi dixerunt, & non ſcribæ, & Phariſæi, quibus modo loquebatur.

33 Dub. Cur dicit, templum domum eorum, cum

cum sit domus Dei? R. Theop. q. d. quamdiu virtus erat in vobis, templum erat meum, sed postquam fecistis illud speluncam latronū non est de cętero domus mea, sed vestra.

34 Dub. Nunquid etiam posset intelligi domus ipsorum tota gens Iudæorum? R. qui supra, quod sic, iuxta illud Psal. 134. Domus Iacob benedicite domino.

ALLEGORICE.

Esayas 1. c. & Hieremias interius hãc destructionem Hierusalem amplissimè prophetauit.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt prędicatores nos admonẽtes, & de peccatis arguentes, non cõtemnamus, nec eis mala inferamus, vtque semper sub alis protectionis Dei confugiamus, & eum laudemus benedicentes in sæcula.

ANAGOGICE.

Contemplari licet quàm gloriose post illam benignam vocem: Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Introducentur omnes electi in paradisum exultationis, in quo cum beatis spiritibus Angelicis Deū sine fine laudabunt, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

IN FESTO SANCTI IOANNIS Apostoli, & Euangelistæ.

Dixit Iesus Petro sequere me. Ioan. 1.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 5. Aprilis, in die Martis.

HISTORICE.

Petro cū dominus, vt se sequeretur imperasset, discipulumq; à dño dilectū Petrus conuersus intuitus fuisset, rogauit dominū, quid de eo iuberet fiendum: dominus verò cum sic eum p̄sistere velle diceret, quousq; adueniret ipse, & nequaquam huius rei ad se pertinere solicitudinē, sed obsequi solū, & imperata perficere debere, inter coapostolos statim sermo diuulgatus est, illū minimè mori debere discipulum, cum tamen dominus nil, quàm suprascriptum est affirmasset. Is vero, qui hæc scripsit vera fore attestatur, qui & discipulus ille est, cuius verum agnoscimus fore testimonium.

Illorum solutiones dubiorum, quæ ad textum Euangelij magis faciunt, annectenda sunt.

1 DVbitatur. Cur soli Petro dicit, sequere me? R. August. super Ioan. quoniam ipse non solum mortem, sed & mortẽ crucis, sicut Christus expertus est.

2 Dub. Cur dicit Petrus, hic autem quid? R. Ly. post Chry. quod in verbis Christi poterat intelligi, quod poterat prælationẽ habere, & etiam quod eandem pateretur mortem, sicut Christus. Et ideò Petrus diligens Ioannem illud dicit q. d. bonum esset, quòd iste adiungeretur mihi socius.

3 Dub. Quis erat ille discipulus, quem diligebat Iesus? R. Bed. quòd est Ioannes Euangelista, cuius hodie solennia celebramus.

4 Dub. An solum Ioannem dominus dilexerit? Res. Beda. in Hom. quòd diligebat eū Iesus non exceptis cæteris singulariter solum, sed præ cęteris, quos diligebat familiarius unum, quem specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum, omnes quippe se diligere probat, quibus ante passionem loquitur, sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos.

5 Dub. Quia videtur, quod magis dilexerit Petrum quàm Ioannem, quia ei commisit curam totius mundi? R. S. Tho. 1. par. q. 20. arti. 4 hæc dubitatio multipliciter soluitur de Petro, & Ioanne. Dicunt enim quidam quòd Petrus plus dilexit Christum in membris, & sic etiã à Christo fuit plus dilectus. Vnde ei ecclesiam mandauit. Ioannes verò plus dilexit Christum in membris, & sic etiam plus ab eo fuit dilectus. Vnde ei commendauit matrem: aliàs solutiones pro nūc prætermittam.

6 Dub. Quomodo intelligitur, sic eum volo manere donec veniam? Respon. Glo. 1. Nolo eum per martyrium consummare, sed expectare eū in placidam absolutionem carnis suæ, quando ego veniens recipiam eum in æterna beatitudine.

7 Dub. cur repetit, tu me sequere? R. Aug. vbi supra, tanquàm hoc ideò ille non sequeretur, quoniam manere voluit donec veniat.

8 Dub. Cur dominus dixit Petro quid ad te? Resp. Lyr. quia ad Petrum non pertinebat scire quid Deus ordinabat de Ioanne in futurum.

9 Dub. Cur addidit Euangelista, qui & recubuit in cœna super pectus eius &c. Resp. Chry. quòd non sine causa, sed vt ostéderet quantam Petrus habebat fiduciam post negationem: qui enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem cõmisit, & præpositura fratrum credita est, & non solum non committit alteri interrogare, quæ ad ipsum pertinente, sed de reliquo ipse pro alijs magistrum interrogat.

10 Dub. Inter quos exijt ille sermo? Respõ. Lyra, quòd inter Apostolos, qui erant vniti charitate fraterna.

11 Dub. Quomodo crediderunt ita cito, cũ dominus hoc non dixisset? Resp. Aug. super Ioannem, dicens, quis facilè aliud esse credat, quàm quòd fratres crediderunt, qui tunc erant.

12 Dub. An S. Ioannes vere mortuus fuerit? ℞. Alber. & S. Thom. 4 sen dist. 43. ar. 3. q. 1. & dominus Card. de Turrecremata super hoc Euangelio, quòd mortuus est, sed non per martyrium, & statim post morté resurrexit, & cum corpore, & anima trãslatus est ad locum beatorum, vt piè credendum est.

13 Dub. Cur dicit, & scripsit hæc? ℞. Chrys. quòd ipse solus hoc dicit, quia posterior ad scribendum venit, Christo monente.

14 Dub. Cur dicit, & scimus quia verum est testimonium eius? ℞. Chrys. quòd hoc sciebat, quia omnibus aderat, & neque cum crucifigeretur defuit, & mater ei commissa est, quæ sunt signa amoris, & quòd cum certitudine sciat omnia.

Allegoricè non exponitur.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt vocati a Deo per internam inspirationem statim sequamur nec debemus murmurare si aliqua patimur, quæ frater non patitur. Item, quòd dicta dubia nõ statim interpretari debemus, nisi in meliorem partem, & cum expediens est testimonium ferre de his, quæ scimus.

ANAGOGICE.

Quàm digna sit Christi sequela contemplari possumus, qui ad immarcessibilem æternæ gloriæ coronam perducit se sequentes per tribulationes huius mundi.

IN FESTO SANCTORVM. Innocentium.

Angelus domini apparuit in somnis Ioseph. Matth. 2.

Histor. huius Euang. facta est anno Christi pro vsuali die 4. Februarij, in sabbato.

HISTORICE.

Dormienti Ioseph Angelus, vt filiũ cum matre in Aegyptum transferret imperauit, nec vsque ad nouum inde egrederetur mandatum, quatenus irati manus effugeret Herodis puerum perdere anhelantis, qui iussa perficiens, nocte Aegyptũ petijt, vbi & moram traxit, quousque Herodes vita functus est. Ex Aegypto siquidem suum Deus vocauerat natum, vt prædixerat vates. A Magis itaq; Herodes delusum se cernens, quos cunq; ꝑcipiti impulsus ita infantes in Betleem, eiusq; finib. inuentos biennes occidi mandauit, iuxta tp̃s à regibus perquisitum Hieremiæ, quæ tunc vaticinium finem cœpit. Vocem, s. in Rama auditu perceptã fuisse Rachelis, à se genitos fletibus lamentantis nec recepisse solamen eum non essent.

Hæc quæ occurruntur dubia, sunt dilucidanda.

1 DVbitatur. Quis fuit iste Angelus? Resp. Orig. quòd probabiliter creditur fuisse Gabriel Angelus.

2 Dub. Cur potius apparuit Ioseph quàm per virgini Mariæ? ℞. qui supra quia Ioseph curam gerebat, & pueri, & matris.

3 Dub. Cur imperat vt surgat? Respõ. quia iacebat dormiens.

4 Dub. Cur primò vult, quòd accipiat puerum quàm matrem? ℞. Chry. super Mat. q. non propter matrem puer natus est, sed propter puerum mater præparata est.

5 Dub. Cur Angelus non nominat semper Virginé coniugem Ioseph, sicut aliàs? ℞. Hilarius, quòd cum desponsatam iam iusto significabat, coniugem nuncupauit, sed post partum mater tantum Iesu ostenditur.

6 Dub. Cur Christus voluit surgere? Resp. Chrys. vbi sup. quòd propter ostensionem humanæ naturę.

7 Dub. Cur fugit in Aegyptum? ℞. qui supra, quod ut decem plagas Aegypti una medicina sanaret, vt populus, qui ante persecutor fuerat populi primogeniti, custos fieret filij vnigeniti.

8 Dub. Qui fuerunt in ista fuga? ℞. quod Iesus semper virgo Maria, & Ioseph.

9 Dub. An aliqua eis cõtigerunt in via? Res. Iacob. de Vorag. q tria inter cętera cõtigerunt. Primo in via Christus adoratus fuit, vt dicitur

dicitur historia tripartita à quadam procera arbore vsque ad terram inclinata. Secundò, parentes suos in via pauit quadam palma se inclinante, vt eius fructus caperent, & de sua radice fontem producente. Tertiò, parentes eosdem à latronibus defendit. Vide dominica palmarum. dub. 677.

10 Dub. Cur Herodes volebat perdere Iesum? Resp. Aug. in serm. de epi. quia infelix tyrannus putabat Saluatoris aduentu regali se solio detrudendum, ideò, volebat eum perdere, i. occidere.

11 Dub. Cur non occidit Iesum tunc, qñ audiuit à Magis, & illusus fuit ab eis? Res. Iac. de Vorag. in sermo. q triplici de causa distulit. Primò, quia vt dicit Glo. putauit Magos falsa Stellæ apparitione delusos. Secundò, vt sic dissimulando puer in medium deduceretur. Tertiò, quia iuit Romam citatus à Cæsare, & sic ferè per annum impeditus fuit.

12 Dub. Cur de nocte fugit? Resp. Lyr. quòd propter timorem Herodis, & vt magis occultè recederet.

13 Dub. Cur sic de nocte iuit, cum Angelus hoc sibi non dixerit? ℞. qui sup. quia non debebat omittere, quod facere poterat per viam humanam.

14 Dub. Cur dicit, accepit puerum, & non filium? ℞. qui sup. quia non erat pater pueri, sed tantum nutritus.

15 Dub. Quis propheta dicit, ex Aegypto vocaui filium meum? ℞. q Oseæ. c. 2.

16 Dubi. Cur Euangelista induxit testimonium prophetæ? ℞. Rem quòd, quia scribebat Iudæis, mos erat ei omnia, quæ dicebat confirmare.

17 Dub. An hæc prophetia intelligatur de Christo? Resp. quòd ad literam intelligitur de populo Israeli educto de Aegypto sed p fectius intelligitur de Christo, qui est filius Dei naturalis. Alij autem sunt filii Dei per adoptionem.

18 Dub. Cur magis tunc perpendit Herodes quòd illusus esset, quàm ante? Resp. qui supra, quod propter famam crescētem pueri Iesu.

19 Dub. Quo tempore occisi fuerunt pueri? Respond. Gloss. quod post annum, & quatuor dies.

20 Dub. An Innocentes fuerint martyres? Resp S. Tho. 2. 2 q. 124. ar. 1. quod sic, vt dicit Aug. in Serm. de epi. quia licet non haberent ætatem, qua in passurum Christum crederent, habebant tamen carnem in qua pro Christo passuro passionem sustinerent. Et ēt Ecclesia facit de eis officium, sicut de martyribus, vt patet in oratione.

21 Dub. Quomodo eos occidit Herodes? ℞. quia eos occidi mandauit.

22 Dubit. Cur in Bethleem, & in omnibus finibus eius? ℞. S. Vin. in ser. quia dubitabat, quòd fortè delatus esset in locis circumuicinis, vel in ipsa ciuitate.

23 Dub. Cur occidit tot pueros, cum solum Christum quæreret? ℞. Lyr. quia Christus erat sibi incognitus, ideo voluit omnes occidi, vt simul Christus occideretur.

24 Dub. An hæc mors pro Christo profuerit innocentibus? ℞. Aug. in Serm. de Inn. dicēs. Ecce prophanus hostis beatis nunquam paruulis tantum prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio, nam quantum contra eos iniquitas abundauit, tantum gratia benedictionis effulsit.

25 Dub. An parentes Innocentium aliquid demeruerint vt in ipsis punirentur? Respon. S. Vinc. in Serm. hod. quòd sic, quia noluerunt recipere hospitio semper virginem Mariam grauidam, nec eius sponsum Ioseph, nec etiam post natiuitatem Christi visis tot miraculis, ne Herodi displicerent. Ideò, Deus prouocauit contra eos Herodem, quem timentes offendere displicuerunt.

26 Dub. Quomodo intelligitur à bimatu, & infra? ℞. quod à pueris vnius diei vsque ad pueros duorum annorum.

27 Dub. Cum Christus solum compleuisset vnum annum, cur interfecerit pueros biennes? Respon. August. vbi supra, quia timebat ne puer, cui sydera famulabantur speciem suam super ætatem, vel infra transformaret.

28 Dubit. Quod tempus exquisierat à magis? Respon. quod tempus, quando stella eis apparuerat.

29 Dub. Vbi dicitur in Hieremia vox in Rama, &c. Resp. quòd c. 31.

30 Dubit. Cur euangelista induxit prophetiam? Respon. Chrys. in Hom. ne quis crederet ista facta fuisse Deo ignorante, seu non valente prouidere.

31 Dub. Quomodo iacet illa prophetia? ℞. q sic habetur in Hieremia, Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis conso-

lari super eis, quia non sunt.

32 Dub. Cur euangelista non sic transtulit? Resp. Hier. super Hieremiam, quòd ex hoc perspicuum est euangelistas, & Apostolos non interpretationem alicuius secutos, sed tanquam Hebræos, quod legebāt Hebraicè, suis sermonibus expressisse.

33 Du. Quid est rama? ℞. Hie. super Matt ꝙ est æquiuocum ad quendam locum iuxta gaba, & etiam interpretatur excelsum, & ita capitur hic, vt sit sensus. vox in excelso audi ta est, idest longè, lateq; dispersa.

34 Du. Cur hæc vox magis, q̄ aliæ audiebatur in excelso? ℞. Chry. super Mat. quia s̄m illud Eccl. 35. vox pauperis nubes penetrat.

35 Dub. Cur dicit ploratus, & vlulatus? Res. qui sup. homil. quod per ploratum fletum paruulorum ostendit, per vlulatū vero matrum significat lamentum.

36 Dubita. Cur dicit vlulatus multus? ℞. qui sup. quia in paruulis mors faciebat finem doloris, ideo solum dicit ploratus: & quia in matrib. semper per memoriam reparatur. Ideò dicit vlulatus multus.

37 Dub. Vt quid dicitur Rachel plorare filios, cum ipsa non fuerit mater Iuda, in cuius terra erat Bethleem, sed Lya eius soror? ℞. Hier. ꝙ ipsa Rachel sepulta fuit iuxta Bethleem, ut habetur Gen. 35 Et ideo. oratione sepulturæ, dicta est mater ipsius Bethleē & habitantium in ea. Et ideo dicitur hic plorare metaphorice.

38 Dub. Cur Iacob pater non dicitur plorare, sicut Rachel? ℞. Iaco. de Vora. in serm. hodierno, quia matres cum magis compassibiles, quàm patres sint consueuerunt plus dolere de morte filiorum, q̄ patres, & patres magis gaudere de eorū profectu, q̄ matres ēt magis diligunt matres filios q̄ patres, cū magis laborent circa eos, & sint magis certæ, ideo, quando perdunt, magis dolent.

39 Dub. Cur inducitur Rachel mortua in vlulatum? Res. Remi. quod ad exaggerandum luctus magnitudinem.

40 Dub. Quomodo intelligitur. Noluit consolari, quia non sunt? ℞ Hilarius super Matt. quod non erant hi, qui mortui putabantur, in æternitatis. n. profectum, & martyrii gloriam efferebantur. Consolatio autem rei amissæ erat præstanda, non auctæ.

ALLEGORICE.

[Quod dn̄s à parentibus est sublatus in Aegyptum] significat electos sæpius malorū improbitate suis effugandos ex sedibus vel ēt exilio dānandos [Quod nocte vadit] angustiam persecutionis significat [Quod die reuertitur] refrigeriū ostēdit [p Ioseph] designatur ordo Prædicatorum [per semp virginem Mariā] sacra scriptura, [per puerum] notitiam Saluatoris [per persecutionē Herodis] ꝑsecutio, quā passa est ecclesia in Hierosolymis [p fugā Ioseph in Aegyptū] transitus ꝑdicatorū ad Gētes infideles [per tp̄s, quo fuit in Aegypto] spatium tp̄is ab ascensione Dn̄i, vsq; ad tp̄s Antichristi [per obitum Herodis] extinctio inuidiæ in cordibus. [In morte puerorum] omnium Christi martyrum est mors designata. [Quod paruuli occisi sunt] significat per humilitatis meritum ad martyrii perueniendū gloriam [Quod in Bethleem, & in oībus finibus eius occisi sunt] ostendit in Iudæa, vbi ecclesiæ incæpit origo, & vbiq; per orbē persecutionē sæuiturā [Quod bimi occisi sunt] doctrina, & operatione ꝑfectos indicat [Qđ vero infra] simplices. [Quod illi q̄dā occisi sunt & Xp̄s euasit.] insinuat corpora martyrum ab impiis posse perimi, sed Christum ab eis non posse auferri, [Rachel] ecclesiam significat, quę fuit diu sterilis, nūc aūt est fęcunda. Huius ploratus ex aliis, non idcirco, q̄a peréptos dolebat audit, sed q̄a ab his perimebant̄, quos filios retinere voluisset, nec vult consolari in p̄nti, quia nō sunt, sed oēm sp̄e, & cōsolationē ad æternā trāsmittit vitam.

TROPOLOGICE.

Instruimur persecutiones de ciuitate in ciutatem declinare, item ꝙ eundo, redeundo, & stando semper virginem Mariā, idest, amaritudinem pęnitentiæ. Puerum Iesum, .i. puritatē consciētiæ. Ioseph, i. augmentum virtutis, & gratiæ semper quæramus habere nobiscum, & de nocte vadamus declinantes turbam malignantium. Item semper firmi maneamus vsq; ad obitum, ne Herodes i. diabolus nos perdat Itē, ꝙ non timeamus mortem corporalē, per quam perducimur ad vitam æternam Item, ꝙ euitemus iram ne incurramus enormia scelera. Item, ꝙ cōpatiamur afflictis, & eos consolemur.

ANAGOGICE.

Contemplari licet quēadmodū passiones huius tp̄is non sunt cōdignæ futurę glorię, q̄nquidem ipsi pueri innocētes, qui vix ꝑ ꝑ tenellam ætatem mortis dolorē senserunt, tā digna præmia à Christo receperunt, q̄n ipsum

ipsum sequuntur, & cantant canticũ supra montẽ Syon corã agno immaculato cũ suaui citharedorum modulamine, depulsis fletibus, atq; vlulatibus vniuersis, & abstersis lachrymis, iubilant sine fine Deum laudãtes.

IN FESTO SANCTI THOMAE Archiepiscopi.

Ego sum pastor bonus. Quare dominica 1. post octauam Paschę.

IN FESTO SANCTI BASIANI.

Cum iret Iesus in Hierusalem. Require Dominica 13. post Fentecosten.

IN PVRIFICATIONE SEMPER Virginis Mariæ.

Postquam impleti sunt dies purgationis. Lu. 2.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 2. Februarij, in die Iouis.

HISTORICE.

Purgationis semper Virginis Mariæ impleto tempore ritu Mosaycæ legis natum Iesum, vt domino iuxta eius offerrent legẽ in Hierusalem ad templum detulerunt, vtque hostia redimerent eadem permittente lege: pari turturum, aut duobus columbarũ pullis Symeon autem quidam, nomine timore domini, & iustitia præditus, his in Hierusalem detegebat temporibus Spiritusancto plenus plebis consolationem optans, cui à Spiritusancto reuelatum extiterat, nequaquam se mortem gustaturum, donec Christum domini natum cerneret, ea siquidem hora spiritu ductus in templum ascendit, q cum Iesu parentes eum in templum introducentes, vt erga eum legis perficerent mãdata offendisset, puerum suis amplectens lacertis, Deum excelsum benedixit, dicens: Iam domine tuo in me adimpleto promisso, me tuum seruum in pace obdormire sinas, cum meis tuum intuitus salutare fuerim oculis, quem in cunctarum præparasti salutem gentium, earumq; verum lumen ac audiui perpetuam gloriam Israelitici populi.

Hæc sunt, quæ occurrunt dubia.

1 DVBITATVR. Quis modus tenebatur in ista purgatione? Res. quod vt habetur Leui. 12. mulier si suscepto semine masculum peperisset, immunda erat 7. diebus & die 8. circuncidebatur infantulus: & ipsa 33. diebus manebat in sanguine purificationis suæ. Si aũt fœminã peperisset, immunda erat duab. hebdomadib. & 66. dieb. manebat in sanguine purificationis suæ, quib. expletis offerebat agnum anniculũ in holocaustũ, & pullũ columbę, siue turturẽ ꝓ pctõ, &c. si aũt pauper esset, nec posset offerre agnũ, offerebat par turturũ, aut duos pullos colũbarũ, vnũ in holocaustum alterũ pro pctõ.

2 Dub. Cũ dicatur, ꝙ erit immũda 7. dieb. cur post stat adhuc. 33 diebus? ℞. Ly quod illis primis. 7. dieb. sic iudicabatur immunda, prout hr̃ Leui. 15. ꝙ nõ poterat cõicare cũ aliquo in lecto, vel cibo, & quicquid tangebat immundũ efficiebatur: & eodem mõ dr̃ hic de septẽ dieb. post partũ, & tñ non erat perfectè purificata, quia dr̃. Ipsa tñ 33. dieb. manebit in sanguine purificationis suę, i. in sanguine suo aliquantulũ purificato, non tñ perfectè, ideo in illis 33. dieb. poterit cõicare cũ aliis in cibo: nõ tñ in lecto, nec illud, ꝙ tãgebat, fiebat ꝑꝑ hoc immundũ, nõ tñ poterat ingredi sanctuariũ, donec implerentur dies purgationis suæ, s. 40. primi, videlicet, 7. maioris immunditiæ, & 33. minoris.

3 Dub. Cur sic mulieres reputabantur immundæ? ℞. S. Th. 12. q. 102. ar. 5. ꝙ ꝑꝑ reuerentiã eorũ, ꝗ ad diuinũ cultũ ꝑtinẽt, tũ qa hoies ꝑciosas res cõtingere nõ solẽt cũ fuerint immundi, ẽt vt ex raro accessu ad sacra ea magis venerarent, nã in hoib. reputabat̃ immundicia, ꝙ corruptionẽ aliꝗ iã hẽbat, vel erat corruptioni expositum, vt cadauer hoĩs mortui, & leprosi, & mulieres patiẽtes sanguinis fluxũ, siue per infirmitatẽ, siue ẽt per naturã, vel tpib. mẽstruis, vel ẽt tpe conceptionis, & eadẽ rõne viri reputabantur immundis fluxũ seminis patiente, vel ꝑ infirmitatẽ, vel ꝑ pollutionẽ nocturnam, vel etiã ꝑ coitũ, nã hoĩs humiditas in ꝑdictis modis ab hoĩe egrediens, quandã immũdã infectionẽ hẽt, & iõ arcebantur à visitatione tẽpli.

4 Dub. Cur in partu fœminæ duplicabatur tp̃s immunditiæ? ℞. Iacob. de Vorag. in Ser. hod. quia mulier duo peccata commisit, qa & superbiuit, & vetitum pomum comedit. Ideò duplicata est ei pęna extra vterum.

5 Dub. An semp Virgo indiguerit tali purgatione? Resp. Ly. quod non, quia non concepit suscepto semine, vt ex textu supra in primo dubio posito requiritur, si debeat immũda dici, sed ipsa concepit ex Spiritusancto.

Dub.

6 Dub. Cur voluit purificari si non indigebat? R. S. Th. 3. par. q. 37. ar. 4 quòd sicut plenitudo gratię à Christo deriuatur in matrẽ, ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur: & ita licèt nullam haberet immunditiam, voluit tñ purgationis obseruantiam implere, non propter indigentiam, sed propter legis præceptũ. Et ideò signanter Euangelista dicit, quòd impleti sunt dies purgationis secundum legem.

7 Dub. Vt quid debebat sisti domino? Res. qui supra art. 3. quòd de prole nata duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidem generale, quo ad omnes, vt. s. completis diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio, siue pro filia, & hoc ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta & nata. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis, tam in hominibus, quàm in iumentis, quos Deus sibi deputauerat, pro eo, quòd ad liberationem populi Israel percusserat primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus, primogenitis filiorum Israel reseruatis, & hoc mandatum ponitur Exo. 13. Et hæc duo Euangelia, circa eum fuisse obseruata, ostẽdit, primò quidem id, quod pertinet ad primogenitos cũ dicit, tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam sanctum domino vocabitur. Secundò id, quod pertinet communiter ad omnes cum dicit, vt darent hostiam secundum, ꝗ dictum erat in lege domini.

8 Dub. Quæ differentia est inter legem domini, & Moysi? R. quod est vna, & eadem lex, sed dicitur domini, quia ab eo data, & Moysi, quia ab eo promulgata.

9 Du. Vnde tulerunt Iesum? R. quod de Bethleem, in qua semper virgo eum genuerat.

10 Dub. Cur sistebant eum domino, cum esset Deus, & homo? R. Athanasius, quod fortè causa nostri hæc scripta sunt, vt discamus nosipsos Deo præsentare.

11 Dub. Quomodo animalia possunt dici sancta domino? R. Ly. ꝗ vno modo dicitur sanctum, quod applicatur diuinis, & sic tribus Leui dicitur sancta. Alio modo, quod est obligatum Deo, & quia omnia primogenita, tã hominum, quàm iumentorum erant obligata Deo, ideo sancta dicebantur.

12 Dub. Quantum redimebantur primogeniti hominum? R. ꝗ primogeniti Leuitarũ non redimebãtur, quia semper seruiebãt domino. Aliorum vero hominum primogeniti redimebantur, quinque siclis, & quilibet siclus habebat obolos viginti. Numeri 18.

13 Dubit. An primogenita aliorum aĩalium ét redimeretur? R. Ly. ꝗ primogenita animalium mundorum, s. bouis, ouis, & capræ, & hmõi non redimebantur, sed immolabantur dño. Primogenita vero animalium inmũdorum, quædam interficiebantur, sicut primogenitus canis, & hmõi · quædam verò redimebantur, sed non quidẽm pecunia, sed pro eis ouis offerebãt, sicut primogenitus Asini.

14 Dub. Cur dicitur adaperiens vuluam, cũ Christus non apperuerit vuluã, quia exiuit saluis claustris pudoris? R. S. Tho. 3. par. q. 37. ar. 3. ꝗ hoc, quod dicitur adaperiens vuluam designat, ꝗ nihil antea inde intrauerat, vel exierat. Et vt dicit Grego. Nisenus illud legis præceptum in solo incarnato Deo singulariter, & ab aliis differenter impleri videtur: ipse namque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter æditus virginalem vterum aperuit, non antea connubio reseratum seruans, & post partum inuiolabiliter signaculum castitatis.

15 Dub. Qũo omne adaperiens vuluam sanctum sit, cum multi primogeniti scelestissimi fuerint? R. ꝗ non dicebatur sanctum adaperiens vuluam ob sanctitatem vitæ, sed qa erat dño obligatum, vt dictum est dub. 11.

16 Dubi. Cur parẽtes Iesu nõ dederũt agnũ pro hostia? R. Beda, quia erant pauperes.

17 Dub. Quæ animalia offerebantur in sacrificiis? R. S. Tho. 12. q. 102. art. 3. ꝗ de tribus generib. animalium quadrupedũ. s. de genere ouiũ, boũ, & caprarũ, & de auib. turtur & colũba, & ét passer, in emundatione leprosi.

18 Dub. Cur non offerebantur alia nobiliora his animalibus? R. qui sup. quia hæc animalia maximè sunt, per quę sustentatur humana vita. & cum hoc mundissima sint. Alia vero, vel sunt syluestria, & non sunt communiter vsui hominum deputata, vel si sunt domestica, qđ est purum Deo attribuendum, hmõi aũt aues spáliter offerebantur, quia habebantur in copia in terra promissionis.

19 Dub. Cur nunquã immolabantur pisces? R qui sup. quod quia viuunt in aqua, magis sunt alieni ab hoie, ꝗ̃ cætera animalia, quæ viuunt in aere sicut homo. & iterũ pisces ex aqua extracti statim moriuntur. Vnde non poterant in templo offerri, sicut alia aĩalia.

Dub.

20 Dub. Cur potius offerebantur turtures, q̃ earum pulli, & econtrario de columbis? R. qui sup. ꝙ vt dicit Rabi Moyses. Omne ꝙ est optimum, Deo est attribuendum, & turtures maiores, sunt meliores quàm pulli, in columbis autem est econuerso.

21 Dub. Quæ differentia est inter hostiã, sacrificium, holocaustum, & libamen? R. qui supra, ꝙ holocaustum totũ comburebatur in honorem Dei, & nihil ex eo comedebatur, & tenebat primum locum inter sacrificia. Secundum locũ tenebat hostia pro peccato, quæ diuidebatur, & vna pars eius comburebatur. Alia vero cadebat in vsum sacerdotum, & comedebatur tantum à sacerdotibus, & in atrio, & ipsa die sacrificij, nisi esset pro peccato totius populi, vel specialiter pro peccato sacerdotis, tunc enim totum cõburebatur. Tertium gradum tenebant hostiæ pacificè pro gratiarum actione, vel pro salute, vel pro prosperitate offerentium ex debito beneficij, vel accipiendi, vel accepti, & ista diuidebatur in tres partes. Vna pars incendebatur ad honorem Dei. Alia pars cedebat in vsum sacerdotum. Tertia verò in vsum offerentium, & comedebatur ipso die, sed vbique in Hierusalem. Quartum verò locum tenebant hostiæ pacificæ ex voto, quarum carnes poterant etiam in crastino comedi: Sanguis autem, & adeps nunq̃ veniebat in vsum sacerdotum, neq; in vsum offerentium, sed sanguis offerebatur ad crepitudinem altaris in honorem Dei. adeps vero adurebatur in igne. Libamen verò dicebatur, vt dicit Magister hist. scho. quia oblatio erat de animalibus, & dicebatur sacrificium, aut de sicca materia, vt de simila pane thure: & propriè dicebatur oblatio, aut de liquidis, vt de vino & oleo, quod propriè libamen, vel libatio dicebatur.

22 Dub. An pro Christo oblatum fuerit par turturum, vel duo pulli columbarum? Rñd. Landulphus de vita Christi, ꝙ credendum est, ꝙ fuerint oblati duo pulli columbarum, qui vendebantur in templo, & facilius inueniebantur.

23 Dubit. Cur Euangelista dicit, ꝙ erat in Hierusalem homo &c. R. Ly. ꝙ Hierusalem erat locus solennis & sacer, & erat ibi cultus diuinus, & studium legis & prophetarum: & hoc ad ostendendum conditionem viri, q.d. ꝙ erat deuotus Dei cultor doctus.

24 Dub. Cur eum nominat? R. qui supra, ꝙ ad denotãdum eius famam, quæ clara erat, & ab omnibus bonis noscebatur.

25 Dub. Cur dr̃ iustus? R. Amb. super Lucã, quia non suam, sed populi gratiã reqrebat.

26 Dub. Cur dicitur timoratus? R. Ly. quia rectè se habebat, quo ad Deum.

27 Dub. Quo timores erat timoratus? R. Beda, ꝙ timore dñi sancto, q manet in sęcula.

28 Dub. Cur dicit simul iustum & timoratum? Resp. Beda, quia difficulter iustitia sine timore custoditur.

29 Dub. Cur dicitur expectans redemptionem Israel? R. Ly. ꝙ in hoc ostendit eius fidei rectitudinem.

30 Dub. Quam consolationem Israel expectabat? R. Greg. Nissenus, ꝙ non vtiq; mundanam fœlicitatem, sed veram translationẽ ad veritatis decorem per separationem à legis vmbra.

31 Dub. Cum in quolibet iusto sit Spũssanctus, cur de eo specialiter dr̃, & Spiritussanctus erat in eo? R. Ly. ꝙ erat in eo quãtum ad gratiæ plenitudinem, qa non solũ habuit gratiam iustificantem, prout cõiter habetur à iustis, sed etiam quantum ad illuminationes & consolationes diuinas spirituales.

32 Dub. An fuerit summus sacerdos? Resp. Ly. ꝙ erat inter sacerdotes famosus, sanctus tamen Vinc. in serm. hodier. dicit, ꝙ nullibi legitur, quòd fuerit sacerdos.

33 Dub. Quando accepit responsum à Spiritusancto? R. Ly. ꝙ in deuotis orationib. suis, quia cum esset communis opinio, quod imminebat Aduentus Christi. Simeon de hoc feruentius orabat Deum, & sic habuit responsum, quod ante videret Christum natum, quàm vitam præsentem finiret.

34 Dub. Quid est videre mortem? R. Beda, quòd est eam experiri.

35 Dub. Quis erat Christus Dñi? R. ꝙ Messias in lege promissus, q erat vnctus à dño.

36 Dub. An Simeon timeret mori? R. Amb. ꝙ cupiebat ipse corporeæ vinculis fragilitatis absolui, sed expectabat videre ꝓmissũ.

37 Dub. Cur cum tanto desiderio hoc expectabat? Resp. qui sup. quoniam sciebat, quia beati oculi, qui viderent.

38 Dub. In quo spiritu venit in templum? R. Ly. ꝙ ꝑ reuelationem Spiritussancti, vt videret Christum, sicut ei fuerat promissum.

39 Dub. Cur Christus in terris nõ habuerit patrem, cur dicit parentes eius? R. S. Th. 3. par. q. 28. art. 1. quòd Ioseph etiam appellabatur

batur pater Christi, non quod vere ei pater fuerit, sed q ad famam semper Virginis cõseruandã sit ab hominibus ęstimatus pater.

40 Dub. Quid sunt vlnę? R. Beda, q sunt, brachia & manus, vel cubitus, vt dicitur.

41 Dub. Cur accepit eũ Simeon in brachijs? R. qui sup. q significat iustitiam operum, q̃ ex lege erat per manus & brachia figuratorum humili quidem, sed salutari fidei Euãgelicæ gratiæ imitandum.

42 Dub. Cur benedixit Deũ? R. Ly. q quasi gratias agens de tanto beneficio.

43 Dub. Cur dicebat Simeon. Nunc dimittis domine &c. Resp. Theoph. q loquebatur puero, quem tenebant in brachijs.

44 Dub. Cur vocat eum dominum? Resp. q sup. q in hoc confitetur, quod ipse mortis est, & vitæ dominus.

45 Dub. Quid intelligit per dimittis in pace? R. Amb. q dissolutionem corporis intelligit, vt incipiat esse cum Christo.

46 Dub. Cur dicit in præsenti dimittis? Rñ. Ly. i. de cætero dimittes me de hac vita trãsire in cordis quiete.

47 Dub. Cur dicit se seruum pueri? R. quia iam confessus fuerat eius dominum, & per consequens si puer erat eius dominus, ipse erat seruus suus.

48 Dub. Cur dicit in pace? R. Greg. Nissen. quia postquàm Christus culpa hostilem destruxit, nos quoq; patri reconciliauit, facta est translatio factorum in pace.

49 Dub. Cur dicit, quia viderunt oculi mei? Resp. qui sup. quia viderat id, quod sibi fuerat promissum.

50 Dub. De quibus oculis intelligit? Respõ. qui sup. q de oculis tàm animæ, quàm corporis, hi quidem visibiliter Deum suscipientes, illi vero non solum, quæ visa sunt attendentes, imò illuminati fulgore spiritus domini verbum in carne cognoscentes.

51 Dub. Quòd est illud salutare? Resp. qui sup. quòd est ipse Iesus, quo nomine salus declaratur.

52 Dub. Quomodo istud salutare, quod est Christus fuit paratum ante faciem omnium populorum? R. Greg. q iste venerandus, senex quando id, quod sperabat, obtinuit, exclamat se vidisse salutem omnium populorum, adeo enim infantis ineffabile iubar illustrauit eum, vt processu temporis secutura, mox sibi fierent nota.

53 Dub. Cur dicit ante faciem? R. Theoph. quòd hoc signãter dicit, vt. s. eius incarnatio omnibus appareret.

54 Dub. Cur dicitur lumẽ ad reuelationem gentium? Respõ. Athanasius, q gentes ante Christi aduentum in vltimis tenebris erant constitutæ, cognitione diuina priuatæ, sed Christus adueniens, vt dicit Cyrillus, factus est lux tenebrosis, & erraticis, quos diabolica manus oppressit.

55 Dub. Quomodo intelligitur ad reuelationem? Resp. quia reuelatus est Gentibus per Apostolos.

56 Dub. Cur non dicit etiam ad reuelationem Israel? Rñd. Athanasius, q Israel licèt tenuiter lege illuminabatur.

57 Dub. Cur dicit gloriam Israel? R. qui sup. q Christus fuit Israel gloria, quia secũdum carnem ex eis processit, quamuis cunctis, vt dans, præesset per sæcula benedictus.

58 Dub. Cur vocat Israel plebem suam? Rñ. Gregor. Nissenus, quia ex eis est secundum carnem natus.

59 Dub. Cur primò dicit lumen ad reuelationem, quàm gloriam Israel? Resp Beda, q ideo reuelatio gentium præfertur gloriæ Israelis, quia cum plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus erit.

ALLEGORICE.

[Quod post circuncisionem Christus domino sistitur] significat neminem nisi circuncisum vitijs, dominicis dignum esse conspectib. [solus verè sanctus ex vtero virginali egreditur] eo, quòd solus sanctus ecclesiæ virginis ad generandos populos aperiret genitale secretum [offert autẽ hostias] qui per singulas hostias honoratur cum patre. Nimirum loquacissima turtur in auibus, at columba est animal mansuetum. Talis autem factus est erga nos Saluator mansuetudinem perfecte colens, & turtur orbem allexit replens ortum suũ proprijs melodijs. [Occidebatur ergo turtur & columba] vt ipse per figuras nobis pandatur passurus in carne pro vita mundi [quòd Simeon in brachijs accepit] insinuat hoc sæculũ, quasi senio iã defessum ad infantiã, & innocentiam Christianæ cõuersationis reditură. [Quòd benedixit Deum] significat populum Gentilem post agnitionẽ veritatis Christi Deum in hymnis laudaturum. [Quòd viso salutare Dei cupit dissolui] signat contẽplatiuos qui

qui per contemplationem Deum agnoscẽtes cupiunt dissolui, ut eum videant sicuti est.

TROPOLOGICE.

Admonemur offerre Deo sacrificiũ cordis nostri postquam fuerit vitiis purgatum, & offerre turturem, i. castitatem, & columbam, i. simplicitatẽ, & binas ex vtrisque, idest ex duplici nostra natura corporali, & spirituali Deo famulari expectantes semper redemptionẽ nostram, tanquã in vltimo senio constituti, vtq; frequentemus templum in spiritu, si Christũ amplecti volumus, & sacra communione recepta benedicamus domino, ut nos in pace custodiat, & lumẽ suũ super nos signet, & contra aduersarios protegat ab laudem, & gloriam suam.

ANAGOGICE.

Eleuamur ad contemplãdum semper virginem Mariam purgato corpore, & immortalitate recepta, q̃ post dies Deo altissimo placitos venit ad tẽplũ cęlestis patriæ, quã Christus, secundum legem Moysi parentẽ honorando super omnes choros Angelorũ ad cęlestia regna exaltauit offerens ipsa turturẽ suæ præclarissimæ castitatis, & columbam suæ ineffabilis humilitatis, vbi, & adest Symeon iustus amplectens regem regum, qui simul cum omnibus sanctis semper virginis Mariæ filium benedicunt, & laudãt in fæcula fæculorum.

IN CATHEDRA S. PETRI.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Matthæi 16.

Histor. huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 29. Iulii in die Mercurii.

HISTORICE.

In Philippi Cęsarea discipulos dominus, quid de filio opinarentur hominis, sciscitatus est, cui cum retulissent diuersos de eo sentire diuersa, q̃m eum Ioannem Baptistã quidam asserent, Heliam vero alij: non nulli vero Hieremiam, aut ex prophetis, quẽpiã quid de se ipsi sentirent interrogauit Petro itaq; affirmanti ipsum fore Christũ Dei viui natum Beatum eum fore dixit, cum non hoc humana protulisset sapientia, sed diuino ductus oraculo. Aitq; eum Petrum fore, & hanc super petram suam velle ędificare ecclesiã, quã aduersus inferorum valuæ nequaquã preualerent, quodq; claues sibi largiretur cœlorum regni, & quicquid super humum ligasset aut soluisset, in cœlis id quoque ratum haberi.

Dubia, quæ occurunt, sunt hæc.

1 DVbitatur. Igitur cur dominus venit in partes Cæsareæ? Res. Chry. super Matt. quòd vt discipulos longe à Iudæis abduceret, ut ab omni timore eruti, libere dicant, quę habebant in mente de Christo.

2 Dub. Cur dicit Cesaream Philippi? Res. qui sup. quòd quia est alia Cęsarea, quæ dicitur Stratonis, & non in illa, sed in ista dominus discipulos interrogauit.

3 Dub. Cur denominatur Cęsarea à Philippo? R. qui sup. quòd iste Philippus qui fuit frater Herodis Tetrarchę in honore Tiberij Cęsaris Cęsareã Philippi, quę nunc Palneas dicitur appellauit.

4 Dub. Quæ Gentes inhabitabant hãc ciuitatem? Res. Lyr. quòd Gentiles.

5 Dub Cum dominus sciret mentes discipulorum, cur eos interrogat? R. Lyr. quòd non ignorans interrogat, sed ut eorũ fideli confessione conuenientius solidarentur in fide.

6 Du. Quid vult intelligi dum dicit, quẽ dicunt hoĩes esse filium hominis? Resp. Hilar. quòd per hoc significauit pter id, qđ in se videbatur esse aliud sentiẽdum: erat.n. hoĩs filius, sed occultũ erat de quo quærebatur.

7 Du. Quia sic videretur, qđ solum cõfiteri debemus, qđ est filius Dei? Resp. q sup. ꝙ hæc cõfessionis tenend: est rõ, vt sicut Dei filiũ ita filium hoĩs meminerimus, quia alterum sine altero nihil spei tribuit ad salutẽ.

8 Dubit. Cur dicit quẽ, dicunt homines? Respon. Hiero. quia, qui de filio hominis loquuntur, homines sunt, qui vero diuinitatę eius intelligunt non homines sed dij appellantur.

9 Dub. Cur nõ interrogat qđ dicũt scribæ, & pharisæi? Res. Chry. ꝙ pharisæorum de Christo opinio erat plena multa malitia.

10 Dubi. Cur non dicit, quem me homines dicunt esse? Res. Hier. ꝙ ne iactanter de se quærere videretur.

11 Dub. Cur dicit filiũ hoĩs? R. qui sup. qđ vbicunq; scribit filius hominis, in Hebræo habetur filius Adam. Et ita põt intelligi de Christo, ꝙ sit filius hominis, i. Adę: vel etiã filius

filius hominis idest semper Virginis, quæ erat homo.

12 Dub. Vnde procedebant tot diuersæ opiniones de Christo? ℞. Orig. quòd Herodes & sui sequaces opinabant ipsum esse Ioannem Baptistam, habet Mar. 14. & ratione ibi dicta, qui dicebāt eum Heliam æstimabant, at quòd secundum natiuitatem suscepit Helias, aut ex eo tempore in corpore viuens in tempare apparuit illo, vel propter zelum, vt dicit Ly. Qui verò Hieremiam dicebant, ideo quia dominus eum in Gentibus prophetam constituit, sic dicebant, & etiam propter patientiam in aduersis, vt dicit Lyr. & simili ratione, illi, qui dicebāt eum esse vnū ex prophetis. Et Lu. 6. dicitur, quòd ꝓpheta vnus de prioribus surrexit.

13 Dub. Cur discipulis dicit clarè, quem me esse dicitis? Resp. Chry. quòd familiarius cū eis de se quærit.

14 Dub. Cur quærit opinionem discipulorū quam sciebat? Resp. Rabanus, quòd vt confessionem rectæ fidei digna mercede remuneret.

15 Dub. Cur solus Petrus respondit? Respō. Chry. quòd ipse pro omnib. respondit, tanquam os Apostolorum & caput.

16 Dub. An Petrus bene respondit? Res. Hilarius quòd sic, quia complexus est omnia, qui & naturam, & nomen expressit, in quo summa virtutum est.

17 Dub. Cur dicit tu es Christus? Res. Lyra. quòd Christus interpretatur vnctus, & sic confitetur eius humanitatem, in qua vnctus est oleo gratiæ, præ aliis.

18 Dub. Cur dicit filius Dei? Res. qui supra, quia filius naturalis, & non adoptiuus, & ita eiusdem naturæ cum patre, & sic confitetur veritatem diuinæ naturæ, & humanitatem in eodem supposito.

19 Dub. Cur dicit viui? Resp. Hier. quòd ad differentiā eorum, qui putabant dij, & mortui sunt scilicet, Saturni, Iouis, & Veneris, ac Herculis &c.

20 Dub. An perfectam fidem astruxerit Petrus sic dicendo? Resp. Hilarius, quòd hæc est vera & inuiolabilis fides ex Deo, cum Christus sit ex æternitate patris, & cum assumpsisse corpus & hominem factum esse perfecta confessio est.

21 Dub. An confessio fidei sit de necessitate salutis? Res. S. Tho. 2. 2. q. 3. ar. 2. q. non semper, nec in quolibet loco, sed in aliquo loco & tempore, quando, s. per dimissionem huius confessionis subtraheretur honor debitus Deo, & etiam vtilitas proximis impēdenda, puta si aliquis interrogatus de fide taceret, & ex hoc crederetur, vel quòd non haberet fidē, vel quòd fides nō esset vera, vel alij per eius taciturnitatem auerterentur à fide; in huiusmodi enim casibus confessio fidei est de necessitate salutis.

22 Dub. Cur dn̄s appellauit Petrū beatum? Resp. Hilarius, quod vt dignum confessio Petri præmium consequeretur, quia Dei filium in homine vidisset.

23 Dub. Quid significat Bariona? Resp. Lyra q̄ Hebraicè bar dicitur filius Latinè, & Iona columba, quasi filius columbæ, vel filius Ioannis, vt dominus eum interrogans Ioã. 21. dixit ei Symon Ioannis.

24 Dub. Ad quid dixit ei Iesus, tu es filius Ionæ? Respon. Chry. quòd vanum esset hoc dicere, nisi ut ostendat, quoniam ita naturaliter est Christus filius Dei, sicut Petrus filius Ionæ eiusdem substantiæ cum eo, qui genuit.

25 Du. Quomodo intelligitur quòd caro & sanguis non reuelauit tibi? Resp. Hier. quod ei non per doctrinam Philosophorum, sed per Dei gratiam Christus filius Dei reuelatus sit.

26 Du. An solus pater reuelauit hoc Petro? ℞. Lyr. quòd tota Trinitas reuelauit.

27 Dub. Super quam Petram vult Christus ædificare ecclesiam? Respond. August. in libro retractationem, quòd super illam Petram, quam confessus est Petrus, quia non est dictum Petro, tu es Petra, sed tu es Petrus. Petra autem erat Christus, quam cōfessus est Symon.

28 Dub. Quæ est ista ecclesia? Res. quòd est congregatio Christianorum fidelium.

29 Dub. Cur imposuit Symoni nomen Petrus? ℞. Hier. quòd quia credebat in Petrā Christum, ei Petri largitum est nomen.

30 Dub. Cur dicit, quod portæ inferi nō prævalebunt &c. ℞. Hilarius quòd ad ostendendum firmitatem Ecclesiæ.

31 Dub. Quomodo non præualebūt aduersus eam? Res. Glo. 1 non separabunt eam à charitate Dei, & fide.

32 Du. Ad quid refertur illud relatiuum, eā? ℞. Chry. quòd nō exprimitur an referat Petram, uel ecclesiam super eam fundatam, sed tamen manifestum est, quòd nec aduersus

rus petram, nec aduersus Ecclesiam portę præualent inferorum.

33 Dub. Cur vult sibi dare claues regni cęlorum? R. qui sup. q. d. sicut pater tibi dedit me cognoscere, ita & ego aliquid tibi dabo. s. claues regni cęlorum.

34 Dub. Cur etiam aliis non dedit ipsas claues? Respon. Rabanus, quod soli Petro dedit, vt constare omnibus, quia absque ea cōfessione, & fide, regnum cœlorum nullus posset intrare.

35 Dub. Quando post dedit ipsas claues Petro? Resp. dominus Cardinalis de Turrecremata. q. quādo dominus dixit ei, pasce oues meas Ioan. 21.

36 Dubit. Quid sunt claues regni cęlorum? Respon. Rabanus, quod potentia, qua liget, & soluat. & discretio, qua dignos, vel indignos discernat.

37 Dub. An non sacerdos possit absoluere à peccatis? R. S. Th. 4. sen. dist. 19. q. 1. art. 1. q. 1. q. non, sed solum ordinem habens.

38 Dub. An Papa possit alicui non sacerdoti delegare, q. absoluat in foro pœnitentiæ? R. qui sup. dist. 7. q. 3. ar. 1. q. 3. q. non.

39 Dubit. An omnis sacerdos in foro pœnitentiæ possit absoluere? Resp. qui sup. dist. 17. q. 3. ar. 3. q. 4. quòd non, nisi, qui habet iurisdictionem.

40 Dub. An omnis sacerdos habens iurisdictionem possit ab omni peccato absoluere in foro pœnitentiæ? R. qui sup. dist. 19. q. 1. ar. 3. q. 2. quòd sic, nisi superior sibi reseruauerit aliqua, in quibus iudicium inferiori non committat.

41 Dub. In quibus casibus non potest sacerdos absoluere? R. qui sup. quod in quinque. Primus est, quando solemnis est imponenda pœnitentia. Secundus, de excommunicatis. Tertius, quando inuenit irregularitatē contractam. Quartus, de incendiariis. Quintus, quando est consuetudo in aliquo episcopatu, quòd enormia crimina ad terrorem episcopo reseruantur, quia consuetudo dat, vel aufert in talib. potestatem.

42 Dub. An sacerdotes hæretici, vel scismatici possint absoluere? R. qui sup. 2. 2. q. 39. ar. 3. quod non, quia non habent iurisdictionem, cum sint diuisi à superioribus, à quib. talem habent iurisdictionem.

43 Dubit. An sacerdos existens in peccato mortali possit absoluere? Res. qui sup. q. sic, dummodo habeat iurisdictionem.

44 Dubit. An aliqui casus reseruantur Summo Pontifici, & qui? Resp. qui sup. in 4. sen. dist. 18. q. 2. ar. 5. q. 1. quòd sic, & sunt sex. Primus, de percutientibus clericos, vel religiosos. Secundus, de incendiariis ecclesiæ postquàm sunt denunciati. Tertius, de effractoribus ecclesiæ si sunt denunciati. Quartus, de communicantibus in diuinis cum excommunicatis nominaliter à Papa scienter. Quintus, de falsificantibus literas apostolicæ sedis. Sextus, de illis, qui excommunicatis in crimine communicant.

45 Dubit. An aliquis inferior Papa vnquam possit in prædictis casibus absoluere? Resp. qui supra quòd sic, in articulo mortis, in quo quilibet à quacunque excommunicatione, & peccato absolui potest à quocunq; sacerdote.

46 Dubit. An percutientes clericos semper sint mittendi ad Papam? Respon. qui supra, quod octo excipiuntur, qui non mittuntur ad Papam. Primò, existens in ar. mortis. Secundò, si sit ostiarius alicuius potentis, & non ex odio, vel proposito percussit. Tertiò si percutiens sit mulier. Quartò si sit seruus, & dominus læderetur de eius absentia. Quintò, si regularis regularem percutiat, nisi sit enormis excessus. Sextò, si sit pauper. Septimo, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauò, si habeat inimicitias capitales.

47 Dub. An semper sit excommunicatus percutiens clericum? Resp. qui supra, quod non in septem casibus. Primus, si causa disciplinę vt prælatus, vel magister. Secundus, si iocosa leuitate. Tertius, si inuenit eum turpiter agentem cum sorore, vxore, matre, vel filia. Quartus, si vt vim repellat. Quintus, si ignoret ipsum esse clericum. Sextus, si inuenit eum in apostasia post trinam admonitionē. Septimus, si transfert se clericus ad actum penitus contrarium, ut fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

48 Dubit. An indifferenter quilibet sacerdos habens iurisdictionem possit quemlibet absoluere? Resp. qui sup. ar. 3. q. 1. quod nullus potest seipsum, vel superiorem, vel æqualē absoluere de mortali, nisi ex commissione sibi facta, de venialibus autem potest.

49 Dub. An sacerdos possit absoluere eā cū qua peccauit? Res. qui sup. dist. 19. q. 1. ar. 3. q. 2. q. sic, si habeat in eam iurisdictionem, tamen in tali casu non deberet eius audire con-

confessionem, sed remittere ad alium, nec etiam illa deberet ei confiteri, sed petere licentiam ad alium eundi, tum propter periculum, tum quia est minor verecundia.

50 Dubit. An sacerdos pro libito voluntatis suæ possit imponere absolutis pęnas satisfactorias? Resp. qui sup. dis. 18. q. 1. ar. 3. q. 4. ꝙ quia pęnæ satisfactoriæ in canone determinatæ non competunt, omnib. variandæ sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regulatum, nec totam pęnam semper, quę vni peccato debetur, iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pęnæ despe ret, & à pęnitentia totaliter recedat.

51 Dubit. Quis absoluet ab excommunicatione lata à iudice? Resp. qui sup. q. 2. art. 5. q. 1. quòd ille, qui tulit sententiam, vel eius superior.

52 Dub. An in absolutionib. requiratur cautio iuramenti? Resp. qui sup. quòd sic in absolutione ab excommunicatione, non autē in absolutione à peccato.

53 Dub. An excommunicatus possit absolui ab aliis peccatis, antequàm absoluatur ab excommunicatione? Resp. qui sup. ꝙ non.

54 Dub. An excōicatus duplici excommunicatione possit absolui ab vna, altera remanēte? Resp. qui sup. q. 3. quòd sic, cum excommunicationes non habeant connexionem.

55 Dub. Quomodo excommunicatus pluribus excommunicationibus si absoluatur, sciet se absolutum ab omnibus? Respon qui supra, ꝙ vel est excommunicatus plurib. excommunicationibus ab uno iudice, & tunc quando ab eo absoluitur intelligit absolui ab omnibus, nisi contrarium exprimatur. Vel in casu, in quo ipse petit absolutionem solum ab vna excommunicatione, vel est excommunicatus à plurib. iudicibus, & tunc si ab vno absoluitur, non est absolutus ab alijs excommunicationibus aliorum iudicum, nisi alij confirmauerint, vel omnes vni demandent absolutionem.

56 Du. An aliquis inuitus possit absolui ab excōmunicatione? Resp. qui sup. q. 2. ꝙ sic, sicut etiam inuitus potest excommunicari.

57 Dubit. An in absolutione requiratur aliqua determinata forma verborum? Res. qui sup. in opuscul. de forma absolutionis c. 2. quòd non in absolutione ab excōicatione, quia non refert quibuscunque verbis vtatur ad exprimendam suam intentionem, sed in absolutione à peccatis, quæ est sacramentalis, verba habent efficaciam ex instōne diuina. Vnde tenenda sunt verba determinata consonantia diuinæ institutioni. Institutioni autem dicentis, quodcunq; solueris, &c. ista verba conueniunt. Ego te absoluo.

58 Dub. An aliquis possit absolui ab vno peccato, alijs non absolutis? ℞. qui supra q. quod libeto 1. ar. 6. quod non.

59 Dub. An sacerdos absoluens ab omnibus peccatis, a soluet ēt ab omni pęna peccatorū? ℞. qui sup. quòd non, quia licet quis non possit ab vna culpa absolui, quin absoluatur ab omnibus, pœna tamen potest, & totaliter dimitti, sicut in spirituali gratia indulgētiæ, & particulariter, sicut in absolutione sacramentali.

60 Du. An de necessitate requiratur manus impositio in absoluendo? Resp. qui supra in opusculo de forma absolutionis c. 4. quod non, quia non dixit dominus Petro, cuicunque manus imposueris, sed quæcunque solueris.

Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN ANNVNCIATIONE Domini.

Missus est Gabriel Angelus. Vide fe. 4. quatuor temporum Aduentus.

IN FESTO SANCTI PETRI martyris ordinis Prædicatorum.

Si quis vult post me venire. Luc. 9. c.

Hæc verba dicit dominus annos ætatis suæ 32. die 29. Iuliis, in die Mercurii.

HISTORICE.

Eos, qui sequi vellent, dominus necessarium fore dicebat, vt seipsos abnegarent, vtque per singulos dies suam tollerent crucē, sicque eum imitarentur, qm̄ qui aīam saluare suā optaret, ad perditionem deduceret, & qui eā perderet, salutē ei afferret. quid n. inquiebat prodesse potest homini si vniuersum lucratus fuerit orbē, & in ꝑditionē vadat, & sibi detrimentū acquirat? quoque, qui eum suosq; erubesceret sermones, dum in sua patris, ac sanctorum maiestate venerit Angelorum, hunc quoque erubescet.

Post Euangelij historiam soluuntur hec dubia.

1 DVBITATVR. Quia videtur, ꝙ Saluator in libertate hominis dimittit si vult eum sequi, vel non? Responde. Chryso. quod nullum inuentum

aut coactum vult habere famulum, sed spõtaneos, & gratias agentes ei pro famulatu. Et ideo neminem cogendo trahit.

2 Dub. Quomodo est possibile sequi Christũ, qui est in cœlis? Res. Basilius, ꝙ non corporalem obsecutionem, sed debitę conuersationis pro posse imitationem insinuat.

3 Du. Quõ homo debet abnegare seipsũ, qui tenetur se diligere? Respond. dominus Car. de Turrecremata, super hoc euangelio, ꝙ hoc intelligitur secundum exteriorem, siue sensibilem naturã, non obtemperando in his, quæ repugnant rationi, nec hoc est contrarium ei, ꝙ est diligere seipsum, quia hoc intelligitur secundum naturam rationalẽ, ut scilicet, homo velit sibi bona, quæ pertinent ad perfectionem rationis.

4 Dub. Quomodo debemus cõtinuè tollere crucem nostram? Res. dñs Card. de Turrecre. super hoc euangelio, idest simus parati animo pati crucem, siue mori morte acerbissima, & turpissima propter Christum.

5 Dub: Quia dicitur, Matt. 11. Iugum meũ suaue est, ergo non debemus pati mortem ꝙ est vltimum terribilium? Resp. qui sup. ꝙ lex Christi dicitur, iugum suaue, & onus leue diligentibus, ut dicit August. nam amor omnia leuia facit, & amanti nihil est difficile, nec hoc repugnat ei, ꝙ homo sit paratus suscipere mortem propter Christum, si fuerit expediens.

6 Dub. Cur hæc duo annectit simul, abneget semetipsum, & tollat crucẽ suam? Resp. Grecus, ꝙ recte hoc facit, qa qui sequi vult dominum, primò debet abnegare seipsum, & sic tollere crucem, ut eius voluntas sit prompta ad omnem miseriam sustinendã.

7 Du. Cur dicit, quotidie? Res. vt s. semper sit paratus animo pati propter Christum.

8 Du. Quomodo volẽs animam saluam facere perdet eam? Res. dom. Car. de Tur. cre. hic, ꝙ perdere animam potest habere duplicem significationem. Vno modo, idem est ꝙ amittere, & in isto sensu, cum dicit perdet eam, subintelligendum est in alia vita. q. d. Qui voluerit animam suam saluam facere, idest delitijs, & voluptatib. occupare in hac vita, quia hoc est vitam suam saluare secundum opinionem carnalium, & talis perdet eam in alia vita, quia obligat eã ad pœnam inferni. Alio modo, perdere idem est, ꝙ destruere, & tunc cũ dicitur perdet eam, subintelligitur in hac uita, & est sensus: qui uoluerit animam suam saluam facere, quantum ad meritum vitę æternæ, ipse perdet eam, idest destruet corpus laboribus, & passionibus exponendo, ex quibus sequitur separatio animæ à corpore, & hoc est animam perdere secundum æstimationem falsam carnalium, licet sit saluare eã ſm veritatem. ſm hunc ultimum sensum sequitur, qui autem perdiderit animam suam ꝑp me. i. propter deum mortem sustinẽdo ipse ïueniet eã in beatitudine Deo fruendo.

9 Dub. Quomodo intelligitur, quid ꝓficit homini si lucreĩ uniuersum mũdum &c. Respondet Chry. q. d. cum aliquis aspiciens ꝑsentem dulcedinem, aut vtilitatẽ, renuit quidem pati, eligit aũt splendide viuere si sit opulẽtus, q. d. inde sibi cõmodum erit cum perdiderit animam, transit enim huius mũdi figura, & amęna velut vmbra discedunt: non enim proderunt thesauri impietatis, eripit autem à morte iustitia.

10 Du. Quid est erubescere Christũ, & eius sermones? Res. Theo. ꝙ ille erubescit Christum, qui dicit, nunquid credam crucifixo? sed & sermones eius erubescit, qui Euangelij ruditatem contemnit. Et ut dicit Lyr. ille erubescit, qui non audet confiteri Christum, & veritatem euangelij.

11 Dub. Quomodo dominus erubescet eos? Res. qđ simile est ac si aliquis paterfamilias habẽs seruũ prauũ erubescit eũ nominare.

12 Dub. Quæ est maiestas angelorũ? Resp. qđ honor, & dignitas, quam habebunt honorantes Christum.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN FESTO SANCTAE CATHERINĘ de Senis.

Simile est regnum cœlorum grano sinapis. Mat. 13.

Hanc parabolam dixit dominus anno ætatis suæ 33 prima die Aprilis, in Sabbato.

TROPOLOGICE.

Cœlorum Regnũ parabolice loquens dominus sinapis grano assimilari aiebat, qđ minimo quidem omnium oritur semine, sed incremẽtũ accipiẽs olera excellit vniuersa, ac cœli volatilib. arbor effectũ, suis in ramis habitaculũ ꝓstat, & ẽt fermẽto illud simile, cũ dixit, qđ celatũ satis in trib. farinæ à muliere totũ fermẽtatũ extitit, his dñs ad turbas

bas vtebatur parabolis, nec sine eis aliquid loquebatur, ut vatis impleretur eulogium, in parabolis os loquetur meum, abdita eructabo à sęculi restitutione.

Hæc sunt quæ occurrunt super dictis Euangelij, dubia.

1 DVBITATVR. Cur dominus vtitur istis parabolis? R. Chry. q̄a dominus dixerat de semine, ꝗ tres partes pereunt, & saluatur vna, & in ipsa rursus quæ saluatur multa efficitur iactura propter zizaniam, quæ super seminatur, ne dicerent, qui ergo erunt & quanti fideles, consequenter hunc timorem aufert, per hanc parabolam sinapis.

2 Dub. Quid intelligit hic per regnū cęlorum? R. Hiero. ꝗ prędicationem Euangelij.

3 Dub. Qūo prædicatio Euangelij sit similis grano sinapis? Res. qui sup. quia sicut granum sinapis est minimū oībus seminibus, & post crescit in arborē, ita prædicatio Euangelij minima est omnibus disciplinis, quantū ad splendorē eloquentiæ, & compositionem sermonum, & tamen vbique terrarum expansa est Euangelij prædicatio.

4 Dub. Quam virtutē habet granū sinapis? Res. Aug. de quęst. Euang. ꝗ venena expellendi. Et ideo, ad feruorem fidei pertinet.

5 Dub. Qui homo accepit granum sinapis? Res. Hiero ꝗ est Saluator, qui in animis credentium seminat.

6 Du. Vbi seminatur? Res. qui sup. ꝗ in animo nostro, in quo fouetur humore fidei.

7 Du. Quid significat, quòd in arborē crescit, & volucres celi habitant in ramis eius? Resp. qui sup. qm̄ pdicatio Euangelica parua, q̄ videbatur in principio, ut in animam credentis, uel in totum mundum sata fuerit, non exurgit in olera, sed crescit in arborem ita ut uolucres cœli, quas, uel animas credentium, vel fortitudines Dei seruitio mancipatas sentire debemus, veniant, & habitent in ramis eius.

8 Dub. Quid significant isti rami? R. q sup. ꝗ sunt diuersitates dogmatū, in quibus supradictarum volucrū vnaquęque quiescit.

9 Dub. Ad quid introduxit aliam parabolā de fermento? R. Chry. qm̄ sicut fermentum multam farinam transmutat in suam uirtutem, ita & Apostoli totum mundum.

10 Du. Quid intelligit hic per mulierē? Res. Aug. de quæst. Euang. quod sapientiam.

11 Dub. Cur dicit quod abscōdit in farinā? Res. Chrys. qđ sicut fermētū suffoditur quidē, sed non destruitur: sed paulatim ad suum habitū omnia transmutat, sic in prædicatione Apostolorum continget, quia licet habeant multas vexationes, non timebunt, sed omnes superabunt.

12 Dub. Cur solū dicit in satis tribus? Resp. qui sup. qđ ponit hunc numerum determinatum pro multitudine indeterminata.

13 Dub. Quid sunt sata? Res. Hie. qđ est genus mensuræ, iuxta morem prouincię Palęstinę, unum, & dimidium modium capiens.

14 Dub. Quid significant illa tria sata? Resp. Aug. in q. Euang. qđ intelliguntur illa tria in homine, ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, uel tria illa fructifera, centesimum, sexagesimum, & tricesimum.

15 Dub. Qūo intelligit donec fermētatū est totū? Resp. Rabanus, quia charitas in nostra mente recondita, eousquè crescere debet, vt totā mentem in sui perfectionē cōmutet, ꝗ hic inchoatur, in futuro verò perficitur.

16 Dub. Cur Euang. inducit prophetā in testem? Resp. Chrys. ne aliquis opinaretur qđ Christus noua induceret, & ideò inducit ꝓphetam hunc predicentem doctrinæ modū.

17 Du. Quis propheta est, & ubi dicit? Resp. quòd est Dauid Ps. 77.

18 Dub. Quomodo intelligitur dictum prophetæ? Res. Hie. & Glos. q. d. qui prius locutus sum per prophetas, modo in propria persona aperiam os meum in parabolis, & eructabo de thensauro mei secreti, & emittam mysteria, quæ abscondita erant à constitutione mundi.

19 Dub. Quia uidetur qđ multoties locutus fuerit sine parabolis? Res. Aug. de cons. Euang. qđ hoc dicitur, non quia nihil proprie locutus est, sed quia fere nullū sermonem explicauit, ubi non per parabolam aliquid significauit.

ALLEGORICE.

[Grano sinapis] seipsum dominus cōparauit agri seminis, & omniū seminum minimo, cuius uirtus pressuris accendit, Ipse q̄ppè est [granū sinapis] qui in horto sepulturę plātatus arbor magna surrexit, granū q̄ippè fuit cū moreretur, arbor cū resurgeret: granū per humilitatē carnis, arbor per potētiā maiestatis. Granū igitur hoc postquàm in agro seminatū fuit. i. ubi à populo cōprehēsus & traditus morti, tanquā in agro fuit

satione

satione quadam corporis consepultus, vltra mensuram omnium olerum excreuit, & vniuersam prophetarũ gloriam excedit. Oleris enim vitę, tanquã ęgroto Israel data est pdicatio prophetarũ, sed iã in ramis arboris cœli volucres inhabitãt. Apostolos s. ex Christi virtute protésos, & mundũ iubilantes in ramis intelligimus, in quo gẽtes spe vitæ aduolabunt, & aurarum turbine, i. diaboli spiritu flatuque vexatę, tanquam in ramis arboris conquiescent [Fermẽto] etiã se dominus cõparauit, fermentum. n. de farina est, qđ virtutẽ acceptã aceruo sui generis reddit, hoc aũt fermẽtũ acceptũ mulier [synagoga s. per iudicium mortis abscondit in farinę mensuris tribus] i. legis, prophetarũ, & euangelistarum æqualitate coopertum, omnia vnum fecit, vt quod lex constituit, Prophetæ nunciauerunt, idest ipsum euangeliorum perfectionibus expleatur.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt assumamus pennas virtutũ sicut columbæ, & ascendamus ramos passionis Christi, & ibi securi quiescemus, & nos p humilitatẽ paruos nos existimantes ut granũ sinapis quatenus ex charitate credamus, & exaltemur a dño. & abscõdamus fermentum credulitatis nostræ in satis tribus farinę, i. credulitatis patris, & filij, & Spiritussancti, & cum in vnum fuerint fermẽtata, nõ nos ad tres Deos, sed ad unius diuinitatis perducat notitiam.

ANAGOGICE.

Contẽplemur, q̃ magna pręmia præparauit Deus humilibus, & contemptibilibus mũdi, ut beatæ Catherinæ Senẽsi despectæ mulierculæ, q̃ in tantã altitudinẽ ascendit, ut Christo regi regum desponsari mererẽt, q̃ & transcendit quã plures diuina in lege peritos edocta ab ore Christi, ubi nunc cum eo triũphat in cęlis, ex minimo grano sinapis ad tantã proceritatẽ accrescẽs, ut inter angelicos spiritus, quorũ uitã in terrenis degens imitata est, uirginitatẽ suã Christo domino dedicans, & malignorum spirituum certamina uincens, prophetiæ etiam dono clarens stabilita sit, quam oro, ut pro me misero peccatore apud sponsum suum orare dignetur, ut illuminet mentẽ meã expulsis tenebris scelerũ, quatenus eius exemplo carnem meam affligẽdo, fructuosam, & altissimo Deo gratam peragere ualeam pœnitentiam. Amen.

IN FESTO APOSTOLORVM Philippi, & Iacobi.

Non turbetur cor uestrum. Ioan. 14.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die Iouis, in cœna domini.

HISTORICE.

De suo admodũ tristatos recessu discipulos, dñs ne corde turbarentur cõsolatus est, & quemadmodũ in Deũ ipsũ quoq; credere deberent: mansiones ẽt in eius genitoris domo quã plures esse, notũq; eis fecisse si minus qđ foret, & se ire, ut habitaculũ eis pararet. Rursus quoq; se ad eos uẽturũ, ut secũ ducẽs una simul maneãt, eosq; uiã, qua iret nosse. Quærenti aũt Thomæ, ut edoceret uiam, rñdit ueritatẽ uiã & uitã se esse, qua sine, nemo patrẽ agnoscere, ad ipsũq; pperare posset, & eos iã patrẽ intuitos fuisse, & ammodo eũ cognituros. Vt uero eis genitorẽ domonstraret rogãti Philippo satisq; hoc eis esse, ait, se tãto cũ eis conuersatũ fuisse tpe, & necdũ ab eis agnitũ, qm ipsum cõspiciẽs, & patrẽ uidet, cũ ipse in patre, & in ipso genitor esset, qui in ipso manẽs operatur, operibusq; his fidẽ eos adhibere debere, in cũ uero credens necdũ æqualia, sed & multo maiora operarẽt. Ipse uero ad patrẽ it, seq; cuncta quæ eius in noĩe postularent, operaturum pollicitus fuit.

Iuxta morem dissoluentur aliqua dubia.

1 DVBITATVR Igitur qua de causa conturbati erãt discipuli? Res. Lyr. quoniam prædixerat eis Iudæ proditionem Petri negationem, & suã mortẽ.

2 Dub. Cur dicit, cor uestrũ, ac si alia in ipsis minimè turbata essent? Respõ. S. Th. in lib. de memo. & reminiscentia lec. 7. q. humiditas abundans circa cerebrum, & circa cor facit turbari, i. commoueri: principium igitur turbationis est a corde, unde aliquis dicitur turbari, quando commouetur.

3 Dub. Cur dicit, creditis in Deũ, & in me credite? Rñ. Aug. q. in hoc exprimit suã deitatẽ. q. d. cõsequẽs est si in Deũ creditis, ut in me credere debeatis, quod non esset consequens si Christus non esset Deus.

4 Du. Cur dicit in domo patris mei mãsiones multæ sunt? Rñ. Chr. q. qa dñs supra dixerat Petro, quo ego uado nõ potes me se-

qui modo, sequeris auté postea.ne ęstimarét soli Petro hác promissioné esse datã dixit, i domo patris mei mãsiones multæ sũt.

5 Dub. Quæ sunt istæ diuersæ mãsiones? Rñ. S. Tho. 4. sen. dist. 49. q. 1. ar. 4. q. 3. ꝙ vt Aug. exponit sũt variæ dignitates pmiorũ.

6 Dubita. Quomodo beatitudinis gradus possint dici mansiones? Respon. qui supra, quòd assecutio finis appetitiui motus, dicitur mansio, uel collatio in fine. Et ideò diuersimode consequendi finem vltimum diuersæ mansiones dicuntur.

7 Dub. Cur dicit domo in singulari, & mãsiones in plurali? Resp. qui supra, quòd vnitas domus respondet vnitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti, & pluralitas mansionum respondet differentiæ, quæ in beatitudine inuenitur ex parte beatorum.

8 Du. Quomodo intelligitur, si quominus dixissem vobis? Respon. Lyr. q. d. in cœlesti beatitudine si esset aliquid minus, vel defectuosum dicerem vobis.

9 Dub. Si mãsiones multæ ibi sunt, qũo vadit parare eis locũ? Rñ. Aug. sup Ioanné, ꝙ parat mansiones. Mãsionibus pparãdo mansores, quia iam mansiones sunt in prædestinatione, sed nondum erant in operatione.

10 Dubita. Quando veniet ad accipiendum eos ad seipsum? Resp. Alcuinus, quando veniet iudicare viuos, & mortuos.

11 Du. Quia sic videtur, ꝙ sancti non habebunt vitã æternã vsq; ad dié iudicij? Resp. Ly. ꝙ verum est quo ad beatitudinem animæ, & corporis, nisi in priuilegiatis, semper virgine Maria, & sancto Ioanne euangelista, vt pie creditur, ut dicit Sanctus Tho. qui sunt beati in anima & corpore, sed quo ad beatitudiné animæ solũ, quotidie Christus accipit animas sanctorum decedétium ducens ad beatitudinem.

12 Du. Quomodo ipse parat nobis locũ, cũ nos præparamus per bonas operationes? Resp. ꝙ ipse dicitur præparare, quia infundit nobis gratiam, ut bene operemur.

13 Dub. Cum discipuli tunc essent vbi Christus erat, cur dicit, vt vbi ego sum, & vos sitis? Resp. Ly. ꝙ intelligit de ęterna beatitudine, ad quam debebat eos ducere.

14 Dub. Cur dicit vbi sum, & non ubi ero? Rñ q supra ꝙ iam ipse erat beatus inquantũ Deus, & inquãtũ homo, quo ad animã.

15 Dub. Qũo debebat ire? Rñ. qui supra, ꝙ post mortem per resurrectionem corporis gloriosi ibat ad patrem exaltando humanitatem ad dexteram patris.

16 Du. Quæ est uia eũdi ad patrẽ? Rñ. q sup. ꝙ mors fuit uia Xpi eũdi ad patrem, & ipse Christus est uia, p quã nos imus ad patrem

17 Dub. Qũo Apostoli sciebant hanc uiam? Res. q sup. quia ipse eos de hoc instruxerat, licet ipsi non intellexissent ad plenum.

18 Dub. Quia dñs dicit discipulos scire, quo iret, & uiã scire, & Thomas utrumq; neget? Resp. qui sup. quòd non est inconueniens, qm̃ dominus dicebat eos scire in gñali, & in quodam confuso, cum cognitio humana procedat de imperfecto ad perfectum, & Thomas negat se scire in particulari, & determinate, ac perfecte.

19 Dub. Cur Th interrogat, &c. Resp. Chrys. super Io ꝙ ex multa dilectione, & timore.

20 Dub. Cur Thomas loquit̃ in plurali? Res. quòd loquebatur tam pro se, quàm pro alijs Apostolis.

21 Dub. Quomodo Tho. sciebat, ꝙ alij hoc nescirent? Resp. quia semper psens fuerat in instructione Christi uel etiam tunc conferentes dicebant se nescire.

22 Dubit. Qũo Xps est uia, ueritas, & uita? Res. Aug. de uerbis dñi. q. d. quo uis ire, ego sum uia: quo uis scire, ego sũ ueritas, ubi uis permanere, ego sum uita: Christus. n. era uia per humanitatem, ueritas rõne uisionis, & uita ratione fruitionis.

23 Dub. An Philosophi hoc sciuerint? Res. qui sup. qđ ueritaté, & uitã oĩs hõ capit, sed uiam non oĩs inuenit, ambula p hoiem, & peruenies ad Deũ. Melius est. n. in uia claudicare, quàm præter uiam fortiter ambulare.

24 Dub. Cur dicit, nemo uenit ad patrem nisi per me? Resp. Ly. quòd ad ostendendum, quòd ipse sit uia ratione humanitatis.

25 Dub. Quomodo per eum uadimus ad patrem? R. qui supra, quòd per in eum credendo, & opere eum imitando.

26 Dub. Cũ Io. 6. dixerit, nemo uenit ad me nisi pater meus traxerit eum, cur hic dicit, qđ nemo uadit ad patrem nisi p eum? Res. qui sup. quòd hic exæquat seipsum ei, q genuit. Et ideo hoc dicit, ut ostendat eius diuinitatem, qua est unus cum patre.

27 Dub. Cur dicit si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtique cognouissetis? Res. Ly. quia pater, & filius sunt unum in deitate.

28 Dub. Qñ inceperant pfecte cognoscere patrem? Resp. qui supra, qđ quando aperuit illis

illis sensus, ut intelligerent scripturas.

29 Dub. Quando viderunt patrem? Res. Ly. q. viderunt suppositum filij in quo est natura diuina, quæ est idē, qđ pater, & sic in filio quodāmodo viderunt patrem, vel uiderunt quando audierunt, sicut dicit Exod. 20. populus videbat voces i. audiebat.

30 Dub. Quando audierunt patrem? Resp. qui sup. quando respondit Christo, & clarificaui, & iterum clarificabo.

31 Dub. Quia dicit vidistis eū, & postea, mō cognoscetis eū? Res. Hilarius in 7. de Tri. q. tempus visionis separauit à tpe cognitionis. Nām quem cognoscendum ait eundem, iā dixit, & visum, & naturæ iam pridem in se conspectæ scientiam ex tempore nunc huius reuelationis acciperent.

32 Du. Quis induxit Philippum ad interrogandum? R. Hilarius 7. de Tri. di. quòd nouitas dictorū eum cō mouit, homo cernitī, Dei se filium fateī, cognito se, cognoscendū patrem dicit. Patrem visum esse ait, prorupit igitur apostolica familiaritas ad dominum interrogandum.

33 Dub. Cur dicit, ostende nobis patrem? R. Ly. quia volebāt oculis corporalib patrem videre, qui tamen non potest videri.

34 Du. Cur dñs rñdet, tanto tpe vobiscum sum, &c. Resp. Ly. q. d. dominus, magna rusticitas est, quòd tamdiu doctrinam meam audistis, & adhuc parum me cognoscitis secundum deitatem.

35 Dub. Cur dicit Philippus, & sufficit nobis? R. Aug. 1. de Tri. q. illa lętitia qua nos adimplebit cum vultu suo nihil amplius requiretur, quòd benè intellexerat Philippus.

36 Dub. Cur arguit Philippum? R. Hilarius. ubi sup. q. iō arguit, quia cognoscebat ignorāter, cū. n. ea, q̄ gereret, propria Deo essent, calcare vndas, iubere vētis, peccata dimittere, mortuis vitam reddere, huic querele oīs orta conquęstio est, quòd in homine assumpto Dei non intellecta natura est.

37 Dub. Qūo qui videt Christum, videt & patrem? Resp. Aug. qā a patris similitudine in nullo prorsus discrepat filius.

38 Dub. Quanto tpe cum eis stetit. Resp. à tempore, quo eos vocauerat vsq; tunc.

39 Dub. An una p̄sona diuina possit cognosci, alia uō cognita? Res. dō. Card. de Turrecrem. quòd vna cognitio est, qua Deus cognoscit p̄ effectus, quæ perficit lumine naturalis rationis, & sic Deus potest cognosci, non intellecta distinctione personarum. Alia est, qua homo dr̄ cognoscere aliqua, q̄ sunt supra intellectum humanum p̄ reuelationem, & tali cognitione fidei si sit p̄fecta non pōt quis videre vnam p̄sonam, alia non visa. Tertia cognitio Dei est visio intuitiua, qua beati vident Deum, & tali cognitione impossibile est videre in diuinis vnā personam alia non visa.

40 Dub. Cur dicit Philippo, non credis, &c. Resp. Ly. q. d. istud debes credere, & sufficit tibi ad salutem.

41 Dub. Qūo pater est in filio, & filius in patre? Res. S. Th. 4 cōtra Gentiles. c. y. quia essentia patris est in filio, & essentia filij in patre, & non est nisi una essentia. Ideò pater est in filio, & filius in patre.

42 Dub. Cur nunc loquens Philippo, loquit̄ pluraliter? Res. Ly. quia nunc non solum loquitur ad Philippum, sed ad omnes.

43 Dub. Qūo facit opera? Res. qui sup. quòd pater, & filius sunt vnum in virtute operatiua ex qua fiebant miraculosa opera.

44 Dub. Cur replicat, non creditis, quia ego in patre, &c. Respon. Aug. quia primò solus Philippus arguebatur. Hic uero loquitur ad omnes.

45 Dub. Qūo pp opera ipsa credere dēbāt? Res. Chr. q. d. vidistis signa cum auctoritate, & omnia, quæ deitatis erant p̄pria, & quæ solus pater operatur, peccata soluta, mortem recedentem, & huiusmodi.

46 Dub. Quomodo credentes in Christo fecerunt opera, quæ ipse fecit? Resp. Ly. quia in uirtute Christi faciebant opera, quæ fecit Christus, & maiora.

47 Dub. Quæ maiora opera fecerūt? Resp. q. sup. quòd primò Apostoli conuerterūt multas gentes. Xp̄s solum paucos ex Iudæis. Secundo, qa Apostoli p̄dicabāt in oib. linguis, Xp̄s autem solum in Iudæa, similiter maiora miracula fecerunt, qa etsi Christus infirmos sanabat ad tactum fimbriarum, ut patet Marci 6. Sed maius fuit, quòd ad tactum vmbræ Petri sanabantur. Act. 5. c.

48 Dub. Quia non fecerunt Apostoli opera q̄ fecit Christus, qa iam erant facta? Resp. quòd nō fecerunt illa in numero, sed in specie, vel genere i. similia opera.

49 Dub. Cur dicit, quia ad patrē vado? Resp. Chrys. q. d. vestrum erit deinceps facere miracula, ego enim vado.

50 Dub. Cur dicit, & quodcunq; petieritis

patrem in noie meo hoc faciā? Resp. Ly. q̄ Apostoli illa, q̄ fecerunt nō fecerūt nisi p virtutē Xpi, qđ patet, q̄a talia faciebāt deprecādo, & Xps faciebat miracula, imperando.

51 Dub. Cur dicit, in nomine meo? Respon. Chry. quia Apostoli dicebant in nomine Iesu Christi surge, & ambula.

Allegoricè. & Tropologicè non exponitur, ratione dicta in prologo.

ANAGOGICE.

Ducimur in contemplationē illarum mãsionū cęlestiū, in quib. cū Xpo manebimus qui fuit via, vt ad illã pueniremus, & q̄ erit vita animarū nostrarū, & fruemur diuinitate, & sufficiet nobis, quia satiabimur cū apparuerit gloria eius, & quicquid nunc petimus in nomine Iesu s. pertinens ad salutem nostram, tunc amplissimè consequemur.

IN INVENTIONE SANCTAE Crucis.

Erat homo ex pharisæis. Quære dominica de Trinitate.

IN FESTO SANCTAE MONICAE matris S. Augustini.

Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naym. Quęre fe. 5. post dominicā 2. Quadragesimæ.

IN FESTO S. IOANNIS ANTE portam Latinam.

Accessit ad Iesum mater filiorum Zebedæi. Quęre fe. 4 post secundam dominicam Quadr.

SECVNDVM ORDINEM Prædicatorum.

Dixit Iesus Petro, sequere me. Quęre in eius festo.

IN FESTO SANCTORVM Geruasij, & Protasij secundum ordinem Prædicat.

Cum egrederetur Iesus de templo. Mat. 13.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. de 20 Martij, dominica palmarū.

HISTORICE.

Egrediente tēplo dñm ex discipulis eius qdā, vt quales structuræ tēpli essēt aspiceret rogauit, ait aūt oēs has ędificationes euertī debere à Deo, ut lapidi lapis non inhęreat. Cumq; in oliuarū mōte sederet, interrogātib. Petro Iacobo, Ioāne, ac Andræa, quonā tpe hæc futura essēt, vtq; aliqđ cōsummationis eorū signū daret, vt cauerēt ne se seduci permitterēt, r̄ndit, cū plerią; sub eius nōmine essent noie plurimos seducentes, quodq; cū pr̄lia audirēt, nequaquam afficerent̄ timore, qm̄ talia fieri necesse esset, & si non statim adesset finis. Gens. n. cōtra gētem, Regnum aliud vexabit regnum, occupabūtq; loca fames, & terręmotus, q̄ dolorū initia erūt: admonuit vero, vt semetipsos pspicerent, qm̄ in concilijs, synagogis, ac corā regib. & principatib. ducerent̄ multa passuri aduersa ob ipsius testimoniū, in cūctas tn̄ añ diuulgandū Euāgeliū fore gētes, nō necesse quoq; esse, vt quēadmodū tūc loquerent̄ p̄meditati, sed vt a spiritusancto, qui in eis loqueret̄ instruerent̄ effarent̄, nam & parētes liberos, ac fratres germanos, natiq; pgenitores ad necē dabūt, quodq; ob eius ab omnib. odirent̄ nomen, sed hic salutem solus consequeretur, qui in finem vsque fortis perseueret.

Quæ occurunt dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Itaq; qn̄ dn̄s ingressus fuerat templum? Resp. quod in die palmarum, cum ingressus fuit Hierosolymam statim accessit ad templum.

2 Du. Quis fuit ille discipulus, q̄ structuras tēpli demōstrauit? R. Euangelista nō posuit, q̄a nec eū scire magnū afferret cōmodum.

3 Du. Cur ostendit dño illas structuras? R. Theop. q̄ q̄a multa circa destructionē Hierusalem dn̄s pdixerat, mirabant̄ discipuli, q̄ tam magna, & pulchra ædificia destrui deberent, ideo ostendebāt ei decorem templi.

4 Dub. Cur dn̄s sedebat in mōte Oliueti? Resp. Beda, q̄ ut et ipso corporis situ contra templū sedens verbis, quæ loquit̄ congruat.

5 Dub. Cur separatim isti discipuli interrogant? Respond. Chry. quia de magnis erant interrogaturi.

7 Dub. Cur isti, & non alij discipuli Xpm de futuris interrogant? Res. qui sup. quia liberius, & securius Christo loquebantur.

7 Dub. Cur Xps non r̄ndet interrogationi eorū? Res. Theo. q̄ anteq̄ eis ad interrogata r̄ndeat mētē eorū cōfirmat, vt nō seducant̄.

8 Dub. Cur quærebāt scire tēpus huius destru-

structionis? Ref. Ly. quia iacula præuisa minus feriunt, ideo quærunt vt possent sibi prouidere, si casus accideret.

9 Dub. De quibus bellis? Ref. Beda, tēpore dominicę passionis in populo Iudęorum, qui latronē seditiosum elegerunt, & Christum Saluatorem abiecerunt, nec hostiū, nec seditiones ciuium cessauerunt.

10 Dub. Cur admonet, ut non timeant? Ref. qui sup. q. ut nō ob timorē Hierusalē & Iudæam deserant, quia videlicet, nō statim finis, sed vsque in 40. differēdum sit annum.

11 Dub. Quæ gens contra gentē insurrexit? Ref. Theo. q. Romani contra Iudæos. Et ut dicit Ly. gens Iudæorum contra gentē Samaritanorum sępius ante distructionem ciuitatis insurrexit.

12 Dub. Cur oportebat illa fieri? Resp. q. a sic erat diffinitum à Deo in pœnā Iudæorum.

13 Dub. Per quæ loca fuerunt terræmotus, & fames? Resp. Beda, quia per loca & ciuitates Iudæorum, vt etiam Deus videretur præliari contra eos: & ut narrat Iosephus tāta fuit fames in Hierosolimis, vt mater comederet filium proprium.

14 Dub. Quæ opiniones bellorū erant? Ref. Ly. q. ante destructionē ciuitatis multa signa apparuerunt, & inter alia quoddam sydus stetit super ciuitatem per annum, simile gladio. & erant diuersæ de hoc opiniones, quibusdā dicentibus quod eueniret eis auxilium contra inimicos. Alijs verò dicentibus hoc significare eorum destructionem.

15 Dub. Cur predicit quod traderentur in cōcilijs &c. Resp. Theo. q. conuenienter hanc narrationē præposuit de his, quę circa Apostolos erant futura, vt in proprijs tribulationibus aliquam consolationem haberent ex communibus tribulationibus, & passionibus.

16 Dub. Quomodo illa erant initia dolorū? Respond. Lyr. quia illi dolores, & afflictiones illæ, quæ tunc inceperant, fuerunt consummata in captura Hierusalem per Romanos.

17 Dub. In quibus concilijs fuerunt traditi? R. q. Iudæorum, ut habetur Act. 5. quando ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

18 Dub. Quando vapularunt in synagogis? R. quòd ut habetur vbi sup. fuerunt cæsi in synagoga.

19 Dubit. Ante quos regēs, & præsides stetерūt? R. q. ut habetur Act. 12. ante Herodē, qui occidit Iacobum, & posuit in carcere Petrum, & Paulus stetit ante præsidem Syriæ. Act. 24. & post, ductus Romam coram Nerone.

20 Du. Cur dicit, in testimonium illis? Ref. Theo. in præiudicium eorum, ut si essent inexcusabiles, quod si Apostolis laborantibus illi non potuerunt veritati coniungi.

21 Dub. An ante destructionem Hierusalē prædicatum fuerit Euangelium in toto orbe? R. Beda, q. hoc fuisse completum ecclesiasticę testantur historiæ.

22 Du. Cur nō debebāt pręcogitare quid locuturi essent? R. qui sup. quia cum propter Christum ducimur ad iudices, volūtatē tm̄ nostrā pro Xpo debemus offerre, cæterū ipse Xps quantū in nobis habitat loquitur, & Spiritussancti in respondendo gratia loquit.

23 Dub. Quomodo Spiritussanctus loquitur, qui non habet os? R. loquitur. i. eos quos inhabitat loqui facit.

24 Dub. Cur hoc eis prædixit cū ipsi de hoc eum non interrogarent? R. Glo. q. propter dictā dubitare potuissent, quod ex defectu propriæ scientiæ, ac facundiæ ad respondendum insufficientes essent corā regibus &c. Ideò in hoc consolatur eos.

25 Du. Quomodo parentes filios & reliquī alios tradent in mortē, cum hoc sit magna crudelitas? R. Beda, q. nullus inter eos est fidus affectus, quorum diuersa est fides.

26 Du. An hoc vnquam contingerit, ut pater filium &c. in mortē traderet? R. qui sup. q. hoc in persecutionibus crebro visum est, patet etiam hoc perscrutanti historias & passiones sanctorum.

27 Dub. Quomodo erunt odio omnibus, cū non fuerint cogniti ab omnibus? R. Ly. omnibus gentibus. i. aliquibus omnium gentium, & est synecdoche.

28 Du. Cur dicit propter nomen meum? R. Theo. quia quod habeantur odio propter Christum, est causa sufficiens persecutiones sustinendi, quia non martyrem facit pœna, sed causa.

29 Dub. Quia nullus potest sustinere vsque in finem mundi, cum non tantum uiuat? R. Lyr. q. intelligitur, qui perseuerauerit fide formata vsq; in finem vitæ, hic saluus erit.

ALLEGORICE.

Recedente Iesu de templo omnia legis

ædificia ista destructa sũt, vt nihil à Iudæis impleri possit, & capite sublato omnia inter se membra compugnãt, sedet autẽ contra templũ designans, ꝙ quietus manens in sanctis, superborũ detestatur amentiã. Mõs vero Oliueti fructiferã designat sanctę ecclesiæ celsitudinẽ, ꝙ dñs respondet de aduẽtu suo signat, ꝙ non cessat uenire per ecclesiã, in qua usq; ad finẽ veniet. In suis enim veniens agnoscitur dum eius quotidie mẽbra noscũtur. Potest uero regnũ sup regnũ & pestilẽtia eorũ quorum sermo subrepit, vt cancer, & fames audiendi verbi Dei, & cõmotio vniuersæ terræ, & à vera fide separatio in hæreticis magis intelligi, qui cõtra se inuicẽ dimicantes ecclesiæ victoriam faciunt. Fratres autẽ, & parentes tradunt seipsos in mortem, dũ mala vita, & malo exẽplo alios ad peccandum inducunt, sed perseuerantes nec ex ipsorum exemplo præuaricantes saluantur.

TROPOLOGICE.

Docemur vt nõ confidamus in palatijs, & diuitijs, quæ oĩa diruentur, quòdq; non pmitamus nos seduci ab aliquo, nec timeamus bella, & aduersitates, qa solum possunt contra corpus, sed non contra animã, & qđ amore Christi omnia perferamus tormẽta, nec ciemus odium hominum contra nos propter nomen Christi, & qđ perseuerantiam habeamus si uolumus saluari.

ANAGOGICE.

Cõteplemur structuras altissimas cœlestis Hierusalẽ, videlicet, excelsa merita sanctorũ, in quibus non erit lapis super lapidẽ, nec vnus confundet aliũ, nec aliquis dolebit de gaudio proximi sui. Et tunc Iesus sedebit in Monte Oliuarũ. i. in summo cęlo, vñ cõspiciẽt tota cœlestis patria, vbi nullus metus erit præliorũ, & vbi quilibet præmia recipiet pro meritis: in quam patriã solum introibũt, qui perseuerauerint vsq; in finẽ.

IN VIGILIA SANCTI Ioannis Baptistæ.

Fuit in diebus Herodis regis. Luc. 1.

Gesta fuerunt ista, vt dicit Beda die 24. Septembris imminente æquinoctio.

HISTORICE.

Sacerdos qdã Zacharias noĩe vicis Abiæ, & vxor eius Elisabeth ex Aarõ ꝓgenie Herodis Iudææ regis tẽporibus fuerunt, & iusti quidẽ ante dñm, carebant vero filijs, Elisabeth sterili existẽte, amboq; iam generandi cursũ pertrãsierãt: cũ vero sacerdos Zacharias tẽplũ Dñi ingressus incensum dño poneret populi multitudine foris expectante, Domini Angelus illi apparuit ad dextrum incensi altaris cornu, cumq; timore correptus fuisse Zacharias, ut timorẽ deponeret angelus imperauit suãque exauditam fuisse orationẽ denunciauit: quoq; Elisabeth eius vxor sibi filiũ pareret, quẽ Ioannẽ vocaret gaudiũ etiã tam sibi quàm cæteris in eius ortu magnum futurum, ipsum etiã euasurũ excelsum coram dño, nec vinũ potaturum aut sicerã, & spiritu repleturũ sancto ex genitricis vterò. Ad Deum plures ex Israel filijs conuertet, & ante eum in spiritu, ac uirtute Helię incedet, ut patrum corda in natos conuertat, & ad iustorũ semitas infideles altissimo perfectam plebem pararet.

Hæc sunt dubia soluenda.

1 DVBITATVR An Zacharias fuerit summus sacerdos? R. Amb. & Beda, quòd sic. Ly. autem dicit, quòd fuit de minoribus, videlicet, de 24. ordinatis per Dauid ut habetur 1. Paralipo. 24. cap.

2 Dub. Cur Zacharias, & eius vxor ab Euãgelista nominãtur proprijs nominibus? R. Ly. quòd propter eorũ bonã vitã, & famam.

3 Du. Quomodo intelligitur, ꝙ Zacharias erat de uice Abię? R. Ly. ꝙ de 24. generationibus, ex quibus Dauid volens ampliare cultũ Dei, ordinauerat 24. sacerdotes, qui successiuè seruirent per hebdomadas in templo Dñi. Octaua sors cecidit super Abiam, vt dicitur 1. Paralipo. 24. de quo Abia descendit iste Zacharias.

4 Dub. Cur dicitur, ꝙ vxor illius erat de filiab. Aaron? R. Theo ꝙ sacerdotes non permittebantur de alia tribu vxorem ducere, vt habetur Leuit. 22.

5 Dub. Qũo erant ambo iusti, cũ nõ sit homo, qui nõ peccet. R. ꝙ etsi peccabant uenialiter, non propter hoc desinebant esse iusti, cum septies in die cadat iustus.

6 Du. Cur dicit ante Deũ? Res. Ambro. sup Luc. qa aliq videnẽ iusti populo ex simulata sanctitate, qui tñ nõ sunt iusti ante Dẽũ.

7 Dub. Cur ex sacerdote Ioannes ortus est? Res. Bed. ꝙ vt eo potentius mutationẽ sacerdotij præconizaret, quo ipsũ ad sacerdotale genus

se genus pertinere claresceret.

8 Dub. Cur natus est ex iustis parentibus? Resp. qui sup ꝙ vt confidentius iustitiæ præcepta populis daret, quo hæc ipse non quasi nouitia didicisset, sed velut hæreditatio iure à progenitoribus accepta seruaret.

9 Du. Quid intelligitur cum dr̄ in omnib. mandatis, & iustificationib. dñi sine querela? Resp. Lyr. ꝙ mandatis dr̄, quantum ad obseruationem moralium præceptorum. Iustificationib. quantum ad obseruantiam cerimonialium. & sine querela, quantum ad obseruantiam iudicialiũ, quia pacifice, quantum ad proximos se habebant.

10 Dub. Cur dicit, qđ non habebant filium? Resp. Ly. qđ duplex causa assignatur, vna ex parte mulieris, quia erat sterilis: alia ex parte amborum, quia senes erant, & præterierat tempus generandi.

11 Du. Quia videtur, qđ Elisabeth esset maledicta sin legem, vt habetur Exod. 23. & Deu. 7. R. Lyra & S Th. in 4. sen. dist. 33. in expositione literæ, qđ hæc maledictio non erat culpæ, sed pœnæ, non tm̃ quantum ad defectum naturæ, quam habet virginitas in prolis defectum, sed etiam quantum ad infamiam, quia opprobrio habebatur.

12 Dub. Quomodo processarant in diebus suis? R. Theo. quòd processerant non solum secundum corpus, sed secundum spiritum ascensiones in corde ponentes.

13 Dub. An nunc Zacharias forte fuerit electus, vt sacerdotio fungeretur? R. Bed. quòd non, sed prisca forte cum ex ordine sui pontificates in uicem succederet.

14 Dub. Cum Deus sit vbiq; cur dicit ante Deũ? R. quòd etsi Deus sit vbiq; tamen specialiter dicitur esse in templo, quia ibi volebat adorari, tanquàm in loco deuotiori.

15 Dub. An liceret extra templũ dño sacrificare? R. qđ nõ, ut habetur Exo. 20. vbi dicitur altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues uestras, & boues, in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei. vbi dicit Ly. qđ iste locus sacrificij non poterat esse nisi unus ad uitandum periculũ idololatriæ, ad quam populus Iudæorum erat pronus, ad quam declinassent de facili si ubique potuissent sacrificare.

16 Dub. Antequã templum fundaretur, ubi sacrificabant? R. Ly quòd post ingressum filiorũ Israel in terram promissionis locus sacrificij primo fuit in Sylo, ubi fuit tabernaculum positum, & altare holocaustorum, & destructa Sylo, translatum fuit in Nobe, & destructa Nobe per Saulem translatum est in Gabaon: postea in Hierusalem ubi est fundatum templum.

17 Dub. Quia ut habetur 2. Reg. 24. Dauid sacrificauit in monte Moria, & 3. Reg. 18. Helias sacrificauit in monte Carmeli? Res. qui sup. ꝙ hoc fuit ex causa speciali, & diuina reuelatione, quia Dauid ibi sacrificauit ex iussu Gad prophetæ, propter apparitionem Angeli, & Helias ad conuincendum prophetas Baal.

18 Dub. Quomdo dicitur angelus apparuisse Zachariæ? Resp. Amb. ubi sup. ꝙ ideo dicitur sibi apparuisse, quia eum repente conspexit. De angelis enim, & de Deo scriptura diuina tenere consueuit, ut ꝙ non potest præuideri, apparere dicatur.

19 Dub Cur non apparuit in somnis sicut Ioseph? Res. Chry. ꝙ eo, quia nimis arduum annunciabatur, unde manifestiori, & mirabiliori uisione egebant.

20 Dub. Cur dicit altaris incensi? Resp. Basilius, quoniam alterum erat deputatum altare ad holocausta.

21 Du. Cur Angelus stabat? Res. quia nũcij cũ nunciant aliqua solẽt stare, & nõ sedere.

22 Dub. Cur potius stabat à dextris, quàm à sinistris? Res. Amb. ubi sup. quia diuinæ insigne misericordiæ deferebat, dominus. n. à dextris est mihi ne commouear.

23 Du. Cur potius sibi apparuit Angelus in templo, quàm extra? Res. qui sup. quia ueri sacerdotis annunciabatur iam aduentus, & celeste sacrificium parabatur, in quo angeli ministrarent, non n. dubites assistere angelum, quando Christus immolatur.

24 Du. Cur Zacharias turbatus fuit in uisione angeli? Res. Chr. q̃a non põt homo quantũcũq; iustus absq; timore cernere angelũ.

25 Dub. Quomodo irruit timor super Zachariã? Res. Chry. ꝙ sicut auriga perterito, loraque dimittente, corruunt equi præcipites totaque quadriga peruertitur: sic accidere consueuit animæ quoties ab aliquo stupore deprimitur.

26 Dub. Cur Angelus primo dixit, ꝙ non timeat? Resp. Orig. ꝙ noua facies humanis se obtutib. præbens turbat mentem, animũq; consternit, uñ angelus sciens hanc humanã esse naturã, primũ perturbationi medetur.

Du.

27 Du. An animæ separatæ à corpore possint apparere omnibus, sicut apparēt angeli? Res. S.Tho. in 4.sen.dist.45.q.1.art.1.q.3.q. nō, secundum cursum naturalē, sed bene secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ, & sic animæ separatæ aliquando à suis receptaculis egressæ conspectui hominum præsentantur. Sicut Aug. in libro de cura pro mortuis agenda narrat de Felice martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit, cum a Barbaris oppugnarentur, in libro quoq; dialogorum multa narrantur de huiusmodi apparitionibus animarum.

28 Du. An semper quādo volunt animæ separatæ possint apparere viuentibus? Res. qui sup. q. sic animæ sanctorum, non asit damnatorū, nisi aliquando permittantur à Deo.

29 Dub. An semper, quando apparet aliqua talis anima ibi præsentialiter sit? Resp qui sup. q. non, vt Aug. per multa exempla probat in libro de cura pro mortuis agenda.

30 Dub. An Angeli, vt appareant hominib. assumant corpora? Res. S.Tho. 1.par.q.51. ar.2.q. cum non habebant corpora naturaliter sibi unita, relinquitur, q. interdū corpora assumant quia in specie propria nō possent ab hominibus videri.

31 Dub. De qua materia assumunt corpora angeli? Res. S.Th. in q. de pontentia Dei, q.6.ar.7. q. ex quolibet elemēto pōt angelus corpus assumere, vel etiam ex pluribus elementis commixtis, sed magis competit, qđ ex aere corpus assumat.

32 Dubit. Cur magis conueniens est aer, q̄ alia elementa ad corpora formādum? Resp. qui supra, quia potest inspissari faciliter, & sic figuram recipere, & retinere. Et per alicuius lucidi corporis oppositionem diuersimode colorari, sicut in nubibus patet.

33 Dub. Quia videtur, q. sit quædā fictio cū Angelus nō assumat verū corpus humanū? Res. qui sup. qđ non est ibi fictio, quia formas humanas non obiiciunt oculis angeli, ut homines esse credantur, sed vt per humanas proprietates angelorum virtutes cognoscantur, sicut nec etiam metaphoricē locutiones sunt falsæ, in quib. ex aliorum similitudinibus res aliæ signantur.

34 Du. Quomodo cognoscūtur boni angeli a malis? Res. S.Th. 3.par.q.70.ar.3. qđ ut legitur in uita beati Antonij nō difficilis est beatorum spirituū malorumq; discretio: si enim post timorē aduenerit gaudium a domino venisse sciamus auxiliū, quia sæcuritas animæ præsentis maiestatis indiciū est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est, qui videtur.

35 Du. Quæ oratio fuit Zachariæ quæ fuit ex audita? Res. Aug. de qō. Euangelij, qđ intelligendum est, qđ orauerit pro populo, & eius salute.

36 Dub. Cur ergo dicit sibi Angelus, & Elisabeth vxor tua pariet tibi filiū? R. qui sup. quoniam populi salus, & peccatorum abolitio, ac redēptio per Christū futura erat, ad hoc nunciatur Zachariæ nasciturus filius, quia præcursor Christi destinabatur, quasi ipso dicente, vt dicit Theo. Vnde erit mihi hoc manifestum, qđ populo peccata sunt dimissa? ait angelus, ex hoc, qđ Elisabeth pariet, credes, qđ populo peccata sunt dimissa.

37 Dub. Cur non potuit etiam rogare, vt daretur sibi filius? R. Aug. vbi sup. quòd nō est uerisimile, vt cum pro peccatis populi, vel salute, vel redemptione sacrificiū ille offerret, & potuerit publicis votis relictis homo senex vxorem habens pro accipiendis filijs orare, præsertim, quia nemo orat accipere, qđ accepturū se desperat, vsque adeo autē ille iam se habiturum filios desperabat, vt hoc angelo promittenti non crederet.

38 Du. Cur præcipit Angelus, qđ vocet Ioānes? Res. Beda, quoniam Ioannes interpretatur in quo est gratia, uel domini gratia, quo noīe declaratur primo parentibus eius gratiam, quibus decrepitis nasceretur filius esse donatam, deinde ipsi Ioanni, qui magnus coram domino esset futurus, postremo etiam filijs Israel, quos ad dominū erat conuersurus.

39 Du. Cur debēt in eius natiuitate gaudere? Rn. Orig. qđ qn nascit iustus in mundo, ministri natiuitatis eius lętant, qn vero ille nascitur, q. quasi ad pęnas, & ergastulum releuatur, minister consternatur, & concidit.

40 Dub. Cur alij, quam parentes debēt gaudere? R. Alcuin quòd sanctis non solū parentum gratia, sed salus est plurimorum.

41 Dub. Qui fuerunt illi, qui in natiuitate eius fuerunt gauisi vltra parentes? R. Lyra, qđ ut dicitur in textu, uicini & cognati, & nunc dies natiuitatis eius, non solum festiuatur ab omnibus Christianis, sed etiam à Saracenis, & aliquibus alijs.

42 Dub. An Ioānes fuerit magnus corpore? R. Ambr. ubi sup quòd in hoc non corporis,

sed

ſed animæ magnitudinem declarauit.

43 Dub. Quæ eſt iſta magnitudo animæ? Reſpõ. qui ſup. qđ magnitudo uirtutis dicitur eſſe magnitudo animæ.

44 Dub. Cur dicitur coram domino? Reſp. Theophilus, qđ multi magni dicuntur ſed coram hominibus, non coram Deo, ſicut hypocritæ, ita etiam & parentes Ioannis iuſti coram domino dicti ſunt.

45 Dub. Quid egit Ioãnes, ut diceretur magnus? ℞. Ambroſius, vbi ſupra, qđ Ioannes non fines alicuius propagauit imperij, non triumphos belli certaminis reportauit, ſed quòd eſt amplius prædicans in deſerto, delitias hominum, corporiſq; laſciuiam magna animi virtute depreſſit.

46 Dub. Quid eſt ſicera? ℞. Beda, quòd interpretaṫ ebrietas, quo uocabulo Hebræi omne quod inebriare poteſt poculum, ſiue de pomis, ſiue de frugibus, ſeu de qualibet alia materia confectum ſignificant.

47 Dub. Cur debebat abſtinere à uino, & ſicera? Reſp. Beda, quia erat Nazareus. i. conſecratus domino per totam uitam ſuam. Et ideo ab omni inebriatione abſtinuit, iuxtà ritum Nazareorum. Num. 6.

48 Dub. An Ioannes repletus fuerit Spiritu ſancto ab vtero ſuæ matris? Reſp. ꝙ ſic, non qđ uterus eum impleuerit, ſed in utero adhuc exiſtens repletus fuit Spirituſancto.

49 Dub. Cur ſic fuit repletus Spirituſancto? Reſp. Ly. quia purgauit eum ab originali peccato, & profuit ei quantum ad operationem boni meritorij.

50 Du. Cur ergo poſt fuit baptizatus ſi purgatus fuerat a peccato originali. Reſ. dominus Card. de Turrecrem. ꝙ etiam ſacrificati in utero indigent baptizari propter characterem, quo configurentur Chriſto.

51 Dub. Quomodo conuertit filios Iſrael ad Deum? Reſp. qđ baptizando, & Chriſto teſtimonium perhibendo.

52 Dub. Quis eſt dominus Deus Iſrael? Reſ. Beda, qđ ex dictis patet Chriſtũ eſſe dominum Deum Iſrael.

53 Dub. Quomodo Ioannes Chriſtum præceſſit? Reſp. Quoniam prænuntius Chriſti natus eſt, & prænuntius mortuus eſt.

54 Dub. Quomodo Ioannes venit in ſpiritu, & virtute Heliæ? Reſ. Ambro. vbi ſupra, quoniam Helias habuit virtutem, ut ad fidem animos populorũ a perfidia retorqueret, virtutem abſtinentiæ, atq; patientiæ, & ſpiritum prophetandi. In deſerto Helyas, in deſerto Ioannes. ille Achab regis gratiã nõ quæſiuit, hic ſpreuit Herodis, ille Iordanem diuiſit, hic ad lauachrum ſalutare conuertit, ille prioris, hic ſequentis dominici præcurſor aduentus.

55 Dub. Cur dicitur in ſpiritu, & virtute? Reſ. qui ſup. quia nunquàm ſine uirtute ſpiritus, vel ſine ſpiritu virtus eſt.

56 Dub. Quomodo patrum corda conuertit in filios? Reſp. Beda. ꝙ ſpiritualem antiquorum ſanctorum ſcientiam populis prædicando infundens.

57 Dub. Cum increduli ſemper ſint in pertinatia, quomodò eos conuertit? ℞ Ly. quòd conuertit illos, qui fuerant increduli, ut eſſent fideles.

58 Dub. In quo conſiſtit prudentia iuſtorũ? ℞. qui ſup. quòd in operibus fidei charitate formatæ, & deuotionis.

59 Dub. Qũo paraṫ dño plebs perfecta? ℞. qui ſup. quod per euangelij ſuſceptionem.

ALLEGORICE.

[Quod parentes Ioannis iuſti erant tempore Herodis] ſignificat, qđ ſub malis principib. multi iuſti poſſunt reperiri, [qđ filium non habent] ſignificat, qđ peccatores iuſtis credere uolunt, nec uelle effici filij ſpirituales iuſtorum, [qđ Zacharias ingreditur templum ad ponendũ incenſum] ſignat iuſtos orationib. ſuis peccatorib. veniam impetrare, & correctionem [quod alij foris ſtant] ſignificat eos, qui ſunt extra gratiam, [ꝙ angelus apparuit, & annunciat placita] ſignificat Deum multum inclinari ad orationes ſanctorum, & ipſis placari, & peccatores, quos uocare uenerat in filios ſuſcipere, & eis ſuam gratiam infundere, [qđ multi lętantur] ſignificat, ꝙ gaudium eſt in cęlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente, & tales magni efficiuntur, ut patet de Paulo, Magdalena, & pluribus alijs, qui replentur Spũſancto ex utero matris eccleſiæ, & alios conuertunt ad dñm, & ſic parant Deo plebem perfectã, imperfectionem remouendo.

TROPOLOGICE.

Docemur, ut etiam ſub tyrannis iuſtitiã ſectemur, & obſeruemus mandata domini, & in neceſſitatibus, & tribulationib. recurramus ad dñm, orãdo tam pro nobis, q̃ pro proximis, nec ſtemus cum multitudine extra templum, ſed ingrediamur, Deo gratias referendo, & incenſum orationum offerendo,

do, & infundet nobis gratiam, & efficiemur magni charitate, & replebimur Spiritusancto castè uiuentes, & bonis exemplis, ac uerbis alios conuertemus, ut plebs Deo deseruiens perfecta sit.

ANAGOGICE.

Erigimur, ut cõtemplemur quẽadmodũ Christus nos fecit Deo regnum, & sacerdotes, & patri sanguine suo in cœlum offerens nos reconciliauit, & cum nascimur ad cœlestem gloriam omnes celestes spiritus gaudent, & exultant, & efficimur magni cum eo regnãtes, peccatoribus foris existẽtibus.

IN DIE SANCTI IOANNIS Baptistæ.

Elisabeth impletum est tẽpus pariendi. Lu. 1.

Historia huius Euang. facta est anno Xpi primo vsuali, die 24 Iunij, in die Veneris.

HISTORICE.

Natum cum Elisabeth peperisset eidem à contribulibus, ac uicinis ob magnificã erga eam domini misericordiam exhibitam congratulatum fuit, octauo igitur cum conuenissent die ob infantis circuncisionẽ eum Zachariam sui genitoris nomine compellebant: obstetit autem genitrix iubens, ut Ioãnes uocaretur. Illis autem nullum tali illa in cognatione nomine uocari asserentibus ad genitorem iudicium delatum est, cui innuentes, vt sententiam ediceret, pugillarem poposcit, & accepit, scripsitque ut Ioannes vocaretur, quòd cunctos in admirationem deduxit. Statim autem, eidem loquelæ vsu reddito excelsum benedicebat Deum. Vicinos uerò omnes timor inuasit, factaq; fama circumquaque diuulgata est magnumq; aliquid in puero futurum audientes præsagiebant, domini quoque dextera eum protegebat. Spiritu autem sancto Zacharias genitor repletus hæc prophetice prompsit, Benedictum, uidelicet, dominum Deum Israel esse, qm̃ sui populi Israel redemptionem visitando operatus fuisset, cornuq; in sui Dauid domo salutis erexisset, quemadmodum per suos prænunciauerat uates, cum de eorum inimicis atq; odientibus, eis attulisset salutem, ut eorum misereretur patribus sanctiq; reminisceretur testamenti sui, prout iureiurando magno patri Abrahæ firmauerat, se uidelicet eis exhibiturum, ut absque æmulorũ formidine ab eis eruti excelso ipsorum creatori sanctè iusteq; omni deseruirent tpe. Natum aũt prospectans talibus eum affatus est verbis. O infans, excelsi vates diceris Dei, eiusq; ut itinera præpares, ipsius ante faciem incedes, & pro plebis erratorum abolitione salutis scientiam populis contribues potentissimo Deo, eiusq; copiosa opitulante miseratione, quia & nos ex alto progrediens inuisere dignatus est, vt suum in tenebris sedentibus lumen infunderet, & à mortis vmbra erueret, vtque nostræ in pacis via dirigantur plantæ.

Poterimus nunc aliqua perscrutari dubia.

1 DVBITATVR igitur, cur dicitur impletum est tẽpus pariẽdi? Respon. Amb. super Lucã, qđ hoc verbũ plenitudinis nõ inuenitur positum nisi in generatione iustorum.

2 Dub. Quod est illud tempus pariendi? Respon. Ly. quòd tempus nouem mensium.

3 Du. Quid oportebat facere mentionem de plenitudine temporis pariendi? Resp. q. sup. quia quicquid accidit in generatione iustorum, dignum est notari.

4 Du. Qui dicebanť uicini, & cognati eius? Resp. qui sup. vicini. i. cohabitantes: cognati vero, qui erant ex eius consanguinitate, & affinitate.

5 Du. Quam misericordiam magnificauit dominus cum Elisabeth? Resp. qui sup. qđ auferendo sterilitatem, & eius opprobriũ, & talem filium sic mirabiliter annunciatũ & supernaturaliter conceptum dando.

6 Du. Quomodo cõgratulabantur ei? Res. Chry. q̃ hi, qui eius cognouerant sterilitatem, testes diuinæ gratiæ efficiebantur, sed & nemo uiso infante cum silentio discedebat, sed Deum, qui illum ex insperato concesserat collaudabat. Gaudentes omnes de ortu infantis.

7 Dub. Quæ fuit illa dies octaua? Res. Ly. quòd fuit octaua à natiuitate præcursoris.

8 Dub. Cur vocabant eũ nomine patris sui Zachariam? Res. qui sup. quia sic erat antiquitus satis cõmuniter obseruatũ, & adhuc obseruatur maximè in magnis dominis, qđ primogenitus nominatur nomine patris.

9 Dub. Cur nolebat mater eius, qđ vocaretur Zacharias? Res. Amb. dic. aduertẽdũ matri non nomen alicuius displicuisse degenere, sed id sancto infusum spiritu, qđ ab angelo, ante Zachariæ fuerat prænunciatum.

Dub.

9 Dubi. Quomodo potuit scire Elisabeth, q. deberet vocari Ioannes, cum hoc non dixerit sibi Zacharias, qui effectus fuerat mutus? Resp. Ambr. ubi sup. q. Spiritussanctus ei reuelauit.

11 Dub. De qua cognatione intelligit? Resp. Lyra, qđ hic accipitur cognatio. i. propinquitas generis, quia de cognatione Elisabeth, nec sui viri nullus sic uocatus fuerat.

12 Dub. An de cognatione Iudaica aliquis ante uocatus fuerit Ioannes? Resp q. sic, ut patet 1. Machab. 2. de Ioanne fratre Iudæ Machabæi, & de Ioanne Eupolemi.

13 Dub. Cur innuebant Zachariæ, & non eum interrogabant qũo uellet eum uocari? Resp. Ambr. ubi sup. q. incredulitas ei affatum eripuerat, & auditum.

14 Dub. Quid est pugillaris? Res. s̃m Vocabulistas, ut dicit etiam Catholicon, qđ est penna, cornu, uel tabella manualis.

15 Dub. Cur potius scripsit nomen, quàm p aliud signum declarauit? Res. Amb. qđ hic, quod manu non poterat, literis est locutus.

16 Dub. Cur nõ scripsit uolo, quod vocetur Ioannes? Res. qui sup. q. d. non ei nos nomẽ imponimus, qui iam à Deo nomen accepit.

17 Dub. De quo mirati sunt uniuersi? Resp. Theophil. quia cum muliere circa hoc nomen pueri pater mutus concordauit.

18 Dub. Cũ quotidie Zacharias aperiret os comedendo, & bibendo, quomodo tunc dicitur fuisse apertum? Resp q. licèt ante aperiret, non tamen ad loquendum sicut vt hic.

19 Dub. An lingua eius fuerit scissa? Resp. q. sup. quòd dicitur aperta. i. liberata à uinculo, quod loquelam impedierat.

20 Dub. Cur duplici pœna Zacharias affectus fuit s. surditate, & taciturnitate? Resp. Theoph. quòd tanquã inobediẽs surditatẽ incurrit, & tãquã cõtradictor taciturnitatẽ.

21 Dub. Cur non liberatus fuit statim nato infante? Res. Ly. quòd per confessionem fidei in scripto, quam uerbo facere non poterat liberari meruit.

22 Dub. Quid loquebatur Zacharias benedicẽs Deum? R. S. Vinc. in Ser. hod. quòd id, quod sequitur, scilicet, Benedictus dominus Deus Israel.

23 Du. De quo factus est timor ita magnus? Res. timor magnus. i. admiratio magna.

24 Dub. Cur magis in mõtana diuulgabant hæc, quàm in plano? Resp. quia domus Zachariæ erat in montanis.

25 Dub. Cur sic diuulgabantur? Resp. Lyra, quia facta insolita, & mirabilia libentius narrantur.

26 Dub. A quib. diuulgabantur? Res. quòd à vicinis, & cognatis.

27 Dub. Cur ponebant in corde suo? Resp. Lyra, quoniam talia mirabilia magis commendantur memoriæ.

28 Dub. Quid uolunt intelligi dum dicunt, quis putas puer iste erit? R. Ly. q. d. visis tot signis ualde magnus erit.

29 Dub. Quid est manus dñi? R. qui sup. qđ est uirtus Dei operatiua miraculorum.

30 Dub. Qũo ista uirtus erat cum Ioanne? R. qui sup. quia in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate ostensa fuit.

31 Dub. Cur Zacharias incredulus debuit repleri Spiritusancto? R. Amb. quòd bonus Deus est facilis indulgere peccatis, non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit.

32 Dub. Quomodo potuit repleri Spiritusancto? R. Chry. quòd repletus est operatione Spiritussancti.

33 Dub. Quam gratiam habuit à Spiritusancto? R. qui supra, quòd non aliqua pars gratiæ data est ei Spiritussancti, sed ad plenum.

34 Dub. Quid prophetauit Zacharias? Res. Orig. qđ vnam prophetiam prænunciat de Christo, & alteram de Io. ut patet in textu.

35 Dub. Cur dicit Deus Israel, cum sit Deus omnium? R. Ly. quòd est dominus omnium per generalem gubernationem, seu per creationem, Israel per specialem cultum & deuotionem.

36 Dub. Cur dicit, uisitauit, cum adhuc Christus non esset natus? R. Ber. quòd Zacharias prophetico more, quòd in proximo faciendum erat, cognouerat iam quasi factum.

37 Dub. Cur plebi fecit istam visitationem? R. Chrys. quòd populo suo Israel materiali, siue populo Israel spũali s. populo fideli.

38 Dub. Quando fecit redemptionem? R. q. in sua passione.

39 Dub. Cur oportebat, ut uisitaret? R. Beda, quia erat longa infirmitate tabescens.

40 Dubit. Quid intelligitur per cornu? R. Chry. quòd cornu nominat potestatem, gloriam, & famam metaphorice, a brutis animalib. illud accipiens, quib. loco munimimis, & gloriæ, cornua Deus dedit.

41 Dub. Quid est cornu salutis? Respond. Beda,

Beda, qđ regnum Christi, quia cornu excedit carnem, in cuius figuram Dauid, & Salomon cornu olei sunt in regni gloriam consecrati.

42 Dub. Cur dicit, erexit? Resp. Theop. quia videbatur Deus dormire, sed in nouissimis incarnatus temporibus excitatus est, & contriuit dæmones qui nos oderant.

43 Dub. Cur dicit, nobis? Resp. quoniam propter nos homines incarnatus est.

44 Dub. Cur dicit, in domo Dauid? Resp. Orig. quia de semine Dauid secundum carnem natus est.

45 Dub. Cur Dauid dicitur puer domini? Resp. quia semper voluntatem domini quæ siuit adimplere.

46 Dub. Qui prophetæ de hoc locuti sunt? Res. q; ut habetur Actuum 10. omnes prophetæ huic testimonium perhibent.

47 Dub. Cur dicit, qđ locutus est per os prophetarum? R. Græcus, quod per hoc innuit Deum per os esse locutum.

48 Dub. Quomodo intelligitur, qui à sæculo sunt? Resp Beda, quia tota veteris testamenti scriptura prophetice de Christo processit, & ipse pater Adam, & cæteri patrum factis suis eius dispensationi testimonium reddunt.

49 Dub. Cur dicit salutem, &c. Res. qui supra, q; explanat, quod supra dixit cornu. i. erexit nobis salutem ex inimicis nostris.

50 Dub. Qui sunt inimici nostri, &c. Resp. Orig. q; de spiritualibus inimicis intelligit.

51 Dub. Quomodo oderunt nos? Resp. quia quærunt nobis viam salutis præcludere, & in iram Dei adducere.

52 Dub. Cur dicit, ad faciendam misericordiam? Resp. Lyr. quia non propter nostram iustitiam mysterium incarnationis impleuit, sed propter misericordiam.

53 Dub. Cum quibus patribus nostris fecit misericordiam? Res. Orig. q; in eius aduentu, & Abraham, Isaac, & Iacob, & alij functi sunt misericordia.

54 Dub. Quod est testamentum suum sanctum? Resp. Theoph. quòd est pactum, de quo dicitur benedicens benedicam tibi, & multiplicabo te.

55 Dub. Qũo fuit multiplicatus Abraham? Res. qui sup. q; in omnib. gentibus per imitationem fidei eius adoptatis in filios, qui benedicunt Deum in fide Abrahæ.

56 Dub. Cur dicitur, Deus memorari? Res. Ly. quòd ad modum recordantis se habuit quando pactum impleuit.

57 Du. Vt quid Deus iurauit? Res. Basilius, q; non iurat, ut homo, sed uerbum eius loco iuramenti nobis ad veritatem exprimitur immutabili sententia, quod est promissum approbans.

58 Dub. Quomodo Deus dedit se nobis, cũ solum filium dederit ad incarnandum? Res. Ly. quòd dando filium, qui est eiusdem substantiæ cum ipso, pater etiam seipsum dedit nobis, cum ipse in filio manens faciat opera. Ioannis 14.

59 Dub. Quid est iusiurandum? Resp. q; ut habetur in l. ius autem, ff. de iust. & iu. q; cõuenientius dici posset, factum iuramentum, uel factum iuratum, eo q; super facto iuratur: vel iurisiurandũ, eo quòd super iure, qđ iuranti competit iuratur. Vel ut dicit Azo. fortè ius ponitur pro religione. q. d. iurisiurãdu m. i. religio firmandi, vnde iusiurandum idem est, quòd iuramentum factum.

60 Dub. Quomodo sine timore liberamur de inimicis, &c. R. Orig. quòd crebro de hostium manu aliqui liberantur, sed non absq; timore cum enim metus, & discrimen ante præcesserint, & sic de inimicorum manu quis eruetur, liberatus est quidem, sed non sine timere. Ideo, dicit qđ Christi aduentus sine timore nos a manibus hostium eripi fecit. Non enim eorum insidias sensimus, sed repente ab eis nos segregans duxit ad fortis propriè mansionem.

61 Dub. Quia dicitur in psal. 2. Seruite domino in timore, & hic dicitur sine timore? Res. Ly. qđ hic intelligitur de timore seruili, in psalmo autem de timore filiali.

62 Dub. Quid est sanctitas? Resp. Chr. quòd est apta circa Deum æquitas.

63 Dub. Quid est iustitia? Respond. qui supra, quod aliquis reuerenter exequatur diuina, & quo ad homines laudabiliter conuersetur.

64 Dub. Cur dicit coram ipso? R. qui sup q; ad differentiam hypocritarum, qui coram hominibus, & non coram Deo, quærunt apparere, & placere.

65 Dub. Cur dicit omnibus diebus? Resp. qui sup. qđ ista seruitus non debet fieri semel, aut ad tempus, sed singulis diebus, & quamdiu vixerit.

66 Dub. Cur Zacharias ad filium sua uerba conuertit? Respond. Ambr. vbi supra, quòd pulchre

pulchrè hoc facit, ut hoc quoq; benè factū esse dñi designaret, ne cum publica numeraret, sua quasi ingratus tacuisse videretur.

67 Dub. Quia videt q. frustra loqueretur filio, qui non poterat intelligere, uel audire? Res. qui sup. q. profecto potuit uocē patris natus audire, qui Mariæ salutationem antequam nasceretur audiuit.

68 Dub. Cur altissimi Ioannes debebat esse propheta? Resp. Beda, quòd Christi, quem Ioannes præire debebat.

69 Dub. Cur dicitur quòd ante faciem præire deberet? Resp. Chrys. quòd alij prophetę eminus Christi mysteriū prædicauerunt. Hic vero propius prędicauit, ut eum cæteris indicaret.

70 Dub. Cur potius dicitur ante faciem, quā ante Deum? Res. Ly. q. ideò dicit ante faciē, idest ante filium Dei, qui est similitudo patris, vel eius facies, per faciem enim designatur notitia, secundum Greg. super Ezechielem: ea autem, quæ ad notitiam pertinent in diuinis, filio appropriantur.

71 Dub. Quō Ioannes parauit uias Christi? Res. qui sup. q. per prædicationem Christū annunciando, & per baptismum assuefaciēdo, quia sic homines disponebantur ad facilius recipiendum baptismum Christi.

72 Dub. Quam scientiam dedit plebi Ioannes? Res. qui supra, quòd tunc scientiam dedit, quando prædicauit salutem fiendam per Christum.

73 Dub. Cur dicit in remissionem peccatorum? Res. Theoph. quia non aliter cognitus esset Deus nisi plebi peccata dimisisset, Dei enim est peccata dimittere.

74 Dub. Cur dicit, per viscera, &c. Resp. Ly. quia per intimam, & occultam misericordiam Dei facta sunt hæc.

75 Du. Ad quid refertur illud relatiuum, in quibus? Resp. Chrys. in quibus s. misericordiæ operibus.

76 Dub. Cū nos semper uideat, quia vbique est, quomodo tunc uisitauit nos? R. q. sup. quòd tunc uisitauit nos assumpta carne.

77 Dub. Quomodo intelligitur oriens ex alto? Respond. Ly. idest ex sinu patris oriens in mundo.

78 Dub. Quibus illuminauit, quia dicit illuminare his &c. Resp. qui sup. patrib. in limbo existentibus, ad quos descendit Christus.

79 Dub. Quid intelligit per tenebras? Resp. Chrys. quod errorem, & a fide distantiam,

80 Dub. Quæ est umbra mortis? Res. Greg. 4 Moralium, quòd est obliuio mentis: sicut enim mors hoc, quod interficit agit, ut non sit in memoria. Vnde Iudæorum populus qui oblitus fuerat, dicitur in vmbra mortis sederat.

81 Dub. Cur dicit sedent? Resp. Chrys. quia non ambulabant in tenebris, sed sedebant.

82 Dub. Quæ est uia pacis? Resp. Theoph. quòd est uia iustitiæ.

83 Dub. Quomodo in ea diriguntur pedes? Respon. qui supra, idest affectus animarum nostrarum.

84 Dub. Quia Malachiæ 2 dicitur. Ego mitto Angelū meum, & Esaiæ 40. Ego uox clamantis in deserto. & hoc de præcursore dñi, ergo nō debebat uocari Ioannes, sed Angelus, uel vox? Res. dñs Card. de Turrecre. in hoc Euangelio, q. conuenienter sibi impositum fuit hoc nomen Ioannes, de mandato Angeli, nec est mirum, quòd vnus & idem propter diuersas virtutes in eo existētes recipiat nomina diuersa.

ALLEGORICE.

[Ioānis celebrata natiuitas] gratiam noui testamēti inchoatā demonstrat,] cui vicini, & cognati nomē patris, quā Ioannis imponere malebant] quia Iudæi, qui legis obseruatione, quasi affinitate iuncti erant, magis iustitiam, q̄ ex lege est sectari, q̄. fidei gratiam suscipere cupiebant. [sed Ioānis] hoc est gratiæ Dei uocabulum [mater verbis, pater literis nunciare satagunt] quia, & lex ipsa psalmiq; & prophetę apertis sniarum vocib. gratiam Christi prædicant, & sacerdotiū illud vetus figurans, cęrimoniarū ac sacrificiorum vmbris eidem testimonium perhibet. [pulchreq; Zacharias octauo die prolis editæ loquitur] quia per dñi resurrectionem, quæ octaua die hoc est post septimum Sabbati facta est, occulta legalis sacerdotij arcana patuerunt. Tempore igitur dominicę resurrectionis prædicata gratia Christi salubris timor, noc solum Iudæorum qui erāt vicini, uel situ loci, uel scientia legis, sed et exterarum gentium corda concussit, [nec tantum montana Iudeæ] sed omnia mundani regni mundanęq; sapientiæ culmina Christi fama transcendit.

TROPOLOGICE.

Instruimur ut congratulemur ꝓximis si eis aliqua dñi gratia confertur, quodq; gratias agamus de beneficijs receptis à Deo timea-

meamusq; eum timore filiali, & benedicamus in sæcula sæculorum.

ANAGOGICE.

Erigimur vt domini altissimi antiqua miracula contemplemur, quæ nos ducunt ad agnitionem cœlestis beatitudinis, quia qui dat sterilibus conceptum, ipse erigit pauperé de stercore peccatorum, ut sedeat cũ principibus, & potestatibus, in cœlestibus, & linguas mutorum aperit ad collaudandum eũ in æterna gloria, qui & timetur timore domini, qui permanet in æternum, ubi omnes sancti eum benedicunt cum exercitibus cœlestibus dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth.

IN VIGILIA APOSTOLORVM Petri, & Pauli.

Dixit Iesus Petro. Symon Ioannes diligis me. Ioan. 21. cap.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 6. Aprilis, in die Martis.

HISTORICE.

Bina cum dominus Petrũ interrogasset uice, an se cæteris plus diligeret, & respondisset, quòd ipso sciente eum diligeret, iniũxissetq; dñs, ut suos pasceret agnos. Tertiò rursus dominus a Petro, an se amaret quæsiuit, quo Petrus contristatus, eũ oĩa scire rñdit, profectoq; agnoscere se ab eo diligi, imperauit autem dñs ut suas pasceret oues, inquiens, quòd dum iuniori frueret̃ ætate se cingulo ad libitum constringebat, pergens quocunque uoluisset, sed senio dum grauabit ab alio ligandus foret & ducendus quo nolit, his qua Deum clarificaturus esset nece demonstrans.

Oportet nunc dubia soluere, quæ occurrunt super dictis Euang.

1 DVBITATVR. Vbi dñs prædicta uerba dixit Petro? Resp. ꝙ ad mare Tyberiadis, vbi se post resurrectionem discipulis manifestauerat.

2 Dub. Cur dominus interrogat Petrum an se diligat? Resp. Ly. quia uolebat ei beneficium speciale conferre.

3 Dub. Quòd erat illud beneficium? Resp. Theoph. quòd volebat ei commissionem ouium mundi commendare.

4 Dub. Cur interrogat quod sciebat? Resp. quod ut ex respõsione sua dominus ei committeret, quod intendebat.

5 Dub. Cur uocat eum Symonem, & non Petrum? Resp. qui sup. quòd conuenientius Symonem, qui interpretatur obediẽs uocauit, quia tunc obedire debebat domino tale sibi officium imponenti.

6 Dub. Cur inquirit an plus ceteris eũ diligat? Res. Ly. quia ille, qui eligitur ad prælationem debet Deum diligere præ cæteris, quia iuxtà Gregorium tñ debet excedere actiones populi uita præsulis, quantum distat à grege uita pastoris.

7 Dub. De quo debet fieri electio ad præsulatũ? Res. S. Th. sup. 1. ad Thi. 4. & ad Heb. 5. quòd de eo, quem Deus inspirauerit.

8 Dub. An melius sit recusare, quàm acceptare platurã? Resp. qui sup. quodlibet. 5. ar. 22. quòd tutius est recusare, dummodo nõ imponatur necessitas à superiori.

9 Dub. An cõsentiens in electionem de se factam peccet? Res. qui sup. quòd si cõsentit propter aliquid tp̃ale, puta honorem & diuitias, uel aliquid huiusmodi, peccat, qa intẽtio est mala: si autem consentit propter profectum ecclesiæ, sic habet bonam intentionem, & non peccat.

10 Dub. An melior semper sit eligendus ad prælaturam? Res. qui sup. 2. 2. q. 185. ar. 3. ꝙ non meliorem simpliciter tenet̃ quis eligere, sed meliorem, quo ad regimen ecclesiæ, qui s possit ecclesiam instruere, defendere, & pacifice gubernare.

11 Dub. Quid debet in se habere bonitatis ille, qui eligit̃? Res qui sup. quòd sufficit sibi quòd nihil in se inueniat p quod illicitũ reddat assumere prælationis officium, quia nec Petrus interrogatus an amplius ceteris Deum diligeret, respondit quod sic, sed solum, quòd eum diligebat.

12 Dub. An prælati sint assumẽdi de sua ecclesia, uel de aliena? ℞. qui sup. q. 63. art. 2. quòd ille, qui de gremio ecclesiæ assumitur, ut in plurib. consueuit esse utilior, quãtum ad bonum commune, quia magis diligit ecclesiam, in qua est nutritus.

13 Dub. Cur dicit Petro, pasce agnos meos? ℞. Aug. in ser. Paschæ, quòd confitenti Petro amorem suum agnos commendauit, tãquã non esset ubi ostenderet Petrus amorẽ suum in Christum, nisi esset pastor fidelis sub principe omnium pastorum.

Dub.

14 Dub. Cur potius Petro, quàm alijs hoc imposuit? Res. Chry. quia Petrus erat eximius Apostolorũ, & os discipulorum, & vertex collegij.

15 Dub. Cur ter Petrum Dominus interrogat si eũ diligeret? Res. Aug. quòd vt redderetur trinæ negationi trina confessio: ne minus amori lingua seruiat, quàm timori, & plus vocis elicuisse videatur mors imminens, quàm vita præsens.

16 Dub. Cur Petrus non respondit Christo an eum plus diligeret, quàm cęteri? Resp. Aug. super Ioãnem, quòd Petrus de se sciebat, non. n. quantum ab alio quilibet diligeretur scire poterat, quia cor alterius videre non poterat.

17 Dub. Cur cũ dominus interrogat, diligis me: Petrus respondit, amo te? Resp. Aug. quòd per hoc demonstratur vnum atque idem esse dilectionem & amorem.

18 Dub. Cur hic dicit: pasce agnos meos, & tertio dicit, pasce oues meas? Res. Ly. quia in fidelibus Christianis tres sunt gradus, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, illi qui sunt in duobus primis gradib. dicuntur agni, & illi qui sunt in tertio oues nominantur.

19 Dub. Cur contristatus est Petrus de tertia interrogatione? Res. Chry. quòd rursus formidans priora, ne forte æstimans se diligere, si non diligat corripiatur, sicut & prius correptus est, multum se æstimans fortẽ, s. quando dixit, paratus sum tecum & in carcerem, & in mortem ire.

20 Dubita. Quid intelligit Petrus dum dicit, domine tu omnia scis? Respondet qui supra, idest ineffabilia cordis præterita, prę sentia, & futura.

21 Dubit. Quid vult dominus dicere Petro quãdo dicit, amen amen dico tibi, &c. Res. Lyra, quòd prædicit sibi suum martyrium.

22 Dub. Cur prænunciat sibi suũ martyriũ? Res. Ly. quòd prælati ecclesię tantã debent charitatem habere, vt parati sint se morti exponere pro grege.

23 Dubit. Q̃uo Petrus cingebat se & ambulabat vbi volebat? Resp. qui supra, i. ab aliquibus superfluis se restringebat, tamẽ hoc pro voluntate sua ab alio non compulsus, propter hoc dicit, & ambulabas vbi volebas.

24 Dub. Cum vbi, significet in loco, & non ad locum, cur dicitur vbi? Res. ꝙ scriptura sacra non subdit regulis Grammaticalibus, & potest dici, quod hic ponitur loco huius aduerbij, quo.

25 Dub. Cuius ætatis tunc erat Petrus? Respond. Chry. quòd nec iuuenis nec senex, sed uir perfectus.

26 Dub. Quomodo post extendit manus suas ℞. Aug. quòd quando fuit crucifixus extendit eas, quia promptus fuit ad martyrium.

27 Dubitatur. Quis eum cinxit? Res. quòd tortores.

28 Dub. Quomodo cinxerũt? Res. Ly. quia fuit ligatus in cruce, cum chordis & nõ clauis affixus, & uocatur hic cinctura.

29 Dub. Quomodo duxit Petrum quo non uolebat, si fuit promptus ad martyrium? ℞. qui sup. quòd secundum appetitum sensitiuum refugiebat mortem.

30 Du. Cuius sunt illa uerba, hoc autem dixit significans qua morte &c. Res. qui sup. quòd sunt uerba Euangelistæ exponentis uerba Christi de martyrio Petri.

31 Du. Q̃uo poterat exponere Euangelista, quòd Petrus tali morte deberet mori? Res. qui sup. quòd istud Euãgelium scripsit post mortem Petri, quia Petrus passus est sub Nerone, ipse scripsit Euangelium post mortem Domitiani.

32 Dub. Cur dicit morte clarificaturus &c. Resp. quia pati pro Christo gloria est patiẽtis, & honor.

33 Dubit. Quomodo in morte clarificauit Deum? Res. qui sup. quia martyrium Petri ordinatum fuit ad Dei gloriam.

34 Du. Cur tali morte Petrus mortuus est? Respond. Augustinus, quòd hunc inuenit exitum ille negator & amator, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat.

35 Dubita. Quid est pascere oues, uel agnos Christi? Res. Alcuinus, quòd est credentes Christo ne deficiãt confortare, terrena subsidia, si necesse est, subditis prouidere, & exempla uirtutũ cum uerbo prædicationis impendere, aduersarijs obsistere, & errantes subditos corrigere.

ALLEGORICE.

[Quòd Petrus uocatur Simon Ioannis] & Simon obediens, & Ioães gratiã inter-

pretetur merito sic vocatur .i. obediens gratiæ Dei [ꝙ pcipit pascere agnos, & oues] significat vt curam gregis sibi commissi habeat [ꝙ prænunciat sibi mors] designat prelationem non esse ad pompam sed pęnam.

TROPOLOGICE.

Instruimur vt proximo necessitaté patiẽti succurramus, & quando expedit etiã pro Christo vitam exponamus.

ANAGOGICE.

Contẽplari cõsentaneũ est charitaté, qua cũ Deo post vitã fruemur, q̃ omnes superat delectationes mũdi huius, nec cũctæ aduersitates quas patimur sunt cõdignę ad ipsã perpetuã gloriã, quæ reuelabitur in nobis.

IN DIE APOST. PETRI & Pauli.

Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Quære in cathedra S. Petri.

IN OCTAVA APOSTOLOrum Petri & Pauli.

Iussit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam. Math. 14.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 13. Aprilis, in Dominica.

HISTORICE.

Cũ ex Domini iussu vecti naui discipuli eum præcessissent, ipse quẽdam solus conscendit mõtem, quatenus remotis arbitris oraret. quo cũ post uesperã persisteret, puppis in maris medio fluctib. iactabatur, aderat nãque ventorum magnitudo contraria. Cum vero mare calcans ad eos quarta dominus aduenisset noctis vigilia; fantasma id esse arbitrãtes, vehemẽter cõturbati sũt ac exclamauerũt, q b. dñs ut fiduciam haberẽt imperauit, qm ipse quem noscerent ad eos veniebat: timoréque deponerent: at Petrus, si tu es, inquit, ut sicco ad te super undas trãseam pede præcipe, quo iubente, dũ versus eum Petrus incederet, in timorem valido urgẽte vento, resolutus est. Mergi vero incipiẽs, magna dominum ut ei auxilio foret compellauit voce, eius igitur apprehensa manu naui incolumen reddidit, cum quod fidei pusillę esset obiurgans. Dño itaque nauim ingresso omnis protinus contrarius abscessit ventus, quod qui in nauicula erant cum cernerent eum omnipotentis Dei vti uerum adorauere filium.

Nunc ad dubiorum dilucidationem est accedendum.

1 DVBITATVR Cũ in textu dicatur, cõpulit, cur ecclesia in Euangelio dicit iussit? Res. Chryso. exponẽdo compulit, idest iussit, & fortassis ab eo hoc accepit ecclesia.

2 Du. Cur sic iussit? Res. Ly. quia cum uellet se dominium maris demonstrare, uoluit ut discipuli præcederent, quatenus post cõuenientius ueniret ad eos super aquas, sicut & fecit.

3 Dub. Cur potius Euangelista dixit, cõpulit, quàm iussit? Res. Hiero. super Matthęũ, quod ut ostenderet eos inuitos a dño recessisse dum amore præceptoris, nec ad pũctum quidem temporis ab eo vellent separari.

4 Dub. Quo uolebat ut Apostoli trãsfretarent? Res. Ly. quòd ultra mare Galilęę.

5 Du. Cur uolebat dimittere turbas? Res. Lyra, quia uolebant eum facere regem, ut habetur Ioannis 6.

6 Dub. Quando post dimisit turbas? Resp. ꝙ non diu post recessum Apostolorũ, quia uidẽtes turbę quod ipse fugerat in montẽ, & discipuli recesserant, abscesserunt.

7 Dub. Cur dominus solum ascẽdit in mõtem orare? Res. Chry. quòd ut doceret solitudinem esse bonam, cum nos Deum interpellare oportet.

8 Dub. Cur in monte de nocte orat? Res. qui supra, ꝙ in hoc erudit nos tranquillitatem quærere & à tempore & à loco.

9 Du. Cur Petrus petit ut dominus eũ ambulare faceret super aquas? R. Ly. quòd ob desiderium societatis Christi oblitus fuit aquæ periculum.

10 Du. Cur Petrus nõ iuit super aquas absque dicere Christo? Res. Aug. de uerbis Domini: qa agnouit Petrus quid sibi esset à se, quid ab illo, cuius uolũtate se credidit posse, quòd nulla humana infirmitas posset.

11 Dub. Cur Petrus dixit Iesu iube? Resp. Chry. qm credidit quod non solum Christus potest ambulare super aquas, sed quòd potest & alios inducere.

12 Dub. Cur non dixit Petrus, iube me ambulare super aquas sed addidit ad te? Res. qui sup. quod non quæsiuit propter ostentationem, sed propter amorem.

13 Dubita. Cur Christus acquieuit Petro. Resp.

R. qui sup. quòd ut ostenderet q nedum ipse dominatur mari, sed etiam admirabilius in mari signum discipulos induxit.

14 Dub. Cur statim non incepit mergi cum ingressus est mare? Respond. San. Tho. in 4. sen. dist. 49. q. 2. ar. 7. quia tunc habebat dotem agilitatis, quæ cum deseruit, cum incæpit mergi.

15 Dub. Cur Petrus timuit ventum, qui nō timuerat mare? Respond. Chry. quoniam natura humana est talis, vt multoties in magnis se recte habens in minoribus reprehendatur.

16 Dubitatur. Cur timuit? Resp. qui supra, quòd in hoc monstratur differentia magistri, & discipuli.

17 Dub. Cur Christus permisit ut mergeretur? R. Ly. quòd vt cognosceret Petrus propriam fragilitatem.

18 Dub. Quæ fuit causa, quòd Petrus mergeretur? Respond. qui supra, quòd modica credulitas Petri.

19 Dub. Cur dominus non statim saluauit Petrum a periculo? Resp. Hieron. quod vt eius augeretur fides, & vt intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum.

20 Dub. Cur Petrus clamauit vt eum dominus saluum faceret? Res. Aug. de verbis Domini, q Petrus psumpsit de domino, titubauit vt homo, sed rediuit ad dominum.

21 Dub. Cur dominus non permisit eum totaliter mergi? Res. qui sup. quòd dominus noluit desereret titubantem, quem audierat inuocantem.

22 Dub. Nunquid Christus potuisset saluare Petrum absque apprehensione cum manu? Res. quòd sic, sed voluit ostendere manum & cætera membra sui corporis instrumenta esse diuinitatis.

23 Dub. Cur arguit dominus Petrum, q esset modicę fidei? Res. Chrys. quòd vt demōstraret, quoniam non venti immissio, sed illius modica credulitas periculum operabatur, in quo manifestat, quod neque ventus nocere potuisset si fides firma fuisset.

24 Dub. Cur cum fuit in nauicula fecit cessare ventum? Resp. quòd vt ostenderet etiā se esse dominum aeris.

25 Dub. Qui erant illi in nauicula, qui adorauerant eum? R. Rabanus, quòd erant nautę siue Apostoli. Hieronymus autem dicit, quòd nautæ atque rectores nauis.

26 Dub. Cur nunc dicunt, vere filius Dei es, & non alia vice, quando imperauit ventis & facta fuit tranquillitas? Res. Chry. quòd paulatim ad id, quod est excelsius eos ducebat, supra increpauit mare, nunc autem magis virtutem suam demonstrat super mare ambulando, & alij hoc idem facere iubendo, & periclitantem saluando: Ideo nunc ei dicunt, non autem supra.

27 Du. Qua adoratione adorauerūt eū? Rñ. Ly. q adoratione latriæ, q soli Deo debet.

ALLEGORICE.

Require dominica 4. post octauam Epiphaniæ vsq; ad dictum Petri [quod autem Petrus ex omni consistentium in naui numero respondere audet, & iuberi sibi vt supra aquas ad dominum veniat prædicatur] passionis tēpore voluntatis suæ designat affectum, dum vestigijs Domini inhærens ad contemnēdum mortem conatus est, sed infirmitatē futuræ tentationis timiditas eius ostendit: Per meritum enim mortis vsque ad negandi necessitatem coactus est [clamor autem eius pęnitētiæ suæ gemitus est] respexit dominus ad pęnitentiam [conuersus] manum extendit, & indulgentiam tribuit, & sic discipulus salutem inuenit, quinon est volentis neque currentis, sed miserentis Dei [quod autem trepidāti Petro vitutem veniendi ad se dominus non inducit sed manum apprehensam sustinuit.] Hæc est ratio. solum. n. passurus pro omnib. omnium peccata soluebat, nec socium admittit quicquid vniuersitati pręstatur ab vno [q ascendente Domino in nauiculam ventus cessauit] significat q in quocūq; corde dn̄s per gratiam adest, mox vniuersa bella quiescunt, [qđ dicunt verè filius Dei es] signat in secundo aduentu confessionem vniuersorum tunc absolutam & publicam fore.

TROPOLOGICE.

Instruimur mandatis superiorū obedire, & in omnib. necessitatib. ad Deū orādo cōfugere, nec corde deficere, seu spē amplecti, quæ nec hominē in morte relinquit, q ēt non præsumamus adire aliquid quod sit supra nos, nec timeamus ventū validum tentationum, sed firmi simus in fide ne mergamur in infidelitate, quoniā cessabit ventus tentationū, quodque visis tot mirabilibus Christi, ipsum verum agnoscamus Deum,

eidem, dicentes, verè filius Dei es.

ANAGOGICE.

Cœlũ cõtẽplemur empireũ, & ad ipsum tanq̃ montẽ oculos leuemus intelectus, & inueniemus ibidẽ Xp̃m solũ sanctũ, solum dñm, solũ altissimũ, q gubernat nauim ecclesię triũphãtis, quã tutã reddidit à vento valido superbiæ diabolicæ, & in ecclesia tũc prospiciemus clare nõ esse phantasmata, q̃ nũc de illa gloria credimus, & tũc cũ beato Petro Apostolorũ principe, ac cæteris, in ipsa naui ecclesiæ triumphantis exstentibus, dominum nostrum Iesum Christum adorabimus, dicentes, verè Dei filius es.

IN FESTO SANCTORVM CYriaci, Largi, & Smaragdi.

Euntes ĩ mũdũ uniuersũ. Require in ascẽsione.

IN VIGILIA ASSVMPTIONIS semper virginis Mariæ.

Loquente Iesu ad turbas. Quære dominica 3. Quadragesimæ in fine Euangelij.

IN FESTO ASSVMPTIONIS semper virginis Mariæ.

Intrauit Iesus in quoddam castellum. Lu. 10.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 2. Decembris, in die Martis.

HISTORICE.

Quoddam dñs ingressus castellũ à Martha quadam muliere hospitio susceptus est, cuius cũ germana Maria dñi secus pedes sedẽs eius melliflua audiret verba, conquesta Martha est, quòd nulla eius soror in ministrando iuuamina p̃beret. Dominumq; vt eidẽ q̃ eam adiuuaret imperaret interpellauit. Respondens autem dominus eam plurimum dixit esse solicitam & circa diuersa perturbari, sed vnum profectò necessarium fore. Mariam autem optimam elegisse partem, quæ ab ea nunquam diuelli posset.

Enucleanda dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur hodie dicitur hoc Euangelium cum non videat facere ad p̃positũ hodiernæ festiuitatis? Resp. S. Vinc. in sermone hodierno, quòd literaliter non est propositum huius festiuitatis, sed bene allegoricè, quære in allegoria.

2 Dub. Vnde veniebat, & quo ibat dominus quando intrauit illud castellum? Resp. Magister hist. scho. quod ex Galilæa ueniebat in Iudæam.

3 Du. Quomodo vocabatur illud castellũ? Respond. Origenes, quòd prout dicit Ioannes erat Bethania.

4 Dub. Quomodo Martha excepit Iesum in domum suam, cũ Bethania esset Lazari, Marthæ, & Magdalenæ? Res. q̃ Martha gubernabat partẽ fratris & sororis, vt dicitur in legenda Magdalenæ.

5 Du. Cur Euangelista non facit mentionem de Lazaro sicut de Maria, qui erat frater Marthæ? Res. q̃ quia Euangelista intendit narrare verba Marthæ contra Mariam & responsionem domini, nec aliquid hic dicitur quòd Lazarus fecerit, vel dixerit.

6 Du. Cur potius intrauit dominus domũ Marthæ, quam alicuius alterius? Res. Lyr. quia propter eius deuotionẽ & propter beneficia eis collata, quoniam Martham liberauerat a profluuio sanguinis, & a Maria eiecerat septem dæmonia.

7 Du. Cur Maria sedebat? Res. quia quærebat edoceri ex verbis Christi. Sedendo autẽ & quiescendo anima fit prudens.

8 Du. Cur nõ ministrabat domino Maria? Resp. Aug. de verbis domini, quòd pasci magis elegit à domino.

9 Du. Cur sedebat ad pedes Domini? Res. Chry. quòd propter reuerentiam, quam habebat ad dominum.

10 Du. An dominus solum dixerit vnũ verbũ Mariæ, q̃a dicitur audiebat uerbũ illius? ℞. Ly. quòd accipitur singulare pro plurali.

11 Dub. Quæ verba audiebat Maria a dño? ℞. Basilius, q̃d dominus loquebatur de his quæ pertinent ad pietatem & uirtutem.

12 Du. Quid significat satagebat? Res. Catholicon quod satago componitur a sat, vel satis, & ago, & ita satagebat. i. satis agebat circa frequens ministerium.

13 Du. Quid est ministerium? ℞. qui supra, quod est seruitium, uel officium ministri.

14 Du. Cur Martha hoc non faciebat fieri per ancillas? ℞. quòd & ipsa & ancillæ præparabant, ipsa præcipiente & ordinante.

15 Du. Q̃ũo stetit? ℞. Ly. q̃d quia fessa erat in labore præparationis, ideo stetit.

16 Du. Cur ipsamet non vocauit sororem vt eam adiuuaret? ℞. quòd propter reuerentiam Christi non fuit ausa ipsam vocare, quia eum audiebat.

Dub.

17 Dub. Cur Maria nõ respõdit Marthæ de se conquerenti? Resp. Aug. vbi sup. quia si pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem.

18 Dub. Cur intermisit verba, quæ dicebat Marię, ut responderet Marthę? Res. qui sup. quia in verbo non laborabat, cum ipse esset verbum.

19 Dub. Quid cogitabat Maria audita querela sororis antequã dominus responderet? R. qui sup. quòd timebat ne diceret dñs surge & adiuua sororem tuam, quia noluisset perdere illa dulcissima verba Christi.

20 Dub. Cur dñs eã excusauit? Res. Ly. ꝙ vt ostenderet Marthæ ꝙ sessio sororis nõ erat ociosa, sed melioribus actibus applicata.

21 Dub. Cur dñs replicat eius nomen? Resp. Aug. vbi sup. quòd repetitio nominis indicium est dilectionis, aut forte mouendæ intentionis, vt audiat attentius.

22 Dub. Cur Martha turbabaẽ præparando dño? R. qui sup. quòd non turbabatur eo ꝙ præpararet domino, sed quia homo vult occurrere pluribus quando ministrat, & aliquando non potest, quæritur quod deest, paratur quod adest: distenditur animus, multa sunt, diuersa sunt, quia carnalia sunt, quia temporalia sunt.

23 Dub. Cur dñs reprehendit ministerium Marthæ? Res. Theoph quod dominus non prohibet hospitalitatem, sed plurimorum turbationem, s. abstractionem.

24 Dub. Cur non redarguit dñs Martham antequam conquereretur de sorore? Resp. qui sup. quod dominus nihil dixerat Marthæ, nisi postquam illam sororem ab auditu studebat euellere.

25 Dub. Quid est illud vnum, qđ est necessarium? Res. Aug. vbi sup. ꝙ est ipse Deus, qui est unus & prę omnib. quęrendus, vel vnũ, i. vnitas mentis ad Deum. Vnde 1. Cor. 7. qui adhæret Deo unus spiritus est.

26 Dub. Nunquid hospitalitas non est bona, quia dicit quòd Maria optimam partem elegit? Resp. qui sup. q. d. non tu malam, sed alia meliorem.

27 Dub. Cur melior est pars Mariæ q̃ Marthæ? Res. qui sup. quia ab ea non auferetur, quia dulcedo veritatis in hac vita augetur, in illa perficietur, nunquam auferetur.

28 Dub. Nũquid pars Marthæ auferetẽ? Res. qui sup. qđ sic, quia in illa patria non inueniet peregrinum, quem suscipiat hospitio.

29 Dub. An possit inueniri aliud tertiũ genus vitæ ꝑter contemplatiuam uitam, quæ consistit in contemplatione virtutis, & actiuam, quæ cõsistit in exteriorib. operib. misericordiæ? Resp. S. Th. 2. 2. q. 179. art. 1. & 2. & loquendo de vita humana, quæ attendit secundum intellectum, vita humana sufficienter diuidit per actiuam & contemplatiuam, nec est aliquod tertium genus vitæ. Et licet Augustinus ponat tertiũ inter actiuum, & contemplatiuum, tñ media cõficiũtur ex extremis, & ideo uirtute continẽtur in eis, sicut tepidum in calido & frigido, & pallidum in albo & nigro, & similiter sub actiuo & contemplatiuo, comprehendit id quod ex est vtroq; compositum, & tñ sicut in quolibet mixto ꝑdominatur aliquod simplicium, ita ẽt in medio genere uitæ superabundat qñq; quidẽ contemplatiuum, quãdoq; uero actiuum. Vnde ẽt ut dicit Greg. 6. Moral. istæ duæ vitæ significãtur per istas duas mulieres, quæ dominum hospitio receperunt. Contemplatiua quidem per Mariam, Actiua vero per Martham. Non autẽ esset hæc congrua significatio, si essent plures quàm duæ vitæ.

30 Dub. Cur contemplatio & actio dñr vitæ? Res. qui sup. quia vita vniuscuiusq; ostẽditur ex operatione sibi maxime ꝓpria, ad quam maxime inclinatur, sicut plantarum uita in hoc quod nutriuntur & generãtur, animalium in hoc quod sentiunt, quod mouẽtur, Hominũ uero in hoc, quod intelligunt & ẽm rõnem agunt: & quia quidam homines præcipue intendunt cõtemplationi ueritatis, & quidam principaliter exteriorib. actionibus. Ideo conuenienter contemplatio dicitur uita contemplatiua, & actio vita actiua.

31 Dub. Quid est uita actiua? Resp. Beda in Hom. ꝙ est panẽ esuriẽti tribuere, verbo sapiẽtiæ nescientẽ docere, errantẽ corrigere, ad humilitatis viã superbientem ꝓximum reuocare, infirmantis curã gerere, q̃ singulis quibusq; expediat dispensare. & commissis nobis qualiter subsistere valeant prouidere.

32 Dub. Quid est uita cõtẽplatiua? Res. qui sup. ꝙ est charitatem quidẽ Dei & ꝓximi mẽte retinere sed ab exteriori actione quiescere, solius desiderio cõditoris inhęrere, vt nil iã agere libeat, sed calcatis curis oib. ad videndam faciẽ sui creatoris aĩus inardescat ita, vt iã nouerit carnis corruptibilis põdus

 cum

cum merore portare, totisq; desiderijs appetere illis hymnidicis Angelorum choris interesse, adm sceri ciuib. cœlestib. de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere.

33 Dub. Quæ virtutes pertinent ad uitam actiuã, & q̃ ad cõtéplatiuam? Res. S.Th. 2. 2. q. 180. & 181. quòd virtutes morales essentialiter quidem pertinent ad vitam actiuã, vt dicit Philosophus in 10. Eth. dispositiue vero ad contemplatiuam. Doctrina vero ex parte sermonis audibilis semper pertinet ad actiuam, quantum vero ad naturam doctrinæ si quis interius concipit aliquam veritatem, vt per eam in exteriori actione dirigatur pertinet ad actiuam. Ad contemplatiuã autem qñ homo interius concipit aliquam veritatem intelligibilem, in cuius consideratione & amore delectatur.

34 Dub. Quia videt̃, q vita contemplatiua ẽt versetur circa plura, quia ad eã pertinẽt oratio, lectio, meditatio, & ẽt auditus? Res. qui sup. q. 180. ar. 3. quòd contẽplatiua habet multos actus, per quos venit ad actum finalẽ contẽplationis, sed vltimus actus est ipsa contemplatio veritatis, ad quam homo pertingit dupliciter. Vno modo, per ea, quæ ab alio accipit, & si accipiat à Deo, necessaria est oratio. Sapient. 7. Inuocaui, & uenit in me spũs sapientiæ. Si autem accipit ab homine, necessarius est auditus, secundum quod accipit ex uoce loquentis, & lectio secundum quod accipit ex eo quod per scripturam est traditum. Alio modo necessarium est, quòd adhibeat proprium studiũ, & sic requiritur meditatio.

35 Dub. Quæ est potior actiua, vel contemplatiua? ℞. q sup. q. 181. ar. 1. quòd uita cõtẽplatiua simpl'r melior est q̃ actiua, vt pbat Philosophus in 10. Eth. ẽm quid tñ, & in casu est magis eligenda uita actiua ppter necessitatem præsentis vitæ, sicut etiam Philosophus dicit in 3. Topicorum, quòd philosophari est melius quàm ditari, sed ditari melius necessitatem patienti.

36 Dub. Quæ earũ est maioris meriti? Resp. qui sup. ar. 2. q est uita contẽplatiua ex suo genere, q̃ directe & immediate pertinet ad dilectionem Dei. Vita uero actiua directius ordinat̃ ad dilectionem proximi, qui satagit circa frequens ministerium. pot tñ contingere quòd aliquis in operib. uitæ cõtemplatiuæ, puta si ppter abundantiã diuini amoris interdum sustineat à dulcedine diuinæ contemplationis ad tempus separari, sicut Apostolus dicebat ad Rom. 9. optabam ipse ego anathema esse à Christo pro fratrib. meis; quod exponens Chrisostomus in libro de compunctione, dicit, ita totam mentem eius demerserat amor Christi, ut etiã hoc quod ei præ cæteris omnib. amabilius erat esse cum Christo, rursus idipsum, quia ita vt placeret Christo, contemneret.

37 Dub. An uita actiua impediat contẽplatiuã? ℞. qui sup. ar. 3. qd' uita actiua potest considerari quantum ad duo. Vno mõ quãtum ad ipsum exercitium exteriorũ actionum, & sic manifestum est, quòd uita actiua impedit contemplatiuam inquantum possibile est, quod aliquis occupetur circa exteriores actiones, & diuinæ cõtẽplationi uacet. Alio modo quantum ad hoc, q interiores animę passiones cõponit, & sic adiuuat ad cõtẽplationem, quæ impeditur per inordinationem interiorum passionum.

38 Dub. Quæ est prior earum? Res qui sup. ar. 4. q ẽm naturam uita cõtemplatiua est prior inquantum priorib. & meliorib. insistit. Vnde & actiuam vitam mouet & dirigit, sed quo ad nos, & uia generationis vita actiua est prior, quia disponit ad contemplatiuam. Dispositio autem in uita generationis præcedit formam, quæ simpliciter secundum suam naturam est prior.

39 Dub. Cum auferat̃ vita actiua, videt̃, qd' non debeãt exerceri opera charitatis in proximũ, ex quo meritũ auferẽ, & deperditur? ℞. qui sup. q. 181. quòd non intelligit̃, quòd meritũ uitæ actiuæ deperdat̃, sed quòd uita actiua non durat post hanc vitam, quia in futura uita beatorum cessabit occupatio exteriorum actuum, & si qui actus exteriores sint, referentur ad finem contemplationis, & ita uita actiua aufertur, non autem meritum uitæ actiuæ præteritæ.

ALLEGORICE.

[Intrauit Iesus] p corporis assumptionẽ [in quoddã castellum] huius mũdi [& mulier quædam Martha nomine] quę interptatur domina, [excepit eum in domũ suã] uteri. s. uirginalis. Nã nulla est domina cęli & terrę nisi regina Angelorũ, [& huic erat soror nomine Maria] qa ipsa semper Virgo fuit Martha quo ad opera misericordię corporalis, q̃ exhibuit filio suo Xpo, pascendo esu-

esurientem, sitientem potando lacte, nudũ sua carne vestiendo, hospitem in aula sua virginea recipiendo, infirmum & in carcere crucis positum visitando, fuit etiam Maria quo ad cõtemplatiuam vitam, q̃ audiebat ab ore filij [& turbata fuit erga plurima] in eius passione, compatiendo sibi, & ex alia parte uidẽs humanum genus aliter redimi non posse, & ita ista passio erat illud [vnũ necessarium] & tandem ipsa semper Virgo [optimã partem elegit].s.virginitatem inter matrimonium, & castitatem vidualem [quæ non auferetur ab ea.]

TROPOLOGICE.

Instruimur opera pietatis exercere, & p̃dicatores reuerenter audire, nec cõtra contẽplatiuos murmurare, & ne turbemur circa plurima aduersa occurrẽtia, sed semper ĩ oĩbus ad vnum tendamus finẽ nobis necessarium, & sic optimã partẽ eligemus, si tñ perseueranter vsque in finem uitæ nostræ in dilectione Dei permanebimus.

ANAGOGICE.

Contemplari licet castellũ cęlestis Hierusalem, in quod intrauit Iesus humanam naturã in ipso collocando, ad quod & hodie semper virginẽ Mariã intoduxit, eã in anima & corpore exaltando super choros angelorum, & hęc est illa præclara hodierna festiuitas omnium sanctorum festiuitatibus incõparabilis, in qua gloriosa & fęlix optimã partem habuit, quæ non auferetur ab ea in æternum, & eius plurimę turbationes in morte filij in maximas exultationes conuersæ sunt. Cuius precibus, vt salutem consequi valeam me committo.

IN DECOLLATIONE SANcti Ioannis Baptistæ.

Misit Herodes rex & tenuit Ioannem.
Marci 6. cap.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 32. die 13. Aprilis, in dominica.

HISTORICE.

Ioannem ob Herodiadem eidem insidias molientem, quoniam Herodem arguebat Ioannes, eam, cũ sui germani Philippi vxor esset, minime in concubinam tenere licere, vinculis alligauit Herodes, cũ vero celebri in conuiuio ab Herode ob sui natalis diem primorib. præparato, Herodiadis nata perpulchre saltasset, cunctisq; placuisset. Iurauit Herodes quod quicquid ab eo postularet ilicò obtineret, etiã si sui peteret dimidium regni, quæ à genitrice præmonita ꝓtinus, ut sibi in disco Ioannis caput præberetur, edixit. Tristis autem rex ob iuramenti religionẽ & ne tristitia absorberetur puella, ilicò Ioannis caput abscindit, & in disco puellæ iussit afferri, quæ illud detulit Herodiadi. Hęc Ioannis discipuli cum audissent, cadauer sepulturæ mandarunt.

Dubia explananda sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur ecclesia dicit Herodem regem in Euangelio, cũ hoc non sit de textu? Res. quòd ante illud Euangelium dicitur, audiuit Herodes rex &c. & ideo in principio huius Euangelij habens relationem ad illud dicitur. Ipse enim Herodes, & sic subintelligitur rex.

2 Dub. Quis fuit iste Herodes? Res. Magister histo.scho. quod fuit Herodes Antipas, filius Herodis Ascalonitæ, illius, qui iusserat Innocentes interfici.

3 Dub. Cur vocatur rex, cum diuisum fuisset regnum in tetrachias? Respon. Chryso. quòd ex patriæ consuetudine, quia à regendi officio rex dicitur.

4 Dub. Cur vltra carceres adiecit vincula Ioanni? Respond. quòd Herodiade id suadente, & timore, ne euaderet.

5 Dub. Quomodo Herodes duxerat Herodiadẽ? Res. Beda, & Hiero. q̃ Philippus frater huius Herodis, sub quo passus est Christus duxerat in vxorem ipsam Herodiadem filiam Arethę regis Arabũ, sed postea natis quibusdam simultatibus inter socerum & generum, socerum tulisse filiam, & eam in odium prioris mariti Herodi inimico eius, nuptijs copulasse.

6 Dub. An Herodias procurauerit quod Io. incarceraretur? Resp. S. Vin. in Ser. hodierno, quòd sic.

7 Dub Cur non statim interfecit eum Herodes? Res. q̃ supra, quod timore populi solũ incarcerauit & alligauit, ut si populus nihil conquereretur, deliberarent ipse, & Herodias interficere eum, sicut & fecerunt.

8 Dubitatur. An liceret Ioanni publicè redarguere Herodẽ, propter vxorem fratris sui? Respond. Ly. quòd sic, quia peccatum erat publicum.

Dub. Qua auctoritate Ioannes arguebat Herodem? Res. Hiero. quòd eadem auctoritate qua Helyas, in cuius spiritu, & virtute uenerat, corripuit Achab, & Iezabel, 3. Reg. nono cap.

10 Du. Quia in lege præcipiebatur, ut si frater moreretur absque liberis, frater superstes acciperet vxorem fratris sui, & sic videtur quòd Herodes accipiendo vxorem fratris sui non peccauit? Resp. quòd lex hoc præcipiebat, vt frater suscitaret semẽ fratris defuncti. Sed Philippus frater Herodis adhuc viuebat, & ipso viuente erat illicitum eius vxorem accipere.

11 Du. Cum Herodes haberet Ioannem in reuerentia, & multa eo audito faceret, cur interfecit eum? Resp. Theo. quòd eum habebat in reuerentia antequam incarceraretur, sed post ex rabie concupiscentię immemor factus est tantæ reuerentiæ, vt suæ fornicationi prouideret.

12 Dub. Quomodo Herodes metuebat Ioãnem? Resp. Glo. s. eum reuerendo.

13 Dub. Quomodo sciebat eum iustum & sanctum? Res. Glo. quòd sciebat iustum quo ad homines, & sanctum quo ad Deum, cum nihil ageret Ioannes contra debitum iustitiæ, & maxima deuotione teneretur erga Deum.

14 Dub. Quomodo custodiebat eum? Res. Glo. quòd ne interficeretur ab Herodiade, s. in principio.

15 Du. Cur audito Ioanne multa faciebat Herodes? Respond. quia putabat eum spiritu Dei loqui.

16 Dub. Quæ faciebat Herodes audito Ioãne? Res. quòd gratias aliquas delinquentibus, vel alijs ad petitionem Ioannis.

17 Dub. Cur libenter eum audiebat? Resp. Gloss. quia reputabat vtilia quę ab eo dicebantur.

18 Dub. Cur dicitur, quòd accidit dies opportunus? Respond. Lyra, quòd ex hoc potest comprehendi Herodem & Herodiadẽ deliberasse, ut per talem modum Ioannes occideretur.

19 Dub. Cur faciebat cœnam in die Natalis sui? Res. Ly. qđ talis erat consuetudo apud antiquos, vt principes & in die natiuitatis & natalis imperij sui cœnam facerent.

20 Dub. Si omnes principes antiqui sic faciebant? Res. Beda, & Hiero. ꝙ soli mortalium, Herodes & Pharao leguntur diẽ natalis sui gaudijs festiuis celebrasse.

21 Dub. Cur principibus &c. fecit cœnam? Resp. Vincent. ubi supra, quia istis ibi existentibus facilius poterat decollare Ioannem absque seditione populi, cum isti essent principales in populo.

22 Du. Cur potius princip b. Galileæ, quã aliarum prouinciarum? Respon. quòd vt habetur Lucæ tertio, ipse erat Tetrarcha Galileæ.

23 Du. Ex quo patre nata erat filia Herodiadis? Res. Theo. ex Philippo fratre Herodis, cuius Herodias fuerat primo vxor.

24 Dub. Cur potius arguit Ioãnes Herodẽ quàm Herodiadem? Resp. Chrysostomus, quia hic principalior erat, & forsan legem Iudæorum tenebat.

25 Dubitatur. In quem locum intrauit filia Herodiadis? Res. quod in locum in quo fiebat cęna.

26 Dub. Quomodo saltauit, cum non deceat mulieres saltare? Res. Ly. quòd saltauit, idest tripudiauit. s. prout fit in choreis cum sonis.

27 Dub. An liceat choreas ducere. Res quòd ut colligitur de cõse. d. s. 1. c. qui dic. 46. dist. c. clericum, de conse. dist. 5. c. nullus presbyterorum, inst. de iust. & iu. c. iuris præcepta, 1. q. 1. & 23. q. 1. c. nulli &c. militare, de immunitate eccl. lib. 6. c. decet. non licet choreas du cere diebus festis tẽpore diuinorum officiorum, nec pro maiori parte diei, nec ecclesiasticis personis, nec quando inhoneste fiunt, nec cum intentione libidinis, nec in loco sacro, nec continue eas ducere, nec licet his qui sunt instabiles, & qui cito & faciliter ruunt in libidinem, aliàs non est peccatum mortale eas ducere.

28 Du. An inspectio chorearum sit illicita? Res. in hoc attenditur intentio prospicientis, quia si ratione libidinis ducentis in peccatum mortale prospiciat, peccabit mortaliter: si autem solum ratione recreationis, peccabit uenialiter.

29 Dub. Cur filia Herodiadis saltauit? Res. Ly. quòd hoc fecit ex dispositione matris, & ipsius Herodis.

30 Dub. Quomodo puella saltando placuit Herodi &c. Res. quod ille actus saltationis propter quem delectatus fuit Herodes, & simul discumbentes placuit.

31 Dub. Cur Herodes iurauit puellę dare quicquid peteret? Res. S. Vin. in Ser. hodier. quia

sic

sic conuenerat cum Herodiade, ut interficeretur Ioannes.

32 Du. Cur dicit, licet dimidium regni mei? Rñ. quòd forte ne alij audientes post petitionem filiæ, crederent Herodē conscium fuisse petitionis per filiam si endę.

33 Dubi. Ad quid fuit inuentum iuramentum? Res. S. Th. 2.2. q. 89. ar. 1. quòd ut Apostolus dicit ad Heb. 6. iuramentum ad confirmationē ordinatur, iurare igitur est Deū in testem assumere, qui nec mentiri potest, nec eū aliquid latet, & Deū in testem assumere dicitur iurare, quia quasi pro iure introductum est, ut quod sub inuocatione diuini testimonij dicitur, pro vero habeatur.

34 Du. Quotuplex est iuramentum? Resp. qui sup. quòd duplex. s. assertorium, & est quando diuinū testimonium inducitur ad asserendum præsentia, uel præterita: aliud est iuramentum promissorium, & est quando inducitur diuinum testimonium ad confirmandum aliquid futurum.

35 Dub. Quotuplex est modus iurandi? R. qui sup. quod duplex. Vnus. s. per simplicem Dei attestationem dicēdo, per Deum, vel mihi Deus testis sit, uel coram Deo loquor: Aliud per execrationem dicendo ita Deus me adiuuet, vel si nō sit verum, quod loquor Deus me faciat mala morte interimi, & huiusmodi.

36 Dub. An iurare sit licitum? Resp. qui supra, art. 2 quod secundum se est licitum, & honestū, quia est introductum ex fide, qua homines credunt Deum habere infallibilē virtutem, & uniuersalem omnium cognitionem, & prouisionem: & etiam ex eius fine, qui introducitur ad iustificandum homines, & ad finiendum controuersias, ut dicitur Heb. 6.

37 Dub. Cur ergo dominus prohibuit iurare. Mat. 5. Rñ. qui sup. quod vt Aug. dicit in libro contra mendacium, ne s. iurando ad facilitatem iurandi perueniatur, & ex facilitate ad consuetudinem, & à consuetudine in periurium decidatur.

38 Dub. An nunquam iurare sit illicitum? Respō. qui sup. ꝙ sic, iuramento male vtendo. i. qñ sine necessitate, & cautela debita iuratur, qñ paruā reuerētiam habet ad Deū, qui eum ex leui causa in testem inducit, ꝙ ēt non præsumeret de aliquo viro honesto: & vt dictum est, imminet periculū periurij, quia de facili homo in uerbo delinqui, secundum illud Iacobi 3. si quis in verbo non offendit hic perfectus est vir, & Ecclesia. 23. iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa.

39 Dub. Quæ requiruntur, vt quis iuramento bene vtatur? R. qui sup. ar. 3. quòd tria, s. iudicium, descretionis ex parte iurantis, vt discrete iuret. Secūdo veritas ex parte eius. quod iuramento firmatur. Tertio iustitia, ut non sit illicitum, quod iuratur. Iudicio itaque caret iuramentum incautum, veritate iuramentum mendax, & iustitia iuramentum iniquum siue illicitum.

40 Du. An iuramentum sit propter se appetendum? R qui sup. ar. 5. quòd nō, sed numeratur inter ea, quæ sunt huic vitæ necessaria, quibus indebite vtitur quicunque eis vtitur vltra terminos necessitatis.

41 Dub. Quia videtur, quòd facere aliquid cum iuramento sit laudabilius, q̃ facere sine iuramēto, sicut ēt facere aliquid cum voto, q̃ sine? R. qui sup. quòd alia est ratio de voto, & de iuramento, quia per votum aliquid in Dei reuerentiā ordinamus, sed iuramento econuerso reuerentia diuini nominis assumitur ad proximi confirmationem.

42 Dub. An liceat iurare per creaturas? Res. qui sup. ar. 6. quòd iuramentū factū p simplicem contestationem innititur diuinę virtuti, sicut fides, quæ est pricipaliter de Deo, & per se qui est ipsa ueritas. Secundario aūt de creatoris, in quib. veritas fidei relucet, & similiter iur̃m principaliter refertur ad ipsum Deū, cuius testimonium inuocatur. Secundario autem assumitur ad iuramentum aliqua creatura non s̃m se, sed quantum in ea diuina veritas manifestat̃, sicut iuramus per euangelium. i. per Deum, cuius ueritas in Euangel. manifestatur. & per sanctos qui hanc ueritatem crediderunt, & obseruauerunt. In iur̃o aūt per execrationē inducitur creatura aliqua, ut in qua diuinū iudicium exerceat̃, & sic solet homo iurare, per caput suū, aut p filiū, aut p aliquā aliā rē, q̃ diligit, & sic Apostolus iurauit 2. Cor. i. Ego testē Deum inuoco in animam meam.

43 Dub. An semper iur̃m sit obligatorium? R. qui sup. ar. 7. ꝙ quicunq; iurat aliquid se facturū, obligatur ad id faciendū ad hoc, ꝙ veritas impleatur. Si t̃n adsit iudicium discretionis, s. qđ talis res quæ debet fieri, & quā iurauit facere sit in potestate eius, qui iurat, nisi forte, quòd erat ei possibile qñ iurauit

rauit redditur ei impossibile per aliquē euē tum, puta cum aliquis iurat se pecuniā soluturū, quæ ei postmodum vi, vel furto subtrahitur, tunc .n. videtur excusatus esse à faciendo, quod iurauit, licet teneatur facere, quod in se est, si ēt iuramento adsit iustitia, quia iuramentum non est seruandum in eo casu quo est peccatum, vel boni impeditiuum, secundum enim Aug. vtrumque eorum vergit in deteriorem exitum.

44 Dub. Quomodo iuramentum potest uergere in deteriorē exitū? Resp. qui sup. quòd hoc potest contingere dupliciter. Vno modo à principio ipso, quia est secundū se malum, sicut cū quis iurat se patraturū adulteriū, siue quia ē maioris boni impeditiuū cū quis iurat se non intraturum religionē, vel quod non fiet clericus, aut quod nō accipiet prælationem in casu, quo expedit eū accipere, vel si quid aliud est huiusmodi; huiusmodi enim iuramēta à principio sūt illicita. Alio modo propter aliquid, quod de nouo emerserit. quòd fuit impremeditatum, sicut patet in hoc iuramēto Herodis, qui iurauit puellę saltanti se daturū, quòd petijsset, hoc iuramētū poterat esse à principio licitum, intellecta debita conditione, scilicet si peteret, quòd dare deberet, sed impletio iuramenti fuit illicita.

45 Dub. An obseruando iuramēta, quæ possunt vergere in deteriorem exitum sit peccatum? Res. qui sup. quòd est differentia in istis iuramētis, quia si quis iurat se facturū aliquod peccatū, & peccat iurando, & iuramentū seruando: si quis autem iurat se non facturū aliquod melius bonum, quod tamē facere non tenetur, peccat quidem iurando inquantum ponit obicem Spirituisancto, q. est boni propositi inspirator, non tamē peccat iuramētū seruādo, sed multo melius facit si non seruat, quando vero vergit in deteriorem exitū propter aliquid, quòd de nouo emergit, peccat obseruando sicut Amb. dicit in 1. de offi. est contra officium nonnunquàm promissum soluere iuramētum, sicut Herodes, qui necem Ioannis præstitit ne promissum negaret.

46 Dub. An coactus iurans aliquid se facturū, obligetur ad illud faciendum? Rñ q. supra, quòd in tali iuramento vna obligatio est qua obligatur homini, cui aliquid promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim intulit hoc meretur, vt ei promissum non seruetur. Alia est obligatio, qua quis Deo obligatur, vt impleat quod per nomē eius promisit, & talis obligatio non tollitur in foro conscientiæ, quia magis debet damnum temporale sustinere, quàm iuramentum violare, potest tamen repetere in iudicio, quòd soluit, uel prælato denunciare, non obstante, quòd contrarium iurauit, quia tale iuramentum vergeret in deteriorem exitum, esset enim contra iustitiam publicam.

47 Dub. An Papa possit absoluere ab hmōi iuramētis coactis? Res. qui sup. quòd Romani Pontifices, vt habetur extra de iureiurādo. c. verum, ab huiusmodi iuramentis homines absoluerunt, non quasi decernentes huiusmodi iuramenta nō esse obligatoria, sed quasi huiusmodi obligationes ex iusta causa relaxantes.

48 Dub. Quomodo obligatur iurans aliqd agere, videlicet an secundum intētionē iurantis, vel eius cui iuratur? Respō. qui sup. quòd qñ nō est eadē intētio iurātis, & eius cui iuratur, si hoc prouenit ex dolo iurantis, debet iuramentū seruari secundū sanum intellectum eius, cui iuramētum præstatur, quia, vt dicit Isidorus, quacunque arte verborū quis iuret, Deus tñ qui conscientiæ testis est, ita accipit, sicut ille cui iuratur intelligit: & quòd hoc intelligatur de doloso iuramento patet p id, quod subditur, dupliciter reus fit q. & nomē Dei in uanum assumit, & ꝑximum dolo capit. Si aūt iurās dolum nō adhibet, obligatͣ secundum intētionē iurātis. Vnde Greg. 57. Mora. dicit. Humanæ aures talia verba nostra indicāt, qualia foris sonāt. Diuina vero iudicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur.

49 Dub. Quæ est maior obligatio iuramenti, uel voti? Resp. qui sup. ar. 8. quòd votum ex sui ratione magis est obligatorum, quā iuramentum.

50 Dub. An aliquis possit dispensare in iuramento? Res. q. sup. ar. 9. quòd sic, sed talis dispensatio non se extendit ad hoc, quod cōtra iuramentum fiat, hoc .n. est impossibile, cum obseruatio iuramenti cadat sub ꝑcepto diuino, quòd est indispensabile: sed ad hoc se extēdit dispēsatio iuramēti, ut quòd sub iuramēto cadebat, sub iuramento non cadat, quasi nō existens debita materia iuramēti. Materia autē iuramenti assertorij, q̃ est de præterito, vel præsenti, in quādā necessitatem

cessitatem iam transit, & immutabilis facta est. Et ideo dispensatio non refertur ad ipsum actum iuramenti, quia directe esset contra præceptum diuinum, sed materia iuramenti promissorij est aliquid futurum, quod variari potest, ita scilicet, quod in aliquo euentu potest esse illicitum, & nociuum, per consequens non esset debita materia iuramenti. Et ideo dispensari potest in iuramento promissorio, quia talis dispensatio respicit materiam iuramenti, & non contrariatur præcepto diuino de iuramenti obseruatione.

51 Dub. An semper requiratur dispensatio in iuramentis, quæ aliquis non vult seruare? Resp. qui sup. quòd quando id, quod cadit sub iuraméto promissorio, est peccatū, sicut cū quis iurat se facturum homicidiū, tale non indiget dispensatione, sed tenetur iurans tale iuramentum non seruare. Aliquando vero id, quòd cadit sub iuramento, est maioris boni impedimentum, sicut cum quis iurat se non intraturum religionem, & hoc licitum est seruare, & non seruare, nec etiam indiget dispensatione. Quandoque autem sub tali iuramento promittitur aliquid quod est manifeste licitum, & utile, & in tali iuramento non uidetur habere locū dispensatio, uel commutatio, nisi aliquid melius occurrat ad communem utilitatem faciendi. Quandoque uero aliquid sub iuramento promittitur, de quo dubium est utrum sit licitum, uel illicitum, proficuum, uel nociuum, aut simpliciter, aut in aliquo casu, & in hoc potest fieri dispensatio.

52 Dub. Quis in talib. iuramentis poterit dispensare? Res. qui sup. quòd in ultimo casu supra immediate posito, quilibet episcopus potest dispensare, sed qñ in iuramento promittitur aliquid manifeste licitum, uel utile, tunc in hoc solus Papa dispensabit, qui habet curam uniuersalis ecclesiæ, uel absolute relaxabit, sicut vnicuiq; pertinet irritare iurm, quod a sibi subditis factum est circa ea, quæ eius potestati subduntur. Sicut pater potest irritare iuramentum puellæ. Et uir uxoris, ut dicitur nu. 30.

53 Dub. An is cui promittitur aliquid per iuramentum possit illud remittere, & absoluere a iuro? Res. qui sup. quòd uel id, quod alteri promittit sub iuraméto pertinet ad ipsius utilitatem, sicut promissio pecuniarū dandarum, uel huiusmodi, & potest remittere, & absoluere: vel pertinet ad honorens Dei, vel ad utilitaté aliorum, puta, si aliquis iuramento promittat alicui se intraturū religionem, vel aliquod opus pietatis facturū, & tunc ille cui iuratur, non pôt absoluere promittenté, quia promissio nō est facta ei principaliter, sed Deo, nisi forte sit interposita conditio ratione cuius possit, s. si illi videbitur cui promittitur, vel aliquid aliud.

54 Dub. Quæ personę repelluntur iuramé to? Res. qui sup. ar. 10. quod pueri repelluntur a iuramento ante annos pubertatis, qui nō coguntur iurare, quia non habent perfectū vsum rationis, & sic non possunt præstare Deo debitam reuerentiam iuraméto. Ité & periuri, quia ex retroactis pręsumit, quod debitam reuerentiam iuramento non exhibebunt. Personis etiam magnæ dignitatis non conuenit iurare, propter quod dicitur, 2. q. 4. c. si quis presbyter, quòd sacerdotes ex leui causa iurare nō debent, tamen pro aliqua necessitate, uel magna utilitate licitum est eis iurare.

55 Dub. An iurans, quod non communicabit alicui aliquod experimétum sibi cōicatū, teneatur seruare iuramentum? Res. qui sup. quodlibet. 12. ar. 1. quod tale iuramétū est illicitum, nec seruandum, quia est contra id quod est de genere bonorum, tamen in casu seruare tenetur. Puta si ille, uel alius sufficiens medicus præsens esset. & paratus esset curare, & uti illo experimento in salutem corporalem aliorum.

56 Dub. Quando iuramentum dicitur esse periurium? Resp. qui sup. 2. 2. q. 88. ar. 1. ut quod dicit Hier. omne iuramentum in quo deest ueritas, uel iudicium, aut iustitia, dicitur periurium, non tamen eodé ordine. Sed primo, & principaliter periurium est quando deest ueritas, secundario quando deest iustitia: quocunque enim modo quis iurat illicitum, ex hoc ipso falsitatem incurrit, quia obligatus est ad hoc, quod contrarium faciat. Tertio modo quando deest iudiciū, quia cum indiscrete iurat, ex hoc ipso periculose committit falsitatem incurrendi.

57 Dub. An omne periurium sit peccatum? Res. qui sup. ar. 2. quòd sic, qa est cōtra reuerentiam Dei, & est peccatum religioni contrarium, cuius est Deo reuerétiā exhibere.

58 Dub. An periurium sit peccatum mortale? Res. qui sup. ar. 3. quòd periurium ex sui ratione est peccatum mortale.

Dub.

59 Dub. An periurium iocosum sit peccatũ mortale? Res. qui sup. quòd sic, & sic iocose iurans non euitat diuinam irreuerentiam, sed quantum ad aliquid magis auget.

60 Dub. An iurans falsum ex lapsu linguæ peccet mortaliter? Res. qui sup. quòd sic iurans aut aduertit se iurare, & falsum esse quod iurat, & sic non excusatur à peccato mortali. Si autem hoc non aduertat, non videtur habere intentionem iurandi, & ideo a crimine periurij excusatur.

61 Dub. An exigens iuramentum ab eo quẽ scit periurare debere, peccet mortaliter? Respon. qui sup. ar. 4. quòd in hoc est distinguẽdum, quia ut exigit ratione officij tanquã persona publica ad petitionem alterius, secundum quòd exigit ordo iuris, & sic non peccat, siue sciat eum deierare debere, siue nõ: aut exigit tanquam priuata persona, & tunc distinguendum est, aut nescit eum iuraturũ falsum, & sic non peccat mortaliter. Tamen est quædam humana tentatio, quia. s. procedit ex quãdam infirmitate, qua homo dubitat verum esse dicturum, si autem scit eum fecisse contrarium eius, quòd iurat, & cogit eũ iurare homicida est. Ille. n. de suo periurio se interimit, sed iste manum interficientis impressit.

62 Dub. Cur puella non petiit statim facta promissione, absq; consilio matris? Respon. quòd credendum est eam præmonitam fuisse a matre, vt nihil peteret se inscia.

63 Dub. An mater esset in conuiuio cum alijs? Respond. S. Vinc. quòd non, sed alibi comedebat.

64 Dub. Cur mater nõ consuluit, vt saltem expectaret petere vsquequo conuiuiũ esset finitum? Resp. Theophil. quòd quia timebat ne Herodes resipisceret, & etiã vt haberet fauorem conuiuatorum, qui hoc persuaderent Herodi.

65 Dub. Cur nõ consuluit quòd peteret totum corpus? Respon. quia solum quærebat eius mortem, & abscisso capite habebat intẽtum finem.

66 Dub. Cur non consuluit, vt peteret interfici Ioannem Baptistam? ℞. quòd implicite illud petebat, sed honestioribus verbis.

67 Dub. An vere contristatus fuerit Herodes? Resp. Magist. hist. scho. quòd non, sed simulabat se contristatum.

68 Dubit. Cur dicit, propter simul discumbentes? Respond. Beda, quia volebat omnes sceleris sui esse consortes.

69 Dub. Quomodo fuisset contristata puella si non dedisset sibi caput Ioannis? Resp. quia videretur fuisse delusa, cum sibi promissa non fuissent adimpleta.

70 Dub. Quid est spiculator? Resp. Theoph. quòd est carnifex, qui constituitur ad homines interficiendum.

71 Dubita. Cur Herodes non dedit puellæ Ioannem viuum? Resp. quòd nõ quietasset puellam, quæ solum caput petierat, vt moreretur.

72 Dub. Cur non præcepit amputari caput, sed solum afferri? Resp. quia non poterat afferri caput nisi prius amputaretur.

73 Dub. Cur voluit, vt decollaretur in carcere? Resp. quia timebat ne forte seditio oriretur, vt non permitteretur occidi, vel ne si vidisset eum compassus ei fuisset, & pepercisset eidem mortem.

74 Dub. An Ioannes moriens pro veritate fuerit martyr? Resp. S. Th. 2. 2. q. 12. ar. 5. quòd eius martyrium celebratur per ecclesiã, vt patet in solennitate hodierna, & in oratione dicitur sancti Ioannis Baptistę, & martyris tui. Item in hymno suæ natiuitatis, cantatur sic Prępotens martyr, & ita dicendum est, quòd vere fuit martyr.

75 Dub. Quid est discus? Res. Magister hist. sch. quòd discus dicitur vas rotundum desuper valde extensum. Vnde & dapifer discoferus dicitur aliquando mensa superior, aliquando mappa quæ mensale dicitur appellãtur discus. Vnde & animalia dicuntur apparuisse Petro in disco, quod alibi liber actuũ Apostolorum uocat linteum.

76 Du. An Herodes, Herodias, & puella cõmiserint graue scelus in morte Ioannis? ℞. Remigius dicens, legimus in Romana histor. Flaminium ducem Romanorũ, quod accubanti iuxta meretriculę, quæ nunquam vidisse se diceret hominẽ decollatum, assenserit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, a Censorib. pulsum curia, quod epulas sanguine commiscuerit, & mortem quamuis noxij hominis in alterius delitias præstiterit, vt libido, & homicidiũ pariter miscerenẽ, quanto sceleratior Herodes, & Herodias, ac puella, quæ saltauit, pretium petijt caput prohetæ, vt haberent in potestate linguam, quę illicitas nuptias arguebat.

77 Dubitatur. Quid actum extitit de capite Ioannis? Respon. Ly. quòd primo allatum est

est in præsentia Herodis, Postea in Hierusalem. Et post in Aquitaneam apud Eugolisticum, nunc autē dicitur esse Ambianis. Mē vero existente Romæ temporibus Sixti Quarti, & Innocentij sui successoris, dicebatur esse & ostendebatur in monasterio S. Siluestri, quod fuit constructum in illo loco, in quo S. Siluester ligauit draconem, & ibi habitant moniales.

78 Dub. Quid actū est de corpore eius? Respon. ꝙ primo discipuli eius sepelierunt ipsum, vt dicit Magister histo. scho. in Sebaste vrbe Palestinæ, cuius ossa postmodum tempore Iuliani apostatæ dispersa sunt, & cremata, & ēt cuius cinis dispersus, qui tñ post collectus nunc requiescit in ciuitate Ianuēsi cum maximo honore & reuerentia, & contra procellas maris processionaliter defert̄ deuoto illo populo comitante cōtra mare, & statim eius fluctus quiescunt: dicitur tamen quod digitus quo Christum demōstrauit nō potuit cōburi, quem post beata Thecla vltra Alpes detulit, & dicitur esse in ecclesia Mauritaniȩ, alias beati Mauritij.

79 Dub. Quid fecit Herodias de capite Ioānis, quando puella illud sibi dedit? Resp. S. Vinc. quòd caute illud in pariete palatij infodit, timens ne si sepeliretur cum corpore surgeret Ioannes.

80 Dub. An Ioannes aliquid mali gesserit, vt ita ignominiosa morte, & propter saltum vnius puellæ interficeretur? Res. Gregorius tertio libro moralium, dicens. Sed quando ille vel in cibo peccauit, qui locustas solummodo & mel syluestre comedit, quando cōuersatione sua offendere potuit, qui de eremo non recessit.

81 Dub. Cur Deus sic eum viliter mori permisit, cuius uita tam sancta fuit? Resp. qui supra, quoniam idcirco sic permittit in infirmis, quia videt quomodo remuneret in summis, & vsque foras ad despecta deijcit, quia intus vsque ad incomprehensibilia perducit.

82 Dub. An Herodes Herodias & puella de hoc scelere fuerint puniti? Resp. Magister hist. sch. allegans Iosephum, quod Herodes tradentibus Iudęis ab exercitu Arethę regis victus fuit, & vt dicit S. Vinc. in Sermone hodierno, ab Imperatore postmodum missus fuit in exilium, & ibidem miserabiliter vitam finiuit. Herodias autem cum semel caput Ioannis teneret, & ei gaudens plurimum insultar &, sicut consueuerat dicens. En Ioannes vos uoluistis me separare ad Herode, sed ego abstuli uobis uitam, & caput a corpore, diuino nutu caput in eius faciem insufflauit, & illa misera protinus expirauit. Puella uero cum super glaciem tripudiaret, glacie resoluta statim submersa fuit, & in inferno sepulta.

83 Dub. Qui fuerunt illi discipuli, qui sepelierunt corpus? Resp. Hieron. quod ipsius Ioannis, & Saluatoris discipulos intelligere possumus: nam discipuli Ioannis postmodum effecti sunt discipuli Christi. Nomina uero eorum non describuntur.

ALLEGORICE.

[Herodes] populus est Iudęorum [qui habet uxorem] s. inanem gloriam [cuius filia saltat.] mouetur etiam nunc circa Iudæos, s. falsus intellectus scripturam [decapitauerunt siquidem Ioannem eos redarguentem,] idest uerbum propheticum, & sine capite Christo habent eum, [caput datur puellæ] idest Christus prauę uoluntati Iudæorum, & eidem insultant, si filius Dei es descende de cruce[corpus Ioannis sepelitur] idest litera humna tegitur [caput in disco collocatur] idest spiritus in altari honoratur & sumitur.

TROPOLOGICE.

Instruimur, ut fraterna correctione arguamus publica peccata, nec ob hoc mortem timeamus. Item ut adulteria & incestus non committamus, nec alicui insidiemur, & quòd uiros sāctos honoremus, nec extra necessitatem iuremus, in turpique iuramento decretum mutemus, nec ficti simus, homicidiaque declinemus, nec de morte cuiusquam guadeamus, sed cadauera sepulturæ mandemus.

ANAGOGICE.

Contemplamur qua refulget gloria Sanctissimus Baptista Ioānes propheta, & plusquā propheta qui uiā dñi præparauit. Quo nemo maior inter natos mulierū surrexit, qui tanta passus est, & pׄpter mulierculas in conuiuio interfectus martyrio, uirginitate,

nitate ac doctrina præclarus, vox verbi, qui nunc trina redimitus corona, quem digito mortalem demonstrauit, clara intuetur visione, immortalẽ regẽ, s. sanctorũ dico Christum Iesum, dñm nostrum decoratus beatitudinis stola, & in æternũ cum Christo regnaturus, qui cũ cuius præcursor extitit, p me miserabili exorare dignetur peccatore.

IN NATIVITATE SEMPER virginis Mariæ.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid. Matth. 1. cap.

Quibus temporib. nati fuerint in hac genealogia descripti, pro maiori parte vetus testamentum demonstrat, maxime vsq; ad transmigrationem Babylonis.

Historice aliter non exponitur.

Dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur Matthæus describit Christi generationẽ ẽm carnem, & Ioannes ẽm diuinitatem? Respon. Chry. quia Matthæus Iudæis euangelium scripsit, quib. superfluum erat exponere diuinitatis naturam, quam cognoscebant, sed necessarium erat eis misterium incarnationis exponere. sed Ioannes Gentilib. euangelium scripsit, qui non agnoscebant si Deus filium habet, ideo necessarium fuit illis primum ostendere, quia est filius Dei Deus. Deinde quia carnem suscepit.

2 Dub. Cur hoc euangelium vocatur liber generationis Iesu Christi, cum eius generatio paruã huius libri contineat particulam? Resp. Rabanus, quòd consuetudo Hebreorũ est, vt voluminib. ex eorum principijs imponant nomina, vt est liber Genesis.

3 Dub. Quia hic nõ videtur esse perfectus sensus, cum nullum sit verbum principale? Resp. Glos. quòd planior sensus, & hic est liber generationis, sed hic est mos in multis, ut uisio Esaiæ prophetæ, subaudi hæc est.

4 Dub. Cum hic multę enarrentur generationes, cur dicit in singulari, Liber generationis? Res. Gl. quia propter Christi generationem cæteræ hic inducuntur.

5 Du. Cur dicit, Iesu Christi? Res. Remig. quia nouerat scriptum esse Liber generatio nis Adæ, & hac exorsus est, vt opponeret librum libro, Adam nouum Adæ ueteri, quia omnia per istum sunt restaurata, quæ per illum fuerant corrupta.

6 Dub. Quomodo potest Euãgelista Christi enarrare generationem, cum Esa. 53. c. dicatur, generationem eius quis enarrabit? Resp. Hier. q; Esaias de generatione diuinitatis loquitur, sed Matthęus de humanitatis generatione. Et S. Th. 3. par. q. 31. ar. 3. dicit, q; Matthęus non explicat modum incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile, sed enumerat patres, ex quibus Christus secundum carnem processit.

7 Dub. Cur dicit Iesu? Resp. Ly. quòd Iesus est nomen personæ.

8 Dub. Cur dicit Christi? Res. qui sup. quia est nomẽ naturę: significat enim duplicem naturam in vno supposito, scilicet diuinam, & humanam.

9 Du. Cur Christus potius dicit esse filius Dauid, & Abrahæ, q̃ Noe, Isaac, & Adæ? Resp. S. Tho. 3. par. q. 31. ar. 3. q; ad hos repromissio de Christo facta est specialiter. Dictum est. n. Abrahæ, Gen. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, qđ Apostolus de Christo exponit ad Gala. 3. Et ad Dauid dictum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Ps. 131. Vnde & Iudęi ut regem honorifice suscipientes dicebant, Osanna filio Dauid, Mat. 21.

10 Dub. Cur præponitur hic Dauid Abrahæ, cum Abraham fuerit ante Dauid? Res. Hier. in homil. quòd est ordo præposterus, sed necessario commutatus: si enim primũ posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis series texeretur.

11 Dub. Cur potius incipit ab Abraham, quàm ab Adam? ℞. Aug. super Luc. quòd prior Abraham meruit fidei testimonium, quia credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

12 Dub. Cur non dicit, Abrahã genuit Hysmael, & Isaac: Isaac genuit Esau, & Iacob. Sicut dicit, Iacob aũt genuit Iudam, & fratres eius? Resp. Glo. quia Hysmael, & Esau non permanserunt in cultu unius Dei. Fratres uero Iudæ in populo sunt computati, & fuerunt patres populi Israelitici, ut dicit Ly. & ab eis 12. tribus Israel nominantur.

13 Dub. Cur nõ nominat fratres Iudę, sicut eius filios, s. Phares, & Zarã? Resp. S. Tho. 3. par. q 31. ar. 3. quoniã multi fratres Iudę ex ancillis nati fuerunt. Phares autẽ, & Zaram simul

simul nominantur, ut dicit Amb. super Lu. quia per eos gemina describit gratia populorum. Vna sm legem, quæ significatur per Zaram. Et altera secundum fidem, quæ signatur per Phares.

14 Dub. Cur potius ergo nominat Iudā ex nomine, quam fratres? Resp. quia ex eo processit Christus, & non ex fratribus, ut dicit Gloss.

15 Dub. Cur tm̄ quatuor nominabant̄ mulieres. s. Thamar, Ruth, Raab, & uxor Vriæ? Res. Hier. sup Matt. quòd in genealogia Saluatoris nulla sanctarum assumitur mulierū, sed quas scriptura reprehēdit, vt q. propter peccatores venerat, de peccatricibus nascēs omnium peccata deleret. Vnde ponit̄ Thamar, quæ reprehenditur de socerino concubitu, & Raab quæ fuit meretrix, & Ruth, quæ fuit alienigena, & vxor Vriæ quæ fuit adultera.

16 Dub. Cur non nominauit Bersabeę proprio nomine? R. S. Tho. 3. par. q. 31. ar. 3. quòd propter peccatum ipsius, quæ fuit adulterij & homicidij conscia, tum etiam vt nominato viro peccatum Dauid ad memoriam reuocetur.

17 Dub. Cur Lucas in genealogia non facit mentionem de istis mulieribus? Resp. S. Th. 4. par. q. 31. ar. 3. quia Lucas Christum designare intendit, vt peccatorum expiatorem. Ideo talium mulierum mentionem non facit.

18 Dub. Quæ fuit ista Raab? Res. Chry. sup Mat q. dicit̄ fuisse Raab meretrix de Hierico, quæ suscepit exploratores filiorū Israel, quam Salomon qui erat nobilis inter filios Israel de tribu Iuda, & filius principis, quia vidit eā sic fidelem quasi magnam aliquam constitutam meruit accipere in vxorem.

19 Dub. Cur Booz acceperit in vxorem Ruth q̄ erat Moabitis? R. qui sup. q. a Ruth Deos patrum suorum repulit, & Deum uiuentē elegit, & Booz pro merito fidei suæ illam accepit uxorem, ut ex coniugio tali sanctificato genus nasceretur regale.

20 Dub. Cur solus Dauid nominatur Rex Res. Remig. quod vt ostendatur ipsum primum fuisse regem in tribu Iuda.

21 Dub. Cur dicit, genuit Dauid, regem cū non fuerit genitus rex, sed post factus? Resp Ly. quod regē, nō refert̄ ad illud uerbū genuit, sed solum ad Dauid, ut sit sensus Iesse genuit Dauid, qui postmodum fuit rex.

22 Dub. Cum pater Dauid uocaretur Isai. ut habetur 1. Reg. 16 cur dicitur filius Iesse? Rń. Gl. quòd pater Dauid binomius fuit quia uocatus est Isai. & Iesse.

23 Dub. Cur ergo Euangelista potius nominat Iesse, q. Isai? Res. Glo. quia Isa. 11. non uocat eum Isai, sed Iesse, dicens. Egredietur uirga de radice Iesse, ut ostenderet illam prophetiam cōpletā esse in semper uirgine Maria, & Chrys. Ideo etiam Euangelista non uocat eum Isai, sed Iesse.

24 Dub. Quia Lu. 3. dicit, quòd Christus descendit à Dauid per Nathan filiū Dauid. Et hic Mat. dicit, quòd descendit per Salomonem, & sic uidet̄ cōtrarietas? Res. Ly. quòd ideo Lucas describit Christū descendere p. Nathan, quia licet omnes sapiētes Hebręorum concorditer tenerent Christum debere descendere de Dauid, tm̄ aliqui eorū opinabant̄, quòd descenderet ab eo per Nathā pp excellentiam suæ sanctitatis, & prophetiæ. Alij uero per Salomonem pp dignitatē regiam, & suæ sapientiæ excellentiam: secundum ueritatem aūt descendit p utrūq;. Aliter tamen per Salomonem descēdit s̄m lineam naturalis generationis, per Nathan uero secundum lineam legalis generationis, quia Nathan fuit filius Dauid adoptiuus. Et Ioseph, qui ponitur immediate post Xp̄m ascendendo fuit filius adoptiuus Hely, seu legalis: nam Nathan & Mathat descenderūt a Dauid, sed Mathat p Nathā filium Dauid adoptiuum, Mathā aūt per Salomonem, & isti duo Mathat, & Nathā habuerunt unam uxorem successiuè, quæ dicta est Iescha, & ista à Nathā concepit Iacob, & à Mathat Hely, ita q. Hely, & Iacob fuerunt fratres uterini, sed à duob. fratribus à Dauid diuersimode descēdentibus. Hely autem uxore habita mortua est sine semine. Et ideo Iacob frater accepit uxorem fratris sui, ut ei suscitaret semen, & genuit Ioseph, ita quod Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob, & sic accepit eum hic Matth. fuit autem filius Hely legalis, & sic accepit eum in genealogia Lucas.

25 Dub. Quia 4 Reg. 8. dicitur q. Ioram genuit Ozochiam, & hic Mat. dicit, quòd Iorā genuit Oziam, ergo uidetur quod nō bene describat genealogiam Saluatoris? Res. S. Tho. 3. par. q. 31. ar. 3. q. sicut dicit Hier. sup Mat. Ioram rex generi se immiscuerat impijssimę Iezabel, idirco usque ad quar-

tam

tam generationem eius memoria tollit ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur.

26 Du. Quia aliqui alij reges etiam fuerant peccatores, sed tamen propter hoc non ꝑclu dantur à genealogia? Resp. qui sup. quòd illorum non fuit continua impietas. Nam ut dicitur in lib quæstionum no. & vete. testa menti, Salomon merito patris sui remissus in regno est? Roboam merito Asa filij sui. Horum autẽ trium continuauit impietas. s. filij & nepotum.

27 Du. Quia 3. Reg. 23. c. Ioachim fuit rex, & tamen non ponitur hic à Mat. Res. Chr. sup Mat. quod ideo sublatus est de numero regum, quia non populus Dei constituerat eum in regem, sed Pharao per potentiam].

28 Dub. Quia cum Ieconias & fratres eius nati fuerunt ante transmigrationem Babylonis, cur Euang. dicit eos natos in ipsa trãsmigratione? Res. Ly. quòd quia tunc imminebat captiuitas Babylonis, ideo dicuntur geniti in transmigratione Babylonis.

29 Dub. Cur nominãtur in hac genealogia fratres Ieconię, cum fratres aliorum regum non nominentur? Resp. S. Tho. vbi sup quia omnes fratres Ieconiæ regnauerunt diuersis temporibus, quod in alijs regibus non acciderat, vel quia eorum similis fuit & iniquitas & miseria.

30 Dub. Quia 1. Paralip. 3. dicitur quòd Ieconias genuit Salathiel & Phadia, & Phaadia genuit Zorobabel? Resp Gl quòd multa in Paralipomenon vitio scriptorum sunt deprauata.

31 Du. Quia cum de Abiud vsq; ad Ioseph nihil in scriptura sacra reperiatur, quo Euãgelista potuit texere genealogiæ seriẽ vsq; ad Christum? R. Ly. post Gl quòd fuerunt aliqui studiosi apud Iudæos, qui genealogias à Dauid descendentes diligentissime scripserunt propter Christum, quem expectabant à Dauid descendere, & ibi Mat. potuit reperire: vel dicẽdum quòd Matthæus habuit per reuelationem.

32 Dub. Cum Christus non fuerit filius Ioseph, cur genealogia terminatur in ipso Ioseph, dum dicitur. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ? Res. Hier. quod non est consuetudinis scripturarũ vt mulierũ in generationib. ordo texatur: deinde ex vna tribu fuisse Ioseph & Mariam. Vnde ex lege eam accipere cogebatur vt propinquam.

33 Dub. Quia non dicit hic ꝙ Maria fuerit de cognatione Dauid? Res. Aug. contra Faustum dicens. Nos ergo credimus et Mariam fuisse de cognatione Dauid, quia ijs scripturis credimus, quę vtrumq; dicũt. Et Christũ ex semine Dauid secũdum carnem, & eius matrem, Mariam, non cum viro concumbendo, sed virginem.

ALLEGORICE.

[Quod ad Abraham ꝑ intermedios perueniretur ad generationem Christi] significat qđ à virtute fidei quæ est fundamentũ & mater omnium virtutum, sicut Abraham qui credidit Deo, & fuit pater multarũ gentium, peruenitur ad salutem, qui est Iesus, qui interpretatur Saluator.

TROPOLOGICE.

Instruimur, vt si volumus Iesum cõcipere, simus iusti sicut Abraham, & quatenus Deũ offendamus pœniteamus, sicut Dauid & cęteri, q. peccauerũt ex hac genealogia, nec diffidamus si simus pauperes, viles, & abiecti, quia nõ est ꝑsonarũ acceptor Deus, sed in genealogia ponuntur patriarchæ, duces, reges, & priuatę personæ ac pauperes.

ANAGOGICE.

Cõtemplemur virgã Iesse semꝑ uirginẽ Mariam, & florẽ huius radicis Iesum Xp̃m. De quib. cãtat ecclesia. Stirps Iesse semꝑ ꝓduxit, uirgaq; florẽ, & super hũc florem requiescit spiritus almus. Virgo Dei genitrix uirga est, flos filius eius, quẽadmodũ in illa cęlesti gloria, in qua triũphos bellici certaminis aduersus principẽ mũdi huius reportarunt, gaudent, & regnant oẽs sancti cum Christo in æternum, & in seculum sæculi.

IN EXALTATIONE SANCTAE Crucis.

Nunc iudicium est mundi. Fine vt filij lucis, quære Sabbatho ante palmas.

IN VIGILIA S. MATTHAEI Apostoli & Euangelistæ.

Vidit Iesus publicanum nomine Leui. Lu. 5. c.

Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31. die 9. Iulij, in die Lunæ.

HISTORICE.

Publicanum quendam Leui nomine dñs intuẽs, thelonij lucris intentum, ut se sequeretur iussit, qui lęto iussa perficiens animo, omni

omnibus quæ possidebat renuncians eũ comitatus est opulẽto aũt ei à Leui exhibito cõuiuio, dum cum plurima publicanorũ turba, cęterorumq; discumberet, Pharisæorum quidam ac scribarum ab eius sciscitabantur discipulis, cur talibus cum personis ederet? ℞. autem dñs, nequaquam sanos indigere medico, sed morbo grauatos, seq; minime iustos vt vocaret aduenisse, sed delinquentes vt pœniterent.

Nunc ad dubia dilucidanda est accedendum.

1 DVBITATVR. Vnde exiuit Iesus? ℞. quòd ex textu Euãgelij immediate añ istud Euang. habetur quòd exijt de domo, in qua sanauerat paralitycum demissum per tectum.

2 Du. Cur Lucas vocat Matthęum Leui? ℞. Beda, quòd Lucas, & Marcus propter honorẽ Euãgelistæ nomen tacent vulgatum.

3 Dub. Cur Matthæus in Euãgelio suo nominat se Mat. Mat. 9. ℞. q. sup. quòd q̃ a scriptũ est, iustus accusator sui est in principio sermonis, Matthæũ se & publicanum nominat, vt ostendat legentib nullum debere cõuersum de salute diffidere cũ ipse de publicano in Apostolum, de Thelonario in Euãgelistam sit repente mutatus.

4 Dub. De qua ciuitate vocauit Matthæũ? ℞. Ly. quòd de Capharnaum.

5 Dub. Quid est sedere ad Theloniũ? ℞. Glo. q. in domo vbi vectigalia congregant.

6 Dub. Cur sedebat? ℞. Landulphus de uita Christi, sedebat. i. pertinaci animo lucris inhiabat.

7 Du. Quõ uolebat dñs ut eũ sequeretur? ℞. Amb. super Lucam, quòd sequi iubet nõ corporis gressu, sed mentis affectu.

8 Dub. Cur non uocauit dñs Matthæũ, qñ uocauit Petrum & socios? ℞. Chris. quoniã durius adhuc dispositus erat.

9 Dub. Quõ post mollificatus fuit? ℞. qui sup. q̃ a famã Christi audierat & miracula.

10 Dub. Cur non dicitur de oĩb. Apostolis qñ fuerũt uocati? ℞. Chrys. in Hom. quòd solum de piscatorib. & Thelonario fit mentio, q̃ a nec Thelonij officio est aliquid deterius, neq; piscatione vilius.

11 Du. Quia nõ uidet̃ uerisimile quòd Mat. ita cito ad unã uocem secutus fuerit dñm? ℞. Hier. q̃d maiestas diuinitatis occulta, q̃ ét in facie refulgebat humanã, videntes ad se trahere poterat in primo aspectu quocũque volebat.

12 Dub. Si Mat. reliqt omnia, quõ post fecit conuiuium? ℞. S. Vinc. in Serm. hod. quòd postquam oĩa restituit, remãsit sibi domus, & aliqua moneta de bono iusto, & de his fecit Christo magnum conuiuium.

13 Dub. Quid est conuiuium? ℞. Cathol. quòd est lauta comestio, & magna.

14 Dub. An Mat. fuerit nũc solum vocatus à domino? ℞. Aug. de conc. Euang quòd Lucas commemorat duodecim electos, quos & Apostolos nominauit fuisse in monte, & sic Matthæus fuit inter illos.

15 Dub. Ad quid venit turba illa publicanorũ ad cõuiuiũ? ℞. Chry. in Hom. quòd Matthæus, q̃a erant eiusdẽ artis, eos cõuocauit.

16 Dub. Cur murmurabant Scribæ & Pharisæi? ℞. Chry. quia inuidebant Christo, & volebant ab eo discipulos separare.

17 Dub. An Christus benefaceret mãducando cũ publicanis? ℞. q. sup. quòd sic, q̃a Xp̃s quodlibet genus remedij exhibebat ꝑpter vtilitatẽ sequẽtem, more medici, q. nisi tangeret saniem non liberaret à morbo.

18 Dub. Quia Lucas dicit quòd murmurabãt, quòd discipuli Christi manducabãt cũ publicanis, & Mat. & Mar. dicũt, quòd murmurabãt q̃ Christus mãducabat cũ illis? ℞. August. de cõsensu Euang. q̃a qd discipuli cũ publicanis & peccatoribus manducabãt, ꝑut dicit Mat. & Mar. Magistro magis obijciebat̃ quem sectando imitabantur. Vna ergo sñia est tanto melius insinuata, quibusdam uerbis manente ueritate variata.

19 Du. Cũ Pharisæi non loquerentur Christo, sed discipuli, cur Christus respõdit? ℞. S. Vinc in Serm. quòd quia magis sibi obijciebatur, quam discipulis.

20 Dub. Quia uidet̃, quòd sani ét egent medico pp cõseruationẽ sanitatis? ℞. q̃d si propter cõseruationẽ egeant, nõ t̃n sic egẽt ut infirmi, qui vexantur ab infirmitate.

21 Dub. An Pharisæi essent iusti, q̃a nõ uenerat eos uocare? ℞. Chry quòd ironicè dicit illos iustos, sicut qñ dicitur. Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis.

22 Dub. Quid intelligit hic ꝑ medicum? ℞. Rab. q̃d seipsũ medicũ dicit, q̃ miro medicãdi genere pp iniquitates nostras uulneratus, est, ut vulnus p̃ctorũ nostrorũ sanaret.

23 Dub. Quid intelligit per sanos? ℞. q. sup.

quòd eos q suã volentes statuere iustitiam, verè iusti Dei iustitiæ subiecti non sunt.

24 Dub. Quos vocat male habentes? ℞. qui sup. q eos qui suæ fragilitatis conscientia deuicti, nec p legem videntes se iustificari, pœnitendo se submittunt gratiæ Dei.

25 Dub. Qui sunt illi tam iusti, qui non indigent Christo medico? ℞. Greg. Nissenus, quòd sunt Angeli.

26 Dub. An conuersio Matthæi fuerit miraculosa? ℞. Gl. quòd sic.

27 Dub. Quare non celebrat̃ ab ecclesia sicut conuersio Pauli? ℞. do. Card. de Turrecrem. quia Matthæus non sæuiebat contra ecclesiam sicut Paulus. Et ideo ecclesia propria maximam lætitiam, quam habuit de eius conuersione celebrat eam. Item quia Matthæus vocatus est à Christo antequam cœlos ascenderet, Paulus autem postea.

28 Dub. Nunquid cõuersiones aliorũ Apostolorum non fuerunt miraculosæ? ℞. qui sup. quòd nõ, qm̃ ad verbum Ioannis Baptistę dicentis, Ecce Agnus Dei, Andreas & Ioannis secuti sunt Christum, & postea Andreas vocauit Petrum, dicens, inuenimus Messiã, & sic de alijs aliquibus, sed nullum istorum præcessit in vocatione Matthæi, nisi verbum Christi, Sequere me.

29 Dub. Cur ista cõuersio dicit̃ miraculosa? ℞. qui sup. q primo ex parte vocantis, quia Christus vocauit eum adhuc à malis nõ desistentem, quia occupatum in Thelonio. Secundo ex parte vocati, quia ad unũ verbum secutus est Christum, sine viso miraculo aliquo. Tertio ex parte officij, de quo uocatus est, quia de Thelonio, sicut Petrus de piscatione, q Thelonij officiũ vix, aut nunquam sine peccato exerceri potest, vt dicit Greg.

30 Dub. An Mattheus statim fuerit vocatus de Theolonio ad statum Apostolatus? ℞. S. Th. quolibet. 5. ar. 21. q quest. ista ex verbis Euãgelij determinari potest. Si.n. loquamur de Apostolato, manifestum est ẽm narrationem Matthæi, Marci, & Lucæ, qđ post vocationem Matt. aliquanto spatio tp̃is interiecto ex discipulis duodecim Apostolos elegit, inter quos fuit Matthęus, & sic patet, q a principio statim fuit uocatus ad discipulatum Christi, non autem ad Apostolatum, nisi secundum præordinationem Christi, q eum Apostolum sumendum disponebat, & sic debent intelligi uerba Hier. & Bedæ, de hoc loquentium: si autem loquamur de perfectione Euangelica, statim à principio vocatus fuit ad statum perfectionis, quia hic dicitur, quod relictis omnibus statim secutus est eum.

31 Dub. Cur Matthæus, & alij Euangelistæ designant̃ per facies Aquilæ, Hominis, Leonis, & Bouis? ℞. d. Card. de Turrecrem. in serm. huius diei, quòd facies designant ẽm materiã principalem cuiuslibet Euangelij, quia licet quodlibet Euãgeliũ loquatur de omnib. quasi quasi de alia loquuntur, quodlibet tñ respicit vnam determinatam materiam, nam Euãgelium Ioãnis describit præcipue eius diuinitatem. Et ideo designatur in facie aquilæ, q̃ altius cæteris auib. volat. Euãgelium Lucæ eius sacerdotium, & ideo designatur in facie Bouis, q sacrificabatur. Euang. Marci eius regnum, quod designat̃ in facie Leonis, qui est Rex aliorum animalium quadrupedum. Euangelium verò Matthæi eius humanitatem, quæ designatur in facie hominis.

32 Dub. Quia uidet̃, quòd Matthæus magis rõnabiliter scripserit suum Euangelium, q̃ alij Euangelistæ, quia designatur per faciẽ hominis, quod est animal rõnale. Alij aũt a faciebus aialium irrationalium. ℞. qui sup. quòd non sequitur, quia non illa rõne designatur Matthæus in figura animalis rõnalis, quòd magis rõnabiliter, quàm alij sit locutus, sed ratione materiæ, de qua principaliter in Euangelio suo loquitur.

33 Dub. Quia uidetur, quod Deus uelit peccatores immorari in pc̃tõ, quia uocat eos actualiter in pc̃tõ existẽtes? ℞. Greg. Nissenus q d. adeo peccatores non abominor, q a eorum tantum gratia ueni, non ut maneãt peccatores, sed ut conuertant̃ & boni fiant.

34 Du. Cur primo Matthæus non reddidit computum de uectigalib. Principib. & post sequutus est Christũ? ℞ñ. Remi. quòd humana pericula, quæ ei ex principib. accidere poterãt paruipendit, dum officij sui rationes imperfectas reliquit.

35 Dub. Quia uidet̃, quòd beatus Mat. non fuerit Iudæ᷒ cũ exigeret uectigalia? ℞. Hier. quòd nõ exigebat uectigalia tanq̃ à Iudæis imposita, sed à Romanis, seu principibus.

36 Dub. Vbi scriptum est, misericordiam uolo & non sacrificium? ℞. quòd Oseæ 6.

37 Dub. Cur dominus induxit hãc prophetiã? ℞. Chry. in Hom. quòd vt ostẽderet nõ solum nõ esse prohibitũ, quod incusabant, sed

sed & secundum legē maius esse sacrificio.

38 Dub. Cum Deus præceperit fieri sacrificia, cur hic per prophetam dicit, quod non vult sacrificium? R. Glo. quòd nō respicit Deus sacrificium sine misericordia, quemadmodum Pharisæi faciebant in templo, vt iusti apparerent coram populo.

39 Dub. Qūo vult ut vadant, quia dicit euntes &c. R. Rabanus, euntes, s. a temeritate stultæ vituperationis ad diligentiorem scripturæ sanctæ meditationem, quę misericordiam maxime commendat.

ALLEGORICE.

Per Matthęi, & publicanorū vocationem fides Gentiū exprimitur, quæ prius mundi lucris inhiabant, & nunc cum dn̄o spiritualiter reficiuntur: per superbiam pharisæorum inuidia Iudæorum de salute Gētium.

TROPOLOGICE.

Docemur ne lucra mala sectemur, & statim cū diuina affuerit inspiratio pc̄tā relinquamus, vtq; misericorditer pc̄tores retrahamus a peccatis. Inuidiam ēt declinemus, & adeamus doctores sacros qui sunt medici, vt subueniant languorib. peccatorum nostrorum, & misericordiæ opera sectemur.

ANAGOGICE.

Contemplemur Dei misericordiā omnia eius opera excedentē, qua sanant oēs infirmitates nostræ, & coronat nos in cęlestibus, in quib. semper est iuge sacrificium omnipotenti Deo conuiuiū, quod sine fine durabit.

IN FESTO S. MATTHAEI Apostoli, & Euangelistæ.

Cum transiret Iesus vidit hominem sedentem in Theloneo. Mat. 9. c. Require in Vigilia eiusdem, & expone vt ibi.

IN FESTO S. MICHAELIS Archangeli.

Accesserūt discipuli ad Iesū dicētes. Mat. 18. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die 27. Augusti, in die Iouis.

HISTORICE.

Quęrentib. a dn̄o discipulis quisnam maiori præfulgeret dignitate in cęlesti gloria. Paruulum quendam cum aduocasset, & in eorū statuisset medio, respondit, nequa quā eos pofecto regnū ingressuros cęleste, nisi vt pusilli efficerentur. Omnemque, vt hunc se humiliantem paruulum cœteros cęlesti præcellere in patria, cum vero qui talem eius in nomine susciperet puerum, se suscipere: ei aūt qui ex similib. unum scandalizaret pusillis in se credentib. expedire. vt ei in collo asinaria suspendatur mola, in pelagique profundum demergatur: ait quoq; ob scandala sęculo mala futura fore, quæ tamen euenire necesse fore, hortatus eos quoque est, vt si cui nostra scandolo fuerit manus, pes, aut oculus abscindere & extra proijcere festinemus, cum tali longe melius sit carere membro, & æternam adipisci uitā, quàm cum eo ignib. tradi inextinguibilib. Vnum itaq; ex consimilib. comtemni pusillis inhibuit. quoniam sui faciem genitoris in cęlis talium Angeli semper intueantur.

Hæc sunt quæ occurunt dilucidanda dubia.

1 DVBITATVR. Cur discipuli accesserunt ad Iesum? Respon. Hier: Chrys. ac. Ly. quia vt dictum fuit in capitulo præcedenti istud Euangelium, s. 17. ç. discipuli viderunt idem pro Petro, & domino fuisse tributum redditum, & ex æqualitate precij arbitrati sunt omnibus Apostolis Petrum esse prælatum. Vnde passi sunt aliquod humanum, & ideo Euangelista dicit, accesserunt discipuli.

2 Dub. Cur ergo non quærunt specificè cur Petrum præhonorauit eis? Resp. Chry. quia uerecundati sunt passionē quam passi sunt, confiteri, ideo in genere quærunt.

3 Dub. De quo regno cęlorū intelligunt? Res. Ly. quòd de ecclesia militante, quis in ea maior sit per meritum, & de ecclesia triumphante per pręmium.

4 Dub. Cum nullus ante Christū ingrederetur paradisum, cur quærunt quis sit in eo maior? R. quòd intelligitur per prædestinationem diuinam, & de futuro.

5 Dub. Cum omnes beati sint fęlices, & nihil eis desit, cur quærūt de maiori vel minori? Resp. quòd dominus dixerat Mat. 14. quòd bonū semen fert fructū tricesimum, aut sexagesimū, & aliud centesimum. Ideo nō uidētes esse æqualitatē in præmijs, interrogant quis maior uel minor futurus sit.

6 Dub. Cum aliàs dn̄s dixerit eis qđ qui fecerit, & docuerit mādata, magnus erit in regno cœlorum, cur de hoc interrogant? Res. Orig. quòd sciebant quis esset magnus, & quis minimus, sed ex multis magnis, qui esset maior hoc eis non erat manifestum.

7 Dub. Cur dominus nõ respondit eis, sed statuit paruulum in medio eorum? Resp. Lyra, quia in moralibus magis mouent facta quàm verba.

8 Du. Quem paruulũ statuit in medio eorum? ℞. Ly. quòd beatũ Marcialem, qui postea a beato Petro missus in Galliam prędicauit Lemouicensibus.

9 Du. Cur statuit in medio? Res. qui sup. ꝙ vt ab omnibus uideretur.

10 Du. Quomodo Apostoli poterant effici paruuli? Res. Hier. ꝙ nõ pręcipit eis ut ætatem habeant paruulorum, sed innocentiam.

11 Du. A quibus volebat eos conuerti? Res. Ly. quòd ab elatione superbiæ, & ab ambitione maioritatis, & etiam dicit Glo. ab indignatione, in qua tunc erant.

12 Du. Quomodo ille paruulus poterat se humiliare, qui non erat capax discretionis, Res. Glo. quòd dominus intelligebat quòd efficerentur humiles per virtutẽ, sicut erat ille paruulus per ætatem.

13 Du. An semper humilitas sit uirtus? Res. S. Th. super epist. ad Philip. vlt. c. quod quãdoque dicit uirtutem quãdã, ut in hoc Euãgelio, q̃nque vero deiectionem. Ps. 194. Humiliauerunt in compedibus pedes eius.

14 Dub. Quia videtur, quòd humilitas non sit uirtus, cum opponatur magnanimitati, q̃ est virtus? Res. qui sup. 2. 2. q. 261 ar. 1. quòd non opponitur magnanimitati, quia conueniunt in hoc quòd utraque est secundum rationem rectam, quia humilitas reprimit appetitum ne tendat in excelsa præter rectam rationem, & magnanimitas animam ad magna impellit s̃m rationem rectam.

15 Dub. In quo consistit humilitas? Res. qui sup. ar. 2. quòd humilitas præcipue videt̃ importare subiectionem hominis ad Deum.

16 Dub. Cur Aristoteles nullam facit mentioñe de virtute humilitatis, sicut de alijs virtutibus? Res. qui sup. art. 1. quia intendebat agere de virtutibus secundum quod ordinabantur ad uitam ciuilem. Non autem prout sunt principaliter respectu Dei.

17 Du. Quot sunt humilitatis gradus? Res. qui sup. ar. 6. quòd ꝑ cõparationẽ ad gradus hominum qui sunt maiores, uel minores, vel æquales. Habet tres gradus, prout dicit Gl. super Mat. 3. Primus est, subdere se maiori, & non præferre sę æquali, qui est sufficiens. Secundus est, subdere se æquali, nec præferre se minori, & hic dicitur abundans. Tertius, subesse minori, in quo est omnis iustitia.

18 Dub. An in Christo fuerit humilitas? ℞. qui sup. ar. 1. quòd non competit sibi humilitas secundum naturam diuinam, sed bene secundum naturam assumptam.

19 Dub. An cuilibet homini possit conuenire humilitas? Res. qui sup. quod sic, respectu Dei, quia hominis perfectio, respectu Dei inuenitur deficiens.

20 Dub. An humilitas sit maxima virtutũ? Res. qui sup. ar. 5. quod post virtutes intellectuales quæ respiciunt ipsam rationem, & post iustitiam præsertim legalem potior cęteris est humilitas.

21 Dub. Cur dicit qui suscipit vnum paruulum talem, me suscipit? Res. Chrys. dicens: ac si diceret non solum si tales efficiamini mercedẽ accipietis, sed si alios tales ꝓpria me honorabitis, & honoris qui est ad illos retributionem vobis determino regnum.

22 Dub. Cur dicit, qui autem scandalizauerit, &c. Res. qui sup. quòd pęnam inducit, vt faciat hunc sermonem susceptibilem ac si diceret, sicut si hos honorant propter me, mercedem habent, ita & qui hos dehonorant vltimam sustinebunt uindictam.

23 Dub. Quomodo suscipiens vnum talem propter Christum, ipsum Christum suscipit? Res. Ly. quia vbi unum propter alterũ, ibi vnum tantum. Et ideo qui recipit proximum propter Christum, dicitur Christum recipere.

24 Dub. Quomodo debet suscipi? Resp. Ly. quòd ad hospitium, & ei omnia corpori necessaria ministrando propter Christum.

25 Dub. Cur potius pœnam de mola asinaria, quàm aliam pęnam ponit? Res. Hieron. quòd hic loquitur secundum ritum prouinciæ, quod maiorum criminum ista apud veteres Iudæos pœna fuerit, in profundum ligatos mergere.

26 Dub. Cur dicit expedit ei? Resp. qui sup. quia multo melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quam æternis seruari cruciatibus.

27 Dub. Quid significat Væ? Respon. Catholicon. quòd est aduerbium execrantis, vel maledicentis.

28 Dub. Cum mundus sit insensibilis, quis dolor ei pôt esse? Resp. Orig. q̃d hoc nõ de elementis mundi intelligendum est, sed hic hoïes qui sunt in mundo, dicuntur mundus.

Dub.

29 Dub. Quomodo intelligitur ve mundo à scandalis? Resp. i. propter scandala.

30 Dub. Si necesse est, q; scandala veniant, ergo non peccant illi propter quos veniūt? Res. Ly. q; ista non est necessitas absoluta, sed tantum ex suppositione, quia si homines volunt viuere mundane, & in omnibus voluntatem suam adimplere necessario sequitur ad hoc scandalum aliorum.

31 Dub. Cur dicitur ve homini illi? Res. Hier. ac si dicat, ve homini illi qui vitio suo facit, vt per se fiat, quod necesse est, vt quod in mundo fiat.

32 Dub. Quæ comminatio est dicendo, ve homini illi? Res. Ly. quòd pœna æternæ.

33 Dub. De quo scandalo intelligit hic? Respon. qui sup. quòd de actiuo.

34 Dub. An dicta de manu & pede sint intelligēda ad literam? Res. qui sup. quod sic non tamen quod sint abscindendi ferro, sed ratione a tali exercitio cohibenda.

35 Dub. An vt euitetur peccatum sit licitū aliquod membrū abscindi? Resp. qui sup. quòd nō: q a cum omnia membra sint data a Deo, nō est in potestate alicuius hominis priuati illa abscindere, sicut nec se occidere, nisi forte si vnum membrum corruptū corrumperet totum corpus.

36 Dub. Nunquid per alia membra potest generari scandalum? Respond. qui supra, quòd sic.

37 Dub. Cur ergo non fecit mentionem de istis? Respon. qui supra, quòd omnia alia membra reducuntur ad ista tria. Nam per oculum intelliguntur quatuor sensus, s. Visus, Auditus, Odoratus, & Gustus, per manum omnis tactus corporeus, & per pedem omnis gressus, & affectio in aliquod peccatum ruendi.

38 Dub. An per manus & pedes possint alia intelligi? Res. Chr. quòd sic de amicis, quos in ordine necessariorum membrorum habemus: nihil enim est ita nociuum sicut cōuersatio mala. Et ideo quia scandalizat, venit abscindenda.

39 Dub. Quia non videtur congrue dici bonum est quā duos &c. Res. Ly. quòd hic ponitur bonum pro melius. Sicut ps. 117. Bonum est confidere in domino, idest melius, quàm confidere in principibus.

40 Dub. Quomodo ad vitam beatam ingreditur aliquis debilis, vel claudus, cum ibi nullus sit defectus? Resp. Ly. quòd ille dicit claudus, qui prohibet pedē suum à malo, & qui retinet malum ab illicito tactu dicitur debilis, & talis claudicatio, & debilitas non dicunt defectū, sed potius sunt laudabiles.

41 Dub. Quid intelligit hic dominus per pusillos? Resp. Orig. q; eos qui nuper in Christo sunt nati: aut tales permanent sine profectu quasi nuper nati.

42 Dub. Cū dominus supra præceperit omnes propinquitates, & amicitias amputandas, vt patuit dub. 38. cur hic dicitur videte ne contemnatis vnum ex his pusillis? Respon. Hier. q; illā seueritatem sentētiæ hoc præcepto temperauit, ac si diceret, quantū in vobis est nolite contemnere, sed post vestram salutem etiam illorum quærite sanitatem: sin autem perseuerantes in peccatis videritis melius est vos saluos fieri, quàm perire cum multis.

43 Dub. Cur non præcepit q; non contēnāt perfectos sicut pusillos? Res. Orig. quia perfectus non scandalizatur, neque perit.

44 Dub. Cur dicit, quia angeli eorum &c. Res. Glo. quòd a Deo chari sunt quòd angeli sunt eis ad custodiam deputati. Et ideo non contemnendi.

45 Dub. Qui sunt angeli eorum? Res. quòd illi qui eis ad custodiam deputantur.

46 Dub. De quibus ordinibus mittūtur angeli ad custodiam hominum? Res. Greg. in Homil. quòd vt Dionysius dicit, ex minorib. angelorum agminibus, quia superiora illa agmina vsum exterioris ministerij nequaquam habent.

47 Dub. Quomodo angeli homines custodientes vident faciem patris in celis? Resp. Greg. 11. Moral. quòd non sic a diuina visione foras exeunt, vt in æternæ cōtemplationis gaudijs priuentur.

48 Dub. Cum Deus sit incorporeus, quæ dicitur eius facies? Res. Aug. de verbis Dñi q; facies Dei manifestatio intelligenda est.

ALLEGORICE.

Cum mole opus labor sit cęcitatis, quia clausis iuramentorū oculis aguntur in gyrum, & gentes frequenter sub nomine asini cognominentur, quæ ignorantia cæci laboris continentur. Iudæis autem scientiæ iter in lege prestitum est, qui si Christi Apostolos scandalizauerint, rectius alligat a collo mola asinaria demersi in mare fuissent. i. labore gentium depressi ignorantia sæculi demonstrarentur, quia illis

tolerabilius fuerat nesciisse Christum, q̃ prophetatum dominum nõ recepisse. Sacerdotes autem oculi rationabiliter possunt dici, q̃m speculatores habentur. Diaconi autẽ cæteriq; manus, quia per eos opera spũalia geruntur. Populus autẽ sunt pedes corporis ecclesiæ, quibus omnibus parcere non oportet si scãdalum ecclesiæ facti fuerint.

TROPOLOGICE.

Instruimur elationẽ, & indignationem declinare & humilitatẽ amplecti, nec solũ a malo abstinere, sed ẽt ab oĩ specie mali, vt neminẽ scãdelizemus, nec quenquam ẽt abiectũ contẽnere cũ æquali custodia angelica muniantur sicut diuites ac nobiles.

ANAGOGICE.

In contemplationẽ eleuamur q̃o euasimus a mola asinaria inferni, & turbulento eius mari, cũ erimus ĩ illa ęterna & amęna patria, calcatis & abscissis curis huius sæculi, videbimus cũ angelis q̃ nos custodierunt faciẽ cęlestis patris, qui est Christus Iesus, qui nos a tantis periculis liberauit, & tot præmiorum generib. dotauit, quẽ laudabimus, benedicemus, & superexaltabimus in sæcula, veluti pueri puri absq; oĩ macula.

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Hoc est præceptum meum. Ioan. 15. c.

Hæc verba dixit dñs anno ætatis suæ 33. die 24. Martij, in die Iouis in cęna Dñi.

HISTORICE.

Discipulis Dñs suũ hoc esse dicebat ad eos mãdatum, vt se inuicẽ quemadmodum ipse nos dilexerat amarent, nec aliquã maiorẽ hanc posse reperiri dilectionẽ, vt quis suam ponat pro amicis vitã, eosq; suos esse amicos, si tñ quæ eis in mãdatis dederat ea operarent̃, nec eos seruos se velle vocare dixit cum ignorent serui quæ eorum agant dñi sed eos appellauit amicos, cũ eis nota quęcũq; suo a genitore percepisset fecerit, nec ipsi eum elegerint, sed eos potius ipse elegerit, posueritq; vt euntes afferrent fructum permanentem, vt quicquid eius in nomine a patre postularent, obtinerent.

Dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR itaque cum multa præcepta Christus dederit, cur solum hic facit mentionem de præcepto dilectionis? Res. Greg. in Hom. quia omne mandatum sola dilectio est, & omnia præcepta vnum sunt, quia quicquid præcipitur, in sola charitate solidatur.

2 Dub. Cum dilectio Dei sit excellentior dilectione proximi, cur solum hic dicit de dilectione proximi? Res. Lyra, q̃ licet dilectio Dei includatur in dilectione proximi tanquam principalior, quia proximus non est diligendus, nisi propter Deum, tamen Saluator hic intendens Apostolos inducere ad fidelium ædificationem & consolationem, & tribulationem sustentandam ad quam necessaria est charitas, solum de dilectione proximi loquitur.

3 Dub. Cur dicit, sicut dilexi vos. Res. August. q̃ vt discernatur hæc dilectio ab ea qua se diligunt homines.

4 Dub. Q̃o possumus tãtum diligere proximum sicut Christus dilexit nos? Res. Ly. q̃ non sic intelligitur quod tantum debeamus diligere proximum, sicut Christus dilexit nos, sed dat modum diligendi, i. vt efficaciter, gratuite, & recte diligamus, sicut ipse dilexit nos.

5 Dub. Quia videtur maior charitas mori p̃ inimico, q̃ pro amico? Resp. Greg. quòd mori p̃ inimicis dominus venerat, & tamẽ positurũ se animam pro amicis dicebat, vt nobis ostenderet, quia cum diligendo lucrum facere de inimicis possumus, etiam ipsi amici sunt qui persequuntur.

6 Dub. Cur facientes iuxta præceptum dicuntur amici præcipientis? Res. qui sup. 27. Moral. q̃ amicus quasi animæ custos dicitur. Vnde non immerito, qui voluntatem custodire in præceptis illius dicitur, eius amicus vocatur.

7 Dub. Cum amicitia non sit nisi inter æquales, q̃o possumus esse amici Dei? Res. S. Tho. in 3. sen. dis. 28. ar. 3. q̃ amicitia non requirit æqualitatẽ æquiparantiæ, sed proportionis vt s. vnus amicorum operetur ad alterum, secundum suam proportionem, vt dicitur in 8. Ethi. tamen magna inæqualitas amicitiam soluit, quando, s. non communicant in eadem vita.

8 Dub. Cum Apostoli sint serui Christi, qui est dominus eorũ, cur nõ vult eos dicere seruos? Res. Aug. q̃ quemadmodum est timor filialis, qui permanet in sæculum, ita est seruitus filialis, quæ semper permanet, & de hac non intelligit hic dominus, sed bene Matth. 25. & Luc. 19. Euge serue bo-

ſte & fidelis. Alius eſt timor ſeruilis & ſeruitus violẽta,& de hac intelligit hic,ſ.quod Apoſtoli non ſunt ſerui violẽti, ſed filiales, nec timore ſeruili ſubiecti.

9 Du. An domini reuelent ſecreta ſua ſeruis? Reſ.qui ſup.quòd ſic ſeruis bonis, non autem malis.

10 Du.Quia videtur quòd Apoſtoli habuerint tantam ſcientiam, ſicut Chriſtus, quia oĩa eis nota fecit, quę habuit à patre? Reſ. Ly.quod non eſt intelligendum de omnibus ab eorum ſalutem.

11 Dub.Cur Chriſtus elegit Apoſtolo? Reſpond.Augu. quòd vt boni per gratias eligentis eſſent.

12 Dub. Quia Apoſtoli niſi elegiſsẽt Xp̃m nõ ſecuti fuiſsẽt eũ? Reſ.ꝙ primo electi fuerunt a Chriſto antequam eum ſequerẽtur.

13 Du.Cũ ante mundi conſtitutionẽ Deus ſciuerit qui ſui futuri erant, q̃uo Chriſtus dicit nunc eos elegiſſe? Reſ.Ly. poſt Aug. quòd dupliciter eſt electio fidelium. vna æterna, quæ eſt idem quod prędeſtinatio, & hac electi fuerũt ante conſtitutionẽ mũdi. Alia eſt tẽporalis, & eſt effectus primę, vt dicitur ad Ro.8.quos prędeſtinauit, hos & vocauit, & ſic Apoſtoli electi fuerunt à Chriſto tempore gratiæ.

14 Dub.vbi poſuit Apoſtolos? Reſ.Ly.poſui,ideſt uos diſpoſui.

15 Dub.Q̃uo vult vt vadant? Reſpon.qui ſupra,ꝙ per totum mundum prædicando.

16 Dub.Quem fructum debẽt afferre? Reſ. qui ſup. ꝙ conuerſionem gentiũ ad Chriſtum ut percipiant uitam æternam.

17 Dub. Q̃uo eorum fructus permanebit? Reſ. qui ſup. ꝙ fides eccleſiæ manebit vſq; ad finem mundi.

Alijs ſenſibus myſticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI APOSTOLO.

Ego ſum uitis uera. Ioan. 15.c.

Hęc verba dicta fuerunt in cœna Domini. 24.Martij die Iouis.

HISTORICE.

Vitem ſe fore veram dominus diſcipulis dixit,& eius genitorem agricolã,qui & omnẽ inutilẽ abſcindet palmitẽ Fructiferã au tẽ purgabit,vt uberiores afferat fructus,ipſoſque mundos fore ex eis,q̃ ad ipſos locutus fuerat uerbis.Hortat⁹ uero fuit ut ipſe in eos & in eo ipſi manerent,vt fructũ tanquam palmites in vite manẽtes proferrẽt, quoniam nihil in ipſo non manentes boni operarentur, ſed foras eiecti cremarentur, ſed in eo immanentes quicquid peterẽt proculdubio perciperent.

Ad ſolutionem dubiorum eſt accedendum.

1 DVBITATVR.Cur Chriſtus dicit prędicta verba? Reſ.Ly. ꝙ vt conſolaretur diſcipulos contra tribulationes ſuperuenturas.

2 Dub.Quomodo dominus eſt vitis vera? Reſ.Aug. ꝙ dicitur uitis per ſimilitudinẽ, & nõ per proprietatem.Vide in Miſſa maiori natiuitatis Domini dub.43.

3 Dub. Cur dat dominus ſimilitudinẽ de vite & palmite? Reſ.Au.ꝙ hoc dicit ſecundũ ꝙ eſt caput eccleſiæ, noſq; mẽbra eius, vnius q̃ppe naturæ ſunt vitis & palmites.

4 Du.Cur etiã non dicit patrem eſſe vitẽ? Reſ.Hilarius 9.de Trinitate, ꝙ ut a corporeæ huius humilitatis aſſumptione formã paternæ maieſtatis alienam eſſe oſtendat.

5 Dub. Cur uocat patrem agricolã? Reſp. qui ſupra, ut eum oſtendat curioſum eſſe huius uitis.

6 Dub.Cũ nos colamus Deum,quomodo ipſe colit nos? Reſ.Aug. ꝙ Deum colimus adorando,non orando,ſed ille colit nos meliores reddendo, & mala ſemina à nobis extirpando.

7 Dub.Quia Chriſtus non indigebat agricultura, cũ nulla mala ſemina in eo eſſent? Reſp.Chry. ꝙ Xp̃s de uite nihil dicit, ſed de palmitib. cum dicit omnem palmitem in me non ferentem fructum.

8 Dub.Quid intelligit hic per fructum palmitis. Reſ. qui ſup. quod uitam, quia ſine operibus non poteſt aliquis eſſe in eo.

9 Dub. Quomodo palmes põt manere in Chriſto,& nõ ferre fructum? Reſp.Ly. q̃ꝛ aliqui manent in Chriſto per ſolam fidem & non per charitatem.

10 Dub.Quid eſt opus purgare palmites ſi ferunt fructum? Reſ. Ly.quod in uite materiali aliqui palmites etiã fructuoſi reſcindũtur ne humor nimis diſpergatur, & ſic uirtus unica fortificat, & magis fructificat.

11 Du.Quomodo dominus purgat ſibi uerè adhęrentes? Reſp.qui ſup.quòd per mũdi tribulationes, iucunditatem uitæ præſentis à fidelibus reſcindendo,ut retrahantur

tur ab amore mundialium.

12 Dub. Cur dicit, vos iam mũdi estis &c. Respon. qui sup. quia Apostoli per doctrinam Christi iam erant segregati ab erroribus Iudaicæ superstitionis.

13 Dub. Quia si propter sermonem Christi mundati fuerunt Apostoli, videtur quod Christus fuit agricola? Res. Aug. quod Christus secundum hoc est vitis, secundum qđ ait pater maior me est, secũdum vero illud quod ait, ego & pater vnum sumus. Ipse etiam est agricola.

14 Dub. Cur non dicit mundi estis propter baptismum quo abluti estis? Respon. qui sup. quia in aqua verbum mundat, detrahe verbum & quid est aqua nisi aqua, accedit verbum ad elementum & fit sacramẽtum.

15 Du. Quia si Apostoli manẽt in Christo & Christus in eis, tantũ prosunt ipsi Christo sicut Christus eis? Res. qui sup. quod sicut palmites nihil viti conferunt, sed ab ea accipiunt vnde viuant, ita discipulis prodest manere in Christo non autem Christo.

16 Du. Quomodo manent in Christo? Res. Ly. quod per fidem charitate formatam.

17 Dub. Cur palmes non potest facere fructum nisi manserit in uite? Resp. qui sup. quia oportet quod sit particeps humoris & pinguendinis ipsius stipitis.

18 Du Quomodo discipuli nõ possunt facere fructum nisi manserint in Christo? Res. qui sup. quia non possunt mereri nisi per participationem gratiæ.

19 Du. Quia dictũ est in Euangelio præcedẽti, posui vos ut eatis, & hic dicit manete in me, & sic videtur contrarietas quod vadant, & maneãt? Res. quod in illo Euãgelio intelligit quod vadant corporaliter per totum mundum, & in isto quod maneant mentaliter in Christo.

20 Dub. Qũo qui manet in Christo, & in quo manet Christus fert fructum multũ? Res. Alcuinus dicens. Qui manet in me credẽdo, obediẽdo, perseuerando, & ego in eo illuminando, & subueniendo, & perseuerantiã donãdo, hic nõ alius, fert fructũ multũ.

21 Du. Cur dicit quia sine me nihil potestis facere? Res Aug. ne quisquam putaret saltem paruum aliquem fructum posse à se metipso aliquem facere.

22 Dub An Christus, qui in inquãtum homo est vitis, in quantum homo det gratiã palmitibus, i. Apostolis fructificandi? Res. q sup. quod licet inquantum homo sit vitis tamen istam gratiam palmitibus non præberet, nisi etiam esset Deus.

23 Du. Cum ille qui non manet in Christo iam sit foras, quomodo dicit quod mittitur foras? Res. Ly. quod quia videtur per fidẽ talis adhuc manere in Christo, tamen in morte separabit numero à fidelibus, sicut erat separatus merito.

24 Du. Quomodo arescit si iam erat aridũ? Res. qui sup. quod quãdiu talis viuit habet aliquam unionem propter Christianitatis nomen, sed in morte totum amittit.

25 Dub. Qui sunt illi, qui colligent? Res Alcuinus, q angeli executores diuinę iustitię.

26 Du. In quem ignem mittent? Res. Ly. in ignem æternum.

27 Du. Quantum ardebit? Res. qui sup. qđ sine fine in perpetuitate pęnæ.

28 Du. Quia multis manent uerba Christi in memoriã, & tñ non obtinent omnia, q̃ petunt? Res. Aug. quod oportet quod maneant in memoria, & inueniatur in uita.

29 Du. An in Christo manendo possunt petere aliquid contra salutem? Res. qui sup. quod non, quia si illum peterent, nõ manerent in Christo.

¶ Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Hæc mando vobis. *Io. 15. c.*

Hæc uerba dixit dominus in die Iouis in cęna Domini.

HISTORICE.

Suis mandauit discipulis dñs, ut inuicẽ dilectionis uinculo connecterent, inquiẽs, quid si odio haberentur a mundo, agnoscerent & ipsum mundum odisse. Si n. mundum imitarentur non odirentur ab eo, sed qa ei relicto adhæsissent sæculo, ideo odiũ sustinerent mundi, utq; suorum memorarentur uerborum nequaquam, s. seruũ suo præferri dño, sed q̃ ab eis ipse fuisset passus eos quoq; pati oportere, & ob eius nomen, cum qui eum miserit ignorent excusari, si quidem si eis nota nõ fecisse possent. Qũo aũt culpa nũc uacent edocere nequibũt, cũ talia in eos operatus fuerit, quæ ab alijs minime gesta forent, cumq; ac eius genitorẽ odio habere, ut legis impleatur uaticiniũ, quia odio eum gratis prosequuti sunt.

Modo

Modo declarationi dubiorum insistendum est.

1 DVBITATVR. Cur dñs toties dilectionem fraternam commodat? Res. Aug. super Ioannem, quòd tanquã sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona.

2 Dub. An mundus odierit Apostolos? Res. Ly. quòd sic, & hic accipitur, si, pro, quia, dum dicitur, si mundus uos odit.

3 Dub. Quid intelligitur hic pro mundo? Re. quòd homines mundialiter uiuentes.

4 Dub. Cur vult sciant quòd mundus eũ prius odio habuit? Res. Ly. qđ ad consolatiõnẽ eorũ, vt si ipsum qui eorũ erat caput persecuti sunt, etiã ipsi aduersitates tolerarẽt.

5 Du. Quomodo mundus diligit suos cum latrones & maleficos puniat? Resp. Ly. qđ malum nõ potest esse purum quin habeat aliquid de bono, aliter seipsum destrueret secundũ Philosophum 4. Ethi. Et ideo licet mundus sit malus, quo ad aliqua, tamen potest habere aliquid boni, s. iustitiam & huiusmodi.

6 Du. Cũ superbi, auari, & huiusmodi se inuicem persequantur, quomodo mundus ꝙ suum est diligit? Res. Ly. quod tales odiunt sibi similes inquantum per eos impediunt à cõsecutione boni amati, & sic vnus superbus odit alterum superbum inquãtum subripit sibi singularẽ excellentiam, quã cupit & auarus odit auarum quantum arripit sibi lucrum quod desiderat.

7 Du. Quando dixit eis illũ sermonẽ, uide licet, non est seruus maior dño suo? Resp. ꝙ Io. 14. immediate post lotionẽ pedum.

8 Du. Quia aliquando serui efficiunt̃ maioris dignitatis q̃ fuerint eorũ dñi? Res. qđ licet hoc aliquando eueniat, tamen interim quod sunt serui nõ præferunt̃ dominis suis.

9 Dub. An eum persecuti sint? Res. Ly. qđ sic, & ibi, si, ponitur pro, quia.

10 Dub. Quomodo accipitur ibi, si, cũ dicit. Si sermonem meum seruauerunt? Res. qui supra, qđ, pro, quia pro his, qui deuote uerba Christi susceperunt, Nicodemus, Lazarus, & eius sorores, & alij hmõi. Et pro nõ, ꝓ scribis, & pharisæis, q illud contẽpserunt.

11 Du. Quia non vr̃ bona cõsequentia cum dicit, si me persecuti sunt, & vos persequentur Res. Ly. qđ hoc nõ dicit per modum cõsequentiæ, sed ad eorum consolationem, vt æquanimiter ferrent si eos persequentur.

12 Dub. Cur dicit propter nomen meum? Resp. qui sup. quòd propter confessionem nominis Christi eius prædicationem Apostolos & cæteros persecuti sunt.

13 Dub. Quia ante Christi aduentũ nõ erãt sine peccato, cur ergo dicit, nõ venisset &c. Res. Agu. vbi sup. ꝙ intelligit de peccato infidelitatis. s. quia non crediderunt in Xp̃m.

14 Dub. Cum alij quibus non est Christus locutus non habeant excusationem de peccato, cur dicit, & locutus eis non fuissem? Resp. qui sup. quòd tales non habent excusationem de omni peccato eorum, sed solum de hoc peccato quod in Christum non crediderunt.

15 Dub. Cur peccatum infidelitatis dicitur hic peccatum in genere? Res. Ly. quod propter eius grauitatem.

16 Dub. Quomodo odiẽs filium odit & patrem? Resp. Alcuinus, quia vna est dilectio patris & filij, sicut est vna natura, & ita qui odit vnum, odit & alium.

17 Du. Qũo possunt odire quem nesciunt? Res. Aug. quod non erat eis totaliter ignotus, quoniã a natura nobis intimatur Deus, & isto modo cognoscebant eum.

18 Dub. Quia potuissent diligere Deum & odisse Christum credẽtes hominẽ purum? Resp. qui sup. dicens, quomodo diligerent patrem veritatis, qui odiunt veritatem.

19 Dub. Quomodo Iudæi odiebant veritatem? Res. qui sup. quia nolebant sua facta damnari, & hoc habet veritas.

20 Dub. Quæ fecit Iudęis quæ nemo alius fecit? Res. Ly. qđ nullus antiquorum aliquẽ cęcum a natiuitate sanauit, qa a sæculo non est auditũ q qs aperuerit oculos cęci nati.

21 Dub. Quid viderunt Iudæi? Res. qui sup. quod opera quæ fecit Christus.

22 Dub. Quomodo oderunt & ipsum, & patrem suum? Resp. qui sup. qui ex odio ad Christum ipsius opera tanquam maligna attribuebant Belzebub principi dæmoniorum, vt habetur Matth. 12.

23 Dub. Si odiunt, vt impleatur sermo &c. ergo non vr̃ malefacere? Resp. qui sup. qđ Ly. vt tenetur cõsecutiue, quia ex odio eorum secuta est impletio illius sermonis.

24 Dub. Vbi scriptus est ille sermo? Resp. quòd Ps. 34.

25 Dub. Quid est odire gratis? Res. Aug. vbi sup. qđ gratis odit qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit

Alijs

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Apostolorum.

Designauit Dominus & alios 72. Luc. 10. c.
Historia huius Euangelij facta est anno Christi 31.

HISTORICE.

Septuaginta duobus à dño designatis discipulis, eisque binis præ se ea per loca quibus ipse venturus erat mittendis, aiebat ad eos, messem quidē amplam fore, sed operarios admodum paucos, iussitq; ut messis dominum oratum facerent ut suam laboratores in messem trāsmitteret: Pręcepit vero vt irēt, qm̄ eos agnos veluti in medio mitteret luporum: mandauit etiā ne sacculū, peram, aut calciamenta deferrent, nec alicui itinerantes salutē darent, & in quācunque fuissent ingressi domum, eidē primū optarent pacē, quæ super filiū requiesceret pacis quatenus adesset, sin uero, ad eos regrederetur, quódq; tali in modo morarentur victū ab immanentibus sumpturi, cum ex condigno suo operanti merces debeatur.

Hęc sunt quæ occurunt dubia.

1 DVBITATVR Igitur quomodo vocabantur isti 72. discipuli? Respond. Eusebius in 1. lib. ecclesiasticę historiæ c. 14. dicens. Septuaginta duorum discipulorum uocabula nusquā reperimus scripta. Dicitū tñ unus ex ipsis esse Barnabas. Item & Clemens in 4. disputationum mētionē fecit de Cephe, de quo meminit Paulus, quod restitit ei in faciē cum uenisset Antiochiam, & dixit eum esse vnū ex 72. discipulis cognomine Petri Apostoli, sed & Mathiā unum ex ipsis esse dixi, qui pro Iuda Apostolorū numero subrogatus est, & eum qui cū ipso est statutus ad sortē Thadeū quoq; unum ex ipsis fuisse tradunt hæc. Eusebius.

2 Dub. An discipuli Christi fuerunt solum 72. Res. qui supra, dicens, quod obseruatis his quæ Paulus 1. Cor. 15. indicat plures reperientur discipuli Christi, quàm 72. quod Christus uidelicet apparuit plusquā quingentis fratribus.

3 Dub. Cur tantum 72. discipulos designauit? Res. Ly. quia post ascensionē Christi prædicaturi erant Gentibus 72. linguarū.

4 Dub. Cū per duodecim Apostolos sufficienter esset prædicandum Euangeliū cur elegit istos 72. Res. dominus Card. de Turcre. sup hoc Euāg. quod soli Apostoli non erant sufficientes pro tanta messe, & Glo. intelligitur de Apostolis, non exclusis discipulis.

5 Du. Cur misit eos binos? Res. Grego. in Homil. quod quia duo sunt præcepta charitatis, & minus quàm inter duos charitas haberi non potest, & qui charitatem erga alterum nō habet, prædicationis officium suscipere nullatenus debet.

6 Du. Cur illos mittit ante faciem suam? Res. qui supra, quia prædicatores suos dominus sequitur, nam prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum dominus venit.

7 Dub. Cur dicit in omnem ciuitatē & locum? Res. Ly. quia indifferēter Christus & Apostoli prædicabant in ciuitatibus & locis magnis & paruis.

8 Dub. Cur mittit eos ad messem, & non ad colendos primo agros? Res. Chry quod uocat Euāgelium messem. q. d. parata sunt omnia, hoc negotium messis, idest agros uobis exhibeo præparatos.

9 Dub. Quomodo possunt esse operarij pauci, cum sint prælati & sacerdotes? Res. Gre. in Homil. qa si sūt q. bona audiāt, desunt q. dicāt. ecce mundus sacerdotib. plenus, sed tñ in messe Dei rarus ualde reperitū operator, quia officiū quidē sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus.

10 Dub. Cur vult rogent dominum messis, &c. Resp. Chry. quòd ut ostenderet magnum donum esse operarios mitti in messem diuinam.

11 Dub. Nunquid operarij possunt ire absque hoc quod mittantur? Res. quod nō, ut Apostolus dicit ad Rom. 10. quomodo prædicabunt, nisi mittantur.

12 Du. Quis est dn̄s messis? Res. quod Christus. Et ideo ipse post mittit dicens, Ite.

13 Dub. Cur dicit eis, ego mitto uos? Res. qui supra, quia inter omnia pericula eorū solatium erat uirtus mittentis.

14 Dub. Cur dicit sicut agnos? Respō. Ly. i. simplices & innocentes, per arma uos non defendentes.

15 Dub. Qui sunt lupi? Resp. Beda quod scribæ & Pharisæi.

16 Du Cur potius dixit agnos, quā hædos, Res. Isidorus abbas, qa agni sunt simplices

& innocentes. Hędi autem debacchantes.

17 Dub. Cur vocat scribas & Phariseos lupos? Res. Amb. quia volebant deuorare discipulos Christi.

18 Du. Quid est sacculus? Res. Greg. in Homil. q̃ est bursa, in qua portant pecuniæ.

19 Dub. Cũ Marci 6. c. dicat q̃ essent calciati sandalis, cur hic dicit, quod nõ portet calciamẽta? Res. Ly. quòd sandalia non proprie computantur inter calciamenta.

20 Dub. Quomodo facta sunt sandalia? Res. qui sup. quod sunt aperta superius, & clausa inferius.

21 Dub. Quõ intelligitur & neminem per uiã salutaueritis? Res. Ly. i. neminem saluũ dixeritis esse in hac uita, in qua quilibet est incertus de salute sua, nisi super hoc certificatus fuerit reuelatione diuina.

22 Du. Cur iubet ingredientib. domum pacem optare? Resp. Amb. vt s. pacis perferamus nuncium ipse primus ingressus pacis benedictione celebretur.

23 Dub. Cũ domus non audiat, cur vult vt optent domui? Resp. Titius, quod non domui, sed habitantib. in domo vult dici per figuram Methonomiæ, vt omnes alloquantur, maiores pariter & minores.

24 Dub. Quõ intelligit, & si ibi fuerit filius pacis? Resp. Greg. i. si in ea fuerit quisquam prędestinatus ad uitam, super eum requiescet, at si nullus audire uerbum uoluerit ipse prædicator sine fructu non erit, quia ad eum pax reuertetur, dũ ei à dño pro labore sui operis merces recompensatur.

25 Dub. In qua domo debẽt manere? Res. qui sup. quod in ea in qua recipitur pax dicens, si pax uestra recipitur dignum est ut ab eis terrena stipendia consequamur, quibus patriæ cœlestis pręmia offerimus.

26 Dub. Quomodo possunt scire an ibi sit pacis filius, uel non? Res. Titius dicens, non estis cõstituti iudices eorum, q̃ sunt digni, uel indigni, edatis & bibatis quæ uobis offeruntur ab eis, dimittite autem mihi eorum qui uos recipiunt examen.

27 Dub. Cur vult, quod edãt & bibãt? Res. quod qui peram & sacculum portari prohibuit, sumptus, & alimenta ex eadem prædicatione concedit.

28 Du. Cur dicit, quæ apud illos sunt? Res. Ly. quod nihil interrogantes de his, quæ apponuntur propter conscientiam, vt Paulus, 1. Cor. 10. dicit.

29 Dub. Si illi de domo dicerẽt, quis nobis satisfaciet? Resp. Chrys. quod ad hoc illos primo intrantes facit eis pacis donum offerre, cui nihil est æquale, ut sciant se maiora quam dent suscipere.

30 Dub. Quia videtur modica merces prædicatoris solum edere & bibere? Res. Greg. quòd uni nostrò operi duę mercedes debẽtur, una in uia quæ nos in labore sustẽtat & alia in patria, quæ nos resurrectione remunerat.

31 Dub. Quia videt̃ finis prædicationis edere & bibere? Res. q sup. q. vetus q̃sq; p̃dicator nõ ideo p̃dicare debet ut edat & bibat. Sed ideo edit & bibit, ut prædicare debeat.

32 Dub. Cur in Aegypto populus iubetur calciatus comedere agnum, & hic econtrario, quod calciamenta non deferant? Resp. Amb. quod quia in Aegypto positus debet ad huc cauere morsus serpentis, cum multa uenena sint in Aegypto. Qui autem minister est ueritatis uenena non trepidat.

ALLEGORICE.

Septuaginta duo discipuli figurã presbyterorum gerũt, bini mittunt̃, quia frater à fratre adiutus quasi ciuitas uallata; ante faciem mittũtur, ut præparent uias domini. Messis multa, uia uirtutũ est, operarij pauci, quia pauci ingrediuntur per eam, mittũtur iusti, sicut agni inter lupos, quia angustiantur, & deridentur a malis, qui autẽ uerbum sapiẽtię habet, & hoc erogare p̃ximo negligit, quasi pecuniã in sacculo ligatam tenet, per peram onera sacculi, per calciamenta mortuorum operum exẽpla significantur. Qui ergo prædicationis officium suscipit, dignum nõ est, ut opus sæcularium negotiorum portet, ne dum hoc eius colla deprimit, ad p̃dicãda cęlestia nõ assurgat, nec dẽt stultorum operum exẽpla cõspicere, nec sua opera, quasi ex mortuis pellibus credat munire, ne. s. quia alios talia fecisse considerat, se etiam facere licenter putet.

Tropologice expositum est.

ANALOGICE.

Messẽ cęlestis patrię s. duodecim Apostolos, triginta duos discipulos, cẽtum quadraginta quatuor millia signatos: mille millia, & decies centena millia, turbam magnam, quam nemo dinumerare põt, cõtẽplari licet, qui oẽs agnoscunt dñm messis agnũ sine macula, quem sequentes à morsibus luporum tuti sunt, non indigentes sacculo,

neque

neque pera, certi de salute sua, qui in domo pacis habitãt edentes, & bibentes in mensa dñi, & glorioso suorum operum fructu resi ciuntur, laudantes nomen domini in sæcula sæculorum. Amen.

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Ecce ego mitto vos sicut oues. Matth. 10. c.

Hæc verba dixit Dñs anno ætatis suæ 31.

HISTORICE.

Discipulis Dñs aiebat eos veluti oues inter lupos mittere. Iussit autem, vt prudentiam simplicitatem q, colerent veluti hac serpentes, illa uero columbæ fruuntur, seq; cautos ab hominibus reddere.

Nunc ad explanationẽ dubiorum accedẽdum:

1 DVBITATVR. Cur dñs pdicit discipulis superuentura eis mala? ℞. Chry. in Hom q vt discerent pscientiæ eius virtutẽ, & vt nullus suspicaret, qm pp imbecillitatẽ magistri hæc eis superuenirent, mala, & vt ipsi subientes nõ obstupescerẽt dũ inopinabiliter, & præter spẽ euenirent, & ẽt vt hoc audientes non turbentur in tpe crucis.

2 Dub. Cum Lu. 10. dicat agnos, cur hic dicit oues? ℞. quod oues uocat Apostolos, & agnos discipulos, quia sunt filij Apostolorum sicut agni ouium.

3 Dub. Cur vult vt habeant prudentiã serpentis? ℞. Hier. vt euitent insidias.

4 Dub. An prudẽtia sit in serpẽtibus? ℞ q sup. q hic accipitur prudentia pro astutia.

5 Dub. In quo consistit astutia serpẽtis? ℞. qui sup. quod toto corpore occultat caput, vt illud in quo uita est, protegat.

6 Dub. Cur uult vt sint simplices sicut columbæ? ℞. qui sup. ut non faciant malum.

7 Dub. In quo consistit simplicitas columbæ? ℞ Chry. in Hom. quòd in hoc quòd nõ est uindicatiua, & caret felle.

8 Dub. Cur vult q prudẽtiã & simplicitatẽ simul habeant? Rñ Remig. quia simplicitas sine prudentia facile decipi põt, & prudentia periculosa est, nisi simplicitate temperetur. Et vt dicit Lyra, astutia vulpina, & ruditas bouina uituperabiles sunt.

9 Dub. Cur vult quòd caueant ab hominibus? ℞. Ly. quia aliquando cauendæ sunt insidiæ malignorum.

Cetera vera dubia quære in Euangelio sãctorũ Geruasij, & Prothasij, & dic ut ibi.

IN COMMVNI APOSTOLORVM.

Dixit Symõ Petrus ad Iesum. Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 32. die 27 Sep. in Dominica.

HISTORICE.

Rogãti Petro quod præmiũ eo quod oĩa pp Christum reliquissent, & cũ secuti fuissent essent pro meritis recepturi. ℞. Dñs sessuros eos super duodecim sedes, ut duodecim trib. iudicent fore Israel, cum in throno ipse suæ maiestatis sedebit. Omnes uero qui eius ob nomen proprios lares, agros, parentes, cæterosq; necessarios reliquerint, cẽtuplo donari, & æterna uita frui.

Instandum nunc est solutioni dubiorum.

1 DVBITATVR, Cur sic Petrus interrogat? ℞. Origines, quòd adiuerat Petrus uerbũ Christi dicentis, si uis perfectus esse, uade & uẽde omnia, q̃ habes. Deinde considerauit adolescentem cum tristitia abeuntem, & difficultatem diuitum ingrediendi regnum cœlorum. Ideo qui non facilem rem consummauerat fiducialiter quæsiuit.

2 Dub. Quia cũ Petrus modica reliquerit nõ uidet, quod debeat quærere de pręmio? ℞. Orig. quod Petrus magis cõfidens de affectu suo, q̃ de ipsa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit.

3 Dub. Cur Petrus addidit, & secuti sumus te? ℞. Chry. in Hom. quia sic interrogat diligenter, sicut Christus inquisiuit. Etenim Christus à diuite duo expetiit, dari pauperibus, & sequi se.

4 Dub. Cur Christus tacet quod Petrus reliquerit omnia, & solum respõdet ad hoc, quòd eum secuti fuerant? ℞ Hier. quia, & Socrates Philosophus, & multi alij diuitias contempserunt.

5 Dub. Cum non sint sufficientes omnes passiones huius temporis ad præmium ęternum, cur Petrus sic interrogat? ℞. quòd Petrus non quærit de condigno, sed de congruo.

6 Dub. Quando erit illa regeneratio? Res.

Lyra

Lyra quòd in resurrectione vniuersali.

7 Dub. Cur illa resurrectio dicitur regeneratio? Res. qui sup. quia terminatur ad esse secundario acceptum.

8 Dub. An Iudas sedebit super vnã illarũ sediũ quia erat præsens, qñ Christus loquebatur? Res. Chry. in homil. q̃ dominus non promisit eis simpliciter, sed adiunxit qui secuti estis me, ut & hũc Iudam excludat, & eos qui postea futuri erant attraheret.

9 Dub. An Paulus sedebit cum alijs Apostolis? Res. Aug. 20. de ciui. Dei. quòd sic. vt ipse dicit ad Collo. 1. nescitis, quoniam angelos iudicabimus.

10 Dub. Cum nõ sint nisi duodecim sedes, vbi sedebunt alij iudicantes? Resp. qui sup. quod duodenario numero vniuersa quædã significata est iudicantium multitudo.

11 Du. Quia etiam viris Niniuitis promisit dominus, quòd iudicarent generationẽ illã, ergo non est magnum quòd promittit Apostolis? ℞. Chry. in homil. quòd de illis simpliciter dicit, quòd surgent, & cõdemnabũt generationem istam. De Apostolis autem dicitur, cum sederit filius hominis sedebitis & vos, & ita conregnabunt & communicabunt in gloria illa.

12 Du. Nunquid iudicabũt alios quàm duodecim tribus Israel? ℞. Aug. vbi sup hoc numero duodenario oẽs iudicãdi cõtinentur.

13 Du. Quia cũ Ioannis 5. dicatur, quòd pater oẽ iudicium dedit filio, qũo Apostoli & alij iudicabũt? ℞. S. Tho. in 4. sent. dist. 47 q. 1. ar. 2. q. 1. quod iudicare multipliciter dicitur. Vno modo casualiter, vt dicatur illud iudicare, vnde apparet aliquis iudicãdus, & ita aliqui dñr iudicare comparatiuè, sicut patet de Niniuitis Matt. 26. & sic iudicare cõiter bonorũ, & malorum est. Alio modo interpretatiuè dicuntur aliqui iudicare, s. approbando sententiã iudicis, & sic oẽs electi iudicabunt. Vnde dicitur Sapien. 3. Iudicabunt sancti nationes. Alio modo dicuntur iudicare aliqui, quia sunt assessores iudicis, & ita perfecti viri iudicabunt. Alio modo dicitur proprie iudicare, qui fert sententiam in alium, uel propria authoritate, & sic soli Christo competit, uel sententiam ab alio latam in notitiam aliorum deducendo, & sic competit Apostolis, & alijs perfectis viris.

14 Dub. An iudiciaria potestas respondeat volũtariæ paupertati, quia dicit vos qui reliquistis oĩa, & secuti estis me, &c. Sedebitis iudicãtes, &c. ℞. qui sup. q. 1. quòd sic, quia voluntaria paupertas est eorũ, qui oĩbus q̃ mũdi sunt cõtẽptis, soli Xpo inhærẽt. Et iõ non est eis aliqd q̃ eorũ iudiciũ à iustitia deflectat. vñ idonei ad iudicãdum redduntur quasi uirtutẽ iustitiæ præ oĩbus diligentes.

15 Dub. An solus filius iudicabit, vel tota Trinitas? ℞. Ly. quòd tota Trinitas iudicabit auctoritatiuè, sed Christus in quãtum homo iudicabit executiuè.

16 Du. Cur solus Christus iudicabit executiuè? Res. qui sup. quia iudex debet esse manifestus omnibus iudicandis, sed Deus secũdum diuinã naturã nõ uidebitur ĩ iudicio ab omnibus, quia tunc omnes essent beati. Et ideo executio iudicij data est Christo homini quæ poterit ab omnibus videri.

17 Dub. An illud finale iudicium fiet vocaliter vel mentaliter? Resp. S. Tho. vbi supra, q̃d hæc quæstio definiri pro certo nõ põt, tñ probabilius æstimatur, & q̃d totũ illud iudiciũ & quo ad discussionẽ, & quo ad accusationẽ malorũ, & cõmẽdationẽ bonorũ, & quæ ad sententiã de vtrisq; mẽtaliter perficiet, etenim ut vocaliter singulorum facta narrarent, inæstimabilis magnitudo tpis ad hoc exigeret, vt ẽt dicit Aug. 20 de ciu. Dei.

18 Dub. An parentes sint deserendi, ut quis ingrediatur religionem? Res. qui sup. 2. 2. q 189. ar. 6. q̃d parentibus in necessitate existentibus, ita quòd eis commode aliter quã per obsequium filiorũ subueniri nõ possit, non licet filij prætermisso parentum obsequio religionẽ intrare. Si vero non essent in tali necessitate, possunt filij contra præceptum parentum religionem intrare, quia quilibet post annos pubertatis ingenuus libertatem habet quantum ad ea quæ pertinẽt ad dispositionẽ sui status, præsertim in his qui sunt diuini obsequij & magis est obedičdũ patri spirituũ vt videam', quã parẽtib carnis, ut Apostolus dicit ad Heb. 12.

19 Du. Qũo relinquens vnũ asinũ recipiet cẽtum? ℞. Hier. quòd sensus talis est qui carnalia pro saluatore dimiserit, spũalia recipiet, qui cõparatione, & merito sui quasi paruo numero centenarius compararẽt, quòd vt dicit Ly. spũalia ita excedunt bona tẽporalia, sicut centenarius numerus vnitatem.

20 Du. Qũo relinquẽs domus, aut agros cẽtuplũ recipiet? ℞ Orig. quòd illos multiplices intellige in requie paradisi, & ciuitate Dei.

Dubita.

21 Dubita. Quomodo reliquens patrem, & fratres centuplum inuenit? ℞. qui sup. quòd etiam in hoc sæculo pro fratribus carnalib. multos inueniet fratres scđm fidé, sic & parẽtes presbyteros, & filios ætatem filiorum habentes.

22 Dub. Quia uidetur, qđ non licet dimittere uxorem, quia sunt duo in carne una? Respon. Chry. in homil. quòd dominus non hoc ait, ut simpliciter nuptiæ diuellantur, sed ut omnibus præferamus Dei pietatem.

23 Dub. Quia nõ uidetur, qđ debeamus relinquere fratres, quia ipsos iubemur diligere, & qui odit fratrem suum homicida est? ℞. qui sup. quòd hic persecutionis tempus occulte insinuare uidetur, quia.n. multi futuri erant filios ad impietatem trahentes, cum hoc acciderit, neque pro patribus, neque fratribus, neq; pro viris habeantur.

24 Du. Cur dicit pp nomẽ meũ? Res. qa nomẽ dñi est Iesus, i. Saluator: intelligitur ergo, q̃ relinquat oĩa impediẽtia salutẽ, & sic illa relinquet pp nomẽ Xpi, q̃ ẽ vera salus.

25 Du. Quæ est vita æterna, q̃ possidebitur ab eis? ℞. quòd erit uita æterna aĩæ, usq; ad diẽ iudicij, & totius coniũcti post ĩ ęternã.

26 Du. Quia non uidetur magnũ quod habeant uitã æternã, quia etiã damnati uiuẽt in æternum? ℞. Aug. 13. de ciuita. Dei, qđ animæ dãnatorũ sunt mortuæ, quia non uiuũt ex Deo, quia quãuis hõ sentire non desinat, tñ quia sensus ipse, nec uolũtate suauis, nec quiete salubris, sed dolore pœnalis est, mors est potius appellata, q̃ uita. & Sapiẽtia 5. dicitur ex psona dãnatorũ, nos nati continuo desinimus esse, quia nõ habuerunt esse gratiæ, quæ est uita animæ in præsenti, & gloriæ quæ est eius uita infuturo.

IN COMMVNI VNIVS Martyris.

Nolite arbitrari, quòd uenerim pacẽ mittere: Matth. c. 10.

Hæc uerba dixit dñs anno ætatis suæ 31.

HISTORICE.

Apostolis aiebat dñs, ne ob id uenisse eũ arbitrarent, quatenus in terrã pacem mitteret cum potius gladium destinare decreuisset, natos quippe ab eorum genitoribus & nurũ ab eius socru diuidere uenisset. Inimicos quidẽ hominis esse ait eius domesticos, nec quicunque se dignus existeret, qui parentes, aut liberos se plus diligeret, nec qui nõ suam baiulans crucem eum sequeretur, & qui suam reperisset animam amitteret, qui uero eam eius ob amorem perdidisset, eam fore repertúrus. & eos qui ipsos reciperent se quoque recepturos esse. Prophetam uero, uel iustum eorum in nominibus, si quis hospitaretur, pręmio ipsorum donaretur. Sitienti uero cuipiam etiam minimo, qui in potum aquam licet frigidam, obtulisset, minime sua fraudaretur mercede.

Dubia quæ dilucidanda occurrunt sunt hæc.

1 DVBITATVR Cur dominus dixerit prædicta uerba? ℞. Chrys. quòd quasi discipulos consolans, ac si diceret, ne turbemini quasi præter spem his contingentibus, pp hoc.n. ueni, ut præliũ mittam.

2 Dub. Cur dicit, quòd uenit mittere gladium? ℞. qui supra, quòd uoluit asperitate uerborum eorum excitare auditum, ut nõ in difficultate rerum deficiãt, ne aliqs dicat quòd blãda suasit, sed difficilia occultauit.

3 Dub. Quia dominus videtur sibi ipsi cõtrarius, cũ Luc. 10. iusserit, ut dicerent, pax huic domui, &c. & hic dicit, quòd non venit mittere pacem? ℞. Chry. quòd est quædam pax bona, de qua intelligit Luc. 10. Et quædam mala, quæ est concordia aliquorum in malum, & de ista intelligit.

4 Du. Quæ fuit discordia facta per Xpm? ℞. Hieron. quod post pręedicationem apostolorũ unaquæque domus diuisa est, qm habuit fideles, & infideles. E ideo bellũ missum est bonum, ut rumperetur pax mala.

5 Du. Quia si Christus uenit ut essent credentes, & etiam infideles, uidetur quòd non sit imputandum infidelibus? ℞. Lyra, quòd ista fuerunt facta à Christo occasionaliter, quia ad Christi prædicationem & Apostolorum aliqui conuersi sunt ad fidem, & alij in infidelitate permanentes, quantumcunque eis coniuncti, persecuti sunt istos ad mortem.

6 Du. Cum dominus præceperit Petro, ut conuerteret gladiũ in uaginam, quomodo ipse mittit gladium? ℞. quòd ipse non fuit cã occasionis martyrum nisi occasionaliter, ut dictum est dubio præcedenti.

7 Dub. Cum dederit præceptũ de honorãdo parentes, qũo uenit separare filiũ contra patrẽ? ℞. Crys. quòd non Christus sed eorum malitia hanc separationem facit, secundum

dum tamen consuetudinē scripturæ Christus dicitur hoc facere. Sicut Deus dicitur īdurasse cor Pharaonis?&excæcare pctōres.

8 Du. Cur dicit & inimici hominis domestici eius ℞. Hiero. quod his verbis prope in Michea propheta scribitur. Et ita dominus prohetam adducit.

9 Du. Per quę uerba, & in quo capitulo Micheas hæc dicit? ℞. qđ 7. c. scribitur sic: Vir fratrem suum ad mortem venatur. & infra, Filius continentiam facit patri, & filia surget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.

10 Du. Cur dicit qui amat patrem, &c. ℞. Hiero. quòd si amor parentū aut filiorū Dei amori comparetur, & non possit vtrumque saluari odium in suos, pietas in Deum est, nō ergo prohibuit amare patrem aut matrem, sed signanter addidit plus quam me.

11 Du. Cur dicit de cruce accipienda? Res. Chry. quòd cū anima nihil sit familiarius, alicui tamen & hanc non simpliciter odio haberi iussit, sed ut eam quis tradat in occasiones sanguinis.

12 Dub. Cum nos nō moriamur morte crucis, videtur quòd nō simus Deo digni? ℞. q̄ sup. quòd intelligitur ut crucifigamus corpus nostrum cum uitijs & cōcupiscentijs, & sic compatimur, cōmorimur, cōsepelimur, & consurgimus Christo.

13 Du. Cur Deus nō liberauit ita martyres à morte gladij, sicut a morte aliorū tormentorū? ℞. quòd vt homines crudeliores bestijs ostēderet, & ꝙ ignis, aqua, & aliæ creaturæ subijciebantur sibi, a quibus martyres liberabat. Itē ut ostēderet, ꝙ diuina uoluntate extinguebantur qui potuisset eos liberare a gladio, sicut liberauit a maioribus tormētis. Tertio, quia ut ipse qui est caput martyrū passus est p effusionem sanguinis, ita ipsi qui sunt eius membra similiter paterentur.

14 Du. An vnquā liberauit aliquem martyrē a morte gladij? ℞ quòd sic, sicut patet de Sanctolo presbytero, ut dicitur in tertio libro, dialogorum, qui cum truncari capite deberet, & iam carnifex eleuasset gladiū dixit, Sancte Ioannes suscipe illam, & non potuit mouere manum quousque Sanctolus orauit pro eo.

15 Du. Qūo potest accipi crux non sequēdo Christum? ℞. Gre. in Homil. quoniam sunt nonnulli, qui carnis abstinentiam non pro Deo, sed pro inani gloria exhibent. & sunt nonnulli, q. compassionem Christo non spiritualiter, sed carnaliter impēdūt, vt ei non ad virtutem, quasi miserando ad culpas foueant, hi itaq; crucem videntur ferre, sed dominum non sequuntur.

16 Dub. Cur dicit q. vos recipit, me recipit. ℞. Hier. q. aurum ab Apostolis supra tulerat, ęs de zona excusserat, Dura Euāgelista rū cōdō videtur: vnde sumptus, vnde victus, vnde necessaria? Et ideo austeritatem pceptorum spe temperat ꝓmissorum, inquiēs, q vos recipit, me recipit, vt in suscipiendis Apostolis vnusquisq; credentium Christū suscepisse arbitretur.

17 Dub. Cur addit, & q me recipit, recipit eum q me misit? ℞. Chrys. quod propter hoc repromittit honorē suscipientib. Apostolos, vt Xp̄m suscipiant, & ēt patrem, quid autem huic honori fiet æquale, vt quis patrem & filium recipiat.

18 Dub. Cur vult quòd recipiens prophetā recipiat eum in nomine prophetæ? ℞. qui sup. quòd hoc est intelligendum, si non propter vitæ huius eminentiam, neq; propter aliud temporalium susceperit, sed quia vel est propheta, vel iustus.

19 Dub. Qūo intelligit, mercedem prophetæ accipiet? ℞. qui sup. i. qualem propheta, vel iustus est accepturus.

20 Dub. Cur suscipiens prophetam, vel iustū, tantā mercedē recipere debet, quantum ipse propheta, vel iustus? ℞. qui sup. q̄m ille ꝓphetiæ spiritu plenus est, sed tn̄ corporeo eget alimento, & si corpus non reficit, certum est quod vox ipsa subtrahitur, qui igit prophetæ alimenta tribuit, vires illi ad loquendum dedit. Cū propheta ergo mercedem prophetæ accipiet, q hoc ante Dei oculos exhibuit quod auditur.

21 Dub. Cur dicit calicem aquæ? ℞. Hier. q. a poterat aliquis se excusare, & dicere, paupertate prohibeor, ut hospitalis esse nō possim. Ideo hanc excusationem leuissimo exemplo diluit, calicem aquæ frigidæ toto animo porrigamus.

22 Dub. Cur addit frigidę? ℞. qui sup. quòd iō ne in calida paupertatis & penuriæ lignorum occasio quæreretur.

23 Dub. Qui sunt minimi? ℞. Remig. quòd hi qui nihil quidem habent in hoc mundo, & iudices erunt cum Christo.

24 Dub. Cur dicit in nomine discipuli? Res.

Ly. quia si quis reciperet prophetã & iustũ, & daret potum non ꝓpter Christũ, sed q̃a amicus, vel propinquus, aut quia est compatriota, non haberet mercedem prædictam.

25 Dub. Cur dans aquã frigidã non perdet mercedem? ℞. qui sup. quoniam in his quæ dantur propter Christum, non tantum pensatur quantitas doni, quantum quantitas bonæ voluntatis, ex qua datur.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI VNIVS Martyris.

Si quis vult post me venire. Matth. 16.c.

Vt in sancto Petro Martyre.

HISTORICE.

Quosdam dominus ait ibi esse præsentes qui nequaquam necis vinculis astringerentur, nisi primo filij hominis aduentũ suum in regnum conspicati fuissent.

Congruum est dubia resoluere.

1 DVBITATVR. Qui erant illi qui non gustarent mortem, &c. ℞. Ly. quòd Petrus, Iacobus, & Io. qui antequam gustarent mortem viderunt filium hominis venientem in regno suo, i. apparentem eis in forma corporis gloriosa, qualem habebit post resurrectionem, cum adeptus fuerit potestatẽ regni. Tunc enim dixit discipulis suis Matt. vlt. c. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

2 Dub. Cur dñs prędicit eis ista? ℞. Hier. quia Apostoli potuissent scandalizari dicentes occasionẽ, nunc dicit esse futuram, q̃ aũt promittis te affuturum in gloria, in tempora longa differt. Pręuidens igitur hæc occultorum cognitor, quæ possent obijcere, præsentem timorem præsenti compensat præmio, dicens, sunt de hic stantibus.

3 Du. Cur non prædicit nomina eorum q̃ secum ascensuri erant in montem? Respon. Chrys. quia reliqui valde concupiscerent se qui, exemplum illius gloriæ visuri, & grauiter tulissent velut despecti.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI VNIVS Martyris.

Nisi granum frumenti. Ioan. 12. c.

Quære in Sabbatho ante palmas.

IN COMMVNI VNIVS MART.

Nihil opertum quod non reueletur. Matt. 10.

Hæc verba dixit dñs anno ætatis suæ 31.

HISTORICE.

Discipulis Dominus aiebat nil adeo occultum fore, quin ad lucem quandoq; ueniat, in secretis vero, quę audissent palã nota facerent, nec eos qui corpora neci dare tãtummodo possunt timendos fore, cum in animam nihil possint, eum vero timendum fore qui totum in gehennã hoiem præcipitare possit, videlicet q̃ & curã eorum gerit, quemadmodum duos qui vili constant precio passeres fouet, nec nisi eius alter eorum deficere potest nutu, quin & cunctos eorũ capillos numeratos esse dixit. Cũ pluribus igitur meliores sint passeribus, nequaquã tim ore opus esse; Omnem aũt qui eum ante homines confiteretur, aut negaret, tales suo coram genitore eidem redderet vices.

Dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Cur dixit prædicta verba dominus discipulis? ℞. Ly. q̃a eis prædixerat magnitudinem tribulationis imminentis. Hic eos hortatur ad tolerantiam, ex cõsideratione diuini iudicij, in quo omnia manifestabuntur, quia omnium bona & mala omnibus manifesta erunt. Ideo dicit Nihil opertum, &c.

2 Dub. An verba Xpi de occultis manifestãdis habeant veritatẽ ẽt in hoc sæculo? ℞. Hier. quòd de futuro intelliguntur tempore, qñ manifestabit Deus occulta hominum.

3 Dub. An omnia occulta etiam sub terra manifestabuntur ℞. Chrys. in Hom. quòd solum de actib. hominum intelligenda sunt verba Christi.

4 Du. Cũ dñs non loqueretur in tenebris, nec in abscõdito, cur hic hoc dicit? ℞. Remi. quòd sensus talis est, quòd dico vobis in tenebris, i. inter Iudæos incredulos, vos dicite in lumine, i. fidelibus prædicate.

5 Dub. Quid est loqui in aure? ℞. qui sup. quòd est loqui secrete.

6 Du. Quid loquebatur dominus eis secretè? ℞. quòd interpretationem parabolarum, & prædicendo eis suam passionem.

7 Dub. Quomodo debebant prædicare super tecta? ℞. Rabanus, quòd iuxta morem prouinciæ Palestinæ loquitur, vbi solent in tectis residere, quia non sunt cacuminata, sed æqualia, prædicare ergo in tectis est cũctis audientibus palam dicere.

Dub.

8 Dub. Cur dicit, nolite timere eos, qui occidũt corpus? Res. Chr. in Hom. qđ hic suadet mortem pp Dei timorem cõtemnere.

9 Du. Quis est potens corpus & animã perdere in gehennam? Res. quod Deus, qui est timendus, & cui obediendum.

10 Dub. Cum corpus in cinerem redigat, quomodo dicitur mitti in gehennam? Res. Aug. 13. de ciui. Dei, quod hoc nõ antea fiet quã anima corpori fuerit copulata, vt nulla direptione separentur.

11 Dub. Quid est gehenna? Resp. Hiero. qđ hoc nomẽ in veteribus libris non inuenit, sed primo à Saluatore ponitur, & sumitur à gehenna, q̃ dicitur vallis filiorũ Ennon, in radice montis Moria, vbi colebat Baal, & ibi iudæi deserta templi victima hostias immolabant, & cõminatus est Deus locũ illum impleturũ cadaueribus mortuorũ, & ita futura supplicia, & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur.

12 Du. Cur dat exemplum de duobus passeribus? Res. q sup quod si parua animalia nõ decidunt absq; Deo auctore, & in omnibus est prouidentia, & quæ in his peritura sunt sine voluntate Dei non pereunt, vosq; eterni estis nõ debetis timere quod absq; Dei uiuatis prouidentia.

13 Du. Cur potius exemplum ponit de passeribus, quàm de alijs animalibus Res. Ly. quia passeres abundãt in terra pmissionis, & ideo de ipsis fiebat oblatio pauperũ, qui non poterãt alia habere. E ideo istud exẽplum erat notissimum.

14 Du. Quomodo passeres duo veneunt asse? Res. Ly. veneunt. i. venduntur duo passeres pro vno asse.

15 Dub. Quid est cadere super terram? Res. Ly. quod non cadet. i. non morietur.

16 Dub. Qũo non moritur sine patre? Res. qui sup. i. sine prouidentia Dei patris.

17 Du. Cur dicit, vestri autem capilli? Resp. Hierony. quòd immensã erga homines in hoc ostendit Dei prouidentiam, & ineffabilem signat affectum quod nihil nostrorum Deum lateat.

18 Du. Cur Deus numerat capillos nostros? Res. Chry. qđ hoc nõ dicit quòd Deus pilos numerat, sed vt diligentem cognitionẽ, & multã circa nos prouidentiam ostendat.

19 Dub. Quia si omnes capilli sunt numerati, videretur quod oẽs resurgent in iudicio ẽt tonsi? Res. Aug. exponens illud, & capillus de capite vestro non peribit, dicit non de longitudine capillorum, sed de numero potest intelligi.

20 Dub. Cur replicat dicens, nolite ergo timere? Res. quòd i hoc manifestius superior expositionis sensus expressus est.

21 Dub. Cur dicit, oĩs qui confitebitur me &c. Res. Hila. quod hoc cõcludẽdo dicit, qa doctrinis talibus confirmatos oportet liberam de Deo cõfitendi habere cõstantiam, & liberam propalationem veritatis.

22 Dub. Cur dicit corã hominibus? Res. Remig. ne aliquis putaret se absq; oris confessione saluari posse, non solũ ait, qui me confessus fuerit, sed addidit coram hominibus.

23 Du. Cur dicit confitebor & ego eũ? Res. Chry. in Homil. quod ut nõ turberis si feceris aliquod bonũ, & in hoc sæculo non sequatur retributio, quæ erit in futuro tẽpore, & similiter si negaueris negaberis, ut si feceris aliquod malũ etiã statim non sequatur uindicta, in futuro tñ tpe te expectat.

24 Du. Quid est Christum aliquẽ cõfiteri apud patrem? Resp. Rabanus, quia talis per Christum habebit accessum ad patrem, & filius dicet, Venite benedicti patris mei.

25 Dub. Quid est negare aliquem apud patrẽ? Res. Remig quod à cõspectu suæ diuinitatis, & patris repellere.

26 Dub. Quia nullus Deum esse negat? Res. Rabanus, quòd licet nullus etiam paganus negare possit quod Deus non sit, potest tamen ab infidelibus negari quod non sit Deus filius & pater.

27 Du An semper negatio fidei sit peccatum mortale? Res. quòd sic, quia cadit sub præcepto negatiuo, quod obligat semper, & ad semper.

ALLEGORICE.

Christus caput est, Apostoli capilli dicũtur, quia nomina sanctorum scripta sunt in celis. Passeres duo uenditi corpus atq; anima est, & cui venditur peccatum, unus passer in terram cadit, quia infideles terrena concupiscunt. Fideles uero ad cęlestia tendentes sunt alter passer, cui uolatus in cęlũ est. Christum confitetur, qui eius mandata seruat: negat, qui præceptis non obedit.

TROPOLOGICE.

Vt caueamus ẽt ab occultissimis peccatis istruimur, qm oĩa occulta patebũt, vtq; fortes simus in pꝛiculis, & tribulationibus, qm

præmia virtutibus manent, nec vereamur confiteri fidẽ nostram, quoniam in cœlis magno donabimur præmio.

ANAGOGICE.

Cõtemplemur præmia occultarũ virtutũ nostrarum in finali iudicio coram omnibus esse nobis reddẽda. Audiemusq; Christum, quem hoc in mundo confessi fuimus, confitentem, & nos ad patrem vocantem dicendo. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, vt in perpetuum conregnetis.

IN COMMVNI VNIVS MART.

Si quis uenit ad me, & non odit patrem. suum. Luc. 14. c.

Hæc verba dixit dñs anno ætatis suæ 32. die 27. Septembris, in die Dominica.

HISTORICE.

Nullum dominus aiebat suum fieri posse discipulum, qui necessarios oẽs, vitamq; propriã nõ odiret, eumq; sua accepta cruce non sequeretur, quoniam turrim erigere volens, si non omnes cõputet sumptus, illudetur si perficere nequiuerit. Rex ẽt ad bellũ iturus nisi quot cũ militib. occurrere possit aduersanti cogitauerit, & quatenus nequiuerit, pacem petat, insanus reputabitur, eo qui cũ quocunque modo Christi discipulus effici voluerit, nisi oib. q̃ possidet renũciauerit, nequaquã voti compos erit.

Hæc sunt dubia.

1 DVBIVATVR. Cur dominus dat exemplum de turri ædificanda & de rege ad bellum ituro? Res. Ly. quia sicut turris pæminet, & rex in bello uincens maiorem triumphum sortitur, quam alijs exercitijs vacans, ita status perfectionis ad quem dominus inuitabat excedit omnem statum.

2 Du. Nunquid alio modo quis possit esse Christi discipulus. nisi obseruatis conditionibus à domino dictis? Res. Ly. ꝙ sic, secundum statũ cõmunẽ fideliũ obseruãdo mandata. Alio mõ secundũ statũ ad perfectionẽ tẽdentiũ cũ obseruatione cõsiliorum, & sic requirunt cõditiones positæ à Christo.

3 Du. Quis est sensus primæ similitudinis? Res. Ly. ꝙ volens edificare turrim. i. aggredi pfectionẽ Euãgelicam. sedens. i. quietus à tumultu passionum, cõputat sumptus. i. considerat si est prõptus ad relinquendum oĩa propter Deũ, ne postquam posuerit fundamẽtum, quod consistit in obseruãtia mãdatorũ, & non potuerit perficere, quia non habet promptitudinẽ supradictã, quòd est primũ in statu perfectionis acquirẽdæ, illuditur ab oĩbus, qa nõ perfecit, quòd incepat.

4 Dub. Q̃uo exponitur secunda similitudo? Res. qui sup. rex. i. aggrediens perfectionis statum, debet bene regere operationes suas & cogitationes suas, & habet cõmittere bellũ ad rapiendum sibi cœleste regnũ, si possit cum decem millibus &c. i. cum obseruantia decem mandatorũ, sed quia non potest, qa rex cœlestis venit cũ viginti millibus a se exigens duplicẽ obseruantiã, mãdatorum, s. & consiliorũ Rogat ea quæ pacis sunt assentiendo regi cœlesti in obseruãtia consiliorum, quæ incipit ab Euangelica paupertate, ideo concluditur quòd qui nõ renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest Christi esse discipulus.

5 Dub. quæ differẽtia, est inter relinquere omnia, & renunciare oĩbus? Res. Beda, quod paucorum perfectorum est relinquere oĩa, hoc est curas mundi postponere. Cunctorũ autẽ fidelium est renunciare omnibus, hoc est sic tenere, quæ mundi sunt, ut tamen per ea non teneantur in mundo.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Cum audieritis prælia Luc. 21. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 20. Martij, in Dominica palmarũ.

HISTORICE.

Quære dominica 24 post Pentecosten, & in festo Geruasij & Prothasij.

Dubia soluenda hæc sunt.

1 DVBITATVR. An bellare sit licitum? Res. S. Th. 2. 2. q 4. qđ sic, dum modo cõcurrant. s. auctoritas principis, causa iusta, & intentio bellandi iusta, quia ut dicit Aug. contra Faustum, ditandi cupiditas, vlciscendi crudelitas, implacabilis animus, feritas bellandi, libido dominandi, & si qua sunt similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur.

2 Dub. An die festo liceat bellum iustum exer-

exercere? Res. qui sup. ar. 4. q̃ sic, si necessitas exposceat, sed absq; necessitate nõ licet.

3 Dub. An clericis liceat bellare? Res. qui sup. ar. 2. q̃ non in propria persona, possunt tamen ex auctoritate superioris interesse bellis, non quidem vt ipsi propria manu pugnent, sed vt iuste pugnantibus spiritualiter subueniant suis exhorationibus, & absolutionibus, & aliis huius modi spiritualibus obuentionibus.

4 Dub. An liceat vti insidiis in bello iusto? Res. q. sup. ar. 3. quòd nõ verbo, vt, s. aliquid promittatur hosti, & nõ seruetur, vel quod sibi dicatur falsum, quia vt Amb. dicit in libro de officijs. Sunt quædam iura bellorum, & fędera ẽt inter ipsos hostes seruanda. Facto aũt licet insidiis vti, s. non aperiendo propositum nostrum hosti, quia vt dicit Aug. in lib. 83. qõnum, cum iustũ bellum suscipitur vtrũ aperte pugnet aliquis an ex insidiis, nihil ad iustitiã interest, & probat auctoritate domini, qui mandauit Iosue vt insidias poneret habitatoribus ciuitatis Hay, vt habetur Iosue 6.

5 Dub. An liceat p̃dari in bello iusto? Respon. q. sup. q. 66. ar. 8. quòd si illi qui prędãtur habebant bellum iustum, licet prædari, & ea quæ capiunt efficiuntur eorum, nec tenentur ad restitutionem, nisi pp prædam militarent, quia peccatũ esset, vt dicit August. de verbis domini. Si vero habebant bellum iniustum illi qui prædantur rapinam committunt, & ad restitutionem tenentur.

6 Dub. An mulieres sint exponẽdę ad bellum? Res. qui sup. in 4. lib. de regimine principum. c. 5. & 6 quòd non, vt dicit Aristoteles in 2. Politico. respondendo argumentis Socratis & Platonis.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Descendens Iesus de monte. Luc 6.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 14. Iulij, in die Lunæ.

HISTORICE

E monte quodam cum descendisset dñs in campestrib. existens suis cum discipulis ac plebis maxima multitudine, quæ ex illis aduenerat partibus, vt eius hauriret doctrinam, & consueta ægritudinum reportaret remedia, suos intuens discipulos beatos fore aiebat mendicos, esurientes, & flentes, q̃m cœlorum cõ sequerentur regnum, satiatiq; habitẽt, ac futuro in tẽpore riderẽt. Et ipsos quoq; fore beatos cum eius ob nomẽ odirentur, diuiderentur, exprobarentur, ac ludribio omnibus fierent, nam iussit, vt tali lætarentur tempore, cum eos in cœlo quam plurima præstolaretur merces.

Hæc sunt dubia declaranda.

1 DVBITATVR. Quid egerat dominus in monte? Resp. quod vt habetur Lucæ 5. cap. quòd pernoctauit in oratione Dei.

2 Dub. An solus in monte fuerit? Res. qui supra, q̃ ibi ex discipulis duodecim elegit Apostolos, cum quib. de monte descendit.

3 Dub. In quo loco campestri stetit? Resp. Ly. quòd in aliqua parte montis planiore, quæ hic dicitur locus campestris.

4 Dub. Quis erat ille mons? Res. Magister hist. sch. quòd nõ multũ interest scire, an sit mons Thabor, seu alius mons in Galilæa.

5 Dub. Cum euangelista dixerit ab omni Iudæa, cur post dicit, & Hierusalẽ, cũ Hierusalẽ sit in Iudæa? Res. q̃a Hierusalẽ erat ciuitas regalis, & aliquis potuisset credere, q̃ ab ea nullus venisset, iõ eã nominauit.

6 Dub. De qua maritima intelligit? Resp. Beda, quòd de ea quæ a mari magno cognominatur.

7 Dub. Cur primo dicit, vt audirent illũ, & post vt sanarentur a languoribus suis? Respõ. Theophil. quòd primo dicit quod pertinet a d animarum medelam, & post ad medelam corporum.

8 Dub. An omnes essent infirmi, quia dicit, vt sanarentur, &c Res. Lyra, quòd non, sed illud dicitur solum de illis, qui erant inter eos infirmi.

9 Dub. Quomodo virtus Christi exibat ab eo? Res. qui sup. quòd exibat sicut effectus exit a causa, non quòd relinqueret Christum, & transiret ad alios, sed in eo existens sanabat infirmos.

10 Dub. Quomodo sanabat omnes, si non omnes erant infirmi? Res. quia omnes indigebant sanitate corporis vel animæ.

11 Dub. Cur dicit, quòd eleuauit oculos? Resp. Amb. quòd etsi in humili stabat, tamẽ eleuauit oculos. Eleuare autẽ oculos aliud non est, nisi interius lumen aperire.

12 Du. Cur potius eleuauit oculos in discipulo

pulo, quàm in alio? Res. Beda, quòd ut his qui uerbum intenta cordis aure percipiũt, latius saporis intimi lumen aperiat.

13 Du. Vtrum iste sermo de beatitudinibus sit ibidem cum illo qui a Matthæo scribitur 5.c. Res. quòd de hoc sunt duæ diuersæ opiniones, quarum q̃libet est sustentabilis. Nã dicentes, quòd est idem sermo, dicunt, quòd ea quæ vnus Euãgelista omisit, alius suppleuit. Qui uero dñt, quòd sunt diuersi sermones, dicunt quod non est inconueniens, quod Christus suos sermones fecerit de eadem materia in diuersis temporibus, qui eodem modo, incipiant, & terminentur. Magister tamen histo. scho. dicit, quòd non multum interest hoc, si est idem vel diuersus sermo.

14 Dub. Cum Mat. 5. dicatur. Beati pauperes spiritu, cur hic dicitur pauperes solum? Res. Cyril. quòd in Euang. Mætthæi intelligunt pauperes spiritu humiles, hic autẽ intelligunt pauperes, i. diuitias cõtemnentes.

15 Dub. An indifferenter omnes pauperes sint beati? Res. Basil. quòd nõ omnis quem paupertas premit beatus est, sed qui Christi præceptũ mundanis prætulerit opibus, plures enim pauperes sunt in substantia, auarissimi autem secundum affectum.

16 Dub. An sola paupertas mereatur regnũ Dei? Res. Eusebius, quòd cũ regnũ cœlorũ in multis gradibus honorum consideratur, Primus gradus scandentium, est eorum, qui diuino intuitu colunt paupertatem, tales autem fecit eos qui primo effecti sunt eius discipuli, ob hoc in eorum persona dicit, quia vestrum est regnum Dei.

17 Dub. Cur post paupertatẽ ponit esuriẽ? Resp. Cyrillus quòd eo, q̃a postquã mãdauit paupertatem colere, ea quæ consequuntur inopiam coronat honoribus. Contingit enim paupertatem colentes necessariorum incurrere defectum, & vix acquirere victum. idcirco non sinit discipulos super hoc pusillanimes fieri.

18 Dub. Quomodo intelligitur, Beati qui esuritis? Resp. qui sup. i. beati qui castigatis corpus vestrũ, & seruituti subiicitis, q̃ in fame, & siti verbo operã datis, q̃a cœlestium tunc gaudiorum habebitis vbertate perfrui.

19 Dub. Quomodo saturabuntur? Res. quòd vt dicitur Ps. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. vide dubio præcedenti.

20 Dub. An omnes flentes sint beati? Respond qui supra, quòd non, quia flere est commune fidelibus, & infidelibus, sed eos q̃ pene sunt lachrymantes propter odium mundanorum.

21 Dub. Cur post esuriẽ ponit fletum? Respon. Cyrillus, quòd inopiam consequitur non solum defectus rerum ad delectationes facientium, sed etiam depressus vultus propter mæstitiam.

22 Dub. Quod præmium est ridere? Res. Basilius, quòd nõ intelligit risum per mãdibularũ sonum, sed meram, & impermixtam cuilibet tristitiæ alacritatem.

23 Dub. Quid boni potest esse in fletu? Res. Chry. quòd magnũ quid secũdũ Deum tristitia est, & impetrat ei pęnitentiam in salutem, vnde Paulus cum non haberet suos defectus flere, pro alienis lugebat.

24 Dub. Quid prodest fletus noster his pro quibus flemus? Respond. quòd & si nihil proficimus his pro quibus flemus, tamen proficimus nobismetipsis, nam qui sic aliena deflet non præteribit inflebiliter sua delicta.

25 Dub. Cur dicit, beati estis cum vos oderint, &c. Resp. Beda, quòd licet beatus sit q̃ præmissa propter Christum pati desiderat, multo tamen beatior est qui has virtutes inter aduersa seruare non trepidat. Ideo tales appellat beatos.

26 Dub. Quid nobis nocet odium hominum? Resp. quod in se non nocet, sed cum homines ex odio prorumpunt in facta aduersus nos.

27 Dub. Quomodo separant? Res. Beda, q̃d quando à synagoga expellunt.

28 Dub. Quomodo exprobant? Resp. qui sup. quod q̃a exprobant nomen crucifixi.

29 Dub. Quod nomẽ eorũ eijciunt tanquã malũ? Res qui sup. quod in hoc nomẽ Chrystianorum significat, quo a Iudæis Gentilibusq; sæpissime, quantum ad ipsos memoriæ abrasum, & ab hominibus est abiectum.

30 Dub. Cur dicit, propter filium hominis? Resp. qui sup. quia nulla existebat causa odij, nisi propter filium hominis, quoniam s. credentes nomen Christi suum cognomen facere voluerunt.

31 Dub. Cur dicit gaudete, &c. Resp. quòd quia docuerat eos ab hominib. insectandos. Ideo etiam docet in hoc vltra homines esse beandos.

32 Dub. Cur nõ dicit q̃titatẽ mercedis? Rñ, Dama-

Damascenus, quia illa quæ mensurari, vel numerari possunt terminatè ingeruntur, quòd aũt ex quadã excellentia oẽm transcendit mensurã & numerum, indeterminate dicitur magnum, & multum, puta quia multam dicimus esse Dei misericordiam.

33 Dub. Cum Lucas non ponat nisi 4. beatitudines, cur Mat. 5. dñr esse octo? Resp. S. Tho. 1.2 q 69. ar. 3. quod Lucas narrat sermonem factum ad turbas. Et ideo ponit beatitudines ẽm capacitatem turbarum, q̃ solam uoluptuosam, & temporalem, ac terrenam beatitudinem nouerunt. Vnde dominus per 4. beatitudines quatuor excludit, quæ ad prædictam beatitudinem pertinere uidentur, s. abundantiam exteriorum bonorum, cum dicitur. Beati pauperes. & bonũ ciborum, & potuum cum dicit. Beati qui esuritis. Item cordis iucunditatem cũ dicit, Beati qui nunc fletis. Item exteriorum hominum fauorem dicens. Beati eritis cum uos oderint homines.

34 Du. Quot sunt beatitudines? Res. q. sup. q̃d sunt octo, licet octaua uideatur q̃dã cõfirmatio, & manifestatio oĩum p̃cedentiũ,

35 Dub. quæ sunt istæ octo beatitudines? Res. q. sup. quod prima est paupertas spiritus. Secunda mãsuetudo, seu mititas. Tertia luctus. Quarta esuries iustitię. Quinta misericordia, seu exhibitio misericordiæ. Sexta munditia cordis. Septima pax. Octaua persecutionem pati propter Christum.

36 Dub. Quia in sacra scriptura ponuntur aliæ beatitudines, quia Ps. 1. dr̃. Beatus uir, qui non abiit in consilio impiorũ, & Prou. 3. Beatus uir qui inuenit sapientiã. & Iob. 5. Beatus uir, q corripitur a dño? Res. qui sup. quod necesse est oẽs beatitudines, q̃ ponũtur in sacra scriptura ad istas reduci, uel quãtum ad merita, uel quãtum ad p̃mia, q̃a necesse est, quod oẽs pertineãt aliquo modo ad uitã act uam, uel ad contemplatiuam. Vnde cum dicitur Beatus uir qui nõ abiit in consilio impiorum, pertinet ad mũditiam cordis, quod autem dicitur: Beatus uir qui inuenit sapientiam, pertinet ad pręmium sapientiæ beatitudinis Et quod dicitur: Beatus uir q corripitur a domino, pertinet ad beatitudinem luctus, & idem patet de omnibus aliis quæ possunt induci.

37 Dub. An præmia correspõdentia prędictis beatitudinib. pertineant ad hanc uitã, uel ad aliã? Res. qui sup. ar. 2. quod inchoãtur in hac uita, & perficiuntur in alia.

38 Dub. Cur pręmium primę beatitudinis ponitur & octauæ? Resp. qui sup. in 3. sent. dist. 34. q. 1. ar. 3. quod quia ista iustitia est manifestatiua oĩum p̃cedentium ideo speciale sibi præmium non redditur, sed redditur ad caput, s. ad pręmium positum in prima beatitudine, ut per hoc ostendat, quod omnium beatitudinum ei præmia debent.

¶ Aliis sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Videns Iesus turbas. Mat. 5. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 31. die 14. Iulii, in die Lunæ.

HISTORICE.

Turbas dñs prospectans conscendit mõtem, aperto itaq; sedens ore suos admonebat discipulos dicens, spũ pauperes beatos fore, ac mites, flentesq;, ac iustitiæ sitiẽtes, misericordes quoq;, et corde mundi, ac pacis amatores, ac q̃ p̃pter iustitiæ uirtutem paterent, qũo regnum pro p̃mio cœlorum terræq; possessio cõsolatio, saturitas misericordia, Dei visio, filiatio eius eis darent, vtq; gauderent, lætarentur etiam cum ex eis copiosum accepturi forent præmium.

Horum ponentur solutiones dubiorum.

1 DVBITATVR. Cur dñs uisis tot turbis ascendit in mõtem? Res. Aug. de cõsensu. euang. quòd ut euitaret multas turbas, & solis discipulis loqueretur.

2 Dub. Cur dicit, Euangelista, quod aperuit os suum? Resp. Remig. quod vt demõstraret magna esse quæ dicebantur.

3 Dub. Cur post paupertatem loquitur demitibus? Res. Amb. quia non prodest carere secularibus nisi quis fuerit mitis.

4 Dub. Qui dñr mites? Res. Aug. quod illi, q cedunt improbitatibus, & non resistunt in malo, sed vincunt in bono malum.

5 Dub. Quæ dr̃ia est inter mitẽ, & mãsuetum? Res. S. Th. super Ps. 24. quod mitis dicitur, qui semper fuit sine ira, sed mansuetus, qui de feritate reducitur ad hoc.

6 Dub. Quàm terram possidebunt mites? Res. Ambr. quòd illã, de qua dr̃, Psal. 141.

Portio mea dñe in terra uiuentium.

7 Dub. Cur promittit mitibus, quod possi debunt terrã? Resp. Chry. in hom. quod do minus spiritualibus sẽsibilia immiscuit, qm̃ æstimatur qui mitis est omnia sua perdere, ideo dominus contrarium promittit.

8 Dub. De quibus est lugendum? Res. Hilarius, quod lugere debemus peccata vetera, non contumelias uel damna.

9 Dub. Cur post fletum ponitur esuries iustitiæ? Res. Amb. super Luc. quod sicut æger cũ in graui morbo est non esurit, ita peccator antequã defleat peccata est æger, & non esurit. Cum autem defleuerit iam non est æger, & incipit esurire.

10 Du. Quid est esurire iustitiã? Res. Hier. ut nunquã nos satis iustos, sed semper esurire iustitiæ opera intelligamus.

11 Du. Quid est sitire iustitiam? Res. Chry. super Matthæum, quod scientiã eius acquirere cupiens dicitur eam sitire.

12 Du. Cur ponitur pro premio qm̃ saturabuntur? Res. qui sup. qm̃ maiora erunt præmia Dei, quam sanctorum desideria.

13 Du. Cur post iustitiam tractat de misericordia? Res. Gl. q̃a iustitia sine misericordia crudelitas est, & misericordia sine iustitia dissolutio, nec vna ab altera separari dẽt.

14 Du. Quis dicitur misericors? Res. Remigius, quod qui alterius miseriã quasi suam reputat.

15 Du. Cur solũ promittit misericordiam pro præmio misericordibus? Res. Chry. in hom. quod videtur esse æqualis retributio, sed etiam multo maior, non enim est æqualis humana misericordia, & diuina.

16 Du. An nõ misericordes misericordiam consequentur? Resp. Hilarius, quod Deus suam misericordiam est solis misericordibus præstiturus.

17 Du. Cur post misericordiam ponit munditiã cordis? Res. Chry. in hom. quia multi misericordiam impendunt, qui tñ impudice viuũt. Et iõ vult, quod sint mũdo corde.

18 Du. Qui dicuntur mũdi corde? Res. qui sup. quòd hi q̃ vniuersalem virtutem possident, ut nullius sibi malitiæ conscij sint.

19 Du. Quia non videtur maior remuneratio uidere Deum, quàm consequi eius misericordiam? Res. Gl. quod est maior remuneratio, sicut qui in curia regis non solum prandent, sed & faciem regis uident.

20 Dub. Cur post munditiam ponit de pacificis? Res. Amb. sup. Lu. qm̃ cum interiora omnia sunt uacua ab omni labe peccati, nec dissensiones contentionesq́; ex affectu prodeunt, tunc pax incipit ut alijs feratur.

21 Du. Qui dñr pacifici? Res. Hier. quod hi quam primum in corde suo, deinde & inter fratres dissidentes faciunt pacem.

22 Dub. An alio modo possimus uocari filij Dei quàm per pacem? Res. Hila. quod non aliter transire in nuncupationem familiæ Dei possumus, nisi fraternæ inuicem charitatis pace viuamus.

23 Dub. Quam ampliorem dignitatem habent pacifici ab alijs? Resp. Gl. quòd maximam, sicut qui filius regis dicitur, in domo regis summus est.

24 Dub. Cur post pacem ponitur persecutio? Respond. Chrysost. in Hom. ne aliquis æstimaret, quòd semper pacem sibi quærere sit bonum.

25 Dub. Qui persecutionem dñr pati propter iustitiam? Res. qui sup. qui pro omnib. virtutib. animam ponunt.

26 Dub. Cur dicit, pp iustitiam? Res. Hier. qm̃ multi propter sua peccata persecutionem patiuntur, & non sunt iusti.

27 Dub. Cur non ponit à quib. persecutionem debeãt pati? Res. Chry. super Matt. qđ non posuit scriptura personas persequentium, sed solam causam persecutionis, vt non aspicias quis te persequitur, sed propter quid.

28 Dub. Cur nõ ponit cuilibet beatitudini pro præmio regnum cœlorum? Res. Chry. in Hom. quod cum dicit consolabũtur, misericordiam consequentur, &c. hmõi, per hæc vniuersa nihil aliud quam regnum cęlorum occulte insinuat: vt nihil sensibile expectes.

29 Dub. Cur istæ beatitudines ponũtur in numero septenario? Res. Aug. qm̃ his septẽ gradib. congruit operatio Spiritus sancti septiformis, quam Esaias describit, sed ille à summo: hic homo de imis ad similitudinem Dei ascensurus. In his prius est timor, qui congruit humilib. de quib. dicitur beati pauperes spiritu, idest non alta sapientes, sed timentes. Secũda est pietas, quæ conuenit mitibus, qui enim pie quærit, honorat, non reprehendit, non esurit, quod est mitem fieri. Tertia est scientia, quæ conuenit lugentibus, qui didicerũt quib. malis nunc vincti sunt: quæ quasi bona petierũt.

Quarta,

Quarta, quæ est fortitudo, congruit esurientibus, & sitientibus, quia desiderantes gaudium de veris bonis laborant, a terrenis cupientes auerti. Quinta consilium conuenit misericordibus, quia vnicum remedium est e tantis malis erui, dimittere alijs, & dare. Sexta est intellectus, & conuenit mundis corde, qui purgato oculo possunt videre quod oculus non uidit. Septima est sapientia, quæ conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperant spiritui.

30 Dub. Quæ differentia est inter maledicere, & malum dicere? Resp. qui sup. quod aliter est maledictum iactatum cum contumelia coram illo qui maledicitur, aliter cum absentis fama lęditur.

31 Dub. Quid est persequi? Resp. qui sup. quod est uim inferre, uel insidijs appetere.

32 Dub. Cur dicit, mentientes propter me. Resp. Chrys. super Mat. quia ut blasphematus sit beatus, duo conuenire debent, ut & mendaciter blasphemetur, & propter Deum. Alioquin si unum defuerit, non est beatitudinis merces.

33 Dub. An debeamus quærere ut maledicant nobis, quatenus tantam mercedem habeamus? Res. Greg. super Ezechiel. quod non debemus linguas detrahentium excitare, ne ipsi pereant, excitatas tamen per suã malitiam debemus æquanimiter tolerare, ut nobis meritum crescat.

34 Dub. Cur dicit gaudete, & post, exultate? Res. Glo. quasi diceret: gaudete mente, & exultate corpore.

35 Dub. De quibus cœlis intelligit, cũ dicit merces vestra copiosa est in celis? Rñ. Aug. dicens, non hic puto dici cœlos superiores partes huius uisibilis mundi. Non enim merces nostra in rebus uisibilibus collocanda est, sed in cœlis dictum puto in spiritualibus firmamentis, ubi habitat sempiterna iustitia.

36 Dub. Quia uidetur, quod non debeamus tolerare maledicentes, quia Ecclesi. 41. dicitur, curã haberi debere de bono noie? Res. Greg. super Ezechielem, quod aliquando detractores debemus compescere, ne dum de nobis mala disseminant, eos qui audire nos ad omnia poterant corda innocẽtium corrumpant.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Attendite a fermento Pharisæorũ. Luc. 11. c.

Hæc verba dixit, dominus anno ætatis suæ 32. die 15. Iulii, in die Iouis.

Historice, vt in communi vnius martyris. Nihil opertum.

Ista dubia occurrunt exponenda.

1 DVBITBTVR. Cur dominus dixit prędicta, uerba? Res. Cyrillus, quauia Iudæi il latores erant, ob hoc Xps ab eis sibi cauere admonebat discipulos.

2 Dub. Cur aliquando laudatur fermentum, & aliquando uituperatur? Res. Gregorius Nazanzenus, quod fermentum laudatur quãdo est tanquam efficiens panẽ uitalem: quando uero uituperatur est significans uetustam & acidam malitiam.

3 Dub. Cur uocat dominus fermentũ hypocrisim? Resp. Beda, quia sicut modicum fermentum totam farinæ massam corrumpit, sic simulatio animum totã uirtutum sinceritate & ueritate defraudat.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Sedente Iesu super monte Oliuarũ. Mat. 24. c.

Historia huius Euang. facta est anno Christi 33. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Vide in festo sanctorum Geruasij & Prothasij, & in communi plurimorum martyrum. Cum audieritis prælia.

Hæc sunt dubia.

1 DVBITATVR. Cum signa quæ dominus hic prænunciat iam uenerint, quid est qđ non uenerunt adhuc hi, qui seducere debent? Res. quod hæc fuerunt signa plagarum diuinitus illatarũ.

2 Dub. Quid uolunt scire, discipuli, cũ querunt, quando hæc erunt &c. Res. Hie. quod tria, s. quo tempore Hierusalem destruenda sit. Secundo, quo tempore Christus uenturus est. Tertio, quo tempore consummatio sæculi sit futura.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Væ vobis qui ædificatis. Luc. 11. c.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 31. die 1. Decembris, in die Iouis.

HISTORICE.

Legisperitis, cæterisq; Iudęorum principib. inuectiuā dn̄s ingerit, quod prophetarū ædificarent monumēta, quos tamen eorum neci tradidissent genitores, eos illorū operib. asserens præbere consensum, quia quos illi trucidarunt, illis hi sepulchra fabricarent, ideoq; eis sapientia comminata est, ꝙ prohetas Apostolosq; ad eos missos lętho addicerent, vt omnium eorum sanguis effusus a sęculi principio ab Abel, vsq; ad eum quem Zacharias effudit altare inter & ędem, ab eorum requireretur manibus, in eos & inuectus est dn̄s, ꝙ sapientiæ quidem tulissent clauem, nec tamen introijssent, quin & ingredi alios probibuissent volentes. His autem commoti aduersus eum instantes, eius voluerunt opprimere verba, insidijs eum cupientes circunuenire, vt ex suis aliqua valerent decerpere verba argui tione digna, vt eum accusarent.

Dubia hæc sunt.

1 DVBITATVR. Cur dominus dixit prædicta verba? Resp. Cyrillus, ꝙ cum supra reprobauerit onerosum legis peritorū officium, nunc induxit communem inuectiuam in cunctos principes Iudæorum, dicens. Ve vobis.

2 Du. Cur redarguit eos dn̄s de sepulchris ædificandis, cū sepultura sit opus misericordiæ? Res. Ambr. quia ædificando sepulchra prophetarū, patrum suorum facta damnabant. Aemulādo aūt paterna scelera in seipsos sentētiam retorquebant. non. n. ędificatio, sed ęmulatio loco criminis ęstimatur.

3 Dub. Quomodo ędificando testificabantur, &c. Res. Beda, ꝙ simulabant quidem se ob fauorem vulgi captandum patrum suorum horrere perfidiam, memorias prohetarum qui ab eis occisi sunt magnifice ornando, sed ipso opere testificantur quantū paternæ nequitiæ consentiant iniurijs agēdo dominum a prohetis pronunciatum.

4 Dub. Quæ est sapientia Dei? Res. Ambr. quòd est Christus.

5 Dub. Vbi habetur, ꝙ dixerit hoc Christus? Resp. Ambr. ꝙ Mat. 23. cum dicit. Ecce ego mitto ad vos prophetas, sapientes, & scribas &c.

6 Du. Quæ est clauis sciæ? Res. Cyril. ꝙ est ipsa lex, vel auctoritas docēdi, vt dicit Ly.

7 Dub. Quomodo ipsi abstulerunt clauem sapientiæ? Res. Cyrillus, ꝙ docebat legisperitos quasi indagantes legem Moysi, & dicta prophetarum reseruare quodammodo populo Iudæorum ianuas notitiæ Christi, quæ clauis sapientiæ dicitur.

8 Dub. Qūo ipsi non introierunt? Res. qui sup. quia nō declarabant populo, quæ in lege pertinebant ad Christum, nec ipsi in eū credere voluerunt.

9 Dub. Qūo alios intrare prohibuerunt? Res. qui sup. quia derogabant diuinis miraculis, & contra eius dogmata clamabāt, qd eum audiris? non permittētes homines credere in Christum a lege promissum.

10 Dub. Cur Pharisæi inceperunt grauiter insistere? Resp. Beda, ꝙ vt attestarentur vera perfidiæ, simulationis, ac impietatis suæ crimina.

11 Du. Quid est insistere? Res. Cyril. ꝙ hic sumit pro instare, vel inuidere, vel sæuire.

12 Dub. Cur hoc faciebant? Res. Ly. vt eum turbarent & obstupefacerent, quia conturbati minus præuident.

13 Du. Quid est os opprimere? Res. Theo. i. prouocare eū ad dicendū aliquid, vn̄ posset damnari, & ꝙ nūc dicit opprimere, post dicit capere, vel rapere aliquid ex ore eius, nā interrogabant eū nūc de lege, vt arguāt eū quasi blasphemū obloquentē de Moyse. Nūc uero de Cæsare, vt accusent eum tanquā insidiosum, hostē maiestatis Cæsareę, quēadmodū post accusārūt eū corā Pilato.

Alijs sensib. mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Qui vos audit, me audit. Luc. 10. c.

Hæc verba dixit dn̄s anno ætatis suæ 31.

HISTORICE.

Discipulis quos prædicatū dn̄s mittebat aiebat, ꝙ eos qui audirent aut se spernerēt secūq; qui ipsum mandasset audiri & sperni. Septuaginta duob. itaq; reuersis, gaudenterq; narrantib. quemadmodum eius in nomine subijcerentur dęmonia. Respondit fulguris instar cœlo cadentē Sathanā se intuitū fuisse. Eis vero dedidisse potestatem cuncta super venenata animalia, ac omnē hostis virtutem calcandi, nec quicquam eis posse

posse nocere. Monuit vero, ut nequaquam de spirituũ subiectione lætarenĩ, sed potius quód eorũ in cœlis scripta forent nomina.

Occurrunt hæc dubia.

1 DVBITAVVR. Cur dñs dixit prædicta verba? Respõ. Beda, quòd ne quis crederet quod tantummodo ciuitates, vel personæ, quæ dominũ in carne videntes spernebant pœnas patientur, & non alij, qui hodie quoq; euangelij verba despiciunt, ideo discipulis ait. Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.

2 Dub. Quomodo audientes discipulos audiebant Christum? Resp. quod quia doctrinam habitam a Christo prædicabant.

3 Dub. Quomodo spernentes discipulos spernunt Christum? Res. quoniam spernentes missos spernunt mittentem.

4 Dub. Cum astantes ad prædicationẽ discipulorum omnes audirẽt, qui nõ erãt surdi, qui tamen omnes non credebant, ergo pariter omnes tales audiebant Christũ? Respon. quòd illi audiebant quidẽ si nõ erant surdi. Sed hic non accipitur audire ita communiter, sed pro audire cum obseruatione credulitatem. Es. 1. dicitur, Si audieritis me bona terræ comedetis.

5 Dub. Quomodo spernẽtes Christũ spernebant patrẽ? Resp. Bed. quòd in discipulo magister audit, & in filio pater honoratur.

6 Dub. Vnde reuersi sunt 72 discipuli? Res. quod de prædicatione ad quã eos miserat, vt habetur ante hoc euangelium.

7 Dub. de quo gaudebant discipuli? Resp. Cyrillus, quod magis videbantur gaudere, quod facti sunt miraculorũ autores, quàm quòd facti erant prædicationis ministri.

8 Dub. Qũo dæmones eis subijciebantur? Respon. quia ad imperium eorum exibant ab obsessis corporibus.

9 Dub. Cur dicunt in nomine tuo? Res. q̃a ad inuocationem nominis Christi exibant.

10 Dub. Cur dominus dicit, videbam Sathanã. &c. Res. Gre. 24. Moral. ꝙ mire dñs vt ĩ discipulorũ cordibus elationẽ premeret iudicium ruinæ retulit, quòd ipse à magistro elationis accepit, vt in auctore superbiæ discerent quid de elationis vitio formidarẽt.

11 Dub. Quid est Sathanas? Res. Basilius, ꝙ sathanas Hebraice, Latinè dicitur aduersarius, quia aduersatur bono, sed diabolus dicitur eo quod cooperatur nobis in malo, & accusator sit, natura eius est incorporea, locus aereus.

12 Dub. Cur. dicit, videbam, & non video? quia vidit quando corruit.

13 Dub. Quid est fulgur? Resp. ꝙ est proprie lux emissa quando per tonitruum franguntur nubes & tonat.

14 Du. Cur diabolus dicĩ sicut fulgur? Respon. Titus quia natura fulgidus erat vt fulgur, sed factus est tenebrosus propter affectum.

15 Du. Quam potestatem dedit eis dominus? Resp. Titus, ꝙ hoc potest intelligi ad literam, quia nec vipera nocuit Paulo, nec venenum Ioãni, nec draco Matthæo, & sic de alijs. Vel spiritualiter, quia conculcarunt, & conculcare fecerunt serpentem antiquum ab adorantibus Christum, qui serpens aliàs per vniuersum orbẽ colebatur, & tamen nihil nocebat apostolis, quantum ad eorum salutem.

16 Du. Cur post serpẽtes ponit scorpiones? Re Beda, quia serpentes dente, & aperte feriunt. Scorpiones autem cauda & clãculũ.

17 Dub. Cur dicit, & super omnem virtutẽ inimici? Res. Chry. quod ne putaremus hoc solum dici de bestijs.

18 Dub Cur dicit, veruntamen in hoc nolite gaudere? Res. Titus, q̃a lætitia eorũ inanem gloriã sapiebat. Gaudebant n. ꝙ quasi sublimes effecti terribiles, & hominibus, & dæmonibus erant.

19 Du. Cur nõ debẽt gaudere de subiectione spirituum? Res. Beda, quia spiritus eijcere, sicut & virtutes alias facere, interdum non est eius meriti, qui operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad condẽnationem eorum qui inuocant, uel ad vtilitem eorum, qui vident & audiunt.

20 Dub. Cũ Ps. 88. scribatur. In nomine tuo exultabunt tota die, cur non vult ꝙ lætentur? Respon. Cyrillus, quia eos ad maius gaudium erigit, cum dicit gaudete, & exultate.

21 Du. Quomodo scripta sunt nomina sanctorum in cœlis; Resp. ꝙ non incausto, sed memoria Dei, & gratia scribuntur.

22 Dub. Cur dicitur ꝙ scripta sunt in cœlis? Res. Basilius qm̃ quidã sunt, q non scribunĩ in cęlis, sed secũdũ Hieremiã in terra.

¶ Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN

IN COMVNI PLVRIMORVM Martyrum.

Respondens Iesus dixit. Confiteor tibi pater. Mat. 11. cap.

Hæc verba dixit dominus anno ętatis suę 31. die 15. Decemb in die Veneris.

HISTORICE.

Pharisæis respõdens dñs aiebat se genitori cœli terræq; dño confiteri, qm hæc sapiẽtibus prudẽtibusq; occultasset, & paruulis nota fecisset, sicut placitũ ei fuerat, cunctaq; ibi eodem à patre testatus est tradita fuisse, cũ soli pater natus que agnoscant, vel si cui reuelatũ à filio fuerit; Cunctos vero qui laboribus fessi essent inuitabat quatenus ab eo reficerentur. Iubebat etiam ut suũ ferrẽt iugũ, & vt mites, humilesq; redderentur, ab eo discere satagerent, quatenus eorũ requies daretur animabus: suaueq; suum existere iugum, & leue onus.

Dubijs, quæ occurrunt, satisfaciendum est.

1 DVBITATVR. Quibus respondit dñs? Res Chry. qđ Pharisæis quib. exprobrauerat, q eũ non recipiebant, quem tamen gentilitas prona suscipere debebat.

2 Dub. Cur confitetur cũ nullũ fecerit peccatum? Res. Beda, q cõfessio nõ semper pęnitẽtiam, sed gratiarum actionem significat, vt confiteor tibi, i. ad gloriam tuam declaro, ut dicit Lyra.

3 Dub. Cur dicit, dominũ cęli & terrę? Rñ. Athanasius, q vt cõfutet errorẽ Manichæo rum dicentiũ, vnum creatorem inuisibiliũ & alium visibilium, s. diabolum.

4 Dub Quæ abscondit pater à sapiẽtibus? Res. Amb. quòd mysterium fidei Christi.

5 Dub. Quibus sapientibus abscondit? Res. qui sup. qđ Pharisæis, & scribis, & prudentibus doctis ab eis.

6 Dub. Quæ differentia est inter sapientẽ & prudentem? Res. Theo. qđ sapiẽs est qui docet. Prudens autem qui docetur.

7 Dub quibus paruulis reuelauit? Resp. q sup. quòd suis discipulis piscatorib. & rudibus malitia paruulis.

8 Dub. Cur abscõdit à sapiẽtib. qui ea melius intellexissent? Res. qui sup. quòd non abscondit ea à sapientib. sed ab his, qui putant se esse sapientes, & non sunt.

9 Dub. Cur potius dixit reuelata fuisse paruulis, q̃ insipientibus? Res. Be. qđ paruulos. i. humiles opposuit sapiẽtibus ut probaret se tumorem damnasse, non acumen.

10 Du. Cur Christus gratias agit quòd hęc mysteria fuerint abscondita Pharisęis? Res. Chry. quòd nõ gratias agit de hoc, sed q̃ a qđ sapientes nõ nouerant, hi nouerũt.

11 Dub. Videtur qđ Pharisæi non recipiẽtes Xpm nõ peccauerunt, & ex quo abscõdit eis mysteria eius? Resp q sup. qđ Deus nõ agit malũ, sed ipsi q causam tribuerunt.

12 Du. Cur abscondita fuerunt ab eis? Res. qui sup. quoniam iuxta Paulum quęrẽtes propriam iustitiam statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

13 Dub. Cur dicit, ita, quia sic placitũ fuit ante te? Res. Greg. 25. Moral. quòd in hoc vult ostendere, quòd iniustum esse non potest quod placuit iusto.

14 Dub. Cur hæc verba dixit discipulis suis? Resp. Chry. qđ ut studiosiores eos faceret, qm Pharisæi exciderant pp propriũ tumorem, vt discipuli timerẽt, & manerẽt paruuli, quia hoc fecit eos reuelatione potiri.

15 Du. Cur dicit omnia tradita sunt mihi à patre meo? Res. qui sup. quia dixerat cõfiteor &c. ut non æstimes, quoniam ita gratias agit patri, sicut si ipse sit hac virtute priuatus. ideo dicit, omnia tradita sunt mihi à patre meo.

16 Dub. Cum ipse sit dñs omniũ, quæ sunt illa quæ sibi tradita sunt? Res. Hier. quod nõ cęlũ, terra, & elemẽta intelligẽda sunt, quæ ipse fecit, & condidit, sed hi qui per filium accessum habent ad patrem.

17 Dub. Nonquid Spiritussanctus agnoscit filium? Res S. Tho. 4. contra Gentiles c. 25. qđ licet dicatur, nemo nouit filium nisi pater, nõ tamen a cognitione filii, vel ipse filius, vel Spũssanctus excludit, q a dictinctio exclusiua quãdo in diuinis adiungitur nominibus personalibus, respectu termini essentialis non excludit id, quod idẽ est natura, quia solum excludit quod alienitatẽ importat, sed notitia absolute sumpta essentialiter accipitur. Et ideo cõmunis est tribus, & ideo à notitia filii non excluditur Spiritussanctus, sed magis includitur.

18 Dub. Cur ergo dominus dicit, nemo nouit filium &c. Resp. Chry. qđ in hoc latẽter dominus ostendit eiusdem se esse substantiæ cum patre.

19 Dub. Quia videt qđ Deus pater sit homo,

mo,quia dicit nemo cognoscit filiũ nisi pater?Res. Ly. quod ista dictio,nemo,capit ꝓprie,& sic nemo,i.nullus hõ, & sic nõ capit hic. Alio mõ cõiter,& sic nemo i.nullũ suppositũ naturæ itellectualis,& sic accipit hic.

20 Dub. An hi quib.reuelat filius,possint cognoscere patrẽ eadẽ cognitione qua eũ cognoscit ipse filius?Res. Ly. qđ nõ, q.a nõ cognoscũt eũ notitia cõphẽsionis,sicut filius.

21 Dub. Cur vocat laboratores vt reficiant? Res.Chrys.quia per ea quæ erant in desiderium sui discipulos constituerat,ostendens ineffabilem virtutem suam, sed nunc eos vocat ad se dicens,Venite,&c.

22 Dub. Qui sunt laboratores quos vocat? Res. quòd legis difficultatib.laborantes, & peccatis sæculi oneratos.

23 Dub. An sint grauia onera peccati? Res. qđ vt habet Zachariæ 5.c peccata sunt grauia sicut plũbũ,& Psa.33. Iniquitates meæ sicut onus graue grauatę sunt super me.

24 Dub. Cur vocat oneratos peccatis?Resp. qđ non vt repetat noxas,sed vt soluat pctã.

25 Dub. An Deus indiget talib. quia vocat eos?Res. quòd nõ, ideo vocat,qđ indigeat eorum gloria,sed quia vult eorum salutẽ.

26 Dub. Qũo intelligit,& ego reficiam vos? Res.Rab.i.nõ solum exonerabo, sed interna refectione saturabo,vel vt dicit Chr. in omni quiete constituam.

27 Dub.Cũ essent præsẽtes,quos vocabat, quõ volebat,quod venirẽt?Res.Remig. venire non pedibus,sed moribus,non corpore,sed fide voluit. Iste eñ est in spiritualib. accessus,quo quisque Deo appropinquat.

28 Dub.Quid est iugum Christi?Res. Rab. qđ est Euãgelium Christi,quod Iudæos,& Gẽtes in vnitate fidei coniungit, & sociat.

29 Dub.Cur vult vt tollamus eũ super nos? Res q. sup.i.quod i honore habemus,ne forte subtus ponẽtes,i.illud praue cõtemnentes luculẽtis pedibus vitiorũ cõculcemus.

30 Dub.Cur.vult vt discãt humilitatem,& mansuetudinẽ?Res. Aug.de verbis dñi,qm̃ si magnus esse vis,à minimo incipe,cogitas magnam fabricam constituere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.

31 Dub.Cur dicit,& inuenietis requiẽ animab.vestris?Resp.Chr.quod hoc est maximum præmium, quia non alteri efficieris vtilis solũ,sed teipsum requiescere facies, quia in futuro perpetua gaudebis requie.

32 Dub.Cur replicat de iugo dicẽs, qđ suaue est?Resp. Chrys.quòd ne formidarent, quia dixerat onus,& iugum.Ideo subdit iugum suaue, & onus leue.

33 Dub. Quomodo iugum est suaue, cum ipse dicat Mat.7. arcta est uia quæ ducit ad uitam?Res. Aug. de uerbis dñi, quòd omnia sæua,& immania prorsus facilia, & prope nulla efficit amor.

34 Dub. Quomodo onus Christi sit leue? Res.Hila.quid ipso onere leuius?probatum fieri,scelere abstinere,bonum uelle,malum nolle,amare omnes, odisse nullum, æterna consequi,præsentibus non capi,nolle inferre alteri,quod sibi perpeti sit molestum.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Nolite timere pusillus grex. *Lu.12.*

Ista verba dixit dominus anno ætatis suæ 33.die 15.Iulij,in die Iouis.

HISTORICE.

Discipulos dominus ueluti gregem pusillum hortabatur,ut timorem abijcerent, cũ eorum placuisset genitori eis contribuere regnum. Iussitque, ut eam uenderent pro conferendis eleemosynis quæ possiderent, utq; sibi sacculos nequaquam uetustatem timentes operarentur,thesaurum,uidelicet in cœlestib.minime deficientem, & nequaquam à furibus surripiendum, aut demoliendum à tinea,quoniam ubi eorum consisteret thesaurus,ibi & ipsorum fixa persisterent corda.

1 DVBITARI super præmissis posset. Primo cur dñs dixit prædicta uerba?Res. Gl.quod cum supra ex cordib.discipulorum tẽporalium curam remouisset, consequenter hic excludit ab eis timorẽ, ex quo superflua cura procedit.

2 Dub.Cur.uocat dñs discipulos pusillum gregem?Res.Beda. quòd ad comparationẽ maioris numeri reproborum.

3 Dub. Cur dicit, quia complacuit.&c. Res.Cyrillus ut nõ timeant, quia eum qui tam preciosa largitur qualiter pigebit erga eos clementiam exercere.

Dub.

4 Dub.Cũ omnia reliquissent quid vult qđ vendant? Resp.Beda, vt qui omnib. pro dño spretis, nihilominus pro labore manuũ operentur, vnde & victum quærere, & eleemosynam dare queant.

5 Dub.Quid intelligit per sacculos, quos vult vt faciant? Res. Ly.sacculos, i. præparatoria bonorum operum.

6 Dub.Qũo non veterascunt? Res. qui sup. quia eorum præmia sunt sempiterna.

Alijs sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Sint lumbi vestri præcincti. Lu.12.c.

Hæc verba dixit dominus, vt in Euangelio præcedenti.

HISTORICE.

Dñs discipulis vt eorũ præcincti existerẽt lũbi pcepit, quodq; ardẽtes manib. tenerẽt lucernas, vt his q̃ suũ à nuptijs reuertentẽ præstolant̃ dñm similes essent, quatenus cũ pulsans affuerit, eidẽ indilatè ianuã patẽtẽ reddant, qm̃ si secũda aut tertia veniẽs vigilia eos sic vigilantes inueniat, vt discumbãt efficiet, eisq; ministeriũ exhibebit, ac beatos faciet, vnumq; vt mente retinerẽt monuit, patrẽ videlicet familias vigilaturũ, si quã ingrederet̃ fur pnosceret horã, nec proprios perfodi sustineret lares, ipsi quoq; sic semp parati pmanerẽt, qm̃ qua nõ pmeditantur hora, aduentus filij aderit hominis.

Videnda restant dubiorum solutiones.

1 DVBITATVR cur dominus dixit prædicta verba? Res. Theoph quòd vt discipulos ad sibi ministrãdum inducat.

2 Dub.Quid sunt lumbi? Res. q̃ lumbi spinę dorsi adhærent, in quib. est pruritus libidinis, & dicuntur lumbi carnis: sunt etiam, vt dicit Ly. lumbi mentis, s. voluntas, & intellectus, ex quibus procedunt cogitationes malæ.

3 Dub.Quomodo sunt præcingendi? Res. qui sup. i. coarctandi, & à malis cogitationibus, & à malis operibus.

4 Dub.Quid est habere lucernas ardentes? Res. Theoph. i. habere lucem rationis ostendentes agenda, & fugienda.

5 Du.Cur primo vult vt lumbi pręcingantur, & deinde lucernæ ardeãt? Res. qui sup. quia primo quidem est operatio, deinde speculatio quæ est illustratio mentis.

6 Dub. Cur dicit, & lucernæ in plurali? Res. q̃ sup. vt. s. duas lucernas habeamus ardentes. s. conceptum mentis iugiter in anima micantem, quo nos illustramur, & doctrinam qua cæteros illuminamus.

7 Dub. Cum discipuli essẽt homines, cur vult vt sint similes hominibus? Res. q̃ non vult q̃ simpliciter sint similes hominib. sed hominibus expectantib. &c.

8 Dub. Qui sunt hoĩes expectantes dñm &c. Res. Ly. quod antiqui patres, qui expectabant hominem in carne venturum.

9 Dub.Quẽ debẽt discipuli expectare? Rñ. qui sup. q̃ Christum venturũ ad iudicium.

10 Dub.Ad quas nuptias iuit dñs? Rñ. Greg. in Hom. quòd ad cœlum ascendens supernam sibi multitudinem Angelorum nouus homo copulauit.

11 Dub.Quando reuertitur à nuptijs? Res. Theop. quod vel in consummatione totius mundi, vel etiam singulis horis, in consummatione vniuscuiusque astans.

12 Dub.Quãdo pulsat? Res. Greg. in Hom. quòd tunc cum iam per ægritudines molestam esse mortem vicinam designat.

13 Dub.Quãdo ei aperitur? Res. qui sup. q̃ quando eum quis cum amore suscipit.

14 Dub.Quis non vult sibi aperire? Res. qui sup. quod ille q̃ exire de corpore trepidat, & eum quem contempsisse meminit, videre iudicem formidat.

15 Dub.Cur dicit, quòd præcingit se? Resp. Cyrillus, quòd vt ex hoc pcipiamus, quod similia nobis retribuet, dum succinctus præcinget.

16 Dub.Quomodo se præcinget? Res. Orig. quòd iustitia circa lumbos suos secundum Esaiam.

17 Dub.Quid est eũ præcingere? Res. Greg. quòd est ad retributionem se præparare.

18 Dub.Quid est facere eos discũbere? Res. Theoph. i. omnino requiescere.

19 Dub.Quomodo trãsit? Res. Greg. in Homil. quòd transire dicitur cum de iudicio ad regnum redit.

20 Dub. Quid intelligit per secundam, & tertiã vigiliã? Res. qui sup. quòd prima vigilia est pueritia, secunda adolescentia vel iuuentus

uentus, tertia virilis, qu arta senectus.

21 Dub. Cur non facit mentionem de prima vigilia sicut de secunda, & tertia? Resp. Cyril. quia pueritia nõ punitur a Deo, sed ueniam meretur. Secunda vero, & tertia ętas debet obedientiam Deo, & vitam honestam ducere ad uoluntatem ipsius.

22 Du. Cur non facit mentionem de quarta vigilia? Res. quia continetur sub tertia.

23 Dub. Cur ponit exemplum de patrefamilias? Resp. Greg. in hom. quod ad excitãdum nostræ mentis desidiam etiam exteriora damna per similitudinem ad medium deducuntur.

24 Dub. Quid significatur per furem? Res. Theo. quod aduentus dñs cõparatᷓ huic furi tãquã ex inopinato proueniẽs, ita quod istud exẽplum nõ respicit furem absolute, sed horam in quã elegit fur alii incognitã.

25 Dub. Cur dominus uoluit horã mortis occultã esse? Res. Greg. in hom. quod ut dũ illam præuidere non possumus, ad illã sine interuẽtione pparemur. Vnde uersus. Lumbi præcincti tibi sunt ardensq; lucerna. Nõ aliter poteris ad regna uenire superna.

Aliis sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Vigilate quia nescitis qua hora, &c.

Vide in festo sancti Syri.

IN COMMVNI. Confessorum.

Videte, uigilate, & orate. Mar. 13. c.

Hæc uerba dixit dominus anno ętatis suæ 33. die 22. Martii in die Martis.

HISTORICE.

Vt uigilarent, uiderent, & orarent discipulos dominus admonebat, quoniam tempus iudicii ignotum est. Hominis exemplo qui proprios relinquens lares, peregre proficiscens, seruis quidem suis, ut operib. præessent iussit. Ostiario uero, ut nocte uigil. existeret. Discipulis igitur mandauit ut uigilarent, cum horam ignorarent eius aduẽtus. serotina uidelicet, an esset medii silẽtii, gallicãtu, aut mane, ne ex insperato adueniẽs eos sopore inueniat resolutos, & nedum ipsis, sed hoc omnibus imperabat.

Dubia occurrunt hæc.

1 DVBITATVR. Quid uult dominus quod discipuli uideant? Res. q. d. uidere oculis mentis, præcogitate, ut semper sitis parati.

2 Dub. Cur uult ut oremus uigilãtes? Res. Theoph. quoniam multi uigilant, & noctes insomnes ducunt in prauitates.

3 Du. Quid sigñat parabola inducta? Res. Bed. quod iste peregre pfectus est Christus, q reliquit domũ suã, i. ecclesiã corporaliter cũ ad patrem uictor ascendit, dedit autẽ seruis suis ptãtem, &c. q a fidelib. suis concessa Spũsancti gratia facultatem tribuit bonis operib. inseruiendi. Ianitori quoque præcepit, ut uigilaret, quia ordini pastorum cõmissæ sibi ecclesiæ curam iubet impendere, non solum autem rectores, sed fideles omnes uigilare pcipimur ianuas cordium custodientes, ne antiqui hostis mala suggestio subintret, ne nos dominus dormientes inueniat. Vnde ex hac similitudine concludit. Vigilate, quia nescitis.

4 Du. Cur dicit, sero, media nocte, &c. Res. Theoph. quod sero finis existit, cũ quis moritur in senectute, media nocte in medio iuuentutis, Gallicantu cum ratio completur in nobis, cum. s. incipit puer secundum rationem uiuere, tũc gallus in eo uociferatur excitans a somno sensualitatis. Mane autem puerilis est ætas, oportet enim omnes istos finem præscire, nam & puero cauendum est ne in baptizatus transeat.

5 Dub. Cur dicit, q aũt uobis dico, oĩb. dico, Vigilate? Res. Ly. post Aug. q ñ solũ hęc dicebat tunc audientibus, sed omnibus qui erunt usque ad nouissimum eius aduẽtum.

Aliis sensibus mysticis non exponitur, ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Vos estis sal terræ. Mat. 5. c.

Hæc uerba dixit dominus, anno ætatis suę, 31. die 14. Iulii in die Iouis.

HISTORICE.

Discipulis dñs aiebat ipsos terræ sal existere, quo euanescente nihil condiri ex eo ualet, sed extra proiectum ab omnib. calcatur: eos ẽt sæculi lumen esse dixit, nullãq; in montib. sitam ciuitatem celari posse. Lucernã uero accensam nequaquã sub modio occultant, sed ut cunctis luceat candelabro superponunt. Hortatus ẽt fuit, ut eorũ claresceret

resceret lux penes hoies, quatenus eorum cernerent opera, & eorum glorificent genitorē, nec eū arbitrentur, ut legem aut prophetas solueret, sed quatenus adimpleret aduenisse. adeo ut iota aut apex unus ptrã seat minime quousq; compleantur uniuersa. Illū aūt in cœlorum regno ex minimis fore, qui ex his unum soluerit præceptis, aliosque ad hoc induxerit. Eum vero, qui opere impleuerit, cæterosque sic instruxerit, eodem in regno magnum nominari.

Dubijs satisfaciendum est.

1 DVBITATVR. Cur dominus dixit prædicta uerba? Respon. Chry. in homi. q̄ quia excelsa p̄cepta discipulis dederat, dicendo beatos fore pauperes spū, &c. ne dicerent qualiter poterimus ea seruare, eos laudibus mitigat dicēs. Vos estis sal terræ.

2 Du. Cur. dicit eos sal? Resp. Hila. quod sal incorruptionem dat & saporem, in quibus aspergitur, sic Apostoli per virtutem doctrinæ saporem uirtutum inducunt, & æternitati corpora saliendo seruant.

3 Dub. Cuius terræ sint sal Apostoli? Res. Remig. quod hominum terrenorum, qui amando terram, terra uocantur.

4 Dub. An aliorū sint sal? Res. Hier. q̄ per tales vniuersum hoium conditur genus.

5 Du. Cur dicit, quod si sal euanuerit, &c. Resp. qui sup. q. d. si doctor errauerit, quo alio doctore emendabitur.

6 Dub. Q̄uo uiri sancti infatuati mittunt̄ foras? Resp. gl. qđ quia tales nulli usui apti sunt. Et iō mittunt̄ foras ab officio docēdi.

7 Du. Q̄uo calcantur ab hominibus? Resp. Hilarius, quod de ecclesiæ prōptuariis eiecti pedibus incedentium conteruntur.

8 Dub. An omnes patientes ab hoib. calcentur ab eis? Res. Aug. in homi. quod nō, sed qui persecutionē timendo infatuatur: calcari. n. non pōt nisi inferior, inferior autem non est qui quāuis corpore multa in terra sustineat, corde tñ in cœlo fixus est.

9 Dub. Cur prius uocat Apostolos sal, & post lux? Res. Chr. sup Mat. quod sicut doctores propter bonā cōuersationē sunt sal, quo populus cōditur, ita p̄p uerbū doctrinæ sunt lux, qua ignorantes illuminantur, prius autem est bene uiuere quā bene docere. & ideo postquam Apostolos dixerat sal, consequenter vocat eos lucem.

10 Dub. Quomodo sunt lux mundi? Resp. Aug. i. hominum qui sunt in mundo.

11 Dub. Quia vr̄, quod ante Apostolos nō esset lux in mundo? Resp. Hil. quod quia mūdus extra cognitionē Dei positus, erat obscurus, & tenebatur ignorātiæ tenebris.

12 Dub. Quia cum essent & pauci, & parui, q̄uo poterant lucere in toto mundo? Resp. qui sup. qđ de paruis eorū corpusculis quocūq; incedebant lux tenebris ministrabat̄.

13 Dub. Cur dicit, non pōt ciuitas abscōdi? Resp. Hier. quod ne Apostoli absconderentur ob metum, sed tota libertate se proderent, docet eos fiduciam prædicandi.

14 Dub. Cur non potest talis ciuitas abscōdi? Res. Chr. super Mat. quod nō posset ēt si uellet, quia mons qui eam portat, facit eam omnibus manifestam.

15 Dub. Quid significatur per ciuitatem, & montem? Res. qui sup. quod ciuitas ecclesia sanctorum est, ciues sunt omnes fideles, ciuitas ista posita est super montem Christum, de quo Daniel. 2. dicit. lapis abscisus sine manibus factus est mons magnus.

16 Dub. Quid est modius? Resp. Aug. quod est quædam mensura.

17 Dub. Cur dat exēplum de lucerna q̄ accēdit? Res. Chr. in hō. quod ut eos inducat ad liberam prædicationem q. d. Ego quidem lucernam accendi, uestri autem erit studii eam seruare ardentem, non solum propter uos, sed propter alios, qui illuminabuntur, & propter gloriam Dei.

18 Dub. Quid significat lucerna, & eā accēdens? Res. Chr. super Mat. quod lucerna est uerbum diuinum, de quo dictum est lucerna pedib. meis uerbum tuum, accendens eam sunt pater, filius, & spiritussanctus.

19 Dub. An abscondere sub modio aliquid significet? Res. Aug. quod ille sub modio lucernā ponit, qui lucem doctrinæ bonæ cōmodis temporalibus obscurat, & tegit.

20 Dub. Quid significat ponere lucernā sup cādelabrū? Resp. qui sup. q̄ qui corpus suū ministerio uerbi subiicit, ut superior sit p̄dicatio ueritatis, inferior seruitus corporis, ille super cādelabrum lucernam ponit.

21 Dub. Cum domus aliqñ habeat plures partes, quarum una distinguit̄ ab alia per parietes interpositos, quomodo lucerna potest ubique lucere? Res. quod intelligitur, quod oibus lucet, ubi non est obstaculum.

Dub.

22 Dub. Quō lucet omnib. si itēr eos aliqs est cæcus? Res. qđ lucerna quantū est de se, lucet, non est aūt ex defectu lucernæ, quod non luceat cœco, sed cœcitatis, quæ ēt cœco luceat quia lumine suo ipsum alijs demonstrat.

23 Du. Quid significatur per domum? Res. Aug. qđ domus est ipse mundus propter id quod superius ait. Vos estis lux mundi.

24 Dub. Cur dicit, sic luceat lux uestra? Res. Hila. qđ ita tali lumine moneat fulgere Apostolos, vt ex admiratione corporis eorum Deo laus impartiatur.

25 Dub. Cur dicit, vt videāt opera vestra bona? Res. Chry. super Mat. q. d. sic illuminate docentes, vt nō tantum vestra audiant verba sed & opera videant.

26 Dub. Cur addit, & glorificent patrem vestrum? Res. Aug. qđ ne finē videretur cōstituisse in laudib. hominum, quas quęrūt hypocritæ, qui quærunt placere solū hominibus, sed non referre in laudem Dei.

27 Dub. Cur dicit. Nolite putare, qm̄ veni soluere legem? Rn̄. Chry. sup Mat. quòd pp duas cās. Primū vt discipulos his verbis ad suū prouocaret exēplum, vt sicut Noe omnē legē adimpleat, sic & illi studerēt adimplere, deniq; futurū erat, vt calumniarētur eū Iudæi quasi legē soluentē, priusquam incurrat calumniam calumniæ satisfacit.

28 Dub. Cur dicit, sed adimplere? Res. Aug. quia vel ut addat aliquid, quod minus habet, vel ut faciat quod habet.

29 Dub. An adimpleuerit s̄m vtrumq; sensum? Res. Chry. in Hom. quod sic, cōplēdo oīa q̄ p phetas dicta sūt, & legē, nihil trāsgredi do legaliū. Item iustificando per fidem quòd lex per literā facere nō valebat.

30 Dub. Cur ergo Iudæi dicebant eū cōtra legem facere? Res. Aug. quia non intelligebant, quæ agebat vt impleret legem arbitrabantur contra legem facere.

31 Dub. Quia videt̄ quod dn̄s destruxerit vetus testm̄, qa dedit nouū, & ita non adimpleuit, sed destruxit legem? Res. Aug. cōtra Faustum, quod in veteri testō figuræ erant futurorū, quas reb. per Christum peractis auferri oportebat, vt in eo Christo lex & prophetæ implerētur, in quib. scriptum est daturum Deum nouum testamentum.

32 Du. Quia si Xps nō soluisset legē, adhuc illa sacramenta vet. legis permanerent? Respō. qui sup. quòd possumus dicere quòd si Christus legē & prophetas nō soluisset adhuc promitteretur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo psonabant: sed annunciatur quod natus sit, passus sit, & resurrexit, q̄ hæc sacramēta q̄ à Christianis agunt̄ iaṁ personāt: patet ergo quāto errore delirēt, q putāt signis sacramētisq; mutatis ēt res ipsas esse diuersas, quas ritus ppheticus prænūciauit pmissas & euāgelicus demōstrat repletas.

33 Du. Cur dicit amē quippe dico vobis &c. Resp. Chrys. super Mat. qm̄ omnia, quæ ab initio mundi vsq; ad finem erant futura, mysticè erant prophetata in lege vete. ne videatur aliquod eorum quæ fiunt, Deus non cognouisse.

34 Dub. Cur dn̄s vsus fuit tali sermone? Res. Remig. q̄ duab. de causis, vel propter duritiam illorum qui tardi erant ad credēdum, vel propter credentes vt profundius attenderent ea quæ sequuntur.

35 Dub. Quid intelligitur per Iota vnū, & vnū apicem? Rn̄. Aug. quod nihil aliud q̄ vehemēs expressio perfectionis, qn̄, per literas singulas demonstrata est, inter quas Iota minor est cęteris q̄a vno ductu fit. Apex autē est ipsius aliqua in summo particula, quib. verbis ostendit in lege ad effectum & minima quæque perduci.

36 Dub. Cur potius dixit Iota Græcum, q̄ Ioth Hebræorum? Res. Rabanus, quia Iota in numero decem significat, & decalogum legis enumerat, cuius quidem apex & perfectio est Euangelium.

37 Dub. Quid est soluere mādata? Res. Gl. q̄ est non agere q̄ recte quis intelligit, uel non intelligere quę deprauauit, aut minuere integritatem superadditionis Christi.

38 Dub. Quia cū tūc dn̄s adhuc nullū mandatū dedisset, cur dicit de mādatis istis? Respon. Chry. super Mat. 1. de mandatis istis q̄ nunc dicturus sum, quia immediate post hoc dedit mandata, vt non irascerentur fratri, cum dixit. Audistis qa dictum est antiquis, nō occides. Ego autē dico vobis, &c.

39 Dub. Cur vocat mandata sua minima? Res. q sup. qa mādata Moysi in actu facilia sunt. s. nō occides, nō adulterabis. ipsa. n. criminis magnitudo voluntatē faciēdi repercutit. Et ideo in remuneratione modica sunt, in peccato aūt magna. Mandata autē Christi, i. non irascaris, non concupiscas, in actu difficilia sunt. Et iō in remuneratione ma-

magna, in peccato autem minima.

40 Dub. Qũo qui soluerit vnũ de mandatis minimis, minimus erit in regno cęlorũ? Rñ. Greg. in Hom. ꝙ per regnũ cœlorũ ecclesia intelligenda est, in qua doctor q̃ soluit mãdatũ minimus vocat̃ q̃a cuius uita despicitur, restat ut eius prædicatio contemnatur.

41 Dub. Qũo intelligitur & docuerit sic homines? Resp. Aug sic. i. secundum ꝙ soluit.

42 Dub. Qũo intelligimus, q̃ aũt fecerit & docuerit? Resp Hier. ꝙ non prodest docere iustitiam, quam minima culpa destruit, beatitudo perfecta sit, quæ sermone docueris opere complere.

¶ Alijs sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Homo quidam peregre proficiscens. Matt. 25.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 22. Martij, in die Martis.

HISTORICE.

Peregrinari cõstituẽs homo q̃dam pecuniarum summã suis partitur famulis, & vni q̃dẽ talẽta quinq;, alteri duo, & tertio vnũ dedit, ꝓut singulorũ industriã agnoscebat, sicq; abijt. Hi vero q̃ 5. & q̃ duo receperãt talenta, dupla lucra effecerũt, q̃ aũt vnũ habuerat, illud hõ operuit cũ vero lõgo peracto tꝑe redijsset herus, & exacta à primis duob. pecuniæ relictę rõne, ꝙ in modico fideles extitissent plurimũ cõmẽdauit, vtq; sui participes gaudij forent, vltro concessit.

Dubitari potest super dictis Euangelij.

1 DVBITATVR Cur induxit dominus hanc parabolã? Res. Gl. quod contra illos qui nõ solum pecunijs, sed nec verbo, nec alio mõ prodesse proximis uolunt, sed omnia occultant.

2 Dub. Quis est iste homo q̃ peregrinat̃? Res. Greg. in Hom. ꝙ est Redẽptor noster, q̃ in carne quã assumpserat abijt in cœlũ.

3 Dub. Quomodo peregrinatur, qui vbiq; est? Res. Orig quod peregrinatur quasi homo, & non quasi filius Dei.

4 Dub. Qui sunt serui quib. tradidit talenta? Res. Hier. quod Apostoli & prælati ecclesiæ, quibus tradidit doctrinã Euãgeliorum.

5 Dub. Quid significant 5. 2. & vnum talenta? Resp. Chrys. quod diuersas gratias, quæ vnicuiq; traditæ sunt.

6 Dub. Cur plus dedit vni q̃ alteri? Resp. Orig quia alia fuit virtus cuiusq;, nec unus alterius capere potest, mensuram.

7 Dub. Quia videt quod parum fuit dare, vni solum vnum talẽtum? Res. q̃ sup. quod datum non fuit contemptibile, quia multum est & unum talentum talis domini.

8 Dub Cur tm̃ trib. seruis dat? Res. qui sup. quia tria tantum sunt genera fructum facientia, vide dubio sequenti.

9 Dub. Quid significãt 5. 2. & vnum? Res. Greg. in Hom. quod quinq; talentis dona quinque sensuum, i. exteriorum scientia exprimitur, duob. vero intellectus & operatio designatur, vnius autem talenti nomine intellectus tantum designatur.

10 Dub Quo profectus est qui omnem implet locum? Res. Gl quòd profectus est non locum mutans, sed liberam eis operandi potestatem relinquens.

11 Dub. Qũo qui quinq; accepit lucratus est alia quinque? Res. Hier. quòd quia acceptis terrenis sensibus cœlestium sibi notitiam duplicauit, ex creaturis intelligens creatorem, ex corporalibus incorporalia, ex breuibus sempiterna.

12 Dub. Cur nõ lucratus fuit plusquã quinque? Res. Orig quia nemo facile additamẽtum accipit virtutis alterius nisi eius, quã habet, & quanta ipse scit, tanta alterum docet & non amplius.

13 Dub. Quæ differentia est inter peregrinum & aduenam? Resp S. Tho. ad Heb. 11. lec. 4 quòd peregrinus dicitur, qui est in via tendendi ad al um locum, sed aduena est qui habitat in terra aliena, licet non intendat ulterius ire.

14 Dub. Quomodo qui duo talenta accepit lucratus est alia duo? Resp. Greg. quòd illi qui dum intelligendo & operãdo alijs prædicant quasi duplicatum de negotio lucrum, reportant, quia dum utrique sexui prædicatio impenditur, quasi accepta talenta geminantur.

15 Dub. Quid significat ille qui quinque talenta accepit? Res. Hilarius, quòd populum Iudæorum, qui omne sacrm quod in quinque talentis, i. in lege cognouerat idipsum fide Euangelij prædicauit.

16 Du. Quid significat ille q̃ duo talẽta acce-

cepit

cepit? Res. qui sup. q. populum Gentium, q. fide atq; confessione, & filii iustificatus, & patris, dominum nostrum Iesum Christum Deum atq; hominē ex spiritu & carne confessus est. Hæc ergo sunt duo talenta.

17 Dub. Quid est abscōdere talentū in terra? Resp. Greg. in Hom. quòd acceptum ingenium in terrenis actibus implicare.

18 Dub. Quid significat ille, qui vnū talentum acceperat? Res. Hilarius, quòd populū in lege persistentem. qui propter inuidiam saluendarum Gentium in terra acceptum talentum abscondit.

19 Dub. Cur dicit, post multum tēporis dominus reuersus est? Res. Hier. q. grāde tempus est inter ascensionem Saluatoris, & secundum eius aduentum.

20 Dub. Quomodo posuit rōnem cum eis? Respon. Lyra, q. in iudicio distinctè exiget rationem de bonis ab eo collatis.

21 Dub. Cur dominus venit ad seruos, & nō potius fecit eos venire ad se? Resp. Orig. q. serui non vadunt ad eum vt iudicentur, sed dñs venit ad eos cum tempus fuerit impletum: nā rei fugiunt iudicium, & dominus venit, & vbicunque inuenit iudicat.

22 Dub. Cur remunerat duos seruos post multū tpis? Res. Orig. qm̄ non facile inuenitur, vt apti ad negotiādum aīarum salutem cito trāseat de hac vita, sicut est manifestū ex eo, qđ Apostoli senuerūt, ex qb. dicitur ad Petrum, cū senueris extendes manum tuam. de Paulo aūt dictum est ad Philæmonem, nunc autem, vt Paulus senex.

23 Dub. Cur dominus stat per multū tēporis ad exigendū rōnem? Res. Chry. in Hom. quòd ideo, vt discas longanimitatem.

24 Dub. Cur accessit primo qui quinque talenta acceperat? Res. Orig. quòd fiducia fecit eum hoc audere.

25 Dub. Quia videt, q. iste seruus iactet se de lucro? Res. q. reddens rōnem interrogatus confitetur lucrum, nec de hoc se iactat.

26 Dub. Quid significat, Euge? Resp, Rabanus, quòd est interiectio lætantis.

27 Dub. Cur dicitur seruus bonus? Resp. Chrys. in Homil. quòd loquitur de bono, quod est ad proximum.

28 Dub. Cur dicitur fidelis? Res. qui sup. q. nihil eorū quæ sunt dñi sibi appropriauit.

29 Dub. Cur dicit, fidelem super pauca, cū quinq; talenta sint valde magna? Res. Hier. quia oīa quę in præsenti habētur, licet magna, & plurima videntur, tamen comparatione futurorum parua, & pauca sunt.

30 Dub. Qūo, & quando constituitur super multa? Res. Greg. q. tunc fidelis seruus super multa constituitur, quādo deuicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudiis in illa cœlesti sede gloriatur.

31 Dub. Qūo ingreditur in gaudiū dñi sui? Res. qui sup. q. quādo in illa æterna patria assumptus, atq; Angelorū cętib. admixitus, sic interius gaudet de munere, vt non sit, q. exterius doleat iam de corruptione.

32 Dub. Quod p̄miū est ingredi in gaudiū dñi sui? Res. Chry. in Hom. quòd per hoc verbum omnem beatitudinem ostendit.

33 Dub. An illud gaudium erit ē nostrum Resp. Aug. primo de Trin. quòd erit plenum gaudium nostrum.

34 Dub. Cur dat eadē remuneratio illi, qui solū lucratus fuit duo talēta, sicut qui quinque? Resp. Hier. quòd non consideratur lucri magnitudo, sed studii voluntas.

35 Dub. Quia de vtroq; istorum dr̄, quòd accessit ad eū: quid significat accedere ad eum? Resp. Orig. quòd significatur transitus de hoc mundo ad illum.

Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Confessorum.

Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam. Lu. 19. c.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 17. Martii, in die Iouis.

HISTORICE.

In longinquā nobilis quidā accessit patriā p̄ obtinēdo regno, dimissis suis seruis pōderib. pecuniæ, q̄ mna dr̄, vt ī eis negotiarent. Odiētes aūt eū ciues, legatione missa nequaquā eis vt de cætero dominarent, indixerūt: eo itaq; reuerso accersitis seruis vt rōnē redderēt imperauit. Quorum primus decē ei mnas acq̄siuisse cōfessus ē, quē lætāter excipiēs, vt decē præesset ciuitatib. cōcessit. Silr & scdo, quòd q̄nq; mnas lucratus fuisset, quinq; tradidit eidē dñium ciuitatū. A tertio vero ablata mna, eo q. eam in sudario habuisse celatā dixisset ob domini timorē, q̄ austere raperet nō sua. Eo primo increpato, ei q̄ decē haberet mnas tra-

di iussit. Alijs aũt, quod satis ille habere, q decem habebat asserentib. respondit, quòd plura possidenti cõgrue alia darent, vt abũdantius possideret: is vero, q nulla possideret, etiã eo, quod tenere videret spoliaret.

Dubitatur multipliciter.

1 DVBITATVR. Cur dñs hãc parabolã introduxit? Res. Euse. qm credebant discipuli, quod tunc cũ ascendisset Hierosolymam, acciperet regnum propter diuina miracula, q̃ fecerat, & ipse ostendit ex hac parabola, quod nõ prius reciperet regnum à patre, quàm ex hominibus iret ad patrem.

2 Dub. Quid significat hæc parabola? Res. Cyrillus: quod describit mysteria Christi à primo vsque ad vltimum.

3 Dub. Quis est iste homo? Res. qui sup. quod homo factus est Deus.

4 Dub. Quõ est nobilis? Res. Basilius, quod nõ solum secundũ deitatem dominus nobilis est, sed ẽt ẽm genus humanum ex semine Dauid secundum carnem exortus.

5 Dub. An natura humana sit nobilior in Xpo, q̃ in alijs hominibus? Res. S Tho. i 2. sen. dis. 16. ar. 3. quod ex vnione deitatis, & nõ ex principijs essentialib. hẽt natura mẽtis humanæ, quã Xps assũpsit, quod sit nobilior, q̃ quælibet creatura, qa Dei filius, vt Damascenus dicit, assũpsit humanã naturã ĩ athomo, id est in indiuiduo, & nõ ĩ specie.

6 Dub. Quid est nobilitas? Res. Io. Bocatius de casib. virorũ illustrium, dicens: Arbitror quippe nil aliud nobilitatẽ esse, q̃ quoddã splẽdidũ decus in recte prospiciẽtiũ oculos rerum factũ, & morũ affabilitate refulgens, cõsurgens ex alicuius habituata animi uolũtate, & opere pro virib. executioni mãdata. spernẽdi vitia, imitãdæq; uirtutis, quod nõ aliter posteris hereditario vel legatario, seu quolibet alio iure linqui põt, q̃ sciẽtia, aut ingenium relinquatr: hæc nõ, vt rentur stolide plurimi regias inhabitat domos aut splendore uestium delectat, nec ob pteritorum fumosas imagines lares successorũ incolit, sola quidem mentis puritate lætat in quocũq; uel ubicũq; est, uirtutes qdem colere, uirtuose agere, uitia omnino dãnare, repellere, fugere necesse est, uolentib. nobilitatem certissimam, nõ umbratilẽ possidere.

7 Dub. Quid est nobilitas ẽm iura? Res. ꝙ ẽm Bar. in tractu quem cõposuit circa l. si ut proponis. C. de dignitate. lib. 12. Nobilitas est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis ultra honestos plebeios acceptus ostenditur.

8 Dub. Quæ differẽtia est inter nobilitatẽ & ingenuitatẽ? Res. ꝙ nobilis est de quo in pcedenti dub. sed ingenuus dr cui ex natiuitate cõpetit libertas, q, s. nõ est factus liber, sed natus, vt habet inst. de ingenuis, in prin.

9 Dub. An aliquo mõ nobilitas proueniat ex progenitoribus? Res. Arist. 2. Reth. ꝙ nobilitas est honorabilitas progenitorũ, & attenditur ẽm virtutem generis: & Boetius de conso. lib. 4. dicit, quòd est quædam laus veniens de meritis parentum.

10 Dub. Quę differentia est inter nobilem, & generosum? Res. ꝙ nobilis est ille, qui ex bono prodijt genere. Generosus autem qui à sua natura non degenerauit.

11 Dub. In quã regionem longinquã abijt? Res. Aug. de quest. Euãg. ꝙ regio lõginqua ecclesia Gentium est vsque in fines terræ.

12 Dub. Cur abijt? Res. qui sup. quòd vt plenitudo Gentium intraret.

13 Dub. Cur reuertitur? Res. qui supra, vt Israel saluus fiat.

14 Dub. A quo dẽbat accipere regnũ? Res. Eusebius, ꝙ à patre sibi illud tradente ẽm illud Daniel. 7. c. Ecce filius hominis ueniebat in nubibus, & datum est ei regnum.

15 Dub. Cur nõ vocat se regem sicut hoĩem & nobilem? Res. Eus. quòd primo vocat se hoĩem pp natiuitatem in carne, deinde nobilem rõne dicta dub. 4 & 5. nõdum autem appellat se regem, quia nondum in prima apparitione regia fungebatur maiestate.

16 Dub. Cur tm̃ decem seruis dedit mnas? Res. Cyri. ꝙ cõsueuit sacra scriptura ĩ signũ pfectionis vti numero denario, quẽ siqs numerãdo excedere velit. ab vnitate iterũ inchoabit, quasi denario pducto ad metã. Et iõ ĩ dispẽsatione talentorũ eũ, q metã attingit diuini officij, decem ait mnas recepisse.

17 Dub. Quid est regnum? Res. S. Tho. in 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 2. q 5. quòd nomen regni à regendo est sumptum. Regere autem prouidentiæ actus est. vnde secundum hoc aliquis regnum dicitur habere, quod alios sub sua prouidentia habet.

18 Dub. Quõ regnum deficit à robore suo? Res. qui sup. in q. 7. de malo, quòd vel ex defectu pręcipientis, qui deficit in sapientia, vel ex iustitia, vel ex defectu subditorum, qui non perfectè obediunt.

Dub.

19 Dub. Quæ dicitur mna? Resp. Beda, ꝙ centũ drachmis appenditur, quam Græci, mnam vocant.

20 Du. Cur potius posuit mnã, q̃ aliud pondus? Res. qui sup. quia omnis scripturæ sermo, quia vitę cęlestis perfectioné suggerit, quasi numeri centenarij pondere fulgescit.

21 Dub. Quid significant 10. mnę, & 10. serui? Resp Aug. de quæst. Euan. ꝙ per decem mnas legem significat propter decalogum. Decem autem seruos hos quibus sub illa positis gratia prædicata est, sic enim intelligendum est eis datas mnas ad vsum, cum intellexerunt legem remoto velamine ad euangelium pertinere.

22 Dub. Si dedit 10. mnas, cur post voluit, vt redderent ratioñe? Res ꝙ ex textu patet ꝙ non dedit simpliciter, sed ad negotiandum, nam dicit, negotiamini dum venio.

23 Dub. Cur solum debent negotiari vsq; dum venerit? Res Ly. quia tempus merendi currit vsque ad diem iudicij.

24 Dub. In quo consistit negotiatio? Res. S. Tho. 2. 2. q. 77. ar. 4. ꝙ in cõmutatione rerum, & in emendo, & vendendo.

25 Dub. An negociatio sit licita? Resp. qui sup. ꝙ duplex est commutatio rerum, vna quasi naturalis, & necessaria, per quã s. fit commutatio rei ad rem, vel rerum, & denariorum propter necessitatem vitæ, & talis non proprie pertinet ad negociationes, sed magis ad ęconomicos, vel politicos, qui habent prouidere, vel domui, vel ciuitati de rebus necessarijs ad vitam, & talis est licita, & laudabilis. Alio modo est commutatio, vel denariorum ad denarios, vel quarumcunque rerum ad denarios, nõ propter res necessarias vitæ, sed ꝑꝑ lucrum quærendum, & hæc propriè videtur pertinere ad negotiatores secundũ Philosophum, & ista iuste vituperatur, quia quantum est de se, deseruit cupiditati lucri, quæ terminum nescit, sed in infinitum tẽdit, sed si lucrum moderatum sit, & ordinetur ad suæ domus sustentationem, vel ad subueniendum indigentibus, vel cum aliquis negociationi intẽdit propter publicam vtilitatem, ne res necessariæ ad vitam patriæ desint, & lucrum expetit non quasi finem, sed quasi stipendium laboris, erit licita.

26 Dub. Quia cũ in negociatione fiãt multæ fallaciæ, & mendacia dicantur, periuria interueniant, videtur, ꝙ non sit licita? Res. qui sup. ꝙ vt Aug. dicit super illud psal. 70 qm̃ non cognoui literaturam, quòd hęc vitia hoĩs sunt non artis, quia sine his vitijs agi põt & sic negociari ẽm se nõ ẽ illicitũ.

27 Dub. An semper vendere rem carius, q̃ emerit, sit negociatio? Res. qui sup. ꝙ non, sed solũ, qui ad hoc emit vt carius vendat.

28 Dub. An qui emit rem aliquam nõ intẽtione vendendi, possit eam vendere carius quam emit? Resp. qui sup. qđ hoc põt licite facere, si in aliquo rem meliorauerit, vel si precium rei mutatum est secundum diuersitatem loci, & temporis, vel propter periculum cui se exponit transferendo rem de loco ad locum. Et isto modo emptio, vel venditio non est illicita.

29 Dub. An clericis liceat negociari? Res. q. sup. qđ nõ, vt dr̃ 2. Thi. 2. tñ licet eis vti prima cõmutationis specie, quæ ordinatur ad necessitatem vitæ, emendo, vel vendendo.

30 Dub. An sit licitum vendere rem cũ defectu? Rñ. qui sup. ar. 3 quod triplex potest esse defectus rei. Vnus ẽm speciẽ rei, sicut si argentũ vendatur pro auro, vel vinũ mixtum pro puro. Secundus defectus est ẽm quantitaté ponderis, vel mensuræ. Tertius est ex parte qualitatis, vt si animal infirmũ vendatur pro sano, & si quis scienter vendiderit rem cum his defectibus, fraudem cõmittit, & venditio est illicita, & tenetur ad restitutionem: si autem ignoranter vendat venditor non peccat, quia facit iniustũ materialiter, tamen tenetur cum primo sciuerit damnum recompensare emptori.

31 Dub. An emens cũ viliori ꝑcio, q̃ valeat peccet? Res. q. sup. quod si cõtingat vẽditorẽ credere suã rẽ esse minus preciosã q̃ sũ ad speciẽ, sicut si aliquis vendat aurũ loco aurichalci, & si emptor illud cognoscit, iniuste emit, & ad restitutionem tenẽ, & eadẽ rõ est de defectu qualitatis, & quantitatis.

32 Dub. An uẽditor teneatur dicere emptori uitium rei uenditæ? Resp q. sup. quod sic si ex eius uitio damnũ, uel periculũ immineat emptori: damnũ si sit minoris pręcij q̃ uendatur, & uẽditor nihil vult se subtrahere de ꝑcio: periculũ aũt si ꝑꝑ hmõi uitium usus rei reddat̃ impeditus, uel noxius. Puta si aliquis alicui uendat equũ claudicantem pro ueloci, uel ruinosam domum pro firma, uel cibum corruptum siue uenenosum pro bono. Vnde si huiusmodi uitia sint occulta, & uenditor non detegat, erit il-

licita & dolosa uenditio, & tenet uenditor ad damni recōpensationem, si uero uitium sit manifestum, putà si equus sit monoculus, uel cũ vsus rei, etsi nõ competat uenditori, potest tamen esse conueniens alijs. Et uenditor propter huiusmodi uitium subtrahat quantum oportet de precio, non tenetur manifestare uitiũ rei, quia forte ꝑꝑ hoc emptor vellet plus subtrahi, q̃ esset subtrahẽdũ de precio, vñ põt licite vẽditor indẽnitati suæ cõsulere uitiũ rei reticẽdo.

33 Dubita. Quæ significant hi quibus dat mnas? Res. Eusebius, ꝗ suos discipulos quibus mnas exhibens singulas parem cunctis dispensationem cõmittens negotiari iussit.

34 Dubi. Cur singulis datur mna? Resp. qui supra, quia idem est omnium documentũ: eademque fides, & unum baptisma.

35 Du. Qui fuerunt ciues odientes eũ? Res. Cyrillus, quod Iudæi quibus Christus improperauit, dicens. Nunc uero uiderunt, & oderunt me, & patrem meum.

36 Du. Quando noluerunt eum regnare super se? Resp. quod quando dixerunt Pilato: non habemus regem nisi Cæsarem.

37 Dub. Cur dicunt Iudęi eius ciues? Resp. Euse. q̃a orti sũt ex eadẽ ꝓgenie scd̃m carnẽ & q̃m ritu legis cũ eis pariter utebatur.

38 Du. Quando miserunt legationem post eum? Res. Aug. de quæstio. Euãgelic. quòd post resurrectionem persequendo Apostolos, & euangelium respuendo.

39 Du. Q̃uo accepit regnum cũ semper fuerit rex cũ patre? Resp. Chry. ꝗ duo regna Dei nouit sacra scriptura. Alterũ quidem ex creatione, scd̃m quod est rex omnium creationis iure. Alterum ex approbatione, secundum quòd iustis dominatur propria sponte subiectis, & hoc regnũ hic dicitur.

40 Dubit. Q̃uo redit accepto regno? Resp. Aug de quæstio. Euang. quia in manifestissima claritate uenturus est, qui eis humilis apparuit, cum diceret regnum meum non est de hoc mundo.

41 Dub. Cur iussit uocari seruos? Res. Lyra, quia oportet eos comparere ante iudicem ad reddendam de omnibus rationem.

42 Dub. Quis fuit primus seruus qui uenit? Res. Beda, quod ordo doctorum in circuncisione missorum, qui mnam negotiaturus accepit, qui idem prædicare missus est.

43 Dub. Q̃uo vna mna 10. mnas acquisiuit? Res. qui sup. quia populum sub lege constitutum sibimet docendo sociauit.

44 Dub. Q̃uo cõstituit, super 10. ciuitates? Res. Gręcus, ꝗ mercedẽ propriorũ bonorũ accipit. Ideo dicit 10. ciuitatibus præesse.

45 Dub. Quis fuit scd̃s seruus q̃ lucratus est quinq; mnas? Res. Be. quòd est cætus eorũ, qui ꝑputio euangelizare missi sunt. Cuius mna, i. euãgelica fides 5. mnas fecit, qui Gẽtes corporis sensibus ante mancipatas ad fidei euangelicæ gratiam conuertit.

46 Dub. Quo cõstituit super quinq; ciuitates? Res. Aug. de quęst Euang. quòd quinq; ciuitates quib. præponitur significãt multiplicationem, s. intelligentiæ in ipsa virtute, quæ de vno quolibet libro pullulat, & ad vnum reducta quasi ciuitatem facit uiuentium rationum æternarum.

47 Dub. Quid significat, quod isti serui laudantur de lucro? Resp. qui sup. quod significat eos bonam reddere rationem, qui bene vsi sunt quod acceperunt ad augendas diuitias domini per eos, qui credunt in eum.

48 Dub. Cur tertius qui nihil lucratus fuerat venit ad cõspectũ domini? Res. Ly. & licet mali formident venire ante cõspectum iudicis, tamẽ oportet eos ibidẽ præsentari.

49 Dub. Quid significat reponere pecuniã in sudario? Res. Beda, ꝗ est præcepta diuina sub otio lenti corporis abscondere.

50 Dub. Quia si iste timuit dñm, & abscondit, vr̃, quod bene fecerit? Res. Ly. quòd iste timor nõ est nisi pusillanimitas bene agẽdi.

51 Dub. Q̃uo dominus austerus est, qui est summè misericors? Res. qui sup. quod licet sit nunc tempus misericordię, tamen in iudicio erit tempus rigoris, & iustitiæ.

52 Dub. Q̃uo Deus tollit, qđ non posuit, & metit q̃ nõ seminauit? Res. q̃ sup. quòd hoc põt intelligi dupliciter. Vno mõ, q̃a requirit in plãtis nõ solũ ecclesię bona in ꝓpria persona, sed ẽt in aliena, q̃a officium eorũ est inducere alios ad bonum. Alio mõ, quia Deus requirit ab homine opera meritoria vitæ æternæ, & tamẽ in eo non seminauit prĩcipiũ sufficiẽs huius operis, q̃a ex puris naturalib. nõ põt mereri vitã æternam, & contrarium dicere esset hæresis Pelagiana.

53 Dub. Quia sic videt̃, quòd Deus iniuste agit, sic reqrendo, quòd nõ seminauit? Res. qui sup. quod nõ iniuste facit, quia si homo faciat, qđ in se est, Deus infundit sibi gratiã per quam potest ꝑdictum opus exercere.

54 Du. cur dicit, de ore tuo te iudico, &c. Rñ. Beda,

Beda, quia qđ putauerat se per excusatio-
nem dixisse in culpam propriam vertitur.

55 Dub.Cur dr̃ nequam cum nil mali fecis
set?Res.Beda,ꝙ fuit piger ad exercẽdũ ne-
gotiũ,& superb. ad accusandũ dñi iudiciũ.

56 Dub.Cur sibi dixit,sciebas, ꝙ austerus
sum,&c.Res.qui sup.q.d.durũ me esse no-
ueras,& aliena sectari, quia hæc tibi cogita
tio non incussit timorem,vt scires me mea
diligentius quæsiturum.

57 Dubit.Quid est dare pecuniam ad men
sam?Res.Aug.de quęst.euang.ꝙ mensa ad
quam danda erat pecunia,professionem ip
sam religionis accipimus quæ tanquam pu
blicè proponitur ad vsum necessariũ saluti.

58 Dub.Cum dñs prohibeat vsuram dicẽs:
mutuum date nihil inde sperantes. Luc.6.
Cur vult qđ ille plus reddat quàm accepe
rat?Res.Chry.qđ in sensibilib.diuitijs debi
tores solius obseruationis obnoxij sũt:quã
tum.n.recipiũt,tm̃ eos reddere necesse est,
& nihil plus ab eis redditur. In diuinis au-
tem eloquijs,non solum ad custodiam obli
gamur, sed etiam multiplicare monemur.

59 Dub.Cur dicit,qđ veniens cũ vsuris exe
gisset illam?Res.Beda,qđ qui verbi pecuniã
a doctore percipit credẽdo,necesse est eam
cum vsuris soluat operando.

60 Dub.Cur vult,qđ tollãt mnã ab eo, &
dẽt illi q decẽ habet?Res.Aug.de qõ.euãg.
qđ per hoc significatur,& illũ posse amit-
tere munus Dei,q hẽns nõ hẽt,i.eo nõ vti
tur,& eo augeri,qui hẽs hẽt,i.bene vtitur.

61 Dub.Cur dominus nõ aufert mnas, sed
iubet vt alij auferant?Res.Chry. quia non
est prudentis animi punire, sed alio quodã
s. ministerio eget ad puniendum officium
iudicis: nam & Deus pęnas irrogat,sed me
diantibus Angelis.

62 Dub.Cur nõ reddunt rationẽ alij serui,
sed solum isti tres?Res.Amb. super Lucã,
quod de alijs siletur, qui quasi prodigi de-
bitores quæ acceperant perdiderunt.

63 Dub.Cur potius voluit,qđ daretur mna
habenti decem, quam habenti quinque?
Res.quia magis meruerat.

64 Dub.Cur dicũt,hẽt decem mnas?Resp.
qđ in hoc significat admiratio videtiũ libe
ralitatẽ Dei ĩ p̃miãdo sãctos vltra cõdignũ.

65 Dub.Cur dicit,oĩ habenti dabitur?Res.
Amb.qđ vt qđ dedit non videatur inutilũ.

66 Dub.Q̃uo omni habenti dabitur,& abũ
dabit?Resp.Ly.quia qui reperietur in gra-
tia,dabitur & gloria,& abundabit.

67 Dub.Q̃uo ab eo qui nõ hẽt põt aliquid
auferri?Res.quod hẽt,i.quod videt̃ habere.

68 Dub.Quid est quod non habet,& quòd
vr̃ habere?Res.Ly.quia ei qui non inuẽtus
fuerit in morte cum gratia bona naturæ,&
gratiæ,quæ habuit cedent & ad pęnam.

69 Dub.An liceat accipere vsuram pro pe-
cunia mutuata?Res.S.Th.2.2.q.78.ar.1.ꝙ
nõ quia venditur id quod nõ est.per quod
manifestè inęqualitas constituitur, quæ iu
stitiæ contrariatur.

70 Dub.Cur ergo hic dñs dicit,ergo cũ vsu
ris veniẽs,&c.Res.qui sup.qđ accipitur hic
vsura metaphorice pro superexcrescentia
bonorũ spũaliũ, quam exigit Deus volens
vt ĩ bonis acceptis ab eo semper prospicia
mus ad nostram vtilitatem,non eius.

71 Dub.Cur ergo Deu.23. cõcedit vt Iu-
dæi fœnerarẽtur alienis?Res q sup.qđ hoc
nõ fuit eis concessum,quasi licitũ,sed per-
missũ ad maius malũ vitãdũ:ne.s.a fratrib.
suis Iudæis vsuras acciperẽt pp auaritiam,
cui dediti erant: vt habetur Esa.26.

72 Dub.Cur leges ciuiles permittunt vsu-
ras?Res.qui sup.quod lex humana eas con
cessit nõ quasi ęstimãs eas esse s̃m iustitiã,
sed ne impedirẽtur vtilitates multorũ. Vn
de in ipso iure ciuili dr̃,quod res q̃ vsu cõ-
sumitur,neque ratione naturali,neq; ciuili
recipiunt vsumfructum, & Philosoph. in
Politicis, quòd vsuraria acquisitio pecu-
niarum est maximè præter naturam.

73 Dub. An liceat aliq̃d accipere ꝓ locatio
ne domus?Res.q sup.quod sic:q̃a eius vsus
non est ipsa rei cõsumptio sicut pecuniæ.

74 Du.An licet aliquid accipere ꝓ vasis au
reis, vel argẽteis accõmodatis, vel pro alijs
hmõi?Res.q sup.quod sic, q̃a ẽt vsus eorũ
principalis nõ est ipsa eorũ consumptio, tñ
secundarius vsus eorũ posset esse commuta
tio,& talem vsum eorũ nõ liceret vẽdere.

75 Du.An ꝓ moneta aurea,vel argẽtea pos
sit aliquid accipi?Res q sup.quod nõ quan-
tum ad principalẽ vsum,vt supra dictũ est,
dub.69.sed secũdarius vsus eius põt esse vt
si quis cõcederet pecuniã signatã ad osten
tationẽ,vel ad ponẽdũ loco pignoris,& ta-
lẽ vsum pecuniæ homo licitè vendere põt.

76 Dub.Quia vr̃,quod mutuãs pecuniã pos
sit aliquid accipere,maximè si alius volũta
riè dat?Res.q sup.quod talis simpl̃r nõ vo-
lũtariè dat,sed cũ quadã necessitate in quã-
tum

tũ indiget accipere pecuniam mutuo, quã ille qui habet nõ vult sine vsura mutuare.

77 Dub. An pro pecunia mutuata liceat aliquã commoditatem expetere? Resp. qui supra, art. 2. quòd nihil potest expetere, quòd possit pecunia mensurari.

78 Du. An mutuãs pecuniã de qua ipse aliquid lucraretur, possit aliquid licite accipere pro mutuo? Resp. qui sup. ꝙ mutuum dans potest absque peccato in pactum deducere, cũ eo qui mutuum accepit recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquod quod debet habere.

79 Du. An possit petere recompensationẽ dãni in hoc quod de pecunia nõ lucratur? Res. qui sup. ꝙ hoc non põt in pactũ deducere, quia nõ debet vendere id quod nõdũ hẽt, & põt ĩpediri multipliciter in habẽdo.

80 Du. An aliquis possit obligari ex pecunia sibi mutuata gratias agere de beneficio? Res. qui sup. ꝙ non potest de hoc fieri ciuilis obligatio.

81 Dub. An liceat dare pecuniã alicui mercatori ad lucrũ? Res. qui sup. ꝙ sic, ꝑ modũ societatis cuiusdam, quia non transfert dominium suæ pecuniæ in illum, sed remanet eius, ita ꝙ cũ periculo ipsius mercatur de ea negotiator vel artifex operatur, & ideo sic licite potest partem lucri inde prouenientis expetere tanquam de re sua.

82 Dub. An committit vsurã vendens rem carius, q̃ valeat propter expectatiõẽ temporis, vel eam emens vilius, q̃ valeat, quia ante tempus dat precium? Res. qui supra, ꝙ si quis velit vendere carius res suas, quã sit iustũ precium, vt de pecunia soluenda emptorẽ expectet, manifeste vsura committitur, quia huiusmodi expectatio precij soluẽdi habet rõnẽ mutui. vnde quicquid vltra iustum preciũ pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi preciũ mutui, qđ pertinet ad rationẽ vsuræ: similiter ẽt si qs emptor velit rẽ emere minus quã sit iustũ preciũ, eo, ꝙ pecuniam ante soluit quã possit ei retradi, est peccatũ vsurę, quia ẽt ista anticipato solutionis pecunię habet mutui rõnem, cuius quoddã precium est quod diminuitur de iusto precio rei emptæ. si vero aliqs de iusto precio velit diminuere, vt pecuniã prius hẽat, non peccat pctõ vsuræ.

83 Du. An aliqs teneat̃ restituere illud qđ lucratus est de pecunia vsuraria? Res. q. sup. ar. 3. ꝙ si talia fuerint ꝑ vsurã extorta quorum vsus est ipsa eorũ cõsumptio; puta denarij triticũ, vinũ, aut aliquid hmõi, nõ tenetur homo ad restituendũ nisi id quod accepit, quia id quod de tali re est acquisitũ non est fructus huius rei, sed humanæ industriæ, nisi forte per denotationem talis rei alter sit damnificatus amittendo aliqd de bonis suis, tunc. n. tenetur ad recõpensatiõnẽ nocumenti. Illæ vero res quarũ vsus nõ est earũ cõsumptio, habent vsumfructũ, sicut domus, & ager, & alia hmõi. Et ideo si quis domũ alterius, vel agrũ ꝑ vsurã extorsisset, non solũ tenetur restituere domũ alterius, vel agrum, sed etiam fructus inde prȩceptos, quia sunt fructus rerum, quarum alius est dominus, & ideo ei debẽtur.

84 Du. An liceat alicui accipere pecunias ab alio sub vsura? Res. qui sup. ar. 4 ꝙ nullo modo licet inducere aliquẽ ad mutuandũ sub vsuris. Licet tñ ab eo qui hoc paratus est facere, & vsuras exercet mutuũ accipere sub vsuris propter aliquod bonũ, quod est subuentio suæ necessitatis vel alterius.

85 Du. Vtrũ liceat concedere pecunias vsurario, vel eas deponere apud eũ? Resp. qui sup. ꝙ si quis committit pecunias vsurario non habenti alias vñ vsuras exerceat, vel vt copiosius ꝑ vsurã lucraretur, daret materiã peccandi, & esset particeps culpæ, sed si qs vsurarius suas pecunias committit habenti vnde vsuras exercet, vt tutius seruentur, non peccat, sed vtitur homine peccatore ad bonum.

Alijs sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI CONFESSO.

Nemo accendit lucernam. Luc. 11. c.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 31. die 14 Iulij, in die Iouis.

HISTORICE.

Dñs discipulis dicebat, neminẽ, qui lucernam accenderet, eam sub modio vt celaret ponere, quinimo, vt domum ingredientes prospicerent eam candelabro superimponere, inquiens corporis lucernã oculum fore, qui vniuersum si simplex fuerit corpus lumine repletsi vero nequitiæ coniungatur, tenebrosum reddit corpus, ꝓspiciendũ etiam attente dixit, vt lumen corporis nequaquã tenebrę sint. qm̃ si simpliciter lucidum fuerit corpus, nullam tenebrarum portiunculam admittens, integerrime velut fulgoris lucerna lucescet.

Dubi-

Dubitatur super dictis Euangelij.

1 DVBITATVR. Primo qui ingrediũtur domũ? Res. Theo. q sapiens quidem iam ingressus est, qui vero addiscit adhuc ambulat.

2 Dub. Cur ingredientes debent lumẽ videre? Res. qui sup. q ista dominus dicebat, quasi pharisæis detrahẽtibus, quod in Beelzebub eiecisset dæmonia, vt intellectu viderent non in beelzebub, sed in Dei virtute fecisse miracula.

3 Dub. Quid significat ista similitudo lucernæ? Resp. Beda. q ipse dominus lucernã accendit, quæ testem humanæ naturæ flammã suæ diuinitatis impleuit, quam lucernã nec credentibus abscondere, nec modio supponere, hoc est sub mẽsura legis includere, vel intra vnius Iudeæ gentis terminos voluit cohibere, sed supra candelabrum posuit, i. ecclesiam, quia in nostris frontibus fidem suæ incarnationis affixit, vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerint, lumen veritatis palam queant intueri.

4 Dub. Qũo lucerna est oculus, &c. Resp. Origen. q oculũ appellat proprie intellectum nostrum. Totam.n. animã quamuis non corpoream hic Tropologice vocat corpus, illustratur.n. ab intellectu anima tota.

5 Dub. Qũo oculus est simplex? Resp. qui supra, q intellectus a suo principio in solo simplicitatis studio est, nullam cõtinens duplicitatem, & dolum & diuisionem in se.

6 Dub. Qũo totũ corpus erit lucidũ si oculus fuerit simplex? Res. Theo. qđ sicut corporis oculos si lucidus fuerit corpus lucidum erit, si vero tenebrosus & silr tenebrosum, sic comparatur intellectus ad animam.

7 Dub. Qũo oculus est nequam qui de se non põt peccare? Res. qđ licet de se nõ peccet, tñ quia homo per ipsum peccat videndo vanitatem, ideo dr nequã, & ita intellectus corruptus totum hominẽ corrumpit.

8 Dub. Qũo lumen potest esse tenebrę cũ opponantur priuatiue? Res. qđ nunquã lumen verum est tenebrę, sed bene lumen apparens, & non existens, est tenebrę, sicut bonum nũquam est malũ, nec potest esse, sed apparens bonum, & non existens, est malũ.

9 Dub. Qũo intelligit, si corpus tuũ totum lucidum fuerit, non habens aliquã partem tenebrarum, &c? Res. Beda, i. si bonũ bona intentione patraueris non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrosę cogitationis, & si contigerit aliquẽ proximorum tua bona actione noceri, tu tamẽ pro tuo simplici corde, & hic gratia & in futuro gloria dotaberis.

10 Dub. Quæ dicitur lucerna fulgoris? Res. qđ lucerna accensa, quæ reddit splendorem & lumen & fulgorem. Vnde versus.

Igne lucet, micans, tria dat, splẽdet, calet vrit.
Hæc tria præsul habet sub ratione trium.
Vita splendorem demonstrat, amore calorem.
Et quia peccantes arguit, vrit eos.

¶ Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI Virginum.

Simile est regnũ cęlorum thesauro abscondito in agro. Matth. 13.

Hæc verba dixit dominus, anno ętatis suæ 32. die 1. Aprilis, in die Sabbathi.

HISTORICE.

Discipulis cęlorum regnum dñs aiebat thesauro in agro abscõdito similari, quem quis inueniens occultat, gaudensq; cuncta quæ possidet venundat, vt eum emat agrũ. Simile quoq; negociatori fore, qui margarita inuenta preciosa, omnib. venditis cõparat, assimilari etiam in mari positæ sagenæ, qua piscib. plena educta pisces quidẽ a piscatorib. boni eliguntur, malis extra abiectis, inquiens in sæculi fine sic fieri debere, qm̃ a consortio electorum per angelos separabuntur iniusti, & in ignis ardentis fornacem detrudentur maximo cũ luctu ac stridore dentium horribili. percunctatus autẽ dñs an omnia ista intellectu percepissent, & se intellexisse respondentibus, conclusit in hoc omnem in regno illo doctum scribam homini patrifamilias similẽ fore, qui ex suo noua veteraque producit thesauro.

Dubitari potest super dictis Euang.

1 DVBITATVR. Cur introducit dñs hanc parabolã? Res. Chry. qm̃ prędicatio Euãgelij, quæ thesaurus, & preciosa margarita est, occultata est in mũdo, & si non vendideris omnia, nõ emes eam, & cum gaudio hoc oportet facere.

2 Dub. Cur dominus regnũ cęlorum simile esse

le esse dicit rebus terrenis? Resp. Greg. in homi. qđ vt ex his quæ animus nouit surgat ad incognita, vt per hoc quod scit notum diligere discat ignotum amare.

3 Dub. Quid significat ista parabola? Res. qui sup. [quod thesaurus in agro absconditus]est cęleste desideriũ [Ager vero in quo abscóditus est disciplina studij cęlestis, qué cum inuenit homo abscondit] .s. vt seruet, quia studium cœlestis desiderij a malignis spiritib. custodire non sufficit ei, qui hoc ab humanis oculis non abscondit, in præsenti enim vita quasi in via sumus, qua ad patriã pergimus. Maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidã latrunculi obsident. Deprędari ergo desiderant illi, qui thesaurum publicè portant in uia. Hoc aũt dico nõ ut proximi nostri opera nostra non uideant, sed ut per hoc q̃ agimus laudes exterius non quæramus, & ipsum agrum profecto uenditis omnib. comparat qui uoluptatib. carnis renuncians cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cęlestis custodiã calcat.

4 Dub. Cur potius thesaurus est absconditus in agro, quàm extra? Res. Aug. de quæstio. Euang. quod ager significat ecclesiã, & cum una sit ecclesia catholica, extra quam nullus saluatur, ideo extra agrum thesaurus non absconditur.

5 Dub. Cur thesaurus est absconditus, & non manifestus? Res. qm̃ ut dñs dicit Matt. 7. margaritæ non debent proici ante porcos, qm̃ mysteria fidei infidelibus celantur ne ab eis conculcentur.

6 Dub. Cur inueniens abscondit? Res. Hiero. quod hoc non de inuidia facit, sed more seruantis, & nolentis perdere abscondit in corde quem pristinis prætulit facultatibus.

7 Dub. An inueniens aliquam rem possit eam iustè retinere? Resp. S. Th. 2. 2. q. 66. ar. 5. quod in hoc est distinguẽdũ, quia quędã sunt res quę nunquam fuerunt in bonis alicuius sicut lapilli & gemmæ, quæ inueniũtur in littore maris, & talia occupanti conceduntur, & eadem ratio est de thesauris antiquo tempore terra occultatis, quorum non est aliquis possessor, nisi quod secundũ leges ciuiles tenetur inuentor dare medietatem domino agri, si in alieno agro inuenerit, propter quod dicitur in hoc Euangelio, quod emit agrũ, ut haberet ius possidendi totum thesaurum. Quædam uero res inuentæ fuerũt de propinquo in alicuius bonis, & tunc si quis eas accipiat non animo retinendi, sed animo restituendi domino, qui eas pro derelictis non habet, non committit furtum, aliàs autem cõmittitur peccatũ furti. Vnde Aug. dicit in quadam homil. & habetur 14. quæst. 5. si quid inuenisti, & non restituisti, rapuisti.

8 Dub. Qũo dr̃ abscondere thesaurum, cũ iã sit abscóditus in agro? Res. quod erat absćoditus antequã inueniretur, sed inuẽtor ne ab alijs uideatur abscondit inuentum.

9 Dub. Cur introducitur parabola de negotiatore quærente bonas margaritas? Respon. Chris. quod Euãgelica prædicatio nõ solum lucrum multiplex præbet, sed & pręciosa est, ut margarita.

10 Dub. Cur prædicatio assimilatur negotiationi? Res. qui sup. quia oportet prædicatorem uigilantem esse.

11 Dub. Cur solum dicitur inuenire unam margaritam. Res. qui sup. quia una est ueritas, & non partita, & propter hoc una margarita dicitur inuenta.

12 Dub. Cur prædicatio dicit margarita? Res qui sup. quod sicut si margaritã habet, ipse quidẽ nouit quod diues est, alius uero nõ est cognitus multoties eam manu detinẽs ꝓpter eius paruitatẽ, ita est prædicatio Euangelij, qui. n. eam detinent sciunt se diuites esse. Infideles autem hunc thesaurum nescientes diuitias nostras ignorant.

13 Dub. Quid est margarita? Resp. Isidorus 6. Ethymologiarum 8. margarita prima cãdidarum gemmarum, quam inde margaritam aiunt uocatam quod in conchulis maris hoc genus lapidis inueniatur, inest enim in carne cocleæ calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus, gignitur autem de cœlesti rore, quam certo anni tempore cocleæ hauriunt.

14 Dub. Quomodo cognoscitur margarita bona & preciosa? Res. Isaac medicus, quod ex iis sunt grossiores & paruæ, sed grossiores sunt meliores paruis, & claræ meliores obscuris, & æqualis superficiei meliores angulosis, & ideo grossiores, claræ, & æqualis superficiei sunt preciosiores.

15 Dub. Cur dicitur preciosa? Resp. quoniã preciosa est prædicatio, Esa. 52. quam speciosi pedes annunciantis pacem.

16 Dub. Quid est sagena? Res. Catholicon, quod est rete, & dicitur a sagon quod est rete propter raritatem sic dicta.

Dub.

17 Dub. Cur introducit hæc parabola? Res. Chry. quòd vt non confidamus in prædicatione solum, neq; fidem nobis esse memus sufficere ad salutem, hanc parabolam terribilem subdit.

18 Dub. Quomodo interpretatur hæc parabola? Res. Ly. quòd hic per regnum cœlorum significatur status ecclesiæ militantis, in quo non distinguuntur boni a malis, sicut in sagena, quamdiu est in aqua non distinguuntur boni pisces a malis, sed cum tracti fuerit ad litibus, & ita in iudicio discernentur boni a malis, & separabuntur mali a bonis, & mittentur in infernum, & hoc totum ministerio Angelorum, vt sic ecclesia purgata offeratur Deo patri sine macula, & ruga.

19 Dub. Quõ una sagena põt ex omni genere pisciũ maris capere? Resp. quòd sic intelligitur. s. quòd indifferenter capit pisces in eã intrãtes ex quocumq; genere sint, siue boni, siue mali, quæ possunt in ea retineri.

20 Dub. Quia videtur, quod nulli pisces mali sint, qa vidit Deus cuncta, q̃ fecerat, & erant ualde boni? Resp. quòd quantum ad eorum naturam omnes pisces boni sunt, sed per respectũ ad hominem propter quẽ omnia creata sunt, dicuntur mali, quia non conueniunt esui hominum.

21 Dub. Quæ pęna est malorũ foras mitti? Res. Chry. quod exponit quantũ sit periculosa, cum dicit. sic erit in fine sęculi, &c.

22 Dub. Cur non dixit, parabolicè de pęna dãnatorũ? Res. Greg. in Hom. quòd iô aperte dixit tormẽta peccantiũ, ne q̃s ad ignorantiæ suæ excusationem recurreret, si q̃d de æterno supplicio obscure diceretur.

23 Dub. Quid significat bonos pisces mitti in vasa? Resp. Rab. quòd quasi in quietissimo portu boni mittentur in vasa cœlestiũ mansionum.

24 Dub. Quõ separabunt Angeli, quia Mat. 25. dicitur, quod ipse filius hominis separabit? Res. quòd separabit ministerio Angelorum, & quòd per alios facimus, per nosipsos facere videmur.

25 Dub. Quõ mittẽt eos in caminum ignis, cum Matth. 26. eis dicatur, ite maledicti in ignem æternum? Res. ut immediate supra, quia eos mittet ministerio Angelorum.

26 Dub. Cur interrogat in intellexerunt, cũ hoc non ignoret? Res. Chry. quod ut ex eorum responsione eos laudet.

27 Dub Quos interrogat? Res. q̃d discipulos postquam turbæ recesserant.

28 Dub. Quomodo intellexerunt, cum Ioãnis 16. dicant, ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis? Resp Chryso. quod ex parabolis à domino dictis sapientiores facti sunt, adeo, quod intelligebant, quæ dicebantur.

29 Dub. Quõ intelligitur omnis scriba doctus, &c Resp Ly [omnis scriba.] i. doctor [doctus] i. literatus, & à Deo inspiratus [in regno cœlorum] i. in ecclesia militãte. [similis est homini patrifamilias] quia sicut paterfam. habet pascere filios pane corporali, sic iste paruulos fideles pane spirituali [qui profert de thesauro suo] idest de sciẽtia in corde abscondita [noua & uetera] idest auctoritates, & processus noui, & ueteris testamenti.

30 Dub. Cur uocat Apostolos scribas? Res. Hila. quod propter sciẽtiã, & ut dicit Hie. quod scribæ dicuntur quasi notarii Saluatoris, qui uerba illis, & pręcepta signabant in tabulis cordis.

31 Dub. Cur cõparat Apostolos patrifamilias, cum se pluries comparauerit patrifamilias? Res. Hila. quod eo, quod doctrinam de Spiritussancti thesauro suo nouorum, ac ueterum sunt adepti.

32 Dub. Cur pręponit noua ueteribus, quę tñ priora nouis sunt? Resp Aug. 20. de ciui. Dei, quod non dixit uetera & noua, quod utique dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare quam temporum.

¶ Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN COMMVNI VIRGINVM.

Simile est regnum cœlorum decem virginibus. Matth. 25.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 33. die 22. Martii, in die Martis.

HISTORICE.

Discipulis aiebat dñs parabolicè loquẽs, cęlorũ regnũ 10. assimiliari uirginibus, spõso obuiam exeuntib. suis cum lampadibus, ex quib. quidẽ 5. fatuitate cinctæ pro lampadib. non secum oleum detulerũt. Cæterę uero prudẽtiæ innixæ uasa oleo plena cum lampadibus apportarunt. Sponsi igitur ob moram dormientibus omnibus clamor no-

ctę

cte media extollitur, adesse. s. sponsum, virginib. vt obuiam properēt imperatur, cūq; vt suas ornarent lāpades oleum stultæ virginis nō haberent, à sapientib. postularunt, quib. ne forte eis deficeret renuentib. earū cōsilio emere properarūt. Adueniēte igitur interim spōso, prudēte, qm paratę erāt virgines vnà cū spōso ad nuptias ingressę sūt, obseratā aūt ianuā cū reliquæ aduenientes virgines offendissent, vt ingredi possent postularūt. Negāte vero spōso se eas agnoscere, turpiter reiectę fuerūt. discipulos itaque dominus hortatus est, vt vigilijs intēderēt, cū horā sui aduentus penitus ignorarent.

Satis erit faciendum dubijs Euangelicis.

1 DVBITATVR Igitur, Cur introducitur hęc parabola? Res. Chry. q̀ punitionē inducit, & qui vtilitatem nō affert, neq; copiose hæc quib. indiget sibi præparet, habebant enim fatuæ virgines oleum, sed non copiose.

2 Dub. Cur in textu Euāgelij dicitur, tūc simile erit regnum cœlorum &c. Re. Hilarius, quia de magno Dei domini die, i. iudicio omnis hic sermo est.

3 Dub. Quid intelligitur hic per regnum cœlorum? Res. Chrys. quòd præsentis temporis ecclesia.

4 Dub. Quę est interp̄tatio huius parabolę? Res. Greg. in Hom. dicens, q̀ in quinque corporis sensibus vnusquisque subsistit: geminatus aūt quinarius denarium efficit, & quia ex vtroque sexu fidelium multitudo colligitur, sancta ecclesia 10. virginib. similis denunciatur, vbi quia mali cum bonis, reprobi cū electis admixti sunt, recte similis virginib. prudentibus & fatuis perhibetur.

5 Dub. Cur potius ponit similitudinē de virginibus, quam de viduis, vel coniugatis? Resp. Greg. in Hom. q̀ vt ostēdatur, quòd licet virginitas magnum quid sit, tamen si ab operibus misericordiæ sit deserta, cum adulteris foras eiicietur.

6 Dub. Cur potius hāc similitudinē ponit sub numero denario, quā de alio? Res. Ly. quia vniuersitatem significat, quia est primus digitus, vel primus limes numerorum, quia numeri sequentes cōponuntur ex denario pluries sumpto, vel aliqua parte eius, sicut 20. bis decem, 30. ter decem, & sic consequenter, sic vndecim vnum & decem, & sic de alijs, propter quod dixerūt aliqui Philosophi, quòd numeri non procedunt in infinitum, sed solum vsque ad decem, vt habetur 3. Physicorum.

7 Dub. Quid est accipere lampades? Resp. Orig. q̀ relinquentes idola, & venientes ad Christū per Dei culturam accipiunt lampades suas, i. organa sua naturalia, & veniunt obuiam Saluatori, qui semper paratus est venire, vt ingrediatur simul cum dignis ad beatam sponsam ecclesiam.

8 Dub. Qui sunt sponsi? Res. Hila, q̀ dominus noster est in corpore, Deus namque spiritui, caro sponsa est.

9 Dub. Quid est prudentia? Res. Phil. in 6. Eth. q̀ est recta ratio agibilium, & vt Aug. dicit in lib. 83. qq. est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum.

10 Dub. Quis dicitur prudēs? Res. Isidorus in lib. Eth. quòd prudens dicitur quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt casus.

11 Dub. Cum Prouer. 10. dicatur, q̀ sapientia est viro prudentia, videtur quod prudētia sit sapientia? Res. S. Tho. 2. 2. q. 47 art. 2. quòd prudētia est sapientia in rebus humanis, non aūt sapientia simpl̄r, quia non est circa altissimam causam simpl̄r, est. n. circa bonum humanum. Homo autē nō est optimum eorum quæ sunt, & ideo signanter dicitur, q̀ prudentia est sapientia viro, non autem sapientia simpliciter.

12 Dub. An prudentia sit virtus Res. q. sup. art. 4 q̀ sic, vt dicit Greg. in 2. Mor. vbi eam numerat cum temperantia, fortitudine, & iustitia. & est virtus moralis.

13 Dub. Quia videtur q̀ prudentia non sit virtus, q. a est immoderata, qm̄ Prou. 23. dicitur, prudentiæ tuæ impone modum? Res. qui sup. quòd dictum sapientis nō est sic intelligendum quod prudentia sit moderanda, sed quia secundum prudentiam est aliquis modus imponendus.

14 Dub. An ad prudētiam pertineat solicitudo? Res. q. supra, ar. 9 q̀ sic, q. a dicitur primę Petri 4. estote prudentes, & vigilate in orationibus, sed uigilantia est idem solicitudini. Ergo solicitudo ad prudentiam pertinet. Et quinque prudentes uirgines fuerunt solicitæ ad accipiendum oleum.

15 Dub. An prudentia sit in peccatoribus? Res. q. sup. ar. 13. q̀ prudētia dicitur tripliciter.

ter. Prima est falsa & secundum similitudinem dicta. & solum est in peccatoribus, sicut aliquis intendēs malū finē, si disponit cōgruētia illi fini, & sic potest dici prudens latro. Vñ dicitur ad Ro. 8. prudentia carnis mors est. Secunda prudentia est uera, quia inuenit congruas uias ad finē bonū, sicut ad negotiandum uel nauigandum. Vnde dicitur prudens mercator uel nauta & ista reperitur tā in bonis, q̃ in malis, & deficit à prudentia q̃ est uirtus, quia accipitur ob finem illud bonū, q̃ non est finis cōis totius humanæ vitæ. Itē quia in principali actu prudētiæ deficit, quia licet recte consiliatur, & iudicat de his quæ pertinēt ad totā uitam, nō tñ efficaciter præcipit. Tertia est prudētia uera, & perfecta, quæ ad bonum finē totius uitæ recte consiliatur, iudicat, & præcipit, & hæc sola dicitur prudentia simpliciter, quæ in peccatoribus esse non potest.

16 Dub. An prudentia sit in omnibus habētibus gratiā? Res. qui sup. ar. 4. q̃ sic, quia omnis habens gratiam est uirtuosus, sed sine prudentia nullus potest esse uirtuosus, dicit. n. Greg. in 3. Moral. q̃ cęteræ uirtutes nisi ea quæ appetunt prudenter agant, uirtutes esse nequaquam pñt, & etiam quia oēs uirtutes sunt connexæ, & habens gratiam habet charitatem, ergo ēt habet omnes alias uirtutes, & sic etiam prudentiam.

17 Dub. Quid est, q̃ prudentes acceperunt oleū, & non fatuæ? Res. Hier. q̃ oleum habent uirgines, quæ iuxta finem operibus adornantur, non habent oleum quæ uidentur simili quidem fide confiteri, sed uirtutum opera negligunt.

18 Dub. Quia per hanc similitudinē uidentur tot saluari quot damnari, quia quinque & quinq;, & tñ Eccl. 1. c. dicitur stultorum infinitus est numerus. & Mt. 20 pauci uero electi? Resp q̃ similitudo sic intelligitur qđ q̃ dānātur ita acceperūt bona naturalia sicut q̃ saluantur, & ita male utentes quinque sensibus corporis, qui per quinque fatuas figurantur, damnantur, & eis bene utētes significari per 5. prudentes saluantur.

19 Du. Quid significatur per uasa olei? Resp. Hilarius, qđ humana corpora, intra quorum uiscera thesaurus bonæ conscientiæ recondendus est.

20 Dubita. Quomodo fatuæ uenerunt sine oleo? Resp. Origenes q̃ đ acceperunt lampades in primis quidem accensas, sed tantum oleum non acceperunt, ut eis sufficeret usque ad finem.

21 Dub. Quid significatur mora sponsi. Rñ. Greg. qđ ostendit, quod non parum temporis inter priorem, & secundum domini aduentum prætergreditur.

22 Du. Quid significatur, quod dormierūt? Res. Aug. de uerbis domini qđ mors, quia ex utroq; genere hominum moriūtur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu domini fiat resurrectio mortuorum.

23 Dub. Quid significat, q̃ dicit dormitauerūt, & dormierunt? Res. Greg. q̃ dormire mori est, ante somnum uero dormitare est ante mortem languescere, quia per pondus ægritudinis peruenitur ad somnum mortis.

24 Du. Quid significatur per mediam noctem? Res. Aug. qđ uenit media nocte: idest nullo sciente uel sperante.

25 Dub. Quid significat clamor? Res. quod tubas præcedentes iudicium.

26 Dub. Cur iubentur ire obuiam sponso, & non sponsæ? Res. Hil. quoniam erant iam ambo unum, id est caro, & Deus: quia in gloriam spiritualem humilitas carnis transformata est.

27 Du. Cur iubentur ire obuiam, non expectare? Res. quod propter honorē iudicis.

28 Dub. Quid est quod oēs surrexerūt? Respon. Gregorius: quia & electi, & reprobi à somno suæ mortis excitantur.

29 Dub Quid est quod omnes ornauerunt lampades suas? Resp. Aug. de verbis domini, idest aptauerunt rationes reddendas operum suorum.

30 Dub. Quid significat, quod lāpades fatuarum extinguuntur? Resp. Orig quia earum opera quæ clara hominibus foris apparuerunt, in aduentu iudicis intus obscurantur.

31 Dub. Cur à prudentibus oleum petunt? Respon. Orig q. d. proximis, quia nos quasi sine opere repelli conspicitis, dicite de nostris operibus, quod uidistis, foris testimonium quærentes.

32 Du. Videtur quod prudētes male fecerunt? Res. Hiero. quod hoc non ex auaritia fecerunt, sed timore.

33 Dub. Quid significat, q̃ noluerūt dare oleū? Res. q̃ sup quod nō possunt in die iudicii aliorū uirtutes, aliorū uitia subleuare.

34 Dub. Cur ergo dant consiliū, ut uadant emere? Res. Aug. de uerbis domini, qđ non sunt putādæ dedisse consiliū, sed crimē cātum

tum

rum ex obliquo commemorasse. vendunt .n.adulatores oleū,qui siue falsa,siue ignorata laudando,animas in errores mittunt: dicitur ergo, ne potius ad vēdentes,& emite vobis,i. videamus nunc,q d vos adiuuēt, qui vobis laudes vendere consueuerunt.

35 Dub.Cur dicunt, ne forte non sufficiat nobis,& vobis?Res.qui sup.quia alieno testimonio non iuuatur quisq; apud Deum, cui secreta cordis apparent, & vix quisque sibi sufficit, cui testimonium perhibebit conscientia sua.

36 Dub.Cur dicitur cum autem irent emere venit spōsus?Res.Chry.ꝙ per hoc ostendit, quia & si misericordes efficiamur post mortem nihil lucrabimur ad effugiēdum, sicut nec diuiti,pfuit,quod factus est misericors,& solicitus circa eos. q sibi attinebāt.

37 Dub.Quæ erāt paratæ?Res.Aug. vbi supra, i. quibus coram Deo conscientia testimonium perhibebat.

38 Dub.Quæ sunt nuptiæ?Resp.Hilarius, quod sunt immortalitatis assumptio.

39 Du.Cur dicitur, & intrauerūt?Res quia qui saluantur dicuntur ingredi,& qui damnantur foras dicuntur eijci Mar. 13. c.malos foras miserunt.

40 Dub.Quid est quod clauditr ianua?Res. Hier.quia post iudicij d em bonorum operum,& iustitiæ occasio non relinquitur.

41 Dub.Cur fatuę inuocant sponsum?Res. qui suprà dicens, egregia in dñi appellatione confessio, iudicium fidei est. Sed quid est voce inuocare quem operibus neges?

42 Dub.Cur bis d cunt dñe?Res.glo. quòd dolore repulsionis compulsæ appellationē ingeminant dominationis.

43 Dub. An emerint oleum?Res. Aug. vt supra,quod nō, & ideo intelligēdæ sunt nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio in angustijs, & magnis affectionib. redire ad implorationem Dei.

44 Dub.Cur sponsus noluit eas agnoscere? Resp. Lyra, quia nesciebat eas notitia approbationis.

45 Dub.Quia videt,quod saltē propter virtutē virginitatis debebant agnosci? Resp. Hier.quod licet virgines sint, vel corporis puritate,vel veræ fidei confessione,tñ quia oleum non habent ignorantur à sponso.

46 Dub.Quid est,quòd veniūt nouissimè? Respon.Lyra,i.nimis tardè.

47 Du.Cur dicit,vigilate itaq;,&c.Res.Hie. quòd ex hoc intelligitur vniuersa, quæ dicta sunt esse præmissa, vt quia ignoramus iudicij diem solicite nobis lumen bonorū operum præparemus.

48 Dub. De quibus die,& hora intelligit? Res.Aug.de verbis domini, quod non solū illius futuri tēporis quo venturus est sponsus, sed suæ quisque dormitionis diem, & horam nescit. Vnde versus.

Est olei natura triplex,lucet,cibat,vngit
Hæc tria mitratū constat habere caput.
Lux cęcis,cibus ē ieiunis,vnctio morbis.
Hic iubar īfūdit,hos cibat,& hosce fouet.
Lux ē exēplo cibus ē dū pascit egenos.
Vnctio dum populis dulcia verba serit.

¶ Alijs sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

DE MORTVIS.

Dixit Marta ad Iesum. Quare feria 6. ante dominicam de passiones.

ALIVD DE MORTVIS.

Omne quod dat mihi pater. Io. 6.

Hæc verba dixit dominus anno ætatis suæ 32.die 14. Aprilis,in die Martis.

HISTORICE.

Dñs ad se venire dicebat quicquid sibi genitor tribuebat, nec talem se eijcere foras,quoniam nequaquā vt suam, sed eius qui eum miserat voluntatem exequeretur de cęlo descendisset, vt.s. ex sibi concessis à patre nihil perderet, sed vt illud in nouissimo resuscitet die, & vitam possideat æternam in eum credens,resuscitetur que in nouissimo die.

Dubitatur super dictis euangelij.

1 DVBITATVR igitū qd est omne illud qđ dat pr̄ filio? Res. Lyra,i facit mihi pater adhęrere nō solū ſm pſentē iustitiā, sed etiam secūdum æternā pdestinationē.

2 Dub Qūo pater dat tales filio?Res. Beda quòd faciendo eos in filium credere per internam inspirationem.

3 Du. Qūo tales accedunt ad Christum? Res.Alcuinus,quòd per fidem,s.formatā, ut sibi uniantur.

4 Du.Qūo tales nō eijciet foras?Res. Lyra omnis prædestinatus tandē saluabitur,

5 Du An.uolūtas filij sit alia à uolūtate,patris

Dedicatio Ecclesie 269.

tris & filii secundum uero naturā humanā uolunta. Christi non poterat discrepare à uoluntate diuina, cum anima esset coniun cta uerbo per realem unionem.

6 Dubit. Qūo ergo intelliguntur prædicta uerba? Res. Ly. q̃ iste est communis modus loquēdi apud homines illius, qui sequitur uoluntatem alterius.

7 Du. Quæ est uolūtas patris? Res. qui sup. q̃ prædestinatos saluare, & ita ipse uenit ad perficiendum salutem electorum.

8 Dub. Qūo intelligitur nō perdam ex eo? Res. qui sup. quoniam etsi tales aliquando cadant in peccatum finaliter tamen resur gunt, & sic non perduntur.

9 Du. Cur talem uult resuscitare in nouis simo die? Res. qui sup. q̃ ut corpore & anima perfruatur gloria.

10 Dub. Cur bis dicit, ut resuscitem eū? Res. Aug. de corre. & gratia, ut nō ex solis rebus præsentibus iudicent, sed aliam expectent uitam.

11 Dub. Qūo uidēs filium habet uitā æter nā, quia Iudas & plures alii uiderunt Christum qui sunt dānati? Res. Ly. quod accipitur hic uisio pro cognitione fidei formatæ.

12 Dub. Quis erit ille nouissimus dies? Res. qui sup. q̃d dies resurrectionis generalis.

13 Du. Quia multi uiderunt filiū & crediderunt in eum, q̃ sunt dānati? Res. q̃ ex su pra dictis sic intelligit. quod talis pseueret usque ad mortem per fidem formatam.

14 Du. Quia etiā mali resuscitabuntur in nouissimo die? Res. quod duplex est resurrectio una bonorum ad gloriā de qua intel ligit hic, & alia malorum ad interitum.

Aliis sensib. mysticis non exponitur ratione dicti in prologo.

ALIVD DE MORTVIS.

Ego sum panis viuus. Ioan. 6.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 32. die 14. Aprilis, in die Martis.

HISTORICE.

Se panem uiuum esse dicebat dominus à cœlo missum, ex quo si q̃s ederet, ĩ æternū uicturus esset. Huncq; suam fore carnē p̃ sæculi uita. Quo uero pacto suam ad edēdū carnē daret, dum quærerent Iudæi, rñdit: nisi suā comederent carnem, & sanguinem biberent, nequaquam uita frui posse, sed eos solum qui sic mādūcarent, quos in nouissimo resuscitaret die.

Euangelica dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR ergo cur dixit dñs. p̃dicta verba? Res. Ly. q̃ Iudæos repressérat dicētes, q̃d ipse erat filius Ioseph, & quomodo descenderat de cœlo, & nūc reddit causā eius q̃d dixerat.

2 Dub. Cur se dicit panem uiuūm? Res. q̃ sup. quia præseruat à morte, & dat uitam æternam.

3 Dub. Quare multi mādūcātes hunc panem post dānātur? Res. Aug. in hō. quod quia non manent in Christo, & in quo nō manet Christus, procul dubio nec manducat eius carnem, nec bibit sanguinem, sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit.

4 Du. Cur dicit & panis &c. Caro mea est pro mundi uita? Res. qui sup. q̃d ut ostēdat se esse panem nō solum secundum diuinā naturam, quæ pascit omnia, sed etiam secū dum humanam, quæ est assumpta à uerbo Dei. Ideo dicit caro mea verè, &c.

5 Dub. An adhuc dedit, quia dicit dabo? Res. Beda, quod dedit qñ dedit discipulis in cæna, & quando semetipsū obtulit Deo patri in ara crucis.

6 Dub. Quia uidet̃ quod anima & sāguis Xp̃i nō fuerunt p̃ mundi uita? Res. q̃d accipitur caro p̃ toto homine per sinecdochē.

7 Dub. Quia uĩ mundum habere aiam, cum dicit pro mundi uita? Resp. quod hic capitur mundus non pro elementis, sed p̃ hominibus mundi.

8 Dub. Quia uidetur quòd sacerdos nō debeat dare, q̃a dicit ego dabo? Res. Ly. quod Christus summus sacerdos ē auctor huius sacramenti. Sacerdos autem profert uerba in persona Christi, & ita ipse Christus dat per ministerium sacerdotis.

9 Dub. An panis consecratus sit uera caro Christi? Res. Theo. quod sic, quia nō dixit dominus panis quem ego dabo figurā carnis meæ gerit, sed caro mea est.

10 Du. De quo litigabant Iudæi? Res. Beda quia putabāt quod dominus particulatim carnem suā diuideret, & ad eis manducan dum daret, & ideo litigabant.

11 Dub. Quia nō uidet̃ q̃d respondeat ad p̃ positū de eo de quo litigabāt? Res. Aug. ex ponendo. q. d. qūo q̃dē det̃, & quis sit modus

dus manducandi istum panem ignoratis, ueruntamen nisi manducaueritis, &c.

11 Du. Cum laici non bibant sanguinē, ui detur q; non possint saluari? Res. Ly. qđ nō est itelligēdū quod hoc sacramētū sub utraque specie sit fidelibus exhibendum, sed tā tum hoc modo à sacerdote sumendum, nā sub utraque specie Christus est totus.

¶ Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

ALIVD DE MORTVIS.

Amen amen dico vobis nisi manducaueritis.

Quare in Euangelio proxime supra.

ALIVD DE MORTVIS.

Amen amen dico uobis quia uenit hora Io. 5. c.

Hæc uerba dixit dominus anno ætatis suæ 32. die 26. Septemb. in die Sabbati.

HISTORICE.

Iudæorum turbis aiebat dñs horum uenire & adesse, i qua cum filii Dei defuncti uocem audirent, uiuerent, qm̄ quemadmodum genitor in semetipso uitam habet, ita cōtulit & nato, ptātemq; iudicādi ei cōtulit, cum hoīs fili⁹ sit, nec ex hoc admirent̄, qm̄ futura esset hora, qn̄ cuncti iacentes in tumulis Dei nati uocem audituri essent, & q operati fuissent bona in resurrectionem procederent uitæ, qui autem mala resurgerent iudicandi.

Recitanda sunt Euangelica dubia & soluenda.

1 DUBITATVR igitur, Cur dominus dixit prædicta uerba? Res. Ly. quia ante dixerat sicut n. pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Ideo dicit ut supra.

2 Dub. Cur dicit & nunc est? Resp. Chry. quod ne forte longum suspiceris tempus.

3 Dub. De qua uiuificatione intelligitur? Res. quod pōt de utraq; intelligi, spirituali, s. & corporali, quia Lazarus, filius uiduæ, & filia Archi synagogi resuscitati sunt.

4 Dub. Quomodo possunt audire uocē nisi uiuant? Res. quod Deo omnia uiuunt & obediunt ad nutum.

5 Dub. Quomodo pater habet uitam in semetipso? Res Hyla. in lib. de synodis, quod cum Deus pater sit uita per essentiā, ideo dicitur habere uitam in semetipso.

6 Dub. Quia vř quod aliquando filius esset sine uita, si dedit filio uitā habere? Res. Aug. 15. De Trinitate, dicens, intelligitur autem pater non sine uita existendi in filio uitam dedisse, sed ita cum sine tempore genuisse, ut tanquam pater filio gignendo dedit coæterna sit uitæ eius qui dedit.

7 Du. Cur dicit, qa filius hominis est? Res. Ly. q. d. quia omnibus visibilis bonis & malis.

8 Du. Cur nō vult qđ admirent̄? Res. q su. q. d adhuc maius faciet Christus homo.

9 Dub. Quod est illud maius quod faciet? Res. qui sup. quod est illud quod sequitur, quia uenit hora &c.

10 Dub. Cur non dicit, & nunc est, sicut supra? Res. Aug. de verbis Domini, qua ista hora in fine sæculi erit.

11 Dub. An illi qui tunc quando hæc dicebat non erant in monumentis, audiant uocem eius? Res. quod sic qa illud uerbum, sunt, refertur ad illam horam, in qua erunt in monumentis omnes resuscitandi.

12 Du. Quid operat̄ vox Christi in resurrectione? Res. Ly. quod Christi humanitas ē organum diuinitatis, & ideo uox eius operabitur ad resurrectionem generalem futuram per modum instrumenti coniuncti.

13 Dub. Quid intelligit̄ per resurrectionē uitæ & iudicii? Res. qui sup. quod resurrectio uitæ est ad uitā gloriosam: iudicii uero ad condemnationem.

14 Du. Cur dicit qui bona fecerunt? Res. q sup quia fides sine operibus bonis non sufficit ad salutem.

15 Dub. Quia aliqui reperiuntur nō facientes nec bona neque mala, quid erit de eis? Res. quod impossibile est tales reperiri, cum non detur medium inter adimplentes præcepta & non seruantes, quia qui offenderit in uno, factus est omnium reus, qui uero non offenderit recte agit.

Aliis sensibus mysticis non exponitur ratione dicta in prologo.

IN DESPONSATIONE.

Accesserunt ad Iesum pharisæi tentantes eum. Matth. 19. cap.

Historia huius Euāgelij facta est anno Xp̄i 32. 1. die Octobris, in die Dominica.

HISTORICE.

Dñm Pharisæi tentātes, inquirentesq; si ali-

qua

qua ex causa homini licitū foret propriam relinquere vxorem, responsum acceperunt, an vnquam legissent in principio creatum hominē masculū & fœminā, dixisseq; quod ex hoc parentes dimitteret homo, & coniugi adhæreret suæ, unaq; in carne duo forēt, & ita iam nequaquam duo, sed una forent caro, minimeq; potestatis humanæ existere, ut a Deo coniuctos separare ualeat.

Euangelica dubia sunt hæc.

1 DVBITATVR. Qūo dicuntur pharisæi Christum tentare? Res. Hier. qđ quasi cornuto eū tentant syllogismo, & quodcunq; respondeat pateat captioni; si dixerit dimittendā uxorē quacūq; ex causa & ducendā aliā, pudicitiæ prædicator sibi uideatur dicere cōtraria. Sin autem responderit, non omni ex causa debere dimitti, quasi sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moysi, & Dei facere.

2 Dub. Cum dñs de hoc iam disseruisset. Mat. 15. cur iterum quærūt pharisæi? Res. Chr. i hom. sicut si uideas hominē assidue medicorum amicitias colentem, intelligis, quia infirmus est. sic & cum uideas uirum siue mulierem de dimittendis uxorib. & uiris interrogantes, cognosce, quia uir ille lasciuus est, mulier illa meretrix est, nam in matrimonio castitas delectatur. Libido autem quasi uinculo coniugij alligata torquetur. opinabantur etiam dominum oblitum esse eorum quæ supra dixerat.

3 Dub. Cur nullam determinatā causam dicunt, sed quacunq; ex causa? Res. Chrys. super Mat. quod timuerunt interrogare ex quibus causis, ne seipsos infra angustias certarum causarum astringerent, sed interrogauerunt, si ex omnibus causis licet, scientes quia modum nescit nec infra terminos unius cōiugii capit libido, sed quāto magis exercetur magis accenditur.

4 Dub. Cur Chistus nō rñdit affirmatiuè, uel negatiue, sed dicit, nunquā legistis, &c. Res. Hier. quòd sic responsionem temperat, ut disciplinam transeat, scripturā sanctā ad ducens in testimonium, & naturalem legē, primāq; Dei sentētiā secūdo opponens.

5 Dub. Vbi legitur quod adduxit? Resp. quòd Genesis 1. cap.

6 Dub. Cur dicitur, masculum & fœminā creauit eos? Resp. Hier. ut. s. ostenderet secunda uitanda coniugia; non enim ait masculum & fœminas, quod ex priorum repudio quærebatur, sed masculum & fœminam, vt vnius coniugij consortia nectentur.

7 Dub. Cur non de cætero Deus fecit, vt masculus & fœmina ex uno vtero nascerentur, vt essent magis vnum, quemadmodum volatilia, & quædam animalia producuntur? Res. Chrys. q̄a Deus masculum quidē creauit, & fœminam propter necessitatem aliorum generandorum: tamē semper fuit castitatis amator, & continentiæ auctor. Ideo illum typum non seruauit in omnib. si quidem vult homo nubere secundum primam dispositionem creationis humanæ, intelligat quid est vir & vxor. Si autem noluerit nubere, non habebit necessitatem nubendi propter coniunctionem natiuitatis, ne forte videatur per suam continentiam alterum perdere, qui nolebat esse continens, sicut Dominus post coniunctum matrimonium iubet ne alter altero nolente se separet.

8 Dub. An homo debeat plus diligere vxorē quàm parentes? Res. S. Th. 2. 2. q. 26. ar. 11. ꝙ in quibusdam magis debet homo assistere parentib. quàm vxori, sed quātum ad vnionem carnalis copulæ & cohabitationis, relictis omnib. parentibus homo adhæret vxori, & sic intelligitur, relinquet homo patrem & matrem, &c.

9 Du. Cum caro viri sit alia a carne mulieris qūo sunt duo in vna carne? Resp. Hier. dicens primum est nuptiarum ex duobus vnam carnem, s. prolis fieri, vel vt dicit Gl. in carne una. i. in carnali copula.

10 Dub. Quia uerba quæ adduxit dominus fuerunt dicta per Adam, ut patet ex textu Gen. & dominus dicit hic, quod qui creauit eos dixit ea? Resp. Ly. ꝙ illa uerba fuerunt Dei principaliter tanquam reuelantis, & ipsius Adæ instrumentaliter, & sicut proferentis.

11 Du. Cuius sunt illa uerba, iam non sunt duo, sed una caro? Resp. Chrys. in homil. ꝙ fuerunt domini interpretantis legem.

12 Dub. Qūo duo possunt esse una caro? Respon. qui sup. ꝙ sicut qui spiritualiter se diligunt una anima dicuntur, dicente scriptura, omnium credentium erat cor unum & anima vna, sic uir & uxor qui carnaliter se diligunt una caro esse dicuntur.

Dub.

13 Dub. Cur concludit, quos Deus coniunxit homo nõ separet? Res. quod rñdet principali quęsito, vt Chrysostomus in hom. dicit, quo quęrebant pharisęi. s. dimittere vxorem quacunque ex causa, & ex hoc demonstrat, quod & pręter naturam, & pręter legem est vxorem dimittere, præter naturam quidem quia vna caro diuiditur, præter legẽ, quoniã Deo copulante & iubente non diuidi, vxor dimittitur.

ALLEGORICE.

Mysterium hoc Apostolus in Christo & Ecclesia dicit. Christus. n. quasi patrem deseruit cum de cœlis ad terram descendit, & matrem deseruit. i. synagogam propter infidelitatem, & adhæsit vxori suæ sanctæ, s. ecclesiæ, & sunt duo in carne una, i. Christus & Ecclesia in uno corpore.

TROPOLOGICE.

Instruimur neminem doctorem nos tentare debere, ne ex eius respõsione remaneamus confusi: & coniugati instruuntur, vt se inuicem diligant, nec carnem suam, quæ vna est scindant, uel diuidant. Item & religiosi Deo spiritu aliter coniugati, ne apostatando retro respiciant, cum sint unus spiritus cum Deo, vt non separentur ab eo.

ANAGOGICE.

Eleuemur in contemplationem cœlestis gloriæ, in qua vtriusque sexus homines qui Deo hac in vita militarunt, Deo ipso inseparabiliter fruentur, parentum carnalium fortasse damnatorum affectu dimisso suam diuinæ uoluntati conformantes uoluntatem, qui Deus erit omnia in omnib. & tanta vnitate nectentur, vt dicitur Apocalip. 21. cap. quòd tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & erit eorum Deus: qui mihi ex sua abundantissima gratia concessit, vt ad finem hujus operis deuenirem, ad honorem Diuinitatis sui perexcellentis, & utilitatem totius ecclesiæ militantis. Cuius est pater & sponsus immaculatus, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

FINIS.

Series Chartarum.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr.

Omnes sunt Quaterniones.